



1837
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

PLATONIS
LEGES ET EPINOMIS

AD

OPTIMORUM LIBRORUM FIDEM

EMENDAVIT

ET

PERPETUA ADNOTATIONE

ILLUSTRAVIT

D. FRIDERICUS ASTIUS

TOMUS SECUNDUS

LIPSIAE

IN LIBRARIA WEIDMANNIA

MDCCCXIV

FRIDERICI ASTII

ANIMADVERSIONES

IN

PLATONIS

LEGES ET EPINOMIDA

ACCEDIT INDEX RERUM AC VERBORUM

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
MDCCCXIV

ANIMADVERSIONES

IN

PLATONIS LEGES

ET

EPINOMIDA

ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΝΟΜΟΙ.

„Sic laudat hos de legibus dialogos *Aristoteles* de republ. II, 9. p. 198. Casaub. *Πλάτων ἐν τοῖς νόμοις.* Ita quoque *Strab.* X. p. 459. Bas. *Laert.* III, 35. *νόμοι ἢ περὶ νομοθεσίας.* v. ib. p. 78. Menag. *Euseb.* Praep. Ev. XII, 16: *ἀπὸ τοῦ πρώτου τῶν νόμων Πλάτωνος,* et alibi. *Moeris* s. v. *συγγενήσεσιν· Πλάτων ἐν νόμοις. Cicero* de legg. I, 5: ut ille Cretensis Clinias cum Lacedaemonio Megillo — de institutis rerum publicarum ac de optimis legibus disputat. Id. lib. II, 6: Plato, qui princeps de republica conscripsit, idemque separatim de *legibus* eius. Lib. II, 27: video Platonem idem fecisse omnemque rationem de *legibus* peroratam esse uno aestivo die. — Platonis libros de legibus examinat *Aristoteles* lib. II. reip. c. 6. p. 191: libri de legibus maxima ex parte leges sunt. *Plutarch.* T. II. p. 328: pauci leges Platonis legunt. *Athenaeus* (lib. VI. p. 508.) Platonem carpit, quod leges hominibus, quales mente et cogitatione sit complexus, scripserit. *Seneca* Ep. XCIV. non probat, quod Platonis legibus adiecta principia sunt." *Gottleber.* in Nov. Act. Eruditor. a. 1771. mens. Novembr. p. 530 sq. — De consilio horum librorum, de personis, aliis huc pertinentibus erudite, ut solet, disseruit cl. *Böckhius* in libro, cui titulus est: In Platonis, qui vulgo fertur, Minoem eiusdemque libros priores de legibus, p. 64 sq. De Atheniensi hospite Schol. Ruhnken. p. 214: *ὁ Ἀθηναῖος οὗτος ξένος πεποίηται ἐνταῦθα εἰς τὴν Κρήτην ἀπιών. ἔστι δὲ Πλάτων, ὡς ἐκ τοῦδε φανερόν· αὐτὸς γὰρ ὁ Ἀθηναῖος ξένος ἐν τοῖς τῶν Νόμων λέγει, ὅτι ἤδη αὐτῷ δύο πολιτεῖαι προηνύσθησαν. ἢ οὖν οὐδ' ἐκεῖναι Πλάτωνος, ἤ, εἰ μὴ τοῦτο, ὁ αὐτὸς ἂν εἴη τῷ Ἀθηναίῳ ξένῳ. Οὗτος οὖν εἰς Κρήτην ἀφικόμενος καὶ περιτυγχάνων ἔξω πρὸ τῆς Κνωσσοῦ Κλεινίᾳ τε τῷ Κρητὶ καὶ Μεγίλλῳ τῷ Λακεδαιμονίῳ, ἐπιτετραμμένοις μὲν ὑπὸ τῶν τὴν Κνωσσὸν οἰκούντων, ἀποικίαν ποιή-*

σασθαι ἐκεῖθεν καὶ καταστήσασθαι πόλιν νόμους τε προσήκοντας τοῖς πολίταις διαθεῖναι, προσεχῶς δ' ὡρμημένοις ἐπὶ τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον ἱερὸν, τοῦτο γενόμενον ἁγιώτατον, ἐν ᾧ τὰ σεπτότατα καὶ ἀῤῥητότατα τῶν μυστηρίων ἐπετελεῖτο· περιτυχὼν δ' οὖν αὐτοῖς ὁ ξένος καὶ ταῦτα παρ' αὐτῶν πυθόμενος, ἤρετο ἐπὶ τούτοις, τίνες ἂν εἶεν οἱ νόμοι· τῶν δὲ μὴ δυνηθέντων τελείαν ἀποδοῦναι τὴν τῶν νόμων διάθεσιν, ὁρώντων δὲ τὸν ξένον εὖ παρεσκευασμένον περὶ νόμων θέσιν, καὶ παρακαλούντων συλλήπτορά αὐτον γενέσθαι τῆς πολιτείας, ἄρχεται ὁ Ἀθηναῖος ξένος τῆς τῶν νόμων διαθέσεως, ἐν οἷς δὴ οὐκέτι, ὥσπερ ἐν τοῖς τῆς μεγάλης Πολιτείας, κοινὰ πάντα προστάττει, ἀλλ' ἑκάστῳ ἀγρὸν ἀπονέμει καὶ πρὸς τούτῳ οἰκίαν, ἔτι μέντοι καὶ γυναῖκα ἰδίαν καὶ παῖδας οὐκέτι κοινοὺς κ. τ. λ.

LIBER PRIMUS.

CAP. I.

P. 8. ὑμῖν. Sic Ald. Lovan. et Steph., assentiente *Ficino*, qui vertit: Deumne an aliquem hominum, o hospites, condendarum legum causam existimatis? (Fallitur *Gottleberus* l. l. Ficinum dicens vertere *apud nos*; confundit enim ὑμῖν h. l. cum sequente παρὰ ἡμῖν). Bas. 1. et 2. exhibent ἡμῖν, quod recte *Stephanus* reprobat; spectat enim ὑμῖν ad Cliniam Cretensem et Megillum Lacedaemonium; quocirca sequitur: παρὰ μὲν ἡμῖν (i. e., apud Cretenses) et παρὰ δὲ Λακεδαιμονίοις, ὅθεν ὅδ' ἐστίν (Megillus). — Ceterum ὑμῖν εἴληφε τὴν αἰτίαν τῆς τῶν νόμων διαθέσεως est: apud vos gloriam consecutus est legum conditoris s. vos legum auctorem perhibetis. Nota sunt αἰτιᾶσθαι et αἰτίαν ἔχειν, etiam in bonam partem usurpari solita (vid. *Wernsdorf.* ad Himer. p. 211 sq. *Valckenar.* ad Herodot. p. 492. et nostra ad Platonis Polit. IV, 11. p. 435. E. Steph.). Ita etiam λαμβάνειν τὴν αἰτίαν (proprie insimulari, ut ap. *Thucyd.* II, 18: αἰτίαν δὲ οὐκ ἐλαχίστην Ἀρχίδαμος ἔλαβεν ἀπ' αὐτοῦ. VI, 60: ὑπόπτης ἐς τοὺς περὶ τῶν μυστικῶν τὴν αἰτίαν λαβόντας. al.) saepenumero est: auctorem alicuius rei dici s. censeri, adiuncta laudis et gloriae cuiusdam significatione (sic *Himerius* Sophist. XIV, 1, p. 608: τῆς μὲν οὖν Φιλοκτήτου νίκης — Ὀδυσσεὺς ἐλάμβανε τὴν αἰτίαν παρ' Ἕλλησι). Quemadmodum enim h. l. εἴληφε τὴν αἰτίαν legitur, sic infra Minos dicitur τοῦτον τὸν ἔπαινον εἰληφέναι.

παρὰ δὲ Λακεδαιμονίοις. Post haec verba, quae excipere debebat Ἀπόλλων, ὡς οἶμαι, orationis structura mutatur, perinde ac si praecesserit κατὰ δὲ τοὺς Λακεδαιμονίους (quod vero ad Lacedaemonios attinet). — De repetitione (ἐπιζεύξει) θεός — θεός vid. *Dorvill.* ad Charit. p. 311. et nostra ad Platon. Phaedr. p. 273, ibique citatis addere potes, si tanti putes,

haec: *Aeschyl.* Prometh. 338: *Αἰχῶ γάρ, αἰχῶ.* *Gorg.* Encom. Helen. T. VIII. p. 101. ed. Reisk. *ἦλθε γάρ, ἦλθε (Ἔρως) τύχης ἀγρεύμασιν, οὐ γνώμης βουλεύμασι.* *Demosthen.* Olynth. II. p. 20. T. I: *οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀδικοῦντα — δύναμιν βεβαίαν κτήσασθαι.* Philipp. I p. 43: *πότ᾽ οὖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πότε, ἃ χρή, πράξετε;* p. 45: *εἰσὶ γάρ, εἰσὶν οἱ πάντ᾽ ἐξαγγέλλοντες ἐκείνῳ.* 53: *οὐ γάρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν ἕνα ἄνδρα ἂν δυνηθῆναί ποτε ταῦθ᾽ ὑμῖν πρᾶξαι ἅπανθ᾽, ὅσα βούλεσθε.* De Chersones. p. 104: *οὐ γάρ ἔστιν, οὐκ ἔστι τῶν ἔξω τῆς πόλεως ἐχθρῶν κρατῆσαι.* Philipp. III. p. 120: *ἦν τι τότ᾽, ἦν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι.* Philipp. IV. p. 137: *καὶ ἴσως ἄν, ἴσως, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι — οὕτως α᾽ ἐκεῖνος φροντίσαι κ. τ. λ.* p. 146: *ἀνάγκη γάρ, ἀνάγκη πολλὰ λυπηρὰ ἐκ τοῦ πολέμου γίγνεσθαι.* *Philostrat.* Heroic. p. 64: *ὁρῶνται δή — ὁρῶνται ἔτι.* p. 194: *γέγονε γάρ, ξένε, γέγονε ποιητὴς Ὅμηρος.* al.

οἶμαι φάναι. Ante vel post *φάναι* opus est particula *ἄν*, ut significare possit *dicturos esse.* *Stephanus.* Scilicet *Ficinus* vertit: apud Lacedaemonios autem, unde hic est, Apollinem *dicturos* istos existimo. Nonne? Sed *ἄν* non opus esse censeo; solent enim Graeci post verba iudicandi, cupiendi, dicendi, sperandi al. etiam aoristum et praesens tempus simpliciter ponere, ubi futurum exspectabas; vid. *Thom. Mag.* p. 159 sq. Sensus est: Lacedaemonii vero, ni fallor, Apollinem dicunt (legum suarum auctorem perhibent). — Ceterum Apollo dicitur legum auctor Lacedaemoniis fuisse, sicuti Iupiter Cretensibus (vid. c. 6. p. 632. D), proptèrea quod Lycurgus, Lacedaemoniorum legis lator, leges suas auctoritate Apollinis Delphici confirmavit vid. *Herodot.* I, 65 sq. *Polyb.* X, 2. *Strabo* X. T. IV. p. 291. XVI. T. VI. p. 363. ed. Tzschuck. *Plutarch.* vit. Lycurg. p. 42. B. *Euseb.* Praep. Ev. V. p. 224. *Cicero* de divinat. I, 43. *Valer. Maxim.* I, 2. extern. *Iustin.* III, 3. Cf. *Meurs.* Miscell. Lacon. II, 5. in Gronov. Thesaur. gr. ant. T. V p. 2367 sq.), Minos autem Iovis Cretensis (*Nemesius* de nat. hom. c. 39: *καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ἐθνῶν θεοὺς ἐπιγράφεται νομοθέτας· ὡς Κρῆτες μὲν τὸν Δία, Λακεδαιμόνιοι δὲ Ἀπόλλωνα*). Hanc ob causam c. 7. Minos vocatur *ὁ Διὸς νομοθέτης* et Lycurgus *ὁ Πυθικός.*

Μῶν οὖν καθ᾽ Ὅμηρον λέγεις cet. Respicitur Odyss. XIX, 178:

Τοῖσι δ' ἐνὶ Κνωσσὸς μεγάλη πόλις, ἔνθα τε Μίνως
Ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής.

Qui quidem locus explicatur a Minois dialogi auctore p. 319. D., ubi subiicitur: *ἐφοίτα οὖν δι' ἐνάτου ἔτους εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον ὁ Μίνως τὰ μὲν μαθησόμενος, τὰ δὲ ἀποδειξόμενος, ἃ τῇ προτέρᾳ ἐνναετηρίδι (ἐμεμαθήκει) παρὰ τοῦ Διός.* De re ipsa *Strabo* X. T. IV. p. 243. ed. Tzsch. *τοῦτον (τὸν Ῥαδάμανθυν) δὲ μιμούμενος καὶ ὁ Μίνως δι' ἐννέα ἐτῶν, ὡς ἔοικεν, ἀναβαίνων ἐπὶ τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον καὶ διατρίβων ἐνθάδε ἀπῄει συντεταγμένα ἔχων παραγγέλματά τινα, ἃ ἔφασκεν εἶναι τοῦ Διὸς προστάγματα.* XVI. T. VI. p. 362: *καὶ ὁ Μίνως παρὰ τοῖς Κρησὶν — δι' ἐννέα ἐτῶν, ὥς φησι Πλάτων, ἀναβαίνων ἐπὶ τὸ ἄντρον τοῦ Διὸς καὶ παρ' ἐκείνου τὰ προστάγματα λαμβάνων καὶ παρακομίζων εἰς τοὺς ἀνθρώπους.* *Liban.* Epist. XX. p. 9: *ἐννοείτω τὸν βασιλέα Κρητῶν τὸν παῖδα τοῦ Διός, ὃς εἰς τὸ ἄντρον δι' ἐνάτου πορευόμενος ἔτους, οὓς ἐτεθείκει νόμους, οὐκ ᾐσχύνατο κινῶν, οὓς κρεῖττον ἦν μὴ κινεῖσθαι.* Cf. *Diodor. Sic.* V, 78. p. 394. ubi v. Wesseling. *Dio Chrysostom.* Orat. IV. de regno p. 65. C. *Maxim. Tyr.* Dissert. XXII. *Clem. Alexandr.* Strom. I. p. 152. 19. *Theodoret.* Therap. IX. p. 608. C. *Etymol. M.* v. *Ἐννέωροι.* *Wolf.* ad Liban. Epist. p. 632. Atque memorabile est *Lactantii* (de div. instit. I, 22. §. 3.) de hac re iudicium: videlicet astutiam Minois voluit imitari (Numa), qui se in antrum Iovis recondebat et ibi diu moratus leges, tanquam sibi a Iove traditas, afferebat, ut homines ad parendum non modo imperio, sed etiam religione constringeret. — Post *λέγεις* sequitur, ut solet, *ὡς* cum secundo nominis et participii casu pro: *τὸν Μίνω φοιτᾷν καὶ θεῖναι τοὺς νόμους.* C. 12. p. 644. B: *καὶ μὴν πάλαι γε ξυνεχωρήσαμεν ὡς ἀγαθῶν μὲν ὄντων τῶν δυναμένων ἄρχειν αὑτῶν, κακῶν δὲ τῶν μή.* C. 13. p. 645. B: *καὶ οὕτω δὴ περὶ θαυμάτων ὡς ὄντων ἡμῶν ὁ μῦθος ἀρετῆς σεσωσμένος ἂν εἴη.* IV, 12. p. 722. E: *σημαίνει ὡς ὄντος.* X, 2. p. 887. A: *νομοθετοῦντες ὡς ὄντων θεῶν.* XII, 12. p. 964. E: *Δῆλον ὡς αὐτῆς μὲν τῆς πόλεως οὔσης τοῦ κύτους* cet. Cf. nostra ad Polit. I, 1. — Ceterum *μῶν* (num) cum *οὖν*, unde formatum est (*μῶν* est enim i. q. *μὴ οὖν*) frequenter coniunctum reperitur, ut lib. II, 5. p. 656. A. c. 4. p. 657. D. III, 1. p. 676. B. X, 7. 895. E. c. 11. 902. A. XII, 13. 966. B. *Eurip.* Androm. 81:

Μῶν οὖν δοκεῖς σοῦ φροντίσαι τιν' ἄγγελον;

Ceterum ξυνουσίαν pro συνουσίαν scripsimus, in his, ut in aliis id genus, atticum sermonem secuti, quod, etiamsi ab aliis discesseris rationibus, iam constantia postulat. Nam si pluribus in locis ξυνουσία reperitur, velut infra τῶν ξυνουσιῶν, c. 2. ξυσσίτια, ξυμπότας et ξυμπόσια p. 639. D. al., hoc ipsum nobis documento esse debet, vulgares illas formas συνουσία, συμπόσια, al. a librariis esse profectas. Sic v. c. lib. VI, 23. ξυλλεγόμεναι legimus, et statim post in libris editis scribitur συλλεχθεῖσαι, lib. VII, 7. p. 797. E. ξυνήθη et paulo post συνήθη, al. Quam inconstantiam quis ipsi scriptori tribuat? Hac vero de re monuisse semel satis est.

δι' ἐνάτου ἔτους est nono quoque anno, non, ut alii explicant (*Davis.* in Maxim. Tyr. p. 630. et *Böckhius* in Min. p. 60 sq. Etiam Ficinus *per novennium* vertit et Cornarius *per novem annos*) novem per annos, quod et sermonis usui et veterum narrationi adversatur; διά est enim, ubi tempus indicatur, *post*, vid. *Perizon.* ad Aelian. V. H. XIII, 43. et *Fischer.* ad Weller. Grammat. graec. T. III. P. II. p. 167 sq. Igitur est *nono post anno*, h. e., nono quoque anno. Vid. *Matthiae* Gramm. gr. p. 847. Deinde veteres Minoem tradunt nono quoque anno ad Iovem patrem accessisse. Sic *Valer. Maxim.* I, 2: Minos Cretensium rex *nono quoque anno* in quoddam praealtum et vetusta religione consecratum specus secedere solebat, et in eo moratus tanquam a Iove, quo se ortum ferebat, traditas sibi leges praerogabat. Idcirco ἑκάστοτε appositum (artificiosa enim Böckhii interpretatio admodum vereor, ut cuipiam placeat), et in Minoe l. l. ἃ τῇ προτέρᾳ ἐνναετηρίδι (ἐμεμαθήκει *Wesselingius* ad Diod. Sic. p. 394. addit, Cod. Paris. exhibet μεμάθηκες; sed nondum persanatum esse locum iudico; quid enim sibi vult ἀποδειξόμενος? Excidit, ni fallor, praeter verbum ἐμεμαθήκει infinitivus, velut διαπεπρᾶχθαι, ut sensus sit: ostensurus se perfecisse s. exegisse, quae superiore colloquio a Iove didicisset) παρὰ τοῦ Διός. Eadem ratione hunc locum iam ceperunt *Casaubon.* ad Strab. X. p. 730. et *Stephan.* ad Min. l. l. Cf. *Spanh.* ad Callimach. in Dian. 193. p. 259 sq. et *Davis.* ad Cicer. Tusc. Quaest. II, 13. — Ceterum pro ἐννάτου scripsimus ἐνάτου, ut in Minoe legitur; vid. *Wass.* in praefat. Duker. ad Thucyd. p. 316.

κατὰ τὰς παρ' ἐκείνου φήμας, secundum ipsius responsa s. oracula; vid. *Spanhem.* ad Iulian. Caesar. p. 39. et

Wesseling. ad Diodor. Sic. XIV, 56. T. I. p. 686 sq. Sic Phaedon. p. 111. B: ἐν οἷς τῷ ὄντι οἰκητὰς θεοὺς εἶναι καὶ φήμας καὶ μαντείας καὶ αἰσθήσεις τῶν θεῶν. Tim. p. 72. B: οὓς μάντεις ἐπονομάζουσί τινες τὸ πᾶν ἠγνοηκότες, ὅτι τῆς δι' αἰνιγμῶν οὗτοι φήμης καὶ φαντάσεως ὑποκριταί. — Mox in ὑ μ ῖ ν dativus pro genitivo positus est, quae structurae ratio frequentissima; quocirca mirari debemus, Stephanum aliquoties ea offensum esse. Sic c. 5. p. 629. A: καί μ ο ι τῷ λόγῳ ξυνακολουθήσατε. C. 7. p. 634. A: λέγωμεν τοίνυν πάλιν ἐπιτηδεύματα ποῖα ἔσθ' ὑ μ ῖ ν ἀμφοτέραις ταῖς πόλεσιν. C. 10. p. 638. E: ἐπειδὴ καὶ μυρία ἐπὶ μυρίοις ἔθνη περὶ αὐτῶν ἀμφισβητοῦντα ἡ μ ῖ ν πόλεσι δυοῖν τῷ λόγῳ διαμάχοιτ' ἄν. II, 4. 658. E: τὸ ἦθος ἡ μ ῖ ν τῶν νέων. C. 12: τοῖς ᾠδοῖς ἡ μ ῖ ν. III, 12: ἡ μ ῖ ν σκέψιν. IV, 5: τῇ πόλει σ ο ι. C. 11: ἐν τῇ πόλει μ ο ι. VI, 1: τῇ πόλει σ ο ί. C. 13: τοῖς πολίταις α ὐ τ ῷ. VII, 4. p. 793. C: σ ο ὶ δεῖ τὴν πόλιν — ξυνδεῖν. C. 13: μητέρων α ὐ τ α ῖ ς. IX, 9. p. 869. D: ὃ δὲ περὶ τῆς ἀφέσεως εἴρηται φόνου π α τ ρ ὶ cet. XI, 4. p. 918. C: π ᾶ σ ι ταῖς χρείαις. C. 7. p. 923. E: ᾗ τ ι ν ὶ ἂν ἐθέλῃ. Similiter Phaedon. p. 62. B: ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους ἓν τῶν κτημάτων τ ο ῖ ς θ ε ο ῖ ς εἶναι. Theaet. p. 143. E: οἵῳ ἡ μ ῖ ν τῶν πολιτῶν μειρακίῳ ἐντετύχηκα. Sophist. 216. E: τοῦ μέντοι ξένου ἡ μ ῖ ν ἡδέως ἂν πυνθανοίμην. Hipp. min. p. 363. B: ὅτι ἡ Ἰλιὰς κάλλιον εἴη ποίημα τ ῷ Ὁ μ ή ρ ῳ ἢ ἡ Ὀδύσσεια. Cf. *Abresch.* Auct. Diluc. p. 240. *Wolf.* ad Demosth. Leptin. p. 247. *Matthiae* ad Hom. Hymn. p. 6. et Grammat. gr. p. 527. *Heindorf.* ad Theaet. p. 287. et Sophist. p. 272.

τ ὸ ν ἀ δ ε λ φ ό ν γ ε α ὐ τ ο ῦ. *Homer.* Iliad. ξ', 311:

Φοίνικος κούρης,
Ἣ τέκε μοι Μίνω τε καὶ ἀντίθεον Ῥαδάμανθυν.

Cf. Odyss. δ'. 564. *Pindar.* Olymp. II, 137 sq. Pyth. II, 133 sq. Gorg. 523. E. *Strab.* X. p. 458. al. — ἀ κ ο ύ ε τ ε, significationem praeteriti habet, ut infra ὡς ἀκούομεν; e praeterito enim et praesente conflatum est. Namque ἀκούω est ἀκούσας ἐπίσταμαι vel οἶδα: audivi ideoque novi vel scio (idcirco praesens tempus). Gorg. 503. C: Θεμιστοκλέα οὐκ ἀκούεις ἄνδρα ἀγαθὸν γεγονότα. Theaet. 198. C: ἀκούεις γάρ που τὰς τοιαύτας ἀμφισβητήσεις. *Demosthen.* Olynth. III. p. 34: καὶ γὰρ τοὺς ἐπὶ τῶν προγόνων ἡμῶν λέγοντας ἀκούω — τούτῳ τῷ ἤθει καὶ τῷ τρόπῳ τῆς πολιτείας χρῆσθαι. Philipp. I. p. 46: καὶ πρότερόν ποτ' ἀκούω

ξενικὸν τρέφειν — τὴν πόλιν — καὶ οἶδα ἀκούων, ὅτι cet. Philipp. II. p. 68: ἀκούει. III. p. 123. adv. Aristocrat. p. 657. al. Vid. *Dorvill.* ad Charit. p. 592. Amst. et *Boissonad.* ad Philostrat. p. 397. Similiter Latini *audio* usurpant, ut *Cicero* pro Rosc. Amer. 6: quorum alterum — possidere audio. Ad Attic. I, 1: ut audio. *Liv.* XLV, 22: ut audimus. al. Pro ἀκούετε Cod. Paris. (v. Faehs. Sylloge lectt. p. 301.) exhibet ἀκούεις. — Mox αὐτόν in ἔπαινον αὐτον (vulgo scribitur ἔπαινον αὐτόν), praegresso τοῦτον, redundat, ut III, 6. p. 684. D: τοῖς νομοθέταις — αὐτοῖς. X, 11. p. 902. D: Ἰατρῷ δέ — ἔξει ποτὲ καλῶς αὐτῷ τὸ πᾶν; XII, 6. p. 952. A: μὴ μαθοῦσι δὲ σκοτωδέστερα τὰ περὶ νόμους αὐτοῖς φαίνεσθαι καὶ ἀσαφῆ. Cf. *Sturz.* Lexic. Xenophont. T. I. p. 483 sq. et *Heindorf.* ad Gorg. p. 119.

ἐπειδὴ δέ. Francof. lib. τέ, male; recte exempla reliqua δέ, etiam Bas. 2., in quo *Gottleberus* scriptum esse τέ male contendit. — ἐν ἤθεσι νομικοῖς, ut lib. VI, 1. p. 751. D: τετράφθαι ἐν ἤθεσι νόμων. De re vid. *Strabo* X. p. 459. Ceterum Cod. Paris. περὶ πολιτείας, omisso τέ. — Mox pro κατὰ τὴν πορείαν *Stephanus* scriptum malebat καὶ τὴν, sine causa. Etiam *Ficinus* vertit: inter eundum, et *Cornarius:* quandoquidem vero in eiusmodi moribus educati estis, qui leges respiciunt, et tu et ille, spero nos non iniucunde nunc et de republica et de legibus conversationem habituros esse in hac profectione, ita ut simul et dicamus et audiamus. Ceterum a cod. Paris. τέ ante πολιτείας abest.

πάντως δ' ἥ γε ἐκ Κνωσοῦ ὁδὸς κ. τ. λ. Πάντως est omnino (überhaupt), etiam si ab hoc discesseris, h. e., praeterea, praesertim etiam (auch abgesehen davon, überdies, besonders auch). Sic Theaet. 143. A: ἀλλὰ τί κωλύει νῦν ἡμεῖς διελθεῖν; πάντως ἔγωγε καὶ ἀναπαύσασθαι δέομαι ὡς ἐξ ἀγροῦ ἥκων. P. 162. A: πάντως καὶ δὴ νυν μάλ' ἐμμελῶς σοι ἐφαίνετο ὑπακούειν. Cf. *Heindorf.* ad Theaet. p. 284. — Mox δ' ἥ γε e cod. Voss. (v. *Heusdii* Specim. crit. in Platon. p. 144.) pro δή γε reposuimus; idem iam *Stephanus* coniecerat, approbantibus *Gottlebero* et *Heindorfio* (ad Theaet. l. l.). — Deinde Κνωσοῦ pro Κνωσσοῦ scripsimus; Κνωσοῦ, quod, ut antiquiorem scripturam, numi et inscriptiones commendant, servarunt liber Lovan. et Ficinus, cuius versio genuina habet *a Gnoso.* Sic lib. VI. p. 752 sq. semper Κνωσός et Κνώσιοι scribitur. Cf.

Tzschucke ad Strab. X. T. IV. p. 236. Similiter infra *Μεσήνη* et *Μεσήνιος* scripsimus, quod Codd. Thucyd. VI, 48. et VI, 74. habent. Vid. *Dorvill.* ad Charit. p. 90.

ἐν τοῖς ὑψηλοῖς δένδρεσιν. Vertunt interpretes *sub altis arboribus*, sed ἐν est *ad*, *prope* s. *iuxta*, vid. *Wesseling.* ad Diodor. Sicul. XVII, 10. XIX, 58. *Dorvill.* ad Charit. p. 206. et *Hemsterhus.* ad Lucian. T. II. p. 395. — De Iovis antro Schol. Ruhnken. p. 216: *οὗ τὰ μέγιστα τῶν τοῦ Διὸς μυστηρίων καὶ τῶν Κουρήτων ἐνιερᾶσθαι ἐλέγετο.* Cf. *Strabo* X. p. 458. 464.

λόγοις — διαπεράναι. Cap. 7: *παραμύθια ποιήσασθαι τῆς ὁδοῦ.* III, 6: *ἀλλὰ μὴν δεῖ γε ἡμᾶς — διελθεῖν τὴν ὁδὸν ἀλύπως, ὡς ἔφαμεν, ἡνίκα ἠρχόμεθα πορεύεσθαι.* Similia sunt illa *Virgilii* Aen. VIII, 309:

— varioque viam sermone levabat.

Heliodori Aethiop. III: *τὸν πόνον ὁδοιπορίας ἐπικουφίζων καὶ τῷ διηγήματι παραπέμπων.* *Minucii Felic.* Octav. p. 22: iter fabulis fallentibus legebamus; ubi v. *Ouzel.*

Καὶ μὴν ἔστι γε κ.τ.λ. *Cicero* de legib. I, 5. (p. 20. ed. Görenz.): Visne igitur, ut ille Crete cum Clinia et cum Lacedaemonio Megillo aestivo, quemadmodum describit, die in cupressetis Cnosiorum et spatiis sylvestribus crebro insistens, interdum acquiescens de institutis rerum publicarum ac de optimis legibus disputat. — *ἐν οἷσιν.* Platonem scripsisse credo *ἐν οἷς συναναπαυόμενοι.* Sed et *δρόμοισι*, paulo post non immerito suspectum fuerit. *Stephanus.* Verumtamen formae illae ionicae etiam Atticis frequentantur, ut lib. III, 10. p. 690. E: *ἐν τοῖσι δήμοις.* VI, 22. p. 7?3. A: *ἀγωνίοισι θεοῖς.* C. 23. p. 785. A: *ἐν ἱεροῖσι πατρῴοις.* VII, 1. p. 789. A: *τοῖς κυομένοισι.* C. 4. p. 794. A: *ἐλευθέροισι.* C. 5. p. 795. A: *ἐν οἷσι μαθεῖν δυνατόν.* C. 13. p. 806. D: *οἷσι.* VIII, 10: *τοῖσι.* IX, 12: *ἐφ' οἷσι*, ut p. 873. E. XII, 9. p. 957. E. al. Cf. *Dorvill.* ad Charit. p. 237. et *Schäfer.* ad Gregor. Corinth. de dialect. p. 375 sq.

Ὀρθῶς λέγεις κ.τ.λ. Misere depravata haec leguntur in libris editis: *Ὀρθῶς λέγεις. ΚΛΕΙ. Πάνυ μὲν οὖν. ἰδόντες* (*Stephanus* adiecit *δέ*, haud dubie *Cornarium* secutus, qui vertit: sed conspicati magis id dicemus), *μᾶλλον φήσομεν. ἀλλ' ἴωμεν ἀγαθῇ τύχῃ. ΑΘΗΝ. Ταῦτ' εἴη. καί μοι λέγε* cet. In qui-

bus verba affirmantia Πάνυ μὲν οὖν inepte Cliniae adscripta vides. Et universa oratio Ὀρθῶς — τύχῃ magis in Atheniensem properantem fere, quam in Cliniam quadrat. Etiam μᾶλλον φήσομεν, quum nihil nisi verba ὀρθῶς λέγεις possit respicere, illa Ὀρθῶς λέγεις — φήσομεν uni et eidem personae tribui iubet. Servavit genuinam orationis dispositionem *Ficinus*, qui vertit: ATHEN. Recte nimium (πάνυ μὲν οὖν) loqueris; verum (δέ) haec magis affirmabimus, cum viderimus. Sed eamus iam bona fortuna comite. CLI. Fiat. ATHEN. Sed dic mihi oro cet.

CAP. II.

Καί μοι λέγε. Καί adhortationi inservit, ut c. 5: καί μοι τῷ λόγῳ ξυνακολουθήσατε. II, 7. al. Vid. *Viger.* de idiot. p. 524. ed. Herm.

τὴν τῶν ὅπλων ἕξιν. Schol. Ruhnk. σχέσιν ἢ περιβολὴν ἢ ἁπλῶς ὅπλισιν, παρὰ τὸ ἔχειν. Est potius armorum tractatio. Similiter *Isocrates* in Busir. laud. p. 225. A. ed. Steph., ubi Lacedaemonios plura dicit ab Aegyptiis accepta tenuisse: καὶ γὰρ τὸ μηδένα τῶν μαχίμων ἄνευ τῆς τῶν ἀρχόντων γνώμης ἀποδημεῖν καὶ τὰ συσσίτια καὶ τὴν τῶν σωμάτων ἄσκησιν — μηδ' ἐπὶ ταῖς ἄλλαις τέχναις διατρίβειν, ἀλλὰ τοῖς ὅπλοις καὶ ταῖς στρατείαις προσέχειν τὸν νοῦν, ἐκεῖθεν ἅπαντα ταῦτα εἰλήφασι. Ceterum Cretenses primi dicuntur gymnasia instituisse, v. Polit. V, 3. ubi v. not. et *Perizon.* ad Aelian. V. H. III, 9. — Convivia publica (ξυσσίτια) Lacedaemoniis φιδίτια (quasi φιλίτια a φιλία, vel φειδίτια a φειδώ, parsimonia) dicebantur, et Cretensibus ἄνδρια vel ἀνδρεῖα (vid. *Tzschucke* ad Strab. X. T. IV. p. 277.). Cf. *Aristotel.* Polit. II, 7. (c. 6. §. 3. ed. Schneid.) et *Meurs.* Miscell. Lacon. I, 9. in Gronov. Thesaur. gr. ant. T. V. p. 2322 sq. De his conviviis cf. Polit. III, 22. et Legg. VI, 21. p. 780. B., ubi eorum origo explicatur. Vid. *Manso* in Sparta T. I. P. I. p. 156 sq. P. II. p. 188 sq. T. III. P. I. p. 271 sq.

τὴν γὰρ — φύσιν ὁρᾶτε pro ὁρᾶτε, ὡς ἡ φύσις, ut infra ἀνευρήσεις οὕτω σκοπῶν τὸν Κρητῶν νομοθέτην, quo nihil frequentius. Sic V, 5. 733. D: διανοεῖσθαι τοὺς βίους ἡμῶν, ὡς ἐν τούτοις ἐνδεδεμένοι πεφύκασι. VII, 2. 790. C: τὴν τιθήνησιν καὶ κίνησιν —, ὡς ἔστι ξύμφορος ἅπασι. X, 13. p. 905. C: οὐκ εἰδὼς αὐτῶν τὴν ξυντέλειαν, ὅπῃ ποτὲ τῷ παντὶ ξυμβάλλεται. XII, 3. 946. E: τὰς δ' εὐθύνας αὐτῶν τούτων ἀκούειν χρή, τίνες ἔσονται

καὶ τίνα τρόπον. al. Cf. *Taylor.* ind. Graecit. Lys. T. VI. p. 917. ed. Reisk. et *Coray* ad Isocrat. p. 14.

πεδιάς, campestris, plana, i. q. πεδινή (a πέδον, πεδίον), quocirca recte scribitur πεδιάς; Bas. 1. et 2. male exhibent πεδειάς. De *Creta*, insula montosa et sylvestri, vid. *Strabo* X. T. IV. p. 227 sq. Thessalia contra, campestris et pascua regio, equos ferebat generosissimos, quocirca re equestri maxime valuit. Meno init. πρὸ τοῦ μὲν Θετταλοὶ εὐδόκιμοι ἦσαν ἐν τοῖς Ἕλλησι καὶ ἐθαυμάζοντο ἐφ' ἱππικῇ τε καὶ πλούτῳ. Hipp. mai. 284. A: Ὁ οὖν κάλλιστ' ἐπιστάμενος ἱππικὴν παραδιδόναι, ἆρ' οὐκ ἂν ἐν Θετταλίᾳ τῆς Ἑλλάδος μάλιστα τιμῷτο καὶ πλεῖστα χρήματα λαμβάνοι, καὶ ἄλλοθι ὅπου τοῦτο σπουδάζοιτο; Cf. *Valckenar.* in Oratt. Valcken. et Hemsterhus. p. 258. Ceterum haud male adnotat Schol. Ruhnk. ἀπολογεῖται διὰ τὴν τῶν τόξων χρῆσιν· καὶ γὰρ ὄνειδος ἦν, ὡς τὸ τοξότα λωβητήρ· οὐ γὰρ ἀγχέμαχοι, ἀλλὰ πόῤῥωθεν βάλλουσιν οἱ τοξόται. αἰτιᾶται οὖν τὸν τόπον. Atque Cretenses constat sagittarios fuisse praestantissimos; vid. *Hemsterhus.* ad Lucian. T. I. p. 289. Bip.

ἥδε — αὖ: haec (nostra terra, Creta) contra (αὖ) inaequalis est et ad cursus-pedestris exercitationem magis apta. *Ficinus* non satis perspicue vertit: inaequalitas haec locorum ad pedestrem exercitationem cursumque est aptior.

ἐν τῷ τοιούτῳ, hoc in casu, tunc. Sic lib. II, 4. p. 657. C: καὶ μὴν ἔν γε τῷ τοιούτῳ χαίροντες ἡσυχίαν οὐ δυνάμεθα ἄγειν. C. 12. p. 671. B: πᾶς δέ γε αὐτὸς αὑτοῦ κουφότερος αἴρεται — ἐν τῷ τοιούτῳ. Polit. III, 6: Ἐν δὴ τῷ τοιούτῳ, ὡς ἔοικεν, οὗτός τε καὶ οἱ ἄλλοι ποιηταὶ διὰ μιμήσεως τὴν διήγησιν ποιοῦνται. VI, 6: ἐν δὴ τῷ τοιούτῳ cet. al. Cf. Lexic. Xenophont. T. III. p. 341.

ἐξήρτυται. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. exhibent ἐξήρτηται, idque *Cornarius* expressit vertendo: haec igitur omnia ad bellum nobis *appensa* sunt. *Ficinus* contra vertit: haec igitur omnia ad bellum nobis *accommodata* sunt; quem *Stephanus* haud dubie secutus sine ulla admonitione ἐξήρτυται scripsit. Paulo post pro αὐτῶν Ald. Lov. Bas. 1. et 2. αὑτῶν.

P. 9. δραστέον. Haec ex legis latoris sententia disputata sunt; quocirca intelligi debet εἶναι: videtur mihi iudicasse (ex καταγνῶναι eruendum est γνῶναι; et καταγνῶναί τινος ἄνοιαν est;

de insipientia aliquem accusare, pro stulto habere, v. *Fischer.* ad Euthyphr. p. 7. Pro ἄνοια vero videndum est, annon scribi oporteat ἄγνοια; vid. ad III, 9.), si convivia in bello custodiae causa habere oporteat, idem etiam in pace faciendum esse. Hinc sequitur τοῦτ' εἶναι μόνον ὄνομα (int. ipsius sententia mihi videtur fuisse). — Pro εἰ δή e cod. Voss. recepimus εἰ δέ, quod argumentatio postulat. Pro ὅταν στρατεύωνται idem liber exhibet ὁπότ' ἂν στρατ.

ἣν γὰρ καλοῦσιν cet. Haec usque ad νικώντων γίγνεσθαι laudat *Stobaeus* Serm. XLVIII. p. 353. v. 24., ubi scribitur τῶν ἀνθρώπων οἱ πλεῖστοι — πάσας ἀεὶ τὰς πόλεις — ἂν εὑρήσεις — ξυνετάξατο.

ἀκήρυκτον. Schol. Ruhnk. μὴ ἁπλῶς ἐκ τινὸς περιστάσεως γιγνόμενον καὶ δεόμενον κήρυκος τοῦ διεγείροντος τοὺς ἀπείρους φύσει πάντας ἐπὶ τοῦτον παρεσκευάσθαι. Bellum ἀκήρυκτον, quod non legitime indicitur, plerumque ponitur de saevo, implacabili, internecivo, vel de perpetuo, ut h. l. Sic *Xenophont.* Anabas. III, 3. 5: καὶ ἐκ τούτου ἔδοκει τοῖς στρατηγοῖς βέλτιον εἶναι δόγμα ποιήσασθαι, τὸν πόλεμον ἀκήρυκτον εἶναι, ἔς τε ἐν τῇ πολεμίᾳ εἶεν. *Demosthen.* Orat. pro Coron. p. 314: ἦν γὰρ ἄσπονδος καὶ ἀκήρυκτος ὑμῖν ὁ πρὸς τοὺς θεατὰς πόλεμος. *Aeschines* de Fals. legat. T. III. p. 222: ἐξ εἰρήνης πόλεμος ἀκήρυκτος. p. 258: ἀσπόνδους καὶ ἀκηρύκτους τοὺς πολέμους ποιήσετε. *Plutarch.* Pericl. vit. p. 168. E: ἐπεὶ δ' ὁ πεμφθεὶς κῆρυξ Ἀνθεμόκριτος αἰτίᾳ τῶν Μεγαρέων ἀποθανεῖν ἔδοξε, γράφει ψήφισμα κατ' αὐτῶν Χαρῖνος, ἄσπονδον μὲν εἶναι καὶ ἀκήρυκτον ἔχθραν. Hinc ἀκηρυκτεὶ πολεμεῖν ap. *Dion. Cass.* fragm. 143. ἄσπονδα καὶ ἀκήρυκτα πάντα *Lucian.* Piscat. c. 36. T. I. p. 266. ed. Schmied. *Philo Iud.* de Somn. p. 681. B. al.

κατὰ ταῦτα, propterea, vid. *Viger.* de idiotism. p. 632. Mox ὡς (quia) — οὐδὲν ὄφελος ὄν accusativi sunt absoluti, ut VII, 21. p. 819. C. IX, 1. p. 853. C: τιθέναι ἐπ' αὐτοῖς νόμους, ὡς ἐσομένους, ὅπερ εἶπον, αἰσχρὸν μέν τινα τρόπον. c. 6. p. 862. A. c. 8. p. 866. B. XI, 12. p. 933. C: ὡς πρῶτον μὲν τὸν ἐπιχειροῦντα φαρμάττειν οὐκ εἰδότα, τί δρᾷ κ. τ. λ. Cf. *Koen.* ad Gregor. Corinth. p. 15 sq. *Fischer.* ad Weller. T. III. P. I. p. 387. et *Matthiae* Gramm. graec. p. 820.

πάντα δὲ — γίγνεσθαι. *Stephanus* malebat γίγνεται vel intelligendum esse censebat φιλεῖ, εἴωθε vel aliud quodpiam;

sed recte habet infinitivus, ut in praegressis. Artius coniunxit haec cum praegressis *Ficinus* ita vertens: quasi ceterarum rerum nulla esset utilitas, non possessionum, non artium, nisi quis bello superet, cum omnia bona eorum, qui victi (ed. 1491. exhibet *invicti*) sunt, ad victores ilico transeant.

CAP. III.

ἔτι σαφέστερον. Sic Bas. 2. Stephan. et Bip., Ald. Bas. 1. et Lovan. ἐπισαφέστερον, vitiose. Paulo ante Cod. Voss. τὰ τῶν Κρητῶν.

ὃν γὰρ ὅρον ἔθου cet. Sensus est: nam secundum eam, quam posuisti, bene institutae civitatis definitionem dicere mihi videris, ita eam ordinatam s. institutam esse oportere, ut ceteras bello superet, h. e., ita mihi videris bene institutam civitatem definire, ut dicas, eam oportere ceteras bello vincere. *Ficinus* vertit: recte dispositam civitatem tunc demum dicere visus es, cum sic instituta est, ut ceteras bello vincere possit. Οἰκεῖν, habitare, etiam administrare (v. *Valcken.* ad Eurip. Phoeniss. p. 178. et *Rudolphi* ad Ocell. Lucan. p. 307. Sic VI, 20. p. 779. C.) sensu passivo vel neutro de ipsa urbe usurpatur, ut sit habitari, institutam esse, vel simpliciter esse. Sic Legg. III, 16. p. 702. A: πῶς ποτ' ἂν πόλις ἄριστα οἰκοίη. IX, 1. p. 853. B. 12. init. ἐν κακῶς οἰκούσαις πόλεσι. Similiter κατοικεῖν usurpatur, vid. III, 4. p. 682. c. 11. p. 693. A. al. *Xenoph.* Hist. graec. IV, 8. 5: καὶ ἄλλα γε χωρία δύνανται οἰκεῖν οὐχ ὑπήκοα ὄντα βασιλέως. VII, 5. 5: καὶ εἴ τινες δὴ πόλεις, διὰ τὸ σμικραί τε εἶναι καὶ ἐν μέσαις ταύταις οἰκεῖν, ἠναγκάζοντο. Verba videlicet habitandi ab incolis ad urbes et loca transferuntur, velut κατοικίζειν (vid. ad III, 4.) al.

P. 10. ὦ θεῖε. Schol. Ruhnk. p. 217: ἡ ἀπόκρισις ἔνδειξιν ἔχει τοῦ Λακωνικοῦ τρόπου, σύντομος οὖσα καὶ συνεστραμμένη, ἅμα δὲ καὶ κατὰ τὴν λέξιν τραχύτητα ὑποφαίνουσα· καὶ τὸ ὦ θεῖε Λακωνικόν, πλὴν ὅτι τὸ θ ἐνήλλακται· Σεῖε γὰρ τὸ θεῖε παρ' αὐτοῖς. Meno p. 99. D: καὶ οἱ Λάκωνες, ὅταν τινὰ ἐγκωμιάζωσιν ἀγαθὸν ἄνδρα, θεῖος ἀνήρ, φασίν, οὗτος. Ubi *Casaubonus* ad Athen. VIII, 16. p. 631. scriptum malebat σεῖος ἀνήρ, citans *Aristotel.* Ethic. Nicom. VII, 1: καθάπερ οἱ Λάκωνες εἰώθασι προσαγορεύειν, ὅταν ἀγασθῶσι σφόδρα του, Σεῖος ἀνήρ, φασίν (Cf. dialog. de virtut. p. 379. D.). Attamen

quum Lacedaemonii σεῖορ pro θεῖος dixerint (vid. *Meurs.* Miscell. Lacon. II, 8. in Gronov. Thes. gr. ant. T. V. p. 2376 seq. et *Maittaire* de dialect. p. 196 sq. ed. Sturz.), Platonem verisimilius est vocis θεῖος usum apud Laconas tantummodo significare voluisse eamque sua dialecto exhibuisse, non Laconica.

Λακεδαιμονίων γε ὁστισοῦν. Sic c. 7. p. 633. B: ἔγωγε εἴποιμ' ἂν καὶ Λακεδαιμονίων ὁστισοῦν; unde *Böckhius* in Min. p. 70. hanc quoque loquendi formulam, etsi frequentissima apud Platonem est, Laconismum redolere opinabatur.

Πότερ' οὖν. Sic Ald. Lovan. Bas. 1. 2. et cod. Paris. Sine causa *Stephanus* scripsit πότερον οὖν; πότερα enim idem est magisque atticum. Sic infra πότερα φῶμεν. C. 4: πότερα δ' ἀπολομένων — δέξαιτ' ἄν τις μᾶλλον. C. 7: πότερα λέγομεν. II, 1. alia innumera.

ταυτόν ἐστι. Sic Cod. Voss. Interrogationis vero signum post Τί δέ, quod in exemplis Stephan. et Bip. reperitur, cum Ald. Lov. Bas. 1. et 2. delevimus, et Bas. 2. secuti post ἀνδρί posuimus comma. Ceterum in verbis πρὸς ἄνδρα — πρὸς ἕνα chiasmus inest, ut III, 12. p. 696. A: πενίᾳ καὶ πλούτῳ καὶ βασιλείᾳ καὶ ἰδιωτείᾳ. IX, 9. p. 868. B: τὴν διπλασίαν χρημάτων τε καὶ τῶν ἄλλων πράξεων ἀναγκαζέτω πράττειν τε καὶ ἐκτίνειν. Sic et VI, 1. p. 751. D.

Αὐτῷ δὲ πρὸς αὐτὸν κ.τ.λ. Laudat haec *Euseb.* Praep. Evang. XII, 27. p. 600. B. et respexit *Themist.* Orat. X. p. 229. Eusebius pro αὐτόν exhibet ἑαυτόν, Ald. vero, Bas. 1. 2. et Lov. αὐτόν. Verba ipsa αὐτῷ δὲ πρὸς αὐτόν commate separavimus a sequentibus, quia dativus αὐτῷ non e verbo διανοητέον pendet, sed propter praegressos dativos, e vocibus ὀρθόν et ταυτόν pendentes, positus est; et propter αὐτῷ sequitur ὡς πολεμίῳ, quanquam διανοητέον genitivum postulabat: πότερον ὡς πολεμίου ὄντος πρὸς πολέμιον διανοητέον; post διανοεῖσθαι enim ὡς cum genitivo ponitur, qui accusativi cum infinitivo partes agit, v. ad Polit. I. p. 327. C. et *Böckh.* in Min. p. 121. Igitur sensus est: quod vero ad unumquemque attinet eiusque ad semet ipsum rationem, utrum hostem adversus hostem (h. e., sibimet ipsi adversarium) esse existimare debemus? *Ficinus* vertit: Quid porro de viro quolibet ad se ipsum est dicendum? Utrum quemlibet ad se ipsum quasi hostem ad ho-

stem affici dicemus, an aliter?" Explicatur hiclocus cap. 3.: ταῦτα γάρ, ὡς πολέμου ἐν ἑκάστοις ἡμῶν ὄντος πρὸς ἡμᾶς αὐτούς, σημαίνει.

ἢ πῶς ἔτι λέγομεν. Sic Codd. Voss. et Paris. Vulgo λέγωμεν, quod peculiari verbi λέγειν usui adversatur; ponitur enim λέγειν ita, ut id, quod orationem antecedit, significet, iudicium vel sententiam. Igitur verba illa ita capienda sunt: an quomodo sentimus (*oder wie meinen wir sonst?*), non: quomodo dicimus; tunc enim λέγωμεν vel φῶμεν (quomodo praeterea *dicamus:* wie *sollen* wir sonst sagen?) sensus posceret. Sic I, 15. p. 649. A: πότερον ἔστι πόμα; ἢ πῶς λέγομεν (oder wie *meinen* wir). VIII, 6. p. 837. D: ἢ πῶς λέγομεν, ὦ φίλε Μέγιλλε; ubi vulgo λέγωμεν. Itaque etiam lib. II, 4. init. scripsimus Ἆρ' οὖν θαρσοῦντες λέγομεν, quia λέγειν non simpliciter est dicere (i. q. φάναι), sed potius sentire, contendere, ut II, 1. p. 652. B. Gorg. 455. A. Hipp. Mai. 296. A. (ubi *Heindorf.* p. 162. non satisfacit explicans: quid s quale sit id, quod dicimus, quum λέγειν sit asserere s. contendere). Et sic frequentissime occurrunt οὕτω λέγειν, ita sentire, ὥς γε ἐγὼ λέγω, ut equidem existimo, al.

οὐ γάρ σε Ἀττικὸν — προσαγορεύειν. Schol. Ruhnk. p. 218: οὔ σέ φημι ἀπὸ ἀνθρώπου ἔχειν τὴν ἐπωνυμίαν Ἀτθίδος ἤ τινος τοιούτου, ἀλλ' ἀπὸ τῆς θεοῦ τῆς Ἀθηνᾶς, ἐπιστημόνως σε καὶ φρονίμως οὕτως διατιθέντα τοὺς λόγους. Dictae videlicet sunt Athenae, ut veteres tradunt, ab Ἀθήνη s. Minerva, cui Amphictyon urbem consecraverat (v. *Iustin.* II, 6. *Isidor.* Orig. XV, 1. Hinc Παλλάδος πόλις *Aeschylo* dicitur Pers. 347. Cf. *Valer. Flacc.* V, 647. *Petron.* c. 5.). *Lycurg.* Orat. adv. Leocrat. p. 156. T. IV: καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν τὴν Ἀθηνᾶν (τιμῶντες?), ὡς τὴν χώραν εἰληχυῖαν, ὁμώνυμον αὐτῇ τὴν πατρίδα προσηγόρευον Ἀθήνας. Cf. *Platon.* Tim. p. 23. D. et *Meurs.* de fortun. Athen. c. II. — Ceterum propter ἄξιος, quod genitivum efflagitat, τῆς ἐπωνυμίας positum est pro τῇ ἐπωνυμίᾳ; dicitur enim aliquid ἐπονομάζεσθαι τῇ ἐπωνυμίᾳ τινός, ut Phaed. c. 51: ἐπονομάζοντες αὐτὰ τῇ ἐκείνων ἐπωνυμίᾳ. Grammatica igitur ratio hoc postulabat: δοκεῖς γάρ μοι ἄξιος εἶναι μᾶλλον (τοῦ) ἐπονομάζεσθαι τῇ τῆς θεοῦ ἐπωνυμίᾳ.

ὀρθῶς ἀναγαγών. Schol. Ruhnk. τῇ ἀναλύσει χρησάμενος καὶ ἐφ' ἕνα ἕκαστον ἀναγαγὼν ἐκ τῆς ὅλης πόλεως. — Mox pro ἀνευρήσεις Euseb. ἂν εὑρήσεις et ὀρθῶς ἐῤῥέθη ὑφ' ἡμῶν.

καὶ ἑκάστους αὐτούς. Particulam καί e cod. Voss. interposuimus, addicente *Ficino*, qui vertit: hostes videlicet omnes omnibus esse tam publice quam privatim, *et* singulos sibi ipsis. *Stephanus* observat legi quoque: ἰδίᾳ ἑκάστους, καὶ αὐτοὺς σφίσιν αὐτοῖς. Ceterum vox δημοσίᾳ spectat ad bella civitatis, ἰδίᾳ ad inimicitias vicorum ac domorum, et ἑκάστους αὐτοὺς σφίσιν αὐτοῖς ad animi discordiam, h. e., ad conflictionem rationis (τοῦ κρείττονος) cum cupiditate (τῷ χείρονι). Hinc τὸ νικᾶν αὐτὸν ἑαυτόν est se ipsum regere, rationem sequi, contra τὸ ἡττᾶσθαι αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ, cupiditati obsequi. Vide quae Plato hac de re disputavit Polit. IV, 8. ubi cf. not.

Κἀνταῦθα. Sensus est: etiam in singulo homine se ipsum vincere optimum est, turpissimum contra a se ipso vinci; haec autem verba *vincere* et *vinci* bellum in nobis inesse significant. Idcirco unumquemque sibimet ipsum adversarium esse posui. — De ὡς cum genitivo nominis et participii vid. ad c. 1.

ἐν αὐταῖς. Ald. Bas. 1. 2. et Lov. αὐταῖς. In praegressis ὃ μέν — ὃ δέ pro ὁ μέν — ὁ δέ scripsimus, quia ὅ, hoc sensu positum, accentu carere nequit.

P. 11. *τὴν δ' ἥττω.* Τὴν δ' positum est, ac si τὴν μέν praecesserit, ut c. 5. p. 629. D: τοὺς δ' ἔψεξας τῶν ἀνδρῶν. VII, 21. p. 819. C: οἱ δὲ καὶ ὅλας πως διαδιδόντες. Alia collegerunt exempla *Hermann.* ad Viger. p. 699. *Heusd.* Spec. crit. in Plat. p. 76. et *Heindorf.* ad Gorg. p. 31. Ceterum Cod. Paris. exhibet Κρείττω τε ἑαυτῆς εἶναι λέγεις τινά.

τὸ μὲν τοίνυν cet. *Stephanus* malebat τὸ μέντοι νῦν, haud dubie *Ficinum* respiciens, ut qui verterit: „Sed utrum quod peius est, meliore aliquando superius et potentius sit, *ad praesens* praetermittatur." Sed nulla opus est correctione, et recte habet τὸ μέν (i. q. τοῦτο μέν), cui respondet τὸ δ' ὑπὸ σοῦ λεγόμενον. Ceterum cum Ald. Bas. 1. 2. et Lov. scripsimus ἔστι (revera est s. reperitur) pro ἐστί. De re ipsa, Schol. Ruhnk. p. 129: ἐπειδὴ κρεῖττον οὐ μόνον λέγεται τὸ βέλτιον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπικρατέστερον, ἐπειδὰν τὸ χεῖρον νικᾷ, καὶ κρεῖττόν ἐστιν· ὃ καὶ αἰνίγματι ἔοικεν, εἶναι τὸ χεῖρον κρεῖττον. ἀλλ' ἐστὶ τὸ χεῖρον κρεῖττον οὐχ ὡς βέλτιον, ἀλλ' ὡς ἐπικρατέστερον ὂν τηνικαῦτα. Scilicet ὁμωνυμία est in vocis κρεῖττον usu et contradictio, de qua paulo post exponitur, propterea quod etiam deterius, si vincit (κρατεῖ), κρεῖττον, i. e., superius est vel poten-

tius; tunc vero deterius κρεῖττον erit meliore (τοῦ ἀμείνονος), id quod fieri non potest, quia nonnisi id, quod melius est, κρεῖττον dici potest. Distinguenda igitur esse τὸ κρατοῦν et τὸ κρεῖττον Atheniensis monet: ut τὸ κρατοῦν etiam τὸ χεῖρον esse possit, τὸ κρεῖττον vero sensu proprio τὸ ἄμεινον vel βέλτιον sit.

ὥς ποτε. Malim ex vet. ὡς εἴποτε πολῖται cet. simulque expungi velim καί paulo post ante ὅταν. *Stephanus.* Sine causa haec verba tentantur, etsi negari nequit, sententiam magis perspicue potuisse exponi; sed orationem in his libris aliquanto obscuriorem ac perplexiorem esse, quam in ceteris libris Platonicis, quaevis fere pagina docet. — Pro ἄδικοι Ald. Lov. et Bas. 1. exhibent ἄδικα.

Καὶ μάλα ἄτοπον, quod in eo cernitur, quod civitas, si deterior eaque maior ipsius pars (ἄδικοι καὶ πολλοί) vincat, ἥττων ἑαυτῆς dicenda erit, contra si pars illa vincatur, κρείττων; ex quo sequeretur, civitatem vincentem s. superiorem esse inferiorem vel deteriorem appellandam, victam vero s. deteriorem, superiorem. Posuerat enim Clinias, τὸ νικᾶν αὐτὸν esse τὸ κρεῖττον, τὸ ἡττᾶσθαι αὐτὸν ὑφ᾽ ἑαυτοῦ vero τὸ χεῖρον. Atque his Atheniensis viam sibi munit ad sententiam suam probandam, bonam civitatem non hanc esse, in qua oppositio quaedam et conflictio cernatur melioris partis cum deteriore, sed eam, quae in se perfecta sit atque concors; civitatis igitur praestantiam non ex illa duarum partium conflictione et pugna aestimandam esse, sed ex interiore virtute ac concordia. Quae quidem contra Cretensium inprimis civitatem disputata esse, in qua omnia ad bellum, non ad virtutem spectabant, neminem potest fugere.

CAP. IV.

Ἔχε δή est *agedum.* Sic c. 10. p. 639. D. Gorg. 460. A. Protagor. 349. D. Theaet. 186. B. Cratyl. 438. E. Io. 535. B. Etiam simplex ἔχε sic usurpatur, ut Alcibiad. I. p. 109. B., et cum οὖν coniunctum, Alcib. I. p. 129. B. *Heindorfius* ad Gorg. §. 35. et ad Protag. p. 608. explicat: subsiste. Ad *μιᾶς* suppl. γυναικός, vid. *L. Bos.* Ellips. p. 93 sq. ed. Schäf. Deinde pro νιεῖς atticam formam νιῆς substituimus, de qua vid. *Eustath.* ad Il. ά. p. 38. *Hemsterhus.* ad Plut. 808. et *Mat-*

thiae Gramm. graec. p. 97. — *Πλείους* pro *πλείστους* suppeditarunt Cod. Voss. et *Ficinus*, qui vertit: „nec mirum, si *plures* eorum iniusti erunt." Saepenumero quidem superlativus comparativi locum obtinet, quod Atticorum proprium esse dicit *Gregor. Corinth.* p. 41. (cf. *Wesseling.* ad Herodot. VII, 16. p. 517. *Abresch.* Diluc. Thucyd. p. 514. al.); attamen propter oppositum *τοὺς δὲ ἐλάττους* comparativus rectius h. l. habet.

τοῦτο θηρεύειν, hoc captare (ut videlicet impugnes), quod vulgo dicitur, domum, si pravi vincant, se ipsa inferiorem esse, igitur ipsa maioris partis victoria fieri inferiorem, contra illius clade superiorem. Verbum *θηρεύειν* spectat ad vulgares illas loquendi formulas: *κρείττω* et *ἥττω αὐτοῦ εἶναι*, in quibus absurdi quid et contrarii inesse, iam supra Clinias observavit; cf. Plat. Polit. IV. p. 430. E. Et vulgares illas loquendi rationes respici, non rem ipsam reprobari, docent et appositum: *ὅτι λέγοιτο ἄν*, et quae infra sequuntur: *πρὸς τὸν τῶν πολλῶν λόγον*. Quocirca non est, cur cum *Böckhio* in Min. p. 85. scribamus *ἐν τούτῳ ὀνόματα θηρεύειν*, licet *Ficinus* verterit: nec mihi modo nec vobis decorum est *in hoc verba aucupari*. Haud dubie enim *Ficinus*, illius *ὀνόματα θηρεύειν* in Gorg. 489. B, (cf. *Heindorf.* p. 143.) memor, perspicuitatis gratia apposuit *verba*. — Ceterum Bas. 1. et 2. pro *ὑμῖν* habent *ἡμῖν*. Mox Bas. 2. *ἧττον* et Ald. Bas. 1. et 2. *αὐτῆς* pro *αὑτῆς*.

P. 12. *πρὸς τὸν τῶν πολλῶν λόγον*. Haec, quae vulgo male explicant (*Ficinus* enim vertit: quod multi facere solent, et *Cornarius*: iuxta multorum consuetudinem), opposita sunt sequentibus· *ἥτις ποτέ ἐστι φύσει*. Melius sensum expressit *Serranus* vertendo: „non enim in eo nunc versamur, ut perspiciamus, quam consentanee aut dissentanee vocabula illa ex vulgi usu atque consuetudine usurpentur." Sensus universae orationis est: non verba spectamus eorumque rectum ac convenientem usum, sed rem (leges) eiusque naturam. Opposita sibi sunt *εὐσχημοσύνης* (qui est conveniens rectusque usus) et *ὀρθότητος* — *ἀσχημοσύνης* (et hic est perversus verborum usus, qui contrarii ideoque absurdi quid atque ridiculi continet) et *ἁμαρτίας*; *ῥημάτων* — *νόμων*; *πρὸς τὸν τῶν πολλῶν λόγον* — *ἥτις ποτέ ἐστι φύσει*. — In sequentt. post *δικαστής* interrogatio-

nis signum delevimus. Pro ξυγγένειαν Cod. Voss. τὴν συγγένειαν.

μήτε ἀπολέσειε cet. Particulam μήτε in μήποτε mutandam censeo, quum nihil sit, quod illi apte subiungatur. *Stephanus.* Miror, virum graece doctissimum non advertisse, δέ respondere praegresso μήτε, quum hoc passim occurrat. Vid. *Brunck.* ad Eurip. Orest. 295. *Böckh.* in Min. p. 86. et *Matthiae* Gramm. graec. p. 893. — Post δύναιτο, Ald. Bas. 1. et 2. secuti, comma delevimus, quia verba πρὸς ἀλλήλους coniungi oportet cum φίλους εἶναι, qua verborum traiectione nihil frequentius, velut II, 12. p. 671. D: μὴ μετὰ ἀρχόντων ἀθορύβων. III, 11. p. 693. C: καὶ ἄλλα δὴ πολλὰ ὑμᾶς τοιαῦτα ἂν γίγνηται ῥήματα μὴ διαταραττέτω. C. 13. p. 697. C: εἰρήσθω ταῦτα, ἢ πῶς, ἡμῖν; Ibid. ἡ Περσῶν περὶ διάσκεψις τῆς πολιτείας. IV, 5. p. 711. E: ὡσαύτως δὲ καὶ ξυμπάσης δυνάμεως ὁ αὐτὸς πέρι λόγος. C. 8. p. 717. A: βέλη δὲ αὐτοῦ καὶ οἷον ἢ τοῖς βέλεσιν ἔφεσις. VI, 1. 752. B: περὶ τί βλέπων καὶ ποῖ μάλιστα αὐτὸ εἴρηκας τανῦν; C. 8. 760. A: πόλεως μὲν οὖν αἱ φρουραὶ πέρι ταύτῃ γιγνέσθωσαν. C. 23. 784. A: τοῖς ἄρχουσιν ὁπόσας ἂν δοκῇ προστάττειν τε καὶ ὁπόταν. VII, 3. p. 792. C: Τοῦτ' οὐκέτ' ἂν ἐγώ, Κλεινία, ξυνακολουθήσαιμ' ἄν, ὦ θαυμάσιε. C. 18. p. 815. D: τὸ μὲν ἐκ πόνων τινῶν αὐτοῦ καὶ κινδύνων διαπεφευγότων εἰς ἀγαθά. C. 23. p. 824. B: τούτων δὴ πάντων ἔπαινος μὲν πέρι cet. VIII, 4. p. 834. D: θηλείας δὲ περὶ τούτων νόμοις μὲν καὶ ἐπιτάξεσιν οὐκ ἄξια βιάζεσθαι τῆς κοινωνίας. Sic et IX, 14. p. 875. B. X, 4. 890. E. XI, 12. 934. A. C. 14. p. 937. A. al. — Etiam post θείς comma expunximus, quia verba νόμους αὐτοῖς θείς arte cohaerent cum παραφυλάττειν: legibus enim scribendis iudex curat ac prospicit, ut cives concorditer vivant.

βλέπων. Bas. 2. βλέπον, vitiose. Mox διανομοθετοίη scripsimus pro διανομοθετοῖ; sic et κοσμοίη, al.

στάσις. Polit. V, 16. 470. B: *Φαίνεταί μοι, ὥσπερ καὶ ὀνομάζεται δύο ταῦτα τὰ ὀνόματα, πόλεμός τε καὶ στάσις, οὕτω καὶ εἶναι δύο, ὄντα ἐπὶ δυοῖν τινοῖν διαφοραῖν· λέγω δὲ τὰ δύο, τὸ μὲν οἰκεῖον καὶ ξυγγενές, τὸ δὲ ἀλλότριον καὶ ὀθνεῖον. ἐπὶ μὲν οὖν τῇ τοῦ οἰκείου ἔχθρᾳ στάσις κέκληται, ἐπὶ δὲ τῇ τοῦ ἀλλοτρίου πόλεμος.* — In sequentibus pro τέ post γενόμενον *Böckhius* in Min. p. 87. corrigebat δέ, quia sensus nonnisi is esse

possit: „quod bellum quivis cupiet in sua civitate *quum maxime* ne existere quidem, *sin* autem extiterit, extingui quam citissime.“ Sed primum illud *quum maxime* de suo orationi intulit vir doctus, deinde non *μηδέ*, ne — quidem, sed *μήτε* legitur, cui respondet *τέ* post *γενόμενον*. Etiam *Ficinus* vulgatam expressit scripturam vertendo: quae minime omnium esse in civitate sua quivis eligat, *et*, si accidant, quam ocius fieri potest, sedari cupiat.

P. 13. *αὖ τῶν*. Bas. 2. *αὐτῶν*, et mox cum Bas. 1. *κεῖνος*. Ionicum illud *κείνως* facile removeri posset scribendo *ἢ 'κείνως*, si necesse esset. Sic etiam lib. II, 2. p. 654. C: *ἢ κεῖνος*. XII, 3. p. 944. D: *κείνῃ τῇ γενέσει*. *Demosthen.* π. συμμορ. p. 187, 28. Reisk. Cf. Lexic. Xenophont.

Τό γε μὴν ἄριστον cet. Laudat *Clemens Alexandr.* Strom. II, 5. p. 369. B. Sylb. T. I. p. 441. Pott., ubi legimus *Τὸ δὲ — οὔθ' ὁ πόλεμος — ἀπευκτὸν γὰρ — φιλοφροσύνῃ τὸ κράτιστον*.

Ὅμοιον ὡς cet. Supplenda est particula, (*scilicet*, *nimirum*), quae ante enuntiationes et comparativas et explicationi inservientes omitti solet. Sic I, 11. 641. E: *Ἀλλὰ χρὴ ποιεῖν οὕτως*, (scilicet) *ὑμᾶς τε ἐπὶ τὸ μαθεῖν καὶ ἐμὲ ἐπὶ τὸ δηλῶσαι πειρώμενον ἀμωσγέπως ξυντεῖναι τὸν λόγον*. 642. A: *ὁρᾶτε οὖν, τί ποιῶμεν*, (nempe) *εἰ ταῦτα μὲν ἐάσαιμεν ἐν τῷ παρόντι, μετεκβαῖμεν δ' εἰς ἕτερόν τινα νόμων πέρι λόγον*. II, 5. p. 659. E. III, 6. p. 685. C. VI, 9. 762. D. IX, 1. 853. D. c. 10. p. 870. E. Cf. ad Polit. II, 11. p. 370. E. VI, 11. 497. B. c. 18. p. 508. C. et *Heindorf.* ad Theaet. p. 385. — Deinde particula *δέ* post *ὡςαύτως* illata est, sicuti, praegresso *ὥςπερ*, solet *οὕτως δέ* sequi. Vid. *Bast.* Epist. crit. p. 227. et *Heindorf.* ad Phaedon. p. 72 sq.

προςέχοι. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *προςέχειν;* sensus vero postulat *προςέχοι*, ut *Stephanus* correxit; nec aliter *Ficinus* legit, quum verterit: simile est, ac si quis optime cum aegrotante agi *putet*, dum curatur, nec de illo omnino quicquam *cogitet*, qui nunquam aegrotaverit.

πολιτικός. Sic pro *πολεμικός*, quod Ald. Lov. Bas. 1. et 2. exhibent, *Cornarius* correxit et *Stephanus* reposuit. Etiam *Ficinus* vertit: nec *civilis* revera unquam vir erit. *Stephanus* postea (in not. T. III. p. 28.) retentum malebat *πολεμικός*, eique assentitur *Gottleber.* in Act. Erudit. p. 537, falso. Etenim non

de *πολεμικῷ*, sed de *πολιτικῷ* civitatem instituente sermo est (supra *Τί δ' ὁ τὴν πόλιν ξυναρμόττων;* Quem excipit *νομοθέτης*: *Οὐκοῦν καὶ νομοθέτης ὡσαύτως;*), quem Atheniensis monet, si verus *πολιτικὸς* esse velit, non externa bella potissimum oportere respicere (in quo ipso Cretensium civitatem vituperaverat), sed interiorem civium concordiam. Ineptus vero sensus esset, si *πολεμικὸς* diceretur non vere *πολεμικὸς* esse, si externa potissimum bella respiceret quasi, his sublatis, *πολεμικὸς* esse possit. Accedit, quod *πολιτικός* et *νομοθέτης* semper fere sic coniunguntur, ut bene *Böckhius* p. 89. et 171. observavit. Crebro autem *πολεμικός* et *πολιτικός* permutata reperiuntur, ut lib. XI, 5. p. 922. A. — Deinde pro *ὀρθῶς* scripsimus *ὀρθός*, quod et sensus et sequentia *νομοθέτης ἀκριβής* postulant. Praeterea post *ὀρθός* comma posui, quod in libr. Stephan. et Bip. male post *γένοιτο* comparet. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. sine ulla distinctione scribunt *γένοιτο ὀρθῶς πρὸς τὰ ἔξωθεν* cet. — Ceterum *τὰ πολέμου*, ni fallor, propter *χάριν εἰρήνης* pro *τὰ τοῦ πολέμου* (notissimo illo, de quo v. quae *Fischer.* ad Weller. T. I. p. 335 sq. congessit) positum est. Similiter X, 8. init. *τὰ ψυχῆς*, et c. 10: *Τούτοις μὲν τοίνυν ἡμῖν τὸ λόγων τέλος ἐχέτω.*

CAP. V.

θαυμάζω γε μήν cet. Sensus est: tamen mirum mihi videtur, ni leges et nostrae et Lacedaemoniae omnem, quam in civitate constituenda posuerunt, operam huic rei dicaverint, h. e., ni omnium maxime bellum respexerint: tamen dubito, leges Creticas et Lacedaemonias ad aliud quid spectare. — *Γὲ μήν* est *at vero, attamen*, ut IV, 1. 705. A: *πρόσοικος γὰρ θάλασσα χώρᾳ τὸ μὲν παρ' ἑκάστην ἡμέραν ἡδύ, μάλα γε μὴν ὄντως ἁλμυρὸν καὶ πικρὸν γειτόνημα*, VI, 5. p. 757. D: *ἀναγκαῖόν γε μὴν καὶ τούτοις παρωνυμίοισί ποτε προςχρήσασθαι πόλιν ἅπασαν.* C. 14. 769. B: *χρησώμεθά γε μὴν τῷ νῦν παρατυχόντι* cet. C. 19. p. 777. E: *κολάζειν γε μὴν ἐν δίκῃ δούλους δεῖ.* VII, 10. 803. B: *ἀναγκαῖόν γε μὴν σπουδάζειν, τοῦτο δὲ οὐκ εὐτυχές.* XI, 4. p. 919. E: *τὸ δ' ἐλευθερικὸν καὶ ἀνελεύθερον ἀκριβῶς μὲν οὐ ῥᾴδιον νομοθετεῖν, κρινέσθω γε μὴν ὑπὸ τῶν τὰ ἀριστεῖα εἰληφότων.* — *τούτων ἕνεκα*, int. *τῶν πολεμικῶν*, i. e., *τοῦ πολέμου.*

Τάχ' ἂν ἴσως, int. *τούτων ἕνεκα πεποίηται:* fortasse hoc verum est (omnia in civitatibus illis ad bellum spectare); attamen nos non acerbe inter nos contendere, sed leniter hac de re

quaerere decet. *Τάχα* et *ἴσως* posita sunt ἐκ παραλλήλου, quod dicitur, ut c. 10. p. 640. E. III, 1. 676. C. c. 7. p. 686. D. IV, 1. V, 13. 744. A. VII, 8. 799. E. IX, 5. p. 859. C. X, 10. 900. C. Cf. *Wolf.* ad Demosth. Leptin. p. 235. et *Heindorf.* ad Euthydem. p. 304. Similia sunt οὕτω et ταύτῃ III, 4. ταῦτα — οὕτω c. 15. IV, 6. 714. D. VI, 2. 753. C. κατὰ ταῦτα — ταύτῃ VI, 11. p. 765. B. VII, 12. p. 807. A. C. Cf. X, 4. 889. C. XI, 2. 914. E. c. 9. p. 929. C. XII, 3. p. 947. D. — εἰς δύναμιν et ὅτι μάλιστα IV, 8. V, 10. VI, 12. — ἐκ τοῦ παραχρῆμα et ἐξαίφνης IX, 8. p. 867. A. — ὀρθῶς et μετὰ δίκης IX, 9. — παντάπασι et πάντως Epinom. 4. Vide quae de hac, quae Atticis praecipue placuit, verborum redundantia collegerunt *Maittaire* in Graec. ling. dialect. p. 97. et *Faehse* in Syllog. Lectt. Platon. p. 357. — Pro ἀνερωτᾷν Cod. Voss. ἂν ἐρωτᾷν, vitiose.

P. 14. *μάλιστα ἀνθρώπων, quam maxime* (magis quam alius ullus homo). Ἀνθρώπων enim superlativis ita apponitur, ut eorum significationem augeat. Sic *μάλιστ' ἀνθρώπων* *Xenoph.* Cyrop. VII, 2. 8. Anab. I, 3. 15. Memor. I, 2. 62. *ἄριστά γ' ἀνθρώπων* Theaet. 148. B. *κάλλιστα ἀνθρώπων* leg. I, 9. p. 636. E. Euthyphr. c. 16. p. 13. E. *ἀκριβέστατα ἀνθρώπων* Hipp. mai. 285. C. *ἥδιστ' ἀνθρώπων* Lys. Orat. p. 631. T. V. *οἰκειότατ' ἀνθρώπων* ib. p. 828. *ἀναισχυντότατ' ἀνθρώπων* Demosth. contra Aphob. I. p. 819. *ὠμότατ' ἀνθρώπων* id. p. 821. Cf. *Boissonad.* ad Philostrat. p. 571. Similiter ἐξ ἀνθρώπων et ἐν ἀνθρώποις adiectivis vel substantivis adiuncta eminens quid et immensi significant, vid. *Abresch.* ad Aeschyl. T. I. p. 140 et 651. *Bernard.* et *Hemsterhus.* ad Thom. Mag. Addend. p. 359. *Taylor.* ad Lys. p. 494. ed. Reisk. et *Wesseling.* ad Herodot. p. 176.

Οὔτ' ἂν μνησαίμην cet. Legitur hic versus etiam libr. II. p. 660. E. et ap. *Stob.* Serm. XLIX. p. 353. 50. In Stob. scribitur τιθείην pro τιθείμην, sed rectius habet τιθείμην; dicitur enim ἐν λόγῳ τίθεσθαι (rationem habere, aestimare), non τιθέναι (v. *Valcken.* ad Herod. II. p. 172.), ut bene iam *Gottleberus* observavit. Deinde οὐδ' — οὐδ' pro οὔτ', — οὔτ' scripsimus, quod et sensus postulat et in Tyrtaei fragm. legitur, v. *Stob.* l. l. et *Tyrt.* edit. p. 108 seq. Monuit de hoc iam *Böckhius* p. 89. Ceterum Tyrtaei versus, qui respiciuntur, sunt:

Οὐδ' εἰ Κυκλώπων μὲν ἔχοι μέγεθός τε βίην τε,
Νικῴη δὲ θέων Θρηΐκιον Βορέην·
Οὐδ' εἰ Τιθωνοῖο φυὴν χαριέστερος εἴη,
Πλουτοίη δὲ Μίδεω καὶ Κινύρεω βάθιον·
Οὐδ' εἰ Ταντα λίδεω Πέλοπος βασιλεύτερος εἴη,
Γλῶσσαν δ' Ἀδρήστου μειλιχόγηρυν ἔχοι·
Οὐδ' εἰ πᾶσαν ἔχοι δόξαν, πλὴν θούριδος ἀλκῆς —
Οὐ γὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸς γίγνεται ἐν πολέμῳ,
Εἰ μὴ τετλαίη μὲν ὁρῶν φόνον αἱματόεντα
Καὶ δηΐων ὀρέγοιτ' ἐγγύθεν ἱστάμενος.

ἅπαντα. Πάντα ἀγαθὰ s. καλὰ κεκτῆσθαι proverbialiter fere dici, observavit et exemplis illustravit *Böckh.* p. 89 sq. C. 6: ἅπαντα γὰρ τὰ ἀγαθὰ πορίζουσι. IV, 5. p. 711. D: μυρία καὶ πάντ' ἐν πόλει ἀγαθὰ ἀπεργάζεται, ἐν ᾗ ποτ' ἂν ἐγγένηται.

Ἴθι, νῦν δὴ ἀνερώμεθα. Vulgo scribitur Ἴθι νῦν δὴ ἀνερώμεθα. *Böckhius* vero p. 90. legendum esse censebat ἴθι δὴ νῦν; sed observasse mihi videor, particulam νῦν, si ad imperativum pertineat, δή sibi praepositum habere, ut ἴθι δή νυν (pro δὴ νῦν enim tunc δή νυν scribendum est, v. *Valckenar.* ad Eurip. Phoeniss. 918. et 1413. *Fischer.* ad Weller. T. I. p. 262. Est enim νῦν, particula temporis, *jetzt*, νυν vero encliticum *nun*, i. e., igitur), ut ἄκουε δή νυν, al.; contra si νῦν est *nunc*, δή ipsi subiici, ut VII, 7. p. 797. E: ὅ τί περ εἶπον νῦν δή. C. 8. p. 800. A: καθάπερ ἐῤῥήθη νῦν δή. Gorg. 462. B: καὶ νῦν δή, τούτων ὁπότερον βούλει, ποίει, ἐρώτα ἢ ἀποκρίνου. et sic sexcenties occurrit. Nostro in loco νῦν δή aperte est *nunc* et ad ἀνερώμεθα pertinet, ἴθι vero, agedum, usitata illa est adhortandi formula; quocirca post ἴθι comma posui. Vernacula huius loci translatio haec est: Wohlan, wir wollen jetzt gemeinsam diesen Dichter befragen; contra Ἴθι δή νυν ἀνερώμεθα esset: Wohlan nun, wir wollen gemeinsam diesen Dichter befragen.

P. 15. οὕτως ὑπερεπῄνεσας. Sic Ald. Bas. 1. 2. Cod. Voss. et Paris. *Stephanus* de suo interposuit τοὺς μὲν post οὕτως, sine causa; τοὺς δέ enim positum est, ac si τοὺς μέν praecesserit, vid. ad c. 3. Mox πρὸς πότερον ἐπαινῶν τὸν πόλεμον respectu utrius belli generis eos laudans, h. e., utrum belli genus (externum an internum) respiciens. Ceterum ne forte quispiam suspicetur, τῶν πολέμων scribendum

esse, haud abs re esse puto monere, post πότερος et ὁπότερος substantivum cum articulo sequi eodem et numero et casu.' Exempla collegit *Böckhius* Praefat. ad Sim. p. VIII. IX.

τοὺς πρὸς τὸν ἐκτός. Sic de coniectura scripsimus pro: πρὸς τοὺς ἐκτός, quod sensu caret; esset enim: respexisse videris *exteros*, igitur hostes, ut in praegressis οἱ ἐκτός. Duplex interrogatio ποτέρους et πρὸς πότερον τὸν πόλεμον postulat duplicem responsionem, et haec inest in verbis τοὺς πρὸς τὸν ἐκτὸς (πόλεμον), quae in sequentibus accuratius explicantur: σὺ μὲν ἐπαινεῖς, ὡς ἔοικας, μάλιστα τοὺς πρὸς τὸν ὀθνεῖόν τε καὶ ἔξωθεν πόλεμον γιγνομένους ἐπιφανεῖς. Concise vero dictum est τοὺς πρὸς τὸν ἐκτός pro: τοὺς πρὸς τὸν ἐκτὸς πόλεμον γιγνομένους ἐπιφανεῖς ἐπαινεῖν; τοὺς enim praegresso ποτέρους respondet, et πρὸς τὸν ἐκτός verbis antecedentibus πρὸς πότερον τὸν πόλεμον ἐπαινῶν. Similiter *Ficinus* et *Cornarius* verterunt; et ille quidem sic: „videris enim eos laudasse, qui externa magno animo bella gerant;" hic vero ita: „videris equidem eos, qui adversus externos bella gerunt, laudasse." Ex Ficini verbis colligere possis, adiectivum fuisse appositum verbis τοὺς πρὸς τὸν ἐκτός, e. g. ἐπιφανεῖς (ut in sequentibus) vel ἐκπρεπεῖς (int. ὄντας vel γιγνομένους); et tale quid si in libris bonae notae inveniretur, non est controversia, quin recipiendum esset; verba enim τοὺς πρὸς τὸν ἐκτός, etsi ratione indicata commode possunt explicari, tamen artificiosi nescio quid et arguti habent. Ceterum *Böckhius* p. 91. scribi volebat aut τοὺς πρὸς τοὺς ἐκτός (int. πολεμίους πολεμοῦντας, quod quidem postremum e nomine praegresso πόλεμον eruendum esset), aut πρὸς τὸν πρὸς τοὺς ἐκτός (sc. πολεμίους πόλεμον), quod si Atheniensis dicere voluisset, et brevius et sine ullis salebris ita exhibere potuisset πρὸς τὸν ἐκτός, ut in sequentibus dixit πρὸς τὸν ἔξωθεν πόλεμον. Praegressa vero illa πρὸς τοὺς ἐκτός τε καὶ ἀλλοφύλους haud dubie in causa fuerunt, ut locus depravaretur; librarii enim, illius memores, sequentia vero: τοὺς πρὸς τὸν ἔξωθεν πόλεμον ἐπιφανεῖς negligentes, facile verba τοὺς πρὸς τὸν ἐκτός in πρὸς τοὺς ἐκτός mutare poterant, scilicet ut scriptor secum constaret. — In iis, quae sequuntur, Plato Tyrtaei versus ad suam accommodavit orationem; et observanda est modorum enallage in τολμήσουσι (Cod. Paris. τολμήσωσι) et ὀρέγοιντο, de qua v. *Böckh*. p. 62.

οὐκοῦν τὰ μετὰ ταῦτα cet. Laudat haec *Euseb*. Praep. Ev. XII, 2. p. 574. B.

γιγνομένους. Sic iam propter ea, quae sequuntur: τοὺς ἐν τῷ μεγίστῳ πολέμῳ γιγνομένους ἀρίστους διαφανῶς, deberet scribi, etiam si *Eusebius* γενομένους non praeberet; namque verbis τὸν ἔξωθεν πόλεμον (int. ὄντα) primum non opus est ut adiiciatur aliquid (ponuntur enim, ut constat, adverbia huius generis cum articulo pro adiectivis, veluti supra c. 4. p. 628. A: πρὸς πόλεμον — τὸν ἔξωθεν βλέπων); deinde ne posset quidem dici ὁ ἔξωθεν γιγνόμενος πόλεμος in hac sententiarum cohaerentia. *Gottleberus* in Act. Erudit. p. 277. nihil mutandum esse iudicabat, *Böckhius* vero p. 92. γιγνομένους esse recipiendum recte censuit. Ceterum verborum quoque collocationem mutavimus, quum vulgo legeretur γιγνόμενον πόλεμον; Eusebius enim exhibet πόλεμον γενομένους, et Cod. Voss. cum Paris. πόλεμον γιγνόμενον.

ὁμολογοίη. Vulgo ὁμολογοῖ. Deinde pro puncto, quod in Ald. Lov. et Steph. est, Bas. 1. 2. et Ficinus interrogationis notam habent. *Ficinus* enim vertit: Concedet ista Tyrtaeus?

καὶ ἡμεῖς. Bas. 1. et 2. ὑμεῖς, vitiose.

Πιστὸς ἀνήρ cet. Leguntur haec in Theognidis sententiis (v. 78 sq. *Neandr.* Op. aur. p. 166). *Πιστός* est, ut *Gottleberus* iam monuit, ex Platonis mente δίκαιος; fides est enim iustitiae fundamentum (*Cicer.* de offic. I, 7). — Pro *ἀντερύσασθαι* ap. *Theodoret.* de curand. Graec. affect. I. p. 13. scribitur vitiose ἀνταρύσασθαι. — Sensus est: vir fidus in seditione dignior est, qui custodiatur s. asservetur, quam aurum et argentum, h. e., auro et argento pretiosior s. praestantior est. — Mox Euseb. *Τοῦτον δέ φαμεν* et ταυτό pro ταυτόν.

αὐτῆς μόνης τῆς ἀνδρίας. Haec verba vulgo desiderantur, quo fit, ut sensus sit mancus; etenim hoc dicere vult Plato, hominem fidum tanto ei praestare, qui fortis sit, quanto virtutem universam (iustitiam, temperantiam et sapientiam, cum fortitudine illas coniunctas) soli fortitudini. Verba αὐτῆς μόνης ἀνδρίας servavit *Proclus* in Polit. p. 402, et similiter ap. *Euseb.* legitur αὐτῆς ἀνδρίας. Etiam *Ficinus* vertit: „hunc itaque dicimus in gravissimo bello tanto illo esse meliorem, quanto *sola fortitudine* melior est iustitia, temperantia, sapientia fortitudini coniuncta." Articulum τῆς propter praegressum αὐτῆς adiiciendum esse duximus. Ceterum αὐτός (per se) voci μόνος ita solet adiungi, ut significationem eius augeat. Sic II,

10: ἢ τοῦτο αὐτὸ μόνον — αὐτοῦ τούτου μόνου ἕνεκα, al. Vid. *Toup.* ad Longin. fragm. V. §. 8. p. 526. Weisk. *Heindorf.* ad Charm. p. 62 sq. ad Gorg. p. 182. et *Schäfer.* ad L. Bos. ellips. gr. p. 308. — ἐλθοῦσαι pro ἐλθοῦσα itidem Proclo debemus.

πιστὸς μὲν γάρ cet. Citant haec *Clemens Alexandr.* Strom. II, 5. T. I. p. 441. Pott. (369. A. Sylb.) et *Theodoret.* de curand. Graec. affect. I. p. 13. Apud Clement. pro ποτέ scribitur που — ἐν πολέμῳ — μισθοφόρων εἶναι — ὧν πλεῖστοι — ἄδικοι ὑβρισταί τε καὶ ἄφρονες, ἐκτὸς δή. — Ceterum ὑγιής est *integer*, *probus*, vid. Observatt. in Pindar. in *Beck.* Comment. Societ. philol. V. II. P. I. p. 21.

διαβάντες δ' εὖ. *Theognis* v. 16:

Ὅστις ἀνὴρ διαβὰς ἐν προμάχοισι μένῃ.

In duobus Tyrtaei fragmentis p. 5. et 32. ed. Klotz. εὖ additum legitur, sicut in *Lycurgi* Orat. p. 214. ed. Reisk., *Gottlebero* iam observante. Εὖ διαβὰς dicitur miles, qui gradum composuit et alterum pedem protendit ad pugnandum impetumque adversarii excipiendum, cf. *Homer.* Il. XII, 458. *Casaubon.* ad Theophrast. Charact. 3. *Salmas.* ad Solin. p. 663. et *Wesseling.* ad Diodor. Sic. I, 98. p. 111. — Euseb. διαβάντες δὲ καὶ εὖ μαχόμενοι.

ἐθέλοντες ἀποθνήσκειν, libenter et sua sponte mortem oppetentes. Ἐθέλειν est enim saepenumero exoptare, cupere, libenter et sponte quid facere, v. *Dorvill.* ad Charit. p. 541. et *Heindorf.* ad Theaet. p. 287. Ceterum in Tyrtaei carm. legimus: ψυχὴν καὶ θυμὸν παρθέμενος; vid. Klotz. p. 84.

φράζει Τυρταῖος. Legi quoque φράζοι monet *Stephanus*, quod positum esset pro φράζοι ἄν. Scilicet *Ficinus* vertit: quod non negabit Tyrtaeus. Φράζοι illud probabat vir doctus in Miscell. Observatt. V. I. T. I. p. 127. Sed nulla opus est correctione; Plato enim poëtae dictum sua ratione interpretatur; quocirca φράζει est, dicere vult, h. e., existimat, contendit. — De sententia vero, mercenarios, fortiter pugnantes, esse feroces, iniuriosos ac contumeliosos, vid. *Diodor. Sic.* V, 11. et *Appian.* bell. civil. IV. p. 1885.

ποῖ δὴ τελευτᾷ cet. Ald. Bas. 1. et 2. πῇ, solemni permutatione. Τελευτᾷν de sermone usurpatum est *redire*, ut

Clitoph. p. 408. A: καὶ τελευτᾷ δὴ καλῶς ὁ λόγος οὗτός σοι, ὡς cet. Ipsa vero interrogatio orationem animat; quocirca in his libris frequens est, ut II, 1. 5. III, 11. 691. C. c. 16. 701. C. IV, 12. 722. D. VI, 21. 780. A. VIII, 12. 848. B. X, 6. 894. A. Sic et Protag. 343. B: τοῦ δὴ ἕνεκα ταῦτα λέγω; ὅτι οὗτος ὁ τρόπος cet. *Lysias* T. V. p. 457: τοῦ δ' ἕνεκα ταῦτα λέγω ὑμῖν; ἵν' εἰδῆτε, ὅτι cet. *Demosthen.* Philipp. I. p. 40: τίνος οὖν ἕνεκα ταῦτα λέγω; ἵν' εἰδῆτε cet. IV. p. 133: τοῦ χάριν δὴ ταῦτα λέγω καὶ διεξέρχομαι; Vid. *D. Heinsius* ad Maxim. Tyr. p. 65.

P. 16. τί φανερόν cet. Euseb. ποιῆσαί ποτε et ὁ παρὰ Διός. — παντὸς μᾶλλον, ut IV, 7. p. 722. D. c. 12. p. 723. B. XI, 4. p. 919. C. al. Vid. ad Phaedr. p. 225.

οὐκ ἄλλο ἢ — βλέπων. Nisi dicamus scribendum οὐ πρὸς ἄλλο ἢ πρὸς τὴν μεγίστην cet., in uno eodemque loco duae erunt participii constructiones. Sed praepositioni πρός id iungit paulo etiam post, inferius autem praepositioni εἰς. *Stephanus.* Etiam *Ficinus* vertit: ut non ad aliud quam ad — respiciat. *Heindorfius* vero ad Theaet. p. 483. pro ἄλλο reponi iubebat ἄλλοσε, sicut in Theaeteto legatur: ἢ οἴει ἄλλοσέ ποι βλέποντα ταῦτα εἰπεῖν τὸν εἰπόντα, ἃ λέγομεν; Speciosior haec coniectura est quam verior. Primum enim, οὐκ ἄλλοσε praecedente, sequi non posset μάλιστα βλέπων; namque is, qui ad nihil aliud spectat, nisi ad virtutem, eam non *maxime* respicit (hoc enim faceret, si alia simul respiceret, quod tamen negatur), sed unam solam. Deinde similiter legimus c. 4. p. 628. A: καὶ μὴν τοὐναντίον γε ἢ πρὸς πόλεμον ἂν βλέπων αὐτοῖς τοὺς νόμους διανομοθετοίη; quemadmodum nostro in loco, ἄλλο praegresso, sequitur πρὸς — βλέπων, sic ibi τοὐναντίον praecedit, et πρὸς — βλέπων subiicitur. Quocirca si ἄλλο corrigi velles, etiam τοὐναντίον in cap. 4. sollicitandum esset. Satius autem erit, utrumque, ἄλλο et τοὐναντίον, retinere, eaque interpretando tueri. Etenim ut οὐδὲν ἄλλο ἢ absolute quasi poni solet (verbum ποιεῖν supplent, ut in Latinorum locutione *nihil aliud quam*, vid. ad Polit. IV, 1: οὐδὲν ἄλλο ἢ φρουροῦντες), sic etiam τοὐναντίον ἢ et οὐκ ἄλλο ἢ, nihil obstat, quominus hac ratione intelligantur. Οὐδὲν ἄλλο ἢ adverbialiter fere usurpatur et sonat *tantummodo* (nihil aliud facit, quam — legit, est enim: omni studio vel tantummodo legit). Sic etiam οὐκ ἄλλο ἢ est: non aliter s. nihil aliud faciens, quam summam potissi-

mum virtutem respiciens, est: omni studio vel unam solam virtutem respiciens. Contra τοὐναντίον ἤ — est: omnia alia faciens, quam —, h. e., omnium minime. Illa ποιεῖ s. πράττει, ποιῶν, al., quae, ut oratio expleatur, intelligere debemus, consuetudinis vi, ut solet, ita videntur paulatim oblitterata esse, ut loquendi illae formulae οὐδὲν ἄλλο — οὐκ ἄλλο ἤ, al. tandem adverbialiter fere usurparentur. Similiter lib. X, 7. p. 895. D: μῶν ἄλλο ἤ — ὁμολογητέον, ubi ἄλλο proprie pro ἄλλο τι ποιητέον positum est, sed notionem fere adverbii ἄλλως habet. Praeterea libri editi vitiose ἀεί cum βλέπων coniungunt, quum ad θήσει pertineat; sensus est enim: legis lator quotiescunque leges scribet, prae omnibus reliquis virtutem respiciet. Ceterum cf. *Clemens Alexandr.* l. l. p. 441. Potter.

πιστότης. *Heindorfius* in Specim. coniectur. in Platon. p. 29. legi malebat πιστότης τις, quod bene reiecit *Böckhius* in Min. p. 94., universam virtutem monens Platoni dici πιστότητα generatim, non πιστότητά τινα. Sic *Proclus* in Polit. p. 402: τῆς ὅλης ἀρετῆς, ἣν δὴ πιστότητα κέκληκεν, ἡγεμόνα καὶ σύμβουλον — ὁ μὲν γὰρ τὴν πιστότητα τὴν ἐκ τῶν ἀρετῶν ἁπασῶν συμπεπληρωμένην ἀποδέχεται. *Apuleius* de habit. doctr. Plat. II. p. 15. ed. Elmenh.: Hanc ille heros iustitiam modo nominat, nunc universae virtutis nuncupatione complectitur, et vere *fidelitatis* vocabulo nuncupat. — Mox Euseb. et Cod. Paris. ἥν τις δικ. ἂν τελ. Vulgo ἣν δικ. ἄν τις. Ald. Bas. 1. et 2. τετάρτῃ, vitiose. De sententia, vide sequentt. — Cod. Paris. μέντοι ὅμως.

CAP. VI.

νομοθέτας. Libri editi et Ficinus interrogationis signum habent.

ἀλλ' ἡμᾶς αὐτούς. Lenis in his verbis irrisio inest. Sensus: de nobismet ipsis detrahimus, si putamus, legis latores tam praeclaros, quales Minos et Lycurgus perhibentur, leges scribere potuisse ad solum bellum spectantes, h. e., legis latores, hoc nomine dignos, leges scripsisse solius belli causa idque pro primario habuisse reipublicae constituendae fine. Hanc ob causam etiam βλέποντας et τίθεσθαι pro temporibus praeteritis posita sunt. Locum respexit *Clemens Alexandr.* Strom. I, 25. T. I. p. 419. — Ceterum τίθεσθαι, medium,

vim activi habet, ut c. 13. p. 645. B. III, 8. p. 688. A. c. 12. p. 695. C. c. 16. p. 702. C. IV, 6. p. 714. C. al. Proprie dicitur *νόμους τιθέναι* legis lator, qui leges scribit vel ponit, (hinc *τίθεσθαι* passive IV, 2. p. 705. E. V, 13. p. 744. A. VIII, 8. p. 849. A. al.), *τίθεσθαι* vero populus, qui a legis latore sibi leges iubet ferri vel latas ab eo accipit (vid. VII, 21. p. 820. E.); vid. *Küster*. de verb. med. II, 10. et *Coray* ad Isocrat. p. 285 sq. — Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. exhibent *Λυκούργῳ τε καὶ Μίνῳ*. *Ficinus* tamen vertit: „si quidem putemus, et hic et apud Lacedaemonios Lycurgum et Minoem ad bellum respicientes leges condidisse."

Τὸ δὲ πῶς — λέγειν; at vero quomodo dicere nos oportebat? *Τὸ δέ* est *at vero, vere*, ut proprie dicam, vid. ad Sympos. p. 257. Pro *χρῆν* Bas. 1. et 2. *ἐχρῆν* exhibent. Schol. Ruhnk. p. 220. *χρῆν* explicat verbo *ἔδει*.

Ὥςπερ τό τε ἀληθές — καὶ τὸ δίκαιον. *Ficinus*: „ut veritas et iustitia postulat eos dicere, qui de divina republica disserunt." Ita potius verba capienda sunt, ac si scriptum sit: *ὥςπερ ἀληθές τε καὶ δίκαιόν ἐστι λέγειν ὑπέρ γε θείας διαλεγομένους;* solet enim adiectivum cum articulo sic poni, ut I, 1: *ὥς γε τὸ δικαιότατον εἰπεῖν*. C. 16. 649. C: *Τό γ' οὖν εἰκός*. II, 5. p. 659. B: *ὥς γε τὸ δίκαιον*. III, 10. p. 690. C: *τὸ δικαιότατον εἶναί φαμεν*. IV, 8: *οὔτε θεόν ἐστί ποτε τό γε ὀρθὸν — δέχεσθαι*. VII, 13. p. 807. A: *οὐκοῦν τό γε δίκαιόν φαμεν οὐδὲ καλόν*. IX, 4. p. 858. E: *τό γε ὀρθόν*. IX, 12. 904. C: *τὸ γοῦν εἰκός*. Epinom. 6: *τὸ τέλεον*. — Ad *θείας* Schol. Ruhnk. p. 221. supplet *πολιτείας. παρὰ θεῶν γάρ φατε ἐκείνους εἰληφέναι τοὺς νόμους καὶ διὰ τοῦτο θείους καὶ τὴν πολιτείαν θείαν. ἀξίους οὖν ἀποδότω καὶ τοὺς νόμους τῆς θείας πολιτείας.* Sic in Cod. quoque Voss. adscriptum est in margine *δηλονότι πολιτείας*. Similiter *Stephanus* observat: „post *θείας* aut deesse aut relinqui subaudiendum *πολιτείας* fatendum est; illud vero potius quam hoc dixerim." Quod *Ficinus* videtur confirmare vertens: „qui de divina republica disserunt." Gallicus interpres *κεφαλῆς* interponendum esse opinabatur, quod Minoem respiceret; *Gottleberus* vero addi malebat *νομοθεσίας*. Equidem nihil deesse existimo; etenim ut infra ad v. *βλέπων* et *ἐτίθει* legis latoris nomen omissum est (similiter p. 631. A: *αὐτὸν νομοθετεῖν* absolute dicitur), sic etiam *θείας*, respectu ad praegressa *Λακεδαίμονι* et *τῇδε*, absolute positum est. Itaque *ὑπέρ γε θείας* praegressa respicit (ac si positum sit *ὑπέρ γε θειῶν*, quo divina legum Creticarum et Spar-

tanarum origo significatur, v. cap. 1. et *Crag.* de rep. Laced. III, 1.), et simul generatim positum est quasi ὑπέρ γέ τινος θείας πολιτείας: qui de civitate divina disserunt, quales sunt Cretica et Lacedaemonia.

ζητεῖν αὐτὸν τοὺς νόμους. Ζητεῖν exhibent Ald. Lov. Bas. 1. 2. et Cod. Paris. *Stephanus*, nescio qua auctoritate, scripsit ἐζήτει. Pro αὐτῶν vero correximus αὐτόν (τὸν νομοθέτην), ut oratio recta in obliquam mutetur. Vid. ad III, 6. — Ad τῶν νῦν aliquid deesse monet *Stephanus*, πλεῖστοι vel πολλοί desiderans. Sed τῶν νῦν, ut praegressum θείας, absolute positum est; intell. πολιτειῶν, sicut ad οἱ suppl. νομοθέται; opponuntur enim legis latores civitatum posterioris temporis vetustioribus illis, qui, ut Minos et Lycurgus, in virtutis naturam inquirentes, ad singulas eius species leges invenerunt atque excogitarunt (hinc τὸ περὶ νόμους ζήτημα, quasi philosopha legum meditatio). Sensus totius orationis est: dicere nos oportebat, legis latores in legibus scribendis ad universam spectasse virtutem singulasque eius species, non talia sibi proposuisse (s. respexisse), qualia nostrarum civitatum legis latores. — Pro προτιθέμενοι Cod. Voss. προστιθέμενοι.

τὰ τῶν κλήρων: res ad haereditatem spectantes bonaque haereditaria sortito dividenda. Schol. Ruhnk. p. 221: κλῆρός ἐστι κτημάτων οὐσία τις ἢ λαχμὸς ἢ μέτρον τι γῆς, ὅθεν καὶ κληροῦχοι οἱ ταῦτα κατέχοντες. *Stephanus* praepositionem περί apposuit, unius *Ficini*, ut videtur, auctoritate adductus, ut qui verterit: *alius de haereditate;* sed τὰ τῶν κλήρων pendet e participio παραθέμενος, ut sequentia ἄλλα ἄττα μυρία τοιαῦτα.

ἐπικλήρων. Schol. Ruhnk. ἐπίκληρος δέ ἐστιν ἡ ἐπὶ κλήρῳ παντὶ καταλελειμμένη παῖς, ὀρφανὴ πατρὸς καὶ μητρὸς ἀδελφῶν τε οὖσα ἔρημος. Τινὲς δὲ ταύτην καὶ ἐπιπαματίδα (v. *Ruhnk.* ad Tim. p. 209.) καὶ πατροῦχον καλοῦσιν. Cf. Schol. ad Aristoph. Av. 581. Erat haeres ex asse s. universalis, quae dicitur. Vid. Suid. Hesych. Thom. Mag. h. v. *Sluiter.* Lection. Andocid. c. V. Eadem ἐπικληρῖτις et ἔγκληρος dicebatur, et ἐπίδικος, si quis nuptias eius petebat ut iure civili ad se delatas. Vid. *S. Petiti* legg. Attic. p. 539 sq. ed. Wesseling. — *Ficinus* verba καὶ ἐπικλήρων non expressit, *Grynaeus* vero addidit: et mulieribus solis haeredibus relictis in uxores ducendis; in quo verba apposita *in uxores ducendis* merito ac iure carpsit *Gottleberus.*

αἰκίας. Tim. p. 15. explicat: ὕβρεως δίκη. Cf. Hesych. et vid. lib. X. Ceterum verba τῆς αἰκίας πέρι respiciunt praegressum ζητεῖ, etsi reliqua ad participium παραθέμενος spectant. Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἄττα.

Καί σου τὴν μὲν ἐπιχείρησιν cet. Sic Ald. B. 1. et 2. Vulgo *Καὶ σοῦ* cet. Ceterum pronomen personale possessivi partes agit, ut III, 8. p. 688. A: τὸ μὲν σφῷν ἣν παρακέλευμα. c. 12. p. 694. C: Φέρει γοῦν ἡμῖν σκέψιν τοῦτο, ἐφ' ὅπερ ὡρμήκαμεν. VII, 19. p. 817. C: ἡμῶν ἐλπίς. c. 23. p. 822. D. al. Cf. *Fischer.* ad Weller. T. II. p. 232.

P. 17. *τὸ σμικρότατον.* Schol. Ruhnk. ὅπερ ἀνωτέρω φαυλότατον μόριον τὴν ἀνδρείαν φησί, τοῦτο σμικρότατον λέγει νῦν. — Mox Bas. 2. καταφανής.

πῇ δὴ οὖν cet. Laudat haec *Euseb.* Praep. Ev. XII, 16. p. 589. A, ubi τέ post αὐτός deest.

ἐν πᾶσιν —. ἕν est *apud*, ut IX, 16. p. 879. B: τὸ πρεσβύτερον ὡς οὐ σμικρῷ τοῦ νεωτέρου ἐστὶ πρεσβευόμενον ἔν τε θεοῖσι καὶ ἐν ἀνθρώποις τοῖς μέλλουσι σώζεσθαι καὶ εὐδαιμονεῖν. VI, 9. p. 762. A. Cf. nostra ad Alcibiad. I. p. 304. ibique citatis addere poteris *Sophocl.* Antig. 1227. Ai. 538. al.

διπλᾶ δὲ ἀγαθά. Vid. *Theodoret.* Therapeut. Serm. VI. p. 567. C. D. Euseb. et Theodor. scribunt διττά, quod *Böckhius* probat ut Platonici sermonis proprium. Sed dubito, an haec satis certa sit orationis norma, propterea quod multa reperiuntur in his libris, quae frustra in ceteris Platonis dialogis quaesiveris; etenim, quemadmodum universa horum librorum indoles a vero Platonis ingenio nescio quomodo abhorret, sic etiam oratio a Platonico sermone discrepat. *Διπλᾶ* est i. q. δύο. Etiam *Ficinus* διπλᾶ legit, quum verterit: *duplicia* vero bona sunt. Cod. Paris. διπλᾶ τ' ἀγαθά ἐστιν. Ceterum conferendum est cum hac bonorum enumeratione *Archytae* Pythagorei, quod vulgo fertur, fragmentum ap. Stob. Serm. I. p. 15 sq.

ἤρτηται δ' ἐκ τῶν θείων, Latinorum est: pendent a divinis, sicuti *Cicero* hoc verbo saepissime usus est, veluti Epist. ad divers. V, 14. Tuscul. Disput. V, 12. al. Sic V, 5. p. 732. E: ἐξ ὧν ἀνάγκη τὸ θνητὸν πᾶν ζῷον — οἷον ἐξηρτῆσθαί τε καὶ ἐκκρεμάμενον εἶναι. VI, 22. p. 782. E: ἐκ τριττῆς χρείας ἠρτημένα. X, init.: ἐκ γὰρ δὴ τοῦ τοιούτου πάντα ἠρτημένα τὰ

τε εἰρημένα κακὰ γέγονε καὶ ἔστι καὶ ἔσται. Ap. Theodoret. scribitur: ἤρτηται ἐκ δὲ τῶν θείων θάτερα.

καὶ ἐὰν μὲν δέξηταί τις. Sic Theodoret. et *Ficinus*: si qua vero civitas maiora *suscepit*. Vulgo δέχηταί τις. — A Theodoreto vox πόλις abest, qua sane possumus carere, quum in universum de bonis sermo sit; quanquam civitates praecipue respiciuntur in omnibus, quae hic exponuntur. Eusebius contra τὶς omittit.

ὑγίεια cet. Eadem quatuor bona enumerantur lib. II, 6. p. 661. A: τὰ γὰρ ὑπὸ τῶν πολλῶν λεγόμενα ἀγαθὰ οὐκ ὀρθῶς λέγεται· λέγεται γάρ, ὡς ἄριστον μὲν ὑγιαίνειν, δεύτερον δὲ κάλλος, τρίτον δὲ ἰσχύς, τέταρτον δὲ πλοῦτος· μυρία δὲ ἄλλα ἀγαθὰ λέγεται. In libr. III, 13. p. 697. B. tria ponuntur bona. Ad scolion *Simonidis* vel *Epicharmi* illud nobilissimum ficta haec esse apparet. Gorg. p. 451. E: οἴομαι γάρ σε ἀκηκοέναι ἐν τοῖς ξυμποσίοις ᾀδόντων ἀνθρώπων τοῦτο τὸ σκολιόν, ἐν ᾧ καταριθμοῦνται ᾄδοντες, ὅτι ὑγιαίνειν μὲν ἄριστόν ἐστι, τὸ δὲ δεύτερον καλὸν γενέσθαι, τρίτον δέ, ὥς φησιν ὁ ποιητὴς τοῦ σκολιοῦ, τὸ πλουτεῖν ἀδόλως. Scolion ipsum est:

Ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ θνατῷ,
Δεύτερον δὲ καλὸν φυὰν γενέσθαι,
Τὸ τρίτον δὲ πλουτεῖν ἀδόλως,
Καὶ τὸ τέταρτον ἡβᾶν μετὰ τῶν φίλων.

Vid. *Hermann*. de metris p. 415. *Ilgen*. Scol. p. 25 sq. *Grotefend*. in Schweighaeus. Animadv. ad Athen. XV. (p. 539. T. V.) T. VIII. p. 262. et *Iacobs* ad Antholog. graec. T. I. p. 208 seq. — Post ἡγεῖται deest μέν in Theodoret. Mox ap. eund. scribitur εἴς τε δρόμον εἴς τε τὰς ἄλλας ἁπάσας. Cod. Paris. εἰς δρόμον. — Ceterum dativus τῷ σώματι, qui instrumentum indicat, pro genitivo positus est, ut c. 7. p. 633. B: ἔν τε ταῖς πρὸς ἀλλήλους ταῖς χερσὶ μάχαις. IV, 8. p. 717. A: ἢ τοῖς βέλεσιν ἔφεσις. VII. 17. p. 813. D: τοῖς σώμασι διαπονήματα. X, 8. p. 898. B: οὐκ ἄν ποτε φανεῖμεν φαῦλοι δημιουργοὶ λόγῳ καλῶν εἰκόνων. Alia exempla collegit *Heindorfius* ad Cratyl. p. 131.

τέταρτον δὲ δή. A Theodoreto δή abest.

οὐ τυφλός. *Theophrastus* in Schol. Ruhnk. p. 222: εἰ ζωὴν εἶχεν ὁ πλοῦτος, πρὸς μόνους ἂν ἀπῆλθε τοὺς ἀγαθούς — νῦν δέ, ἐπειδὴ ὁ πλοῦτος οὐκ ἔχει ζωήν, ἐμπίπτει καὶ εἰς τοὺς κακούς. *Euripid*. ap. Stob. Serm. XCI. p. 507:

Δεινόν γε, τοῖς πλουτοῦσι τοῦτο δ' ἔμφυτον
Σκαιοῖσιν εἶναι; τί ποτε τούτου αἴτιον;
Ἆρ' ὄλβος αὐτοῖς ὅτι τυφλὸς συνηρεφεῖ,
Τυφλὰς ἔχουσι τὰς φρένας καὶ τὰς τύχας;

Polit. VIII. p. 554. B. de divite: *οὐ γὰρ ἂν τυφλὸν ἡγεμόνα τοῦ βίου ἐστήσατο.* *Philo* de vita contemplat. T. II. p. 473: *ἔδει γὰρ τοὺς τὸν βλέποντα πλοῦτον ἐξ ἑτοίμου λαβόντας τὸν τυφλὸν παραχωρῆσαι τοῖς ἔτι τὰς διανοίας τυφλώττουσιν.* Ubi v. Mangey. Cf. *Aristophan.* Plut. v. 90 sq.

ἄμ' ἕπηται. In Theodoret. deest *ἅμ'*. Mox ap. eund. scribitur *ὁ δὲ πρῶτον τῶν θείων;* sed *δὴ* explicationi inservit. Hinc *ἡ φρόνησις* per epexegesin, quae dicitur, appositum est, ut c. 10. p. 638. E: *τρόπον δὲ ἄλλον — ἐθέλω λέγειν περὶ αὐτοῦ τούτου τῆς μέθης.* c. 11. p. 641. D: *Τοῦτ' αὐτὸ δὴ πειρώμεθα τὸ σοι δοκοῦν — καταμαθεῖν.* II, 9. p. 666. B: *ἣν τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἐπίκουρον τῆς τοῦ γήρως αὐστηρότητος ἐδωρήσατο τὸν οἶνον φάρμακον.* c. 10. p. 667. E: *ἀλλ' αὐτοῦ τούτου μόνου ἕνεκα γίγνοιτο τοῦ ξυμπαρεπομένου τοῖς ἄλλοις τῆς χάριτος.* c. 12. p. 671. D: *ὃν αἰδῶ τε καὶ αἰσχύνην θεῖον φόβον ὠνομάκαμεν.* III, 11. p. 692. E: *ἣ δ' αὖ — ἡ περὶ τὸ Ἄργος.* VI, 21. p. 781. A: *ἀλλ' ὃ καὶ ἄλλως γένος — ἔφυ τὸ θῆλυ.* XII, 11. p. 963. E: *οὗ καὶ τὰ θηρία μετέχει τῆς ἀνδρίας.* Sic Polit. IX. p. 583. E. Protagor. 313. A. al. — Deinde *αὖ* ap. Theodoret. desideratur, male; divina enim bona iam humanis opponuntur. Pro *ἀγαθὸν* ex Euseb. Theodoret. Cod. Paris. et Voss. *ἀγαθῶν* recepimus, quod *Ficinus* confirmat vertens: quae quidem prudentia *divinorum bonorum* dux primus existit.

μετὰ νοῦν. Theodoret. et Cod. Voss. *μετὰ νοῦ;* *Ficinus* vulgatum expressit vertens: deinde *post mentem* temperatus animi habitus. Virtus primaria, *φρόνησις*, utpote facultas rationis, etiam *νοῦς* dicitur, quocirca sensus nonnisi is potest esse, secundum sapientiam (*φρόνησιν* s. *νοῦν*) *σωφροσύνην*, temperantiam, esse colendam. — Mox alterum *καὶ* in *καὶ δὴ καὶ* a Theodoreti libro abest.

μετὰ δὲ ταῦτα cet. Sensus, qui interpretes fugit, est hic: post haec vero reliqua, quae civibus praescripta sunt, bonorum illorum causa ipsis imposita esse, monendum et legislatori, h. e., legis latorem cives monere et docere oportet, etiam leges de rebus a virtute alienis scriptas bona illa divina

et humana spectare. Ad διακελευστέον repet. e praegressis τῷ νομοθέτῃ. Dativus vero τοῖς πολίταις Graecorum more e substantivo προστάξεις pendet, ut c. 7. p. 633. C: αὐτοῖς ἑαυτῶν διακονήσεις. II, 4. p. 657. C: τὴν τῇ μουσικῇ καὶ τῇ παιδιᾷ μετὰ χορείας χρείαν ὀρθὴν εἶναι τοιῷδέ τινι τρόπῳ. XII, 8. p. 956. E: καὶ ὑπηρεσιῶν ἑκάσταις τῶν ἀρχῶν καταστάσεις. Similiter *Cicero* de legib. I, 15. §. 42: obtemperatio legibus. Cf. nostra ad Sympos. p. 262. ibique laudatis adde *Wesseling.* ad Herodot. p. 517. Observatt. Miscell. T. VIII. p. 343. *Fischer.* ad Phaedon. p. 373. et ad Weller. T. III. P. I. p. 336. *Porson.* ad Eurip. Phoeniss. 948.

βλέπειν. Vulgo ante τούτων punctum extat, quo nexus orationis dissolvitur; infinitivus enim βλέπειν pendet e verbo διακελευστέον: legis latori admonendum ac docendum est, bona humana ad divina referenda esse et ipsa divina ad rationem, rerum omnium gubernatricem. Euseb. Theodoret. Bas. 1. et 2. exhibent βλέπει, quod *Ficinus* quoque in libris suis videtur reperisse, quum verterit: humana enim ad divina, divina vero ad mentem principem referenda. Igitur haec explicationis caussa interposita essent; tunc vero γάρ similisve particula abesse non posset.

περί τε γάμους cett. Vulgo ante μετά τε ταῦτα punctum extat et μετὰ δέ scribitur, sed haec esse cum sequentibus coniungenda, sensus docet. *Vigerus* ad Euseb. p. 56. locum ita volebat constitui: μετὰ δὲ ταῦτα περὶ τ. γ. ἀλλ. ἐπικ., ἐν ταῖς cett. hoc sensu: „deinde mutuis inter se nuptiis contractis, procreationem educationemque liberorum studiose curabit et, seu mares illi fuerint seu feminae, quicquid ab iis vel adolescentibus vel iam aetate maturioribus ad ipsam usque senectutem in mutua consuetudine recte secusve fiat, alterum honore afficiat, alterum ignominia.“ Quae quomodo e verbis graecis prodeant, difficile est dictu. *Böckhius* in Min. p. 98. ad verba περί τε γάμ. ἀλλ. ἐπικοινωνουμένους refert ἐπιμέλεσθαι δεῖ (τὸν νομοθέτην), et vertit: „et circa nuptias communiter contractas, postea vero in liberorum generatione et educatione, tum masculorum tum femellarum, curam gerere debet et iuvenum et seniorum.“ Simplicissima, ni fallor, est ratio haec, ut verba περί γε γάμους et ἐν ταῖς τῶν παίδων γεννήσεσι καὶ τροφαῖς per se capias, νέων τε ὄντων et ἰόντων ad παίδων trahas et ἐπιμέλεσθαι δεῖ τιμῶντα et ἀτιμάζοντα ita intelligas: curare s. prospicere debet (legum

lator) recte honorans, h. e., ut recte honoret, igitur: ut, qui bene se gerant, eos honore afficiat, in peccantes vero poenas statuat. *Περὶ* cum accusativo, genitivi partes agente, est: *circa, de, quod attinet ad —*, ut Phaedon. 58. p. 109. Steph. *τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα εἰωθότων λέγειν*. Legg. V, 1. p. 752. B. VIII, 9. p. 842. D: *τὰ μέγιστα ἤδη νενομοθετηκὼς περὶ γάμους ἅμα καὶ γενέσεις παίδων καὶ τροφάς*. XII, 8. p. 957. B: *ὅσα δὲ περί τε σιγὴν δικαστῶν καὶ εὐφημίας καὶ τοὐναντίον κ. τ. λ.* Epinom. 1. p. 974. C: *ἡ περὶ σοφίαν ἀπορία· καὶ ζήτησις*. c. 5. p. 980. C: *λέγε τὸν ἐπιόντα σοι λόγον τῶν καλῶν περὶ τοὺς θεούς τε καὶ τὰς θεάς*. al. — Deinde pro *μετὰ δὲ ταῦτα* e cod. Voss. recepi *μετά τε ταῦτα*, propterea quod haec arte cum praegressis cohaerent. Sensus est enim: et circa nuptias et circa generationem atque educationem liberorum, tam masculorum quam femineorum, a pueritia ad senectutem prospicere debet legislator, ut et honores et poenas rite constituat. Verba *νέων τε ὄντων καὶ ἐπὶ τὸ πρεσβύτερον ἰόντων μέχρι γήρως* trahenda sunt ad *παίδων* et spectant ad vocem *τροφαῖς*; haec enim non solum ad liberos pertinet tam masculos quam femineos, verum etiam ad quamlibet eorum aetatem; nutriendi officium significat, si teneros adhuc spectas, et educationem atque institutionem, si adultiorum rationem habes. Germanice si ad verbum locus verteretur, ita se haberet: *und in Betreff der gegenseitig geschlossenen Ehen und dann bei der Erzeugung und Erziehung der Kinder, der männlichen wie der weiblichen, der unerwachsenen wie der in das Alter übergehenden, muss er dafür Sorge tragen, dass er geziemend ehre und strafe.* — Ceterum *ἐπιμέλεσθαι* pro *ἐπιμελεῖσθαι* scripsimus, de quo vid. nostra ad Phaedr. p. 288.

P. 18. *ἐν πάσαις ταῖς τοῦτ. ὁμιλίαις* cett. Ald. Lov. Bas. 1. 2. et Stephan. exhibent: *ἀτιμάζοντα ἐν πάσαις τ. τ. ὁμιλ.*, deinde Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *ὁμιλίαις. τάς τε λύπας — ἐπιθυμίας, ξυμπάντων* cet. et Stephan. *ὁμιλίαις, τάς τε λύπας — ἐπιθυμίας.* *Ficinus* vero: „contra vero dolores — in omni conversatione vituperet. Considerabit etiam diligenter“ cett. In quo verba *ἐν πάσαις ταῖς αὐτῶν ὁμιλίαις* recte iuncta vides sequentibus *τάς τε λύπας* cet., male vero ab his divulsa verba *ξυμπάντων τε ἐρώτων* cet. Cod. Paris. *ξυμπάντων δὲ ἐρώτ.*

ἐν ὀργαῖς τε αὖ cet. Sensus generalis est: etiam de animi ac corporis affectionibus praecipere debet legis lator atque

definire, quid in cuiusvis affectionis ratione ac habitu pulcri vel turpe insit, h. e., quatenus affectioni obsequi deceat necne. Affectiones animi sunt vel perturbationes, ira aut timore excitatae, vel voluptates (ἀποφυγαὶ τῶν τοιούτων, τῶν ταραχῶν τῆς ψυχῆς, ἐν εὐτυχίαις), ut gaudium, ut amor, alia id genus; affectiones autem corporis sunt mala e morbo, bello, inopia, aliis profecta. — *τῆς ἑκάστων* (τῶν παθημάτων; proxime enim respicit praecedentia ἐν πᾶσι τοῖς τοιούτοις) *διαθέσεως* significat uniuscuiusque affectionis habitum s. statum et modum; irae enim et timor v. c. tunc pravae fiunt animi perturbationes, quum perversus earum habitus est, h. e., quum modum excedunt. — Pro ὅσα post ἀποφυγαί Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ὅσαι exhibent; mox Bas. 2. τότε pro τό τε.

μετὰ δὲ ταῦτα ἀνάγκη cet. Etiam varias opes acquirendi et consumendi rationes legis lator observet atque attendat necesse est; civium porro in his ipsis (in opibus vel acquirendis vel consumendis) coniunctiones ac disiunctiones animadvertet, et in omnibus, quibus haec fiant, modis indagabit, quid iustum sit atque honestum, quid turpe. — Accusativi τὰς κοινωνίας et διαλύσεις e verbo φυλάττειν pendent, et dativi ἑκοῦσί τε καὶ ἄκουσι e substantivo κοινωνίας, ita ut genitivorum partes agant (vid. de hoc dativi usu, quae supra exposuimus). Pro *καθ᾽ ὁποῖον* scripsimus *καὶ ὁποῖον*, et sensus et structurae caussa. Similiter *Stephanus* scribi volebat κᾆθ᾽, i. e., καὶ εἶτα. Deinde ante *πᾶσι τοιούτοις* interposuimus *ἐν*, quod itidem *Stephanus* iam desideravit. *Ἕκαστον* (Ald. Bas. 1. 2. Lov. ἕκαστος) respicit τὰς κοινωνίας et διαλύσεις; plenius ita scribi debebat: καὶ ἐν ἑκάστῳ τῶν τοιούτων (ὁποῖον ἂν ᾖ), ὃ πράττουσι πρὸς ἀλλήλους. — Mox Ald. Bas. 1. et 2. τότε pro *τό τε*. Deinde Ald. Bas. 1. et 2. secuti *ἔστι τε* scripsimus; Stephan. et Bipont. ἐστί τε.

τῷ νόμῳ. Vulgo τῶν νόμων, quod locum habere nequit. Lib. IV. p. 715. C: ὃς δ᾽ ἂν τοῖς τεθεῖσι νόμοις εὐπειθέστατός τ᾽ ᾖ. *Ficinus* simpliciter vertit: „et parentibus quidem honores, non parentibus debitas poenas constituat.“ Unde coniiciat fortasse quispiam, τῶν νόμων vel τῷ νόμῳ alienum esse additamentum. — Paulo post Cod. Voss. τίνα δὴ τρόπον.

κατιδών. Respicit hoc praegressum ἴδῃ; quocirca punctum, quod in libris editis extat, in comma mutavimus. Ceterum laudat haec *Eusebius* Praep. Ev. XII, 16. p. 589. D. ubi v. Viger. p. 56. — Pro *ἐπιστήσει* Cod. Voss. ἐπιστήσοιτας,

adscripto ἐπιστάσεται (ἐπιστήσεται, quod in Cod. Paris. comparet, si *Faehsius* recte vidit, v. p. 301.). Mox Bas. 2. δή pro δέ. — δι' ἀληθοῦς δόξης ἰόντας. Sic Protagor. 323. A: ἣν δεῖ διὰ δικαιοσύνης πᾶσαν ἰέναι καὶ σωφροσύνης. Ubi v. *Heindorf.* p. 512.

ἀποφαίνῃ. Vulgo ἀποφήνῃ, quod soloecum esse Grammatici (*Dawes.* Misc. Crit. p. 228. et *Matthiae* Grammat. gr. p. 738.) contendunt, quum ὅπως cum subiunctivo aor. I. act. construi non soleat. Idcirco iam *Böckhius* p. 62. ἀποφαίνῃ corrigendum esse monuit. Ceterum ἀποφαίνειν est facere, reddere, ut Gorg. 516. C: ἀλλὰ μὴν ἀγριωτέρους γε αὐτοὺς ἀπέφηνεν ἢ οἵους παρέλαβε. Sophist. 230. D: πρὶν ἂν — καθαρὸν ἀποφήνῃ. Vid. *Spanhem.* ad Iulian. p. 52. *Ficinus* bene vertit: ut mens in unum haec omnia colligens eo deducat, ut temperantiam et iustitiam potius quam divitias ambitionemve sequantur.

P. 19. ἐν τοῖς τοῦ Διὸς λεγομένοις νόμοις. Vid. ad c. 1. et cf. *Diodor. Sicul.* I, 94. V, 79.

ὅπῃ τάξιν τινὰ εἰληφότα. Vox τινὰ abest ab Eusebio. Respiciuntur vero praegressa: καὶ δὴ καὶ τῷ νομοθέτῃ τακτέον οὕτω, et quae sequuntur. *Ficinus* vertit: „et quonam ordine posita pateant illi, qui artificio vel usu quodam legum peritiam habet, nobis vero aliis nullo modo pateant.“ Urbanitas quaedam cum irrisione coniuncta in verbis τοῖς δὲ ἄλλοις ἡμῖν inest; Clinias videlicet, qui Minois et Lycurgi leges ad virtutem universam spectare negaverat, tacite notatur. — Mox εἴτε semel positum nota, ut VI, 6. p. 758. C: ἰόντι τέ τινι ποθεν ἄλλοθεν εἴτε καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς πόλεως. C. 23. p. 784. A: πλείους εἴτ' ἐλάττους. VIII, 10. p. 844. D: βοτρύων εἴτε καὶ σύκων. XI, 8. p. 928. A: Ὃς ἂν θῆλυν εἴτε ἄῤῥενα ἐπιτροπεύῃ. Sophist. p. 224. C: καπηλικὸν εἴτε αὐτοπωλικόν. *Sophocl.* Oed. Tyr. 517: λόγοισιν εἴτ' ἔργοισιν. Cf. *Aeschyl.* Choeph. 991. Agamemn. 1416. *Pindar.* Pyth. IV, 138. al.

CAP. VII.

διέξιμεν, futuri vim habet, ut constat. Sic Protag. fin. Vid. *Küster.* ad Aristophan. Plut. 70. et *Wesseling.* ad Diodor. Sic. I, 42. p. 52. — Mox pro πειρασόμεθα Ald. Lov. Bas. 1. et 2. πειρασώμεθα. Bene *Cornarius* vertit: „quomodo vero primam pertractaverimus, conabimur ipsam exemplum

proponere et sic de aliis confabulantes viae solatium facere.“ A Cod. Voss. ἂν abest; tunc scribendum esset διεξήλθομεν, quod nescio an vulgatae ὅπως δ' ἂν — διεξέλθωμεν praeferri oporteat. De verbo διαμυθολογοῦντες vid. ad Phaedr. p. 390.

ὕστερον δὲ ἀρετῆς πάσης. Sic Ald. Lov. Bas. 1. et 2. et recte *Cornarius* vertit: „post totius autem virtutis tractationem etiam ea, quae nunc recensuimus, illuc respicere ostendemus, si Deus voluerit.“ *Stephanus* locum pervertit scribendo: ὕστερον δέ, ἀρετῆς πάσης cet.

ΜΕΓ. Καλῶς κ. τ. λ. Libri editi haec verba et sequens Ναί Cliniae Cretensi tribuunt; sed universa orationis continuatio docet, Megillum Lacedaemonium colloquium cum Atheniense suscipere; verbis enim τὸν τοῦ Διὸς ἐπαινέτην τόνδε (i. e., qui Minois leges a Iove, ut traditur, acceptas pro praestantissimis habet) significat Cliniam Cretensem, et in iis, quae de convictu aliisque Lacedaemoniorum propriis accuratius disputantur, Megillus cum Atheniense sermonem confert. Res per se tam clara est, ut verbum addere pigeat.

καὶ σέ τε καὶ ἐμαυτόν. Quibus monet Atheniensis, quae de optima civitate legibusque disserantur, ea non ad hanc vel illam civitatem vel alicuius urbis civem spectare, sed ipsius rei causa in medium proferri. — Bas. 1. et 2. κοινὸς καί pro κοινὸς γάρ.

τρίτον ἢ τέταρτον, int. τὶ πρὸς τὸν πόλεμον ἐξευρῆσθαι φαμέν; δηλοῦντα, ὃ λέγει, ut declaret tantummodo, quod dicere vult vel intelligit. Participium pendet e praegresso καλεῖν χρεών ἐστι, et subiectum, quod dicitur, est persona indefinita (man: *oder wie man sie nennen soll, um sich verständlich zu machen*). Sic III, 8. p. 688. B: ὅτι δή φημι εὐχῇ χρῆσθαι σφαλερὸν εἶναι νοῦν μὴ κεκτημένον (*wenn man nicht Verstand besitzt*). Cf. III, 16. p. 701. C. IV, 4. p. 709. B. c. 8. p. 717. B. c. 12. p. 723. C. V, 3. p. 730. E. VI, 7. p. 759. A. B. VII, 16. p. 813. A. VIII, 9. XI, 3. 917. B. al. Vid. ad Polit. III, 11. p. 400. A. Vulgo in his pronomen τίς, τινά cet. intelligendum esse statuunt. — Cod. Voss. et Paris. ἃ λέγει. Praeterea cum cod. Paris. ἂν post ἅττ' expungi debet; ἅττ' ἂν enim postularet ᾖ.

τὴν θήραν. Venatio enim praecipua corporis exercitatio

habebatur, v. *Crag.* de republ. Lacedaemon. III, 2. p. 311. *Manso* in Sparta T. I. P. I. p. 152.

P. 20. *ΑΘΗΝ. Τέταρτον* cet. *Stephanus:* „ante Τέταρτον invenitur notata persona Atheniensis et ante Ἔτι τοίνυν persona Megilli.“ Nescio, in quo libro *Stephanus* invenerit optimam hanc orationis distributionem; *Ficinus* enim et *Cornarius* vulgarem sequuntur scripturam, quae Megillo etiam verba τέταρτον — πειρώμεθα assignat.

καρτερήσεις τῶν ἀλγηδόνων, in celebrata illa διαμαστιγώσει, qua pueri ad aram Dianae Orthiae stato tempore flagris caedebantur (vid. *Crag.* III, 8. p. 325 sq. *P. Fabri* Agonistic. III, 18. Gronov. Thesaur. T. VIII. p. 2199 sq. *Meurs.* in Graec. feriat. lib. II. Gronov. Thesaur. T. VII. p. 755 sq. et *Manso* in Sparta T. I. P. II. p. 183 sq.), aliisque, quae durae Laconum disciplinae propria erant. V. Schol. Ruhnk. p. 224. et cf. cum his ac sequentibus *Xenophont.* de Lacedaem. republ. c. II.

ἔν τε ταῖς — ταῖς χερσὶ μάχαις. Solebant enim ephebi inter se manibus et calcibus certare, v. Schol. Ruhnk. p. 224. et *Crag.* III, 5. p. 318 sq. — Pro ταῖς χερσὶ (dativus instrumenti est index, v. ad C. 6.) μάχαις *Piersonus* ad Moer. Attic. p. 406 sq. ex Moeridis scriptura Χερσιμαχίας, Πλάτων Νόμων α΄. reponi volebat ταῖς χερσιμαχίαις, sine causa.

ἁρπαγαῖς τισί. Furari iubebantur pueri, ut in calliditate exercerentur, deprehensi vero verberibus castigabantur. Vid. *Xenophont.* l. l. § 8. 9. et *Crag.* III, 12. *Manso* l. l. p. 185 sq.

κρύπτειά τις. *Plutarch.* Lycurg. p. 56. E: ἡ δὲ καλουμένη κρυπτία παρ' αὐτοῖς, εἴ γε δὴ καὶ τοῦτο τῶν Λυκούργου πολιτευμάτων ἕν ἐστιν, ὡς Ἀριστοτέλης ἱστόρηκε, ταύτην ἂν εἴη καὶ τῷ Πλάτωνι περὶ τῆς πολιτείας καὶ τοῦ ἀνδρὸς ἀνειργασμένη δόξαν. ἦν δὲ τοιαύτη· τῶν νέων οἱ ἄρχοντες διὰ χρόνου τοὺς μάλιστα νοῦν ἔχειν δοκοῦντας εἰς τὴν χώραν ἄλλως ἐξέπεμπον ἔχοντας ἐγχειρίδια καὶ τροφὴν ἀναγκαίαν, ἄλλο δὲ οὐδέν· οἳ δὲ μεθ' ἡμέραν μὲν εἰς ἀσυνδήλους διασπειρόμενοι τόπους ἀπέκρυπτον ἑαυτοὺς καὶ ἀνεπαύοντο, νύκτωρ δὲ κατιόντες εἰς τὰς ὁδούς, τῶν εἱλώτων τὸν ἁλισκόμενον ἀπέσφαττον· πολλάκις δὲ καὶ τοῖς ἀγροῖς ἐπιπορευόμενοι τοὺς ῥωμαλεωτάτους καὶ κρατίστους αὐτῶν ἀνῄρουν. Similiter *Heraclid. Pontic.* de Polit. p. 504. ed. Crag. λέγεται δὲ

καὶ τὴν κρυπτίαν εἰσηγήσασθαι, καθ' ἣν ἔτι καὶ νῦν ἐξιόντες ἡμέρας κρύπτονται, τὰς δὲ νύκτας μεθ' ὅπλων — καὶ ἀναιροῦσι τῶν εἱλώτων ὅσους ἂν ἐπιτήδειον ᾖ. Cf. *Barthelem.* Itiner. Anachars. T. V. p. 364. Aliter κρυπτείαν explicat Schol. Ruhnk. p. 225. Cf. *Manso* in Sparta T. I, P. II. p. 141 sq.

χειμώνων τε ἀνυποδησίαι. Ad χειμώνων intell. διά, v. *L. Bos.* Ellips. p. 675. ed. Schäfer. De re, cf. *Xenophont.* l. l. §. 3. 4.

αὐτοῖς ἑαυτῶν διακονήσεις. Dativus αὐτοῖς e substantivo διακονήσεις pendet (vid. ad C. 6.), et ἑαυτῶν appositum est, ut solet pronomen personale αὐτός aliis pronominibus, praecipue possessivis, adiici, ita ut eius vim nostro sermone exprimere possimus voce *eigen.* Sic VI, 2. p. 753. B: ἐν ταῖς σφετέραις αὐτῶν τῆς ἡλικίας δυνάμεσι (nach ihrem *eigenen* Altersvermögen). XI, 6. p. 923. A: τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν χρήματα. Sed offendit ut in hoc loco ἑαυτων, sic in laudato lib. VI, 2. αὐτῶν; sermonis enim graeci consuetudo, ni omnia me fallunt, postulabat αὐτοῖς αὐτῶν διακονήσεις et ἐν ταῖς σφετέραις αὐτῶν τῆς ἡλικίας δυνάμεσι. Exemplis a nobis ad Sympos. p. 249. citatis adde *Homer.* Il. ο. 39: νωΐτερον αὐτῶν. *Antiphon.* κατηγορ. φαρμακ. T. VII. p. 620. Reisk. καὶ οἰκέτας τοὺς σφετέρους αὐτῶν ἐπικαλοῦνται μάρτυρας. De choreut. p. 785: ἐν τῇ σφετέρᾳ αὐτῶν (οἰκίᾳ). *Lys.* p. 462. T. V: πατρίδα (τὴν Z) σφετέραν αὐτῶν καταλιπόντες. p. 470: γονέας σφετέρους αὐτῶν πρεσβύτας καταλιπόντες. p. 514: τοῖς ὑμετέροις αὐτῶν φίλοις. p. 635: τὰ σφέτερ' αὐτῶν. p. 703: οὐδὲν — τῶν σφετέρων αὐτῶν. p. 704: οὐδὲν ἧττον ἐπιμελήσεσθε τῶν ἡμετέρων χρημάτων, ἢ τῶν ἰδίων τῶν ὑμετέρων αὐτῶν. *Isocrat.* Nicocl. §. 12. p. 35. Coray: διδάσκει τοὺς παῖδας τοὺς ὑμετέρους αὐτῶν βασιλεύεσθαι. §. 13. p. 36: ὄψεσθε καὶ τὸν βίον τὸν ὑμέτερον αὐτῶν ἐπιδεδωκότα. Ad Philipp. p. 88: ὑπὸ τῶν οἰκετῶν τῶν σφετέρων αὐτῶν. p. 100: διοικεῖν τὸν βίον τὸν σφέτερον αὐτῶν. Sic idem Panegyr. §. 22. p. 52. Cor. p. 45. Mor. Archidam. p. 116. 121. 131. Areopag. p. 139. 142. 143. 144. *Demosthen.* Olynth. II. p. 25: τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν, et paulo post: ὑπὲρ τῶν ὑμετέρων αὐτῶν κτημάτων. III. p. 36: τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν. Philipp. I. p. 53. De Chersones. p. 95. pro Coron. p. 277. al. In his et similibus locis ubique αὐτῶν scriptum vides; neque tamen sine librorum auctoritate mutare quidquam ausus sum, quum horum librorum auctor plura habeat a communi Attico-

rum usu discrepantia. Si vero liber aliquis αὐτοῖς αὐτῶν praeberet, id sine ulla controversia recipiendum esset.

κἀν ταῖς γυμνοπαιδιαῖς. Γυμνοπαιδιαί dicebantur ludi s. festi dies Spartanorum, qui mense Hecatombaeone (qui in solstitium fere aestivum incidebat; hinc τῇ τοῦ πνίγους ῥώμῃ διαμαχομένων) a pueris ac viris, qui nudi saltabant, in victoriae, quam ad Thyream reportaverant, vel eorum, qui ad Thyream occubuerant, memoriam celebrabantur. Vid. *Tim.* Lexic. p. 73. ed. Ruhnk. *Meurs.* de saltat. vett. in Gronov. Thesaur. ant. gr. T. VIII. p. 1246 sq. *Graev.* et *Gesner.* ad Lucian. de saltat. p. 274 sq. *Valcken.* ad Herodot. VI, 67. *Ernesti* ad Xenoph. Memor. I, 2. 61. *Schneider.* ad Xenoph. Hist. graec. VI, 4. 16. et *Manso* l. l. p. 210 sq. Ceterum Ald. Lov. Bas. 1. et 2. scribunt γυμνοπαιδείαις, et libri omnino fluctuant in hac voce inter γυμνοπαιδεία, γυμνοπαιδία et γυμνοπαιδιά; vid. virr. doct. ad Xenoph. Memor. Socrat. l. l. et Lexic. Xenophont. T. I. p. 612 sq.

Εὖ γε. Verba haec Atheniensis, non Cliniae esse, sensus docet. Etiam genuina Ficini translatio Atheniensi ea tribuit. Mox pro eo, quod vulgo scribitur, τιθῶμεν πότερον Cod. Voss. φέρε τί, θῶμεν exhibet, unde *Heusdius* Spec. critic. in Plat. p. 102. iam vidit legendum esse τί θῶμεν; πότερον cet. Accusativus τὴν ἀνδρίαν δέ, ut in his loquendi formulis solet, absolute fere positus est, ut sit: quod vero ad fortitudinem attinet, quid statuamus? Sic *Xenoph.* Mem. Socrat. III, 1. 10: τί δὲ τοὺς κινδυνεύειν μέλλοντας, ἆρα φιλοτιμοτάτους προτακτέον; Legg. VII, 23. fin.: ἐνυγροθηρευτὴν δέ — ἐν τοῖς ἄλλοις δὲ ἐξέστω θηρεύειν, μὴ χρώμενον ὀπῶν ἀναθολώσει μόνον. XI, 8. p. 927. D: τὴν δὲ ἄλλην νομοθεσίαν ἐπιτρόποισί τε περὶ ὀρφανοὺς, ἄρχουσί τε περὶ τὴν ἐπιμέλειαν τῶν ἐπιτρόπων, εἰ μὴ δὴ παράδειγμα — ἐκέκτηντο αὐτοί —, εἶχέ τινα λόγον ἂν cet. Cf. *Kuhn.* ad Aelian. V. H. II, 13. p. 74. et *Taylor.* ind. Lys. graecit. T. VI. p. 920 sq. ed. Reisk.

θωπείας κολακικάς, blandimenta adulatoria, quae soli delectationi inserviunt; quo voluptates in primis significantur, blandissimae illae dominae, ut *Cicero* ait, de Offic. II, 11. Cf. infra VIII, 8. — κηρίνους. Lib. VII, 2. p. 789. E: τὸ γιγνόμενον δὲ πλάττειν τε οἷον κήρινον, ἕως ὑγρόν. *Horat.* Art. poet. 163: Cereus in vitium flecti. *Plin.* Epist. VII, 9. §. 11:

ut laus est cerae, mollis cedensque sequatur. Vid. *Schwarz.* ad Plin. Panegyr. XLV. §. 5.

τὸν τῶν λυπῶν. Sic Bas. 1. 2. et Cod. Voss.; Ald. Stephan. et Bip. vitiose λοιπῶν. Deinde *Böckhius* p. 103. pro κακόν legi iubebat κακίον', quia comparativus desideretur; sed μᾶλλον trahendum est ad κακόν, qua verborum traiectione nihil apud nostrum frequentius, vid. ad C. 4. Sic etiam *Ficinus* verba cepit vertens: utrum igitur eum, qui dolore frangitur, an eum, qui voluptate superatur, *deteriorem* vocare oportet?

τὸν ὑπὸ τῶν ἡδονῶν κρατούμενον. Plura hic menda comparent in libris veteribus. Bas. 1. et 2. habent τὸ — κρατούμενον; deinde pro ἥττονα Ald. ἧττον, et Basileenses libri ἧττον; denique Ald. Bas. 1. et 2. τὸ ὑπὸ τῶν λυπῶν. Liber Lov. Aldinum, ut solet, sequitur. *Ficinus* vero nostram scripturam reddidit. — τὸν ἐπονειδίστως, int. οὕτω λεγόμενον: eum, qui voluptatibus succumbat, esse illum, cui ut probrum obiiciatur, quod semet ipso inferior sit. — Ceterum praegresso μᾶλλον subiicitur πρότερον, ut solent comparativus et particulae comparativae, si orationis pondus in iis inest, abundanter fere poni. Sic Lys. 211. E: οἶμαι, νὴ τὸν κύνα, μᾶλλον ἢ τὸ Δαρείου χρυσίον κτήσασθαι δεξαίμην, πολὺ πρότερον ἑταῖρον μᾶλλον ἢ αὐτὸν Δαρεῖον (vt qui, φίλος ἀγαθός, multo potior sit amicus ipso Dario). *Xenoph.* Cyrop. II, 2. 12: πῶς οὐχ οὗτοι ἀστεῖοι ἂν καὶ εὐχάριτες δικαιότερον ὀνομάζοιντο μᾶλλον ἢ ἀλαζόνες; Vid. ad Phaedr. p. 395. et *Hermann.* ad Viger. p. 716.

P. 21. οὐ δή που, interrogative est: *num quid*, *num forte* (*doch nicht*). *Ficinus* absone vertit: Quare Iovis et Apollinis legum latores claudam fortitudinem non posuerint — succumbat. Imo ad utrumque sufficientem? — In Ald. Bas. 1. et 2. χολὴν vitiose scribitur, et Cod. Paris. πρὸς τὰ δεξιά.

ποῖα ἔσθ'. Ald. Lov. et Bas. 1. ἔθ'. De dativo ὑμῖν vid. ad Cap. 1. Mox γεύοντα, quod *Ficinus* et *Cornarius* reddiderunt: *quae gustent*, quasi γευόμενα legerint, active est: quae gustare iubeant s. gustum dent; cui respondet sequens ἄγοντα εἰς μέσας. Monuit de hoc etiam *Stephanus* in Adnotatt. T. III. p. 28.

ποῦ δὴ — ἐν τοῖς νόμοις; λεγέσθω, τί κ. τ. λ. Ald. ita interpungit: ἐν τοῖς νόμοις, λεγέσθω τί τοῦτ' ἐστίν· ὃ καί

cet. Eandem scripturam sequuntur libri Basileenses, nisi quod post ἐστὶν interrogationis signum habent. *Ficinus* vertit: „ubinam vestris in legibus id conspicitur, quod aeque contra voluptates sicuti contra dolores homines fortes efficiat? victoresque quorum oportet ostendat: nec ullo modo patiatur a proximis cuique intra se et gravissimis hostibus superari? Dicite obsecro, quid apud vos tale?" *Stephanus* ita locum constituit: ἐν τοῖς νόμοις, λεγέσθω τί τοῦτ' ἐστὶν ὃ καὶ cet. Cod. Voss. autem sic interpungit: νόμοις· λεγέσθω τί τοῦτ' ἐστίν. Nos cum *Ficino* et *Cornario* post νόμοις interrogationis signum posuimus, et in reliquis constituendis *Cornarium* secuti sumus, qui vertit: „Ubi hoc idem est circa voluptates in legibus constitutum? Dicatur quid sit hoc quod" cet. — Ceterum hostes unicuique proximos ac gravissimos esse voluptates blandientes et in animum se insinuantes, vix opus est monere.

τὸ τοιοῦτον. Cod. Voss. τὸ τοιοῦτον, ὦ ξένοι, male. — Mox Codicibus Voss. et Paris. debemus ἡμῶν pro ἡμᾶς; sic et *Ficinus* legit vertens: „verum si quis *inter nos* — nonnihil in patriis cuiusque nostrum legibus reprehendat" —. Etiam sequens πρᾴως ἀποδεχώμεθα ἀλλήλων flagitat ἡμῶν. Praeterea Cod. Paris. ad ψέξῃ habet γρ. ἐζήτει. Paulo post Ald. Lov. Bas. 1. et 2. πιστέον.

P. 22. Εἰ μὲν τοίνυν κ. τ. λ. Laudat *Eusebius* Praep. Ev. XII, 1. p. 573. B. ubi pro ἢ μή scribitur εἰ μή. Mox vulgo ὁ λόγος legitur; Eusebius vero recte λόγος exhibet, ut *Ficinus* videtur legisse vertens: utrum recte necne Laconicam et Cretensem rempublicam quis reprehendere possit, alio quaestio est. Similiter *Aristotel.* Polit. III, 2: εἰ δὲ δίκαιον διαλύειν ἢ μὴ διαλύειν, ὅταν εἰς ἑτέραν μεταβάλλῃ πολιτείαν ἡ πόλις, λόγος ἕτερος. *Demosthen.* Orat. π. συντάξ. p. 168. Reisk. εἰ μὲν γὰρ ἡσυχίαν ἔχειν ὑμῖν ἀπέχρη — ἄλλος ἂν ἦν λόγος οὗτος. — Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. πρὸς τὸν πολλῶν.

ὑμῖν μὲν γάρ cet. Citat *Theodoret.* Therapeut. Serm. I. p. 475. D., ubi, ut in Eusebii libris, μέν post ὑμῖν deest. Deinde Euseb. et Theodor. εἰ καὶ μετρίως pro εἴπερ exhibent; et similiter *Ficinus* videtur legisse, quum verterit: vobis quidem, si recte constitutae sunt leges. Sed recte habet εἴπερ, quod comparationem indicat reliquarum legum cum ea, quam optimam dicit: si quae legum vestrarum bonae sunt, haec certe optima est, h. e., inter omnes leges bonas, quas habetis, haec

excellit. — Paulo post Theodoret. νέον et ξυμφωνεῖν (vulgo συμφωνεῖν). Ceterum ἐξ ἑνὸς στόματος, Latinor. uno ore, h. e., omnium consensu, satis trita est loquendi ratio. — Pro κεῖνται Euseb. et Theodor. κεῖται, quod reponendum esse censebant *Böckhius* p. 104. et *Heindorf.* ad Cratyl. p. 137. Sed similiter III, 5. p. 683. B: καὶ ἀντὶ ποίων ποῖα μετατεθέντα εὐδαίμονα πόλιν ἀπεργάζοιντ' ἄν. Polit. I, 24. p. 353. B: ἆρ' ἄν ποτε ὄμματα τὸ ἑαυτῶν ἔργον καλῶς ἀπεργάσαιντο. *Xenoph.* Memor. II, 4. 7: καὶ τὰ ὦτα προακούουσι. Cyropaed. VII, 1. 2. Anabas. I, 2. 27. Mag. Equit. VIII, 6. Cf. *Reisk.* ind. Graecit. Lysiac. p. 871 sq. T. VI. et Lycurg. p. 670 sq. T. VIII. et *Fischer.* ad Weller. T. III. P. I. p. 343. Hoc, ut plura alia antiqui sermonis propria, Atticorum sermo retinuit. — Mox Euseb. ἄν τις. Illud παρ' ὑμῖν (vulgo ἡμῖν) Eusebio et Cod. Voss. debetur. Deinde ἐναντίον est coram: praesente iuveni quopiam; vid. ad Phaedr. p. 252. — Post πλημμελεῖν interrogationis signum apposuimus.

εἰς ἅ, quapropter, ut *Herodot.* II, 103. ἐς ὅ. Legg. VI, 23. p. 784. E: εἰς τὰ τοιαῦτα. Vid. *Abresch.* Animadv. ad Aeschyl. T. I. p. 663. et *Valckenar.* ad Eurip. Phoeniss. p. 234 sq.

CAP. VIII.

P. 23. ἀπορῶν. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἀπορῶ. *Ficinus* autem, quem Stephanus haud dubie secutus est, vertit: „ego tamen non *reprehendendo*, antequam pro viribus diligenter considerem, sed *dubitando* potius verba faciam." *Cornarius* ἀπορῶ expressit: imo potius ambiguus haereo.

τὸ δὲ τῶν λυπῶν cet. Cod. Voss. τῶν δὲ τῶν λυπῶν, male. Τὸ δέ et τὰ δέ cum secundo substantivorum casu ita coniungi constat, ut simplicis nominativi vel accusativi vim habeant. Sic I, 16. fin. τό τε τῆς εὐτελείας cet. II, 4: τὸ δὲ τῶν πρεσβυτέρων ἡμῶν. C. 10: τό γε τῆς χάριτος. III, 6. p. 685. A: τὸ τῆς ὑμετέρας πόλεως. IV, 5: τὸ γὰρ τῶν ἐφόρων. VI, 9: τὰ τῶν οἰκετῶν. VIII, 6: τὸ τῆς φήμης. C. 8: ἢ τὸ μὲν τῶν ἀῤῥένων πάμπαν ἀφελοίμεθ' ἄν, τὸ δὲ γυναικῶν cet. VIII, 1. 828. C. 3. p. 832. C. IX, 6. 862. C. XII, 3. p. 947. D. al. Vid. *Marcland.* ad Lys, T. V. p. 445. ed. Reisk. *Wernsdorf.* ad Himer. p. 191. *Schäfer.* Melet. crit. p. 31. sq. et *Matthiae* Gramm. graec. p. 395 sq. — ἄρτι, vid. c. 7. p. 634. A.

ἀμελέτητοι: non exercitati atque instructi ad voluptates superandas, ne quid turpe facere cogantur (*ἀναγκάζεσθαι ποιεῖν*). — *γιγνόμενοι ἐν ταῖς ἡδοναῖς*, si in voluptatibus versantur, i. e., si voluptatibus tenentur; *γίγνεσθαι* enim *ἐν τινί* (vel, ut vulgo scribunt, *ἔν τινι*, quod minus rectum esse iudico) est *ἔχειν τι*, vel versari in aliqua re, ut II, 3: *ἐν πρά-ξεσί τε παντοδαπαῖς γιγνόμενα καὶ τύχαις* cet. Vid. *Abresch.* Diluc. Thucyd. Auct. p. 403. *Villois.* ad Long. IV. p. 242. et *L. Bos.* Ellips. p. 412. — Ceterum male *ἀμελέτητοι* et *γιγνόμενοι* vulgo coniunguntur, et in Ald. Lov. Bas. 1. et 2. adeo comma extat post *γιγνόμενοι*, quo sensus egregie turbatur; participium enim, nisi ad *ἐν ἡδοναῖς* refertur, locum habere nequit. Etiam in sequentibus male, si quid video, verba *ἕνεκα τῆς γλυκυθυμίας τῆς πρὸς τὰς ἡδονάς* (propter mollem et quasi teneram ad voluptates inclinationem; sic *γλυκυθυμία* ap. *Plutarch.* vit. Themistocl. p. 117. B.) praegressis iunguntur *ἀναγκάζεσθαι ποιεῖν*, quum ad *ταὐτὸν πείσονται* pertineant.

δουλεύσουσι. *Stephanus* locum manifesto corrupit interponens *τέ* post *δουλεύσουσι*, quod fortasse e *Ficini* translatione depromsit; ita enim *Ficinus*: „et modo quodam alio et turpiore illis servient.“ Saepenumero in Platonis libris hoc in errorem induxit *Stephanum*, quod particulas explicationi inservientes cum vi quadam omitti non animadverterat, vid. ad C. 4. Bene *Cornarius*, si ex sensu rem aestimes, vertit: „Servient *enim* alio quodam modo.“ Nos, ubi praegressis aliquid adiicimus, quod eorum explicationi inservit, duo puncta ponere solemus, ut h. l. verteremus: *so wird ihnen dasselbe begegnen, was denen widerfährt, die der Furcht unterliegen: sie werden auf eine andere und noch schändlichere Weise denen dienen* cet. Quod quidem interpunctionis signum, nisi moris esset hodierni, libenter ad veterem Platonis orationem accommodassem.

τοῖς κεκτημένοις τὰ περὶ τὰς ἡδονάς: *iis, qui habent*, h. e., *qui tenentur voluptatibus* (ut III, 13. p. 696. C: *τὸν τὰς ἡδονὰς καὶ λύπας κεκτημένον*. IX, 10. p. 870. C: *αὐτῷ τῷ κεκτημένῳ τὸν φθόνον*. Similiter XI, 4. p. 919. D: *διακονίαν — κεκτημένος*.), quod tamen h. l., ubi praecedit *τοῖς γε δυναμένοις καρτερεῖν ἐν ταῖς ἡδοναῖς*, ineptum esset additamentum; quocirca *τοῖς κεκτημένοις* ambigue ita positum esse debet, ut sit: qui voluptates habent (i. e., voluptatibus tenentur) earumque domini sunt, quod non solum praegresso *δουλεύσουσι* re-

spondet, verum etiam verba τοῖς γε δυναμένοις καρτερεῖν ἐν ταῖς ἡδοναῖς uberius explicat (καί est nempe: servient iis, qui in voluptatibus sibi temperare possunt, nempe iis, qui earum domini sunt). Scilicet ὁ κεκτημένος eximie dicitur dominus et possessor, velut VIII, 9. p. 842. E: ἐπ' ἐσχατιᾶς κεκτημένος ἄλλῳ ξένῳ γειτονῶν. IX, 15. p. 879. A: παραδότω τὸν δοῦλον ὁ κεκτημένος τῷ τρωθέντι χρῆσθαι ὅ τι ἂν ἐθέλῃ. c. 17. fin. παραλαβὼν ὁ κεκτημένος παρὰ τοῦ πληγέντος δεδεμένον αὐτὸν (τὸν δοῦλον). Cf. *Xenoph.* Oeconom. I, 5. XX, 22. Memor. Socrat. IV, 2. 9. Vid. *Spanhem.* ad Aristoph. Plut. 4. ad Iulian. p. 29. A. et *Pierson.* ad Moer. Attic. v. κεκτῆσθαι. — Ceterum τά cum περί et accusativo nota est substantivi circumlocutio, ut infra τὰς περὶ τὰ ἀφροδίσια ἡδονάς et ἡ περὶ ταῦτα ἡδονή. II, 5. init. τὰ περὶ τὰς χορείας. III, 14. p. 698. A: Τὰ δὲ περὶ τὴν τῆς Ἀττικῆς αὖ πολιτείαν (i. e., τὴν δὲ τῆς Ἀττικῆς αὖ πολιτείαν). VII, 6. p. 796. E: Τὸ τοίνυν τούτοις ἑξῆς περὶ τὰ τῶν Μουσῶν τε καὶ Ἀπόλλωνος δῶρα. VIII, 6. p. 837. C: τὴν περὶ τὸ σῶμα πλησμονήν. IX, 9. p. 867. D: καὶ τὰ περὶ τὸν φόνον ἀγριωτέρως ἂν πράξειεν. — Mox male in Steph. et Bip. post ἀνθρώποις interpungitur, quum ad sequentia illud pertineat. *Ficinus:* pessimis forsan hominibus; et *Cornarius:* hominibus aliquando penitus malis. — Deinde ad ἐλεύθεροι *Stephanus* adscripsit: γρ. ἐλευθέριοι. Et sic Cod. Voss. exhibet. *Ficinus* vero *liberi* vertit, et ἐλεύθεροι, quod libri editi omnes habent, sensui accommodatius est. — κατὰ τρόπον, recte, convenienter, ut c. 10. p. 638. C: οὐδαμῶς δρᾶν κατὰ τρόπον. c. 11. p. 641. B: παιδὸς ἑνὸς ἢ καὶ χοροῦ παιδαγωγηθέντος κατὰ τρόπον ἑνός. III, 3 681. B. c. 7. p. 687. A. XI, 11. p. 931. A. XII, 2. 942. A. Epinom. 11. p. 989. D. c. 12. p. 991. D. Tim. 84. A. al.

μὴ — ᾖ. Sic pro soloeco εἴη scribendum esse, monuit iam *Böckhius* p. 104. Vid. ad Polit. I, 15.

τί διαφέρον. Sic recte Lov. et Stephan. exhibent, quum in Ald. Bas. 1. et 2. τὶ διαφέρον scribatur. *Ficinus:* „quam differentiam inveniemus inter has et ceteras resp., quae casu, non lege gubernari videntur, quemadmodum nunc in bello.“ Deinde post νῦν δή interrogationis signum posuimus, quod in Ficino quoque et Bas. 1. 2. comparet Ad praegressum διεξίοιμεν obiectum, quod dicitur, petendum est e verbis ὧν προὐθέμεθα: si *qua* deinceps consideraverimus *ex iis*, quae proposuimus.

Genitivus enim in partitione ita usurpari solet (vulgo intelligunt τὶ vel praepositionem ἐκ, ἀπό, al. Vid. *Marcland.* ad Lys. Epitaph. T. V. p. 114.), vid. ad VI, 9. Τό ante μετὰ ταῦτα cum his ipsis verbis coniungendum est; adverbialiter enim τὸ μετὰ ταῦτα, τὸ ἀπὸ τούτου, al. adhibentur, vid. *Viger.* de idiotism. p. 23 sq. ed. Herm. — ὥςπερ τὰ περὶ τὸν πόλεμον: quemadmodum nunc invenimus in his, quae ad bellum spectant, praestantiores esse has (Creticam et Lacedaemoniam) civitates aliis, quae certis bonisque legibus carent. Accusativus τά rationem vel respectum (relationem vocant) indicat; vulgo supplent praepositionem κατά.

P. 24. Σχεδὸν οὐ ῥᾴδιον, int. εἰπεῖν: difficile, ni fallor, dictu est, difficilis, opinor, quaestio est.

πρὸς ἀμφοτέρας, int. τὴν ἀνδρίαν et τὴν σωφροσύνην. Male interpretes ad civitates trahunt, quod sensum non habet; in sequentibus enim Atheniensis probat, convivia illa et exercitationes corporis ad solam spectare *fortitudinem*, et tantum abesse, ut in amoris-voluptate *temperantiam* adiuvent, ut naturalem illam cupiditatem prorsus perverterint; ex illa enim gymnasiorum et conviviorum consuetudine perversum illum puerorum amorem extitisse.

τὸ ἀναμφιςβητήτως — γίγνεσθαι: circa civitates s. leges ita certum esse, h. e., tam certas leges (quae nihil controversiae vel dubitationis habeant) statuere, ut res ipsa s. eventus respondeat legis latoris consilio; fit enim saepenumero, ut lex alium eventum habeat quam, qui eam condidit, cogitabat. Is, qui legis latoris consilium perspexit, probat ipsius leges, eventus vero reprobat. Sic opponuntur inter se ἔργον (res ipsa, eventus) et λόγος (oratio, consilium, cogitatio), ut constat. Adverbium ἀναμφιςβητήτως pro adiectivo positum est, ut solet; sic III, 6. p. 685. C: ἡ τῆς Τροίας ἅλωσις τὸ δεύτερον. Polit. VI, 15. p. 504. C: μετρίως γίγνεται, ubi v. nostra. Cf. quae exposuimus de hoc loquendi genere in Ephemerid. Landishut. (*Zeitschr. f. Wissenschaft und Kunst*) T. III. Fascic. II. p. 133 sq.

ὃ οὐκ ἂν φανείη cet. Vulgo ἐν ᾧ, quod orationis nexum tollit; subiectum enim esse debet ἐπιτήδευμα, quod partim prodesse partim obesse corpori nostro dicitur; quocirca ᾧ in ὃ mutavimus; ἐν ante ᾧ e praegresso ἂν facile potuit enasci. —

ταυτὸν τοῦτο, int. ἓν ἐπιτήδευμα ὄν: etsi idem ipsum sit (quod epexegesi inservit), tamen partim obest, partim prodest corpori nostro. Sensus est: sicut in corpore, ita etiam in civitate difficile est aliquid praescribere, quod non eam ipsam ob causam (int. quod singulare quid est) partim prosit, partim obsit; velut exercitatio gymnastica, quam leges Creticae et Lacedaemoniae praescribunt, hanc ipsam ob causam, quod ad corporis robur spectat, hac quidem ex parte corpus adiuvat, ex altera vero ipsi nocet (pervertit enim, ut infra exponitur, naturalem amoris appetitionem). Oratio paulo impeditior est, quia, quod in comparatione: καθάπερ ἐν τοῖς σώμασι poni debebat, id primariae enuntiationi adiunctum est. Hoc dicere voluit scriptor: quemadmodum corpori a medico nulla vivendi ratio praescribi potest, quae non partim ipsi prosit, partim obsit, sic etiam in civitate nullum fere institutum reperitur, quin et utilitatis et detrimenti quid afferat. Interpretes a vero orationis sensu aberrarunt. — Ceterum τί ad ἓν ἐπιτήδευμα trahendum est, sicuti dicitur εἷς τις, ἕν τι, al. Sic IV, 2. p. 705. D. X, 9. XII, 9. p. 959. E. Vid. ad Phaedr. p. 270. et Polit. V, 21. p. 478. B. — Φανείη — βλάπτον est aperte s. manifesto noceat, v. *Fischer.* ad Weller. T. III. P. II. p. 49. Plurale deinde σώματα non adversatur praegresso πρὸς ἓν σῶμα; hoc enim generale est: uni corpori (int. civium alicuius urbis) eiusdem naturae ac constitutionis.

πρὸς δὲ τὰς στάσεις χαλεπά. Recte *Cornarius* vertit: „sed ad seditiones maligna (potius: periculosa, timenda) sunt." Significatur enim non id, quod est (ut sit: in seditionibus), sed, quod fit vel fieri solet ac potest.

Μιλησίων cet. De seditione apud *Milesios* orta (Olymp. XCIII, 4.) cf. *Diodor. Sic.* XIII, 104. T. I. p. 626. *Boeotos* constat pluribus illa aetate turbis vexatos fuisse, ut bene iam *Böckhius* monuit p. 105. Et de *Thuriis* (Thurium s. Thurii urbs Calabriae, olim Sybaris dicta, v. *Matthaei* ad Lys. vit. p. 159), in magnis illi erant seditionibus Olymp. LXXXIII, 3. Vid. *Diodor. Sic.* XII, 11. T. I. p. 485. et *Taylor.* vit. Lys. p. 109. T. VI. Nimia apud eos exercitatione iuvenes ferociores et ad pugnam iusto proniores factos esse, monet, ut bene iam *Böckhius* l. l. observavit, *Aristoteles* Polit. V, 7.

παλαιὸν νόμιμον. Cod. Voss. et Paris. παλαιῶν νόμων (in Cod. Paris. superscriptum est παλαιὸν νόμον. γρ. νόμιμον).

Böckhius p. 106. scribi volebat πάλαι ὂν νόμιμον, quod si velimus, nulla locus indigebit correctione; namque ὂν facile intelligitur, quum sexcenties omissum reperiatur (vid. III, 15), et παλαιόν est i. q. ἐκ παλαιοῦ, inde a pristinis temporibus, ut ap. *Xenophont.* de Vectigal. IV. §. 2: Οὐκοῦν, ὅτι μὲν παλαιὰ ἐνεργά ἐστι (τὰ ἀργύρια), πᾶσι σαφές; *Heindorfius* ad Sophist. p. 319. νόμιμον substantivi vim habere arbitrabatur, verba ita capiens: καὶ δὴ καὶ παλαιὸν νόμιμον δοκεῖ (εἶναι) τοῦτο τὸ ἐπιτήδευμα, et male loca, ubi νόμιμον cum articulo coniunctum est (ut Epist. VII. p. 327. B: τὰ τυραννικὰ νόμιμα. Phaedr. 265. A: τῶν εἰωθότων νομίμων. Adde c. 11: τοῦτο τὸ νόμιμον. Lys. adv. Andoc. p. 253. T. V: κατὰ τὸ νόμιμον τὸ παλαιὸν καὶ ἀρχαῖον. al.) cum iis confundens, ubi articulus deest; namque, articulo apposito, substantivi partes agit, ut adiectiva solent, velut τὸ πιστόν ap. *Thucyd.* I, 68. τὸ βραδύ c. 84. al. Igitur non ratio grammatica est, qua offendor in his verbis, sed sensus, qui τὸ παλαιόν, deleto νόμιμον, mihi videtur postulare: praeterea videtur mihi inde a priscis temporibus s. iam olim hoc institutum naturalem amoris appetitionem corrupisse. Sic τὸ παλαιόν Cratyl. p. 401. C: ἐοίκαμεν γὰρ καὶ ἡμεῖς τὸ παλαιὸν ἐσίαν καλεῖν τὴν οὐσίαν. p. 419. A: ἐὰν ἀντὶ τοῦ ε̄ τὸ ἰῶτα ἀποδιδῷς, ὥσπερ τὸ παλαιόν. al. Vox νόμιμον a librario addi poterat, qui, quum τὸ παλαιόν non cepisset, substantivum vel adiectivum deesse opinaretur. — Mox vulgo scribitur καὶ κατὰ φύσιν, τὰς περὶ τὰ ἀφροδίσια ἡδονάς (Ald. Lov. Bas. 1. et 2. καὶ ἡδονάς), quod sensu caret. Verba κατὰ φύσιν ad ἡδονάς pertinere, igitur τάς iis praeponendum esse, et sensus docet (in sequentibus enim notantur voluptates illae παρὰ φύσιν) et *Ficinus* ostendit, qui vertit: „videnturque naturales venereorum voluptates non in hominibus solum, sed in bestiis pervertisse." Similiter *Cornarius* locum reddidit. Praeterea καί ante τὰς κατὰ φύσιν expunximus, quia, praegresso καὶ δὴ καί (quin etiam), orationis turbat cohaerentiam. — Mox Bas. 1. et 2. ἡμετέρας.

τῶν γυμνασίων. *Cicero* Tusc. Disput. IV, 33: Mihi quidem haec in Graecorum gymnasiis nata consuetudo videtur, in quibus isti liberi et concessi sunt amores. Bene ergo Ennius:

Flagiti principium est nudare inter civis corpora.

Cf. *Aristoph.* Nub. 973. *Athen.* XIII. p. 602. D. *Plutarch.*

Amator. p. 751. F. sq. *Xenophon* Ephes. III, 2. p. 53. ed. Locell. al.

παρὰ φύσιν. *D. Clemens* VI. Const. Apostol. c. XXVII. *παρὰ φύσιν βδελυκτὴν μίξιν* eam vocat, et lib. VII, 3. *παρὰ φύσιν κακόν.* *Lactantius* de fals. relig. c. 10: adulterium contra naturam. Cf. infra VIII, 8. p. 841. D.

πάντες δὲ δὴ Κρητῶν κ. τ. λ. Verba ita capienda sunt: omnes vero Cretensibus fabulam de Ganymedis raptu crimini damus. *Κρητῶν* interpretes ad *μῦθον* trahunt, quum e verbo *κατηγοροῦμεν* pendeat: Cretensibus hoc crimini damus s. ut probrum obiicimus, quod fabulam de Iovis amore et Ganymedis raptu finxerint (*ὡς λογοποιησάντων τούτων* pro accusativo cum infinitivo positum est, vid. ad c. 1.; *λογοποιεῖν* vero est fingere, comminisci, ut ap. *Xenophont.* Cyrop. II, 2. 13: *ἐν ᾠδαῖς καὶ λόγοις οἰκτρά ἄττα λογοποιοῦντες εἰς δάκρυα πειρῶνται ἄγειν.* *Suidas*: *λογοποιῶν· πλάττων λόγους ψευδεῖς.*). Deinde *προστεθεικέναι* itidem e verbo *κατηγοροῦμεν* pendet. Orationis cohaerentia clarior erit, si translationem vernaculam apposuerimus: *alle aber geben wir den Kretern es Schuld, die Fabel vom Ganymedes erdichtet zu haben: weil* (nehmlich) *der Glaube geherrscht, dass ihre Gesetze vom Zeus stammten, so hätten sie diese Fabel gegen den Zeus hinzugefügt, um nach des Gottes Beispiel auch diese Lust zu geniessen.* — De Ganymedis fabula, quem Iupiter dicitur rapuisse, vide quae collegerunt *Böckhius* in Min. p. 106 sq. *Heynius* ad Iliad. XX, 234. T. VIII. p. 57. et *Moserus* in Nonn. Dionys. p. 175 sq. et ad verba *Κρητῶν — κατηγοροῦμεν* cf. *Hemsterhus.* ad Lucian. Deor. dialog. IV. T. H. p. 257. Bip.

P. 25. *ἐν ἰδίοις ἔθεσι.* Cod. Voss. *ἤθεσι*, et sic *Stephanus* coniiciebat, explicans: in privatis sedibus; „est enim, addit, et in soluta oratione aliquis huius verbi usus in hac quoque significatione.“ Hoc quidem verum est (vid. *Alberti* ad Hesych. h. v. *Koen.* ad Gregor. Corinth. p. 236. vel 495. ed. Schäfer. et *Boissonad.* ad Philostrat. p. 431. Male dubitavit *Heindorfius* ad Phaedon. p. 111., apud Atticos illud sic poni; ita enim lib. IX, 8. p. 865. E: *ὁρῶν τε τὸν ἑαυτοῦ φονέα ἐν τοῖς ἤθεσι τοῖς τῆς ἑαυτοῦ ξυνηθείας ἀναστρεφόμενον.*), sed rectius h. l. habet *ἔθεσιν*. Est enim *ἔθος* consuetudo s. mos; et sicuti voce *νόμοι* leges publicae significantur, ita *ἔθεσι* instituta privata.

Sic semper fere *νόμοι* et *ἔθη* (leges publicae s. scriptae et mores s. instituta privata) modo opponuntur sibi, modo coniunguntur. *Xenoph.* Mem. III, 9. §. 1: *ὁρῶ γὰρ ἐν τοῖς αὐτοῖς νόμοις τε καὶ ἔθεσι* (*in denselben Gesetzen und Gebräuchen*) *τρεφομένους πολὺ διαφέροντας ἀλλήλων τόλμῃ.* Pertinet huc Suidae glossa: *ἔθος, νόμος ἄγραφος.* Lib. III, 3. p. 680. A: *ἀλλ' ἔθεσι καὶ τοῖς λεγομένοις πατρίοις νόμοις ἑπόμενοι ζῶσιν*, ubi oppositum est *τοῖς γράμμασι.* Cf. VII, 4. p. 793. A. VIII, 8. p. 841. B. Vid. *Artemidor.* Oneirocr. IV, 2. et nostra ad Phaedr. p. 238. Ceterum creberrima harum vocum confusio est, v. *Lennep.* ad Phalar. epist. 129. p. 350. et *Schweighaeuser.* ad Polyb. I, 65. 7. Sic etiam in *Demosthen.* Orat. pro coron. p. 317. (351. C. ed. H. Wolf.) *ἔθεσι* pro *ἤθεσι* scribendum esse iudico; cf. eiusd. orat. adv. Lept. p. 488. 490. in Androt. p. 610. adv. Aristocrat. p. 661. al.

ἀρυτόμενος. Sic Suid. v. *ἀρύτεσθαι* et *Simplic.* in Aristotel. Phys. VII. fol. 149. b. Cf. *Porson.* ad Eurip. Phoeniss. 463. et *Valckenar.* ad Thom. Mag. p. 150. in Ruhnkenii, Valckenar. al. Epist. ad Ernesti, ed. Tittmann.

ἐκείνων ζῴη. Ald. *ἐκείνων ζώη*, Lov. Bas. 1. et 2. *ζώη.* *Stephanus* *ἐκείνων* mutavit in *ἐκείνῳ*; sed nihil causae est, cur a vetere scriptura discedamus, quum *ἐναντίον* aeque cum genitivo ac cum dativo construi constet, et *ἐκείνων* ad verba *πόλις, ἰδιώτης* et *ζῶον ἅπαν* respiciat. *Stephanus*, ni fallor, Cornarium secutus est, qui vertit: contra penitus ac *ille* vivet. *Ficinus* vero *ἐκείνων* non expressit, ita hunc locum reddens: contra vivit infelix.

CAP. IX.

οὐ μὴν ἀλλ', verumenimvero, quanquam (sic VI, 14. p. 770. B. IX, 8. p. 867. A. c. 14. p. 876. D. Parmen. 127. D. Vid. *Bergler.* ad Alciphr. p. 253.). — *Ἀφασία* est animi perturbatio et dubitatio, qua quis, quid dicat vel faciat, non reperit, vid. *Wyttenbach.* Bibl. critic. V. III. P. IV. p. 45.

ἂν ἐθελήσῃ. Cod. Voss. *ἂν ἐθέλῃ.* — *κάλλιστ' ἀνθρώπων*, vid. ad c. 5.

καὶ οὔτ' ἂν cet. Laudat *Athenaeus* IV, 43. p. 106 sq. T. II. Schweigh. Male in Ald. Lov. Bas. 1. et 2. legitur *ἴδῃς*, quod

Stephanus bene correxit; itidem in sequentt. libri illi vitiose exhibent ἀπάντων κωμάζων τί. *Ficinus:* „nec ullus est, qui cuidam ebrietate lascivienti obviam factus non maximo ipsum supplicio statim afficiat." Atque similiter *Cornarius* hunc locum reddidit. Ceterum prius ἄν ad ἀπαντῶν (si forte occurrat) trahendum est. Deinde post οὔτ' — οὔτ', ut solet, οὐδ' — οὐδ' infertur, velut VII, 12. 806. B: ὥστ' οὐδ', εἴ τίς ποτε — τύχῃ γίγνοιτο, οὔτ' ἂν τόξων — οὔτ' ἄλλης κοινωνῆσαί ποτε βολῆς — δύνασθαι, — οὐδὲ ἀσπίδα — λαβοῦσαι μιμήσασθαι τὴν θεόν. VIII, 7. p. 840. A: οὔτε τινὸς πώποτε γυναικὸς ἥψατο οὐδ' αὖ παιδός. Cf. *Dorvill.* ad Charit. p. 641. et *Matthiae* Gramm. graec. p. 886.

καὶ οὐδ' ἂν — λύσαιτο. Vulgo καὶ οὔτ' ἄν, sensus vero postulat οὐδ' ἄν: *ne — quidem*, ut *Schweighaeuser.* quoque monuit ad Athen. Animadv. V. II. p. 515. Deinde pro λύσαιτο Athen. profert ῥύσαιτο. Sensus est: nec etiamsi Dionysia temulentiae praetenderit, a poena ipsum liberabit.

ἐν ἁμάξαις. Schol. Lucian. ad Iov. Tragoed. §. 44. T. II. p. 140. Schmied. Ἐν τῇ ἑορτῇ τῶν Διονυσίων παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ἐπὶ ἁμαξῶν καθήμενοι ἔσκωπτον ἀλλήλους καὶ ἐλοιδοροῦντο πολλά. Παροιμία οὖν ἐκράτησεν ἐπὶ τῶν ὑβριστικῶς χρωμένων τὸ ἐξ ἁμάξης. Scilicet priscorum temporum consuetudinem, fabulas in plaustris docendi (*Horat.* Ars poet. 276), Athenienses in Dionysiis retinuerunt, in quibus viri et se invicem et praetereuntes clamoribus ac conviciis consectabantur. Unde proverbium natum ἐξ ἁμάξης, quod de iis usurpatur, qui palam et libere conviciantur. *Demosthen.* pro Coron. p. 268: καὶ βοᾷς ῥητὰ καὶ ἄρρητα ὀνομάζων, ὥσπερ ἐξ ἁμάξης. *Lucian.* Iup. Tragoed. l. l. ὡς δαιμόνων οὐδενὸς ἀνὴρ φείδεται, ἀλλ' ἐξ ἁμάξης παρρησιάζεται. Cf. Schol. ad Aristoph. Plut. 1015. Suid. v. ἐξ ἁμάξης. Harpocrat. v. πομπείας. *Erasmi* Adag. Chil. I. Centur. VII. p. 212. ed. Colon. — Ceterum ad εἶδον int. κωμάζοντας μετὰ μέθης vel μεθύοντας e sequentibus.

καὶ ἐν Τάραντι δέ. Haec verba in libris editis male a praegressis puncto separantur. Καὶ — δέ est *verum etiam, quin imo*, ut infra καὶ παρ' ὑμῖν δέ. II, 9. 665. B. III, 4. 12. 14. IV, 3. 11. Theaet. 171. E. Phileb. 13. B. *Xenoph.* Anabas. IV, 8. 19. 24. V, 4. 10. VI, 3. 19. 25. Oecon. I, 3. XI, 22. al. Vid. *Zeun.* ad Xenoph. Laced. rempubl. XIII, 4. et Lexic. Xenophont. T. II. p. 621. — *Tarentum* vero dicitur colonia Lace-

daemonia, quia Phalantus traditur coloniam Partheniarum e terra Laconica Tarentum deduxisse ibique, incolis veteribus expulsis, regnasse, vid. *Strab.* VI. p. 426. *Iustin.* III, 4. — Ceterum Athen. ἴδου — πᾶσαν τὴν πόλιν ἐθεασάμην.

ὅπου δ' ἀνεῖνται. Suspicor scriptum esse ἀνεῖται, ea forma, qua quaedam impersonaliter dicuntur, perinde ac si locutus esset: ὅπου ἄνεσίς ἐστι vel ὅπου βίος ἀνειμένος ἐστί. *Stephanus.* Recte habet ἀνεῖνται, int. αἱ καρτερήσεις: ubi vero continentia s. moderatio negligitur; ἀνιέναι est enim remittere, h. e., negligere, ut ap. *Xenoph.* Cyrop. VII, 5. 70: ἐπιμελητέον, ὅπως μὴ ἀνήσουσι τὴν τῆς ἀρετῆς ἄσκησιν. §. 75: οὕτω καὶ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἐγκράτεια καὶ ἡ ἀλκή, ὁπόταν τις αὐτῶν ἀνῇ τὴν ἄσκησιν, ἐκ τούτου εἰς τὴν πονηρίαν πάλιν τρέπεται. Schol. Thucyd. III, 10: ἀνιέντας· ἐνδιδόντας, παρορῶντας.

βλακικώτερα: stolidiora sunt (notione adiuncta segnitiae pravaeque negligentiae), int. quam ut dici possit; igitur: nimis stolida. Sic V, 2. p. 729. A: οὔτ' αὖ τῇ πόλει ἄμεινον. Vide de hoc comparativi usu quae ad Polit. VI, 6. p. 491. B. exposuimus.

τῶν παρ' ἡμῖν. Cod. Voss. ἡμῶν, vitiose; τῶν παρ' ἡμῖν pendet e participio ἀμυνόμενος; verbum enim ἀμύνεσθαι, etiam absque praepositione ὑπέρ vel περί, genitivo iungi solet, ut ap. *Homer.* Il. XII, 155: ἀμυνόμενοι σφῶν τ' αὐτῶν καὶ κλισιάων Νηῶν τ' ὠκυπόρων. *Thucyd.* I, 96: ἀμύνεσθαι ὧν ἔπαθον. — λαμβάνεσθαί τινος Latinorum est prehendere aliquem, increpandi causa.

P. 26. τὴν τῶν γυναικῶν — ἄνεσιν. *Aristotel.* Polit. II, 7: ἔτι δ' ἡ περὶ τὰς γυναῖκας ἄνεσις καὶ πρὸς τὴν προαίρεσιν τῆς πολιτείας βλαβερὰ καὶ πρὸς εὐδαιμονίαν πόλεως. Bas. 2. παρ' ἡμῖν, vitiose.

ἀπολύεσθαι δοκεῖ, τοῦ — ἔχειν. Notabilis est verbi ἀπολύεσθαι usus, haud dissimilis illi verbi ἐπιλύεσθαι in Crit. p. 43. C: ἀλλ' οὐδὲν αὐτοῖς ἐπιλύεται ἡ ἡλικία τὸ μὴ οὐχὶ ἀγανακτεῖν τῇ παρούσῃ τύχῃ. Ubi dativum diverse explicant. Et *Böckhius* quidem in Min. p. 107. verbo ἐπιλύεσθαι *impediendi* notionem impertit, quae quomodo in eo inesse possit, haud assequor; eumque *Iacobsius* in Socrate p. 91., re, ut videtur, non accuratius perpensa, secutus est. *Schneiderus* vero in Lexic. graec. h. v. exponit *remittere*, *relaxare*, quod non magis satis-

facit. *Ἀπολύεσθαι* cum accusativo rei, ut *αἰτίαν*, *διαβολήν*, al., est liberare a crimine, h. e., se defendere (ut Apolog. 144. Phaedr. 267. D. *Thucyd.* V, 75. VIII, 87. *Demosthen.* Cherson. p. 99. 3. de Rhod. libert. p. 191. 10. de Coron. 226. 26. 242. 15. al.); sensu tunc, qui dicitur, neutrali cum dativo personae est opitulari alicui, h. e., aliquem defendere ac tueri. Sensus igitur est: omnibus his, quae apud Tarentinos, apud nos et vos quoque reperiuntur, una videtur responsio patrocinari, ne perperam, sed recte se habere videantur, h. e., ut probetur, non male, sed recte se habere. Et sic etiam *ἐπιλύεται* in Critonis loco laudato intelligendum esse indico; germanice locum equidem redderem: *das Alter schützt sie nicht davor, dass sie über das gegenwärtige Loos nicht unwillig werden.* — Articulus *τοῦ* ante infinitivum *ἔχειν* consilium (est i. q. *ἕνεκα τοῦ — ut —*) indicat, ut IV, 6. p. 714. D: *Ἆρ᾽ οὖν οἴει — ποτὲ δῆμον — θήσεσθαι ἑκόντα πρὸς ἄλλο τι πρῶτον νόμους, ἢ τὸ ξυμφέρον ἑαυτῷ τῆς ἀρχῆς τοῦ μένειν;* VII, 19. p. 816. E: *τοῦ μήποτε δρᾶν* cet. IX, 14. p. 876. E: *τοῦ μήποτε βαίνειν ἔξω τῆς δίκης.* Gorg. 457. E: *τοῦ καταφανὲς γενέσθαι.* *Thucyd.* I, 23. VIII, 14. *Xenoph.* Cyrop. I, 3. 9. V, 1. 25. *Stephan.* Append. ad dialect. p. 181. et *Fischer.* ad Weller. T. III. P. II. p. 25.

τὴν παρ᾽ αὐτοῖς ἀλήθειαν. Pronomen *αὐτοῖς* respicit *πᾶς* collective positum, sicuti pluralis post collectivum singulare poni solet, vid. not. ad c. 10.

οἴνου περὶ πόσεως. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *οὐ κείνου*, quod *Cornarius* iam in *οὐκ οἴνου* mutandum esse viderat. *Ficinus:* non dico, utrum bibendum sit *vinum* necne. Ceterum in Stephan. et Bip. male scribitur *πέρι*, quum substantivum, quod a praepositione *περὶ* regitur, *πόσεως*, subsequatur.

ὥσπερ Σκύθαι cet. *Clemens Alexandr.* Paedag. II, 2. T. I. p. 186. (175. D. ed. Sylb.): *μέθῃ δὲ μάλιστα οἱ Σκύθαι χρῶνται, Κελτοί τε καὶ Ἴβηρες καὶ Θρᾷκες, πολεμικὰ ξύμπαντα ταῦτα ὄντα γένη· καὶ καλὸν καὶ εὔδαιμον ἐπιτηδεύειν νενομίκασιν.* Cf. *Athen.* X, 39. T. IV. p. 81. ibique *Schweighaeus.* Animadv. T. V. p. 426 sq. et *Potter.* Archaeol. graec. IV, 18. De Scythis cf. *Maxim. Tyr.* XXVII. p. 327. et *Lambin.* ad Horat. T. I. p. 66. A. et de Carthaginiensibus vid. II, 18. Ceterum *Ficinus* legit *Κελτίβηρες;* vertit enim; praeterea Celtiberi et Thraces.

πολεμικὰ ξύμπαντα. Vocem ξύμπαντα, quae in libris editis desideratur, e Cod. Voss. Ficino et Clemente Alexandr. recepimus; *Ficinus* enim habet: quae *omnes* gentes bellicosissimae sunt.

ὑμεῖς μὲν γάρ cet. De Lacedaemoniorum abstinentia vid. *Meurs.* Miscell. Lacon. I, 14. De Thracibus vero *Aelian.* V. H. III, 15: τό γε μὴν ὑπὲρ τῶν Θρᾳκῶν — καὶ διατεθρύλληται, ὡς εἰσὶ πιεῖν δεινότατοι. Cf. *Spanhem.* ad Iulian. Orat. I. p. 125. Ceterum corrigendum est ὅπερ λέγεις.

κατὰ τῶν ἱματίων καταχεόμενοι. *Suidas* T. II. p. 264: ἔθος ἦν Θρᾴκιον ἐν τοῖς συμποσίοις, ἵνα, ὅταν πίωσι τοῦ οἴνου οἱ συμπόται ὅσον δύνωνται, τὸ λοιπὸν τοῦ οἴνου καταχέωσι κατὰ τῶν ἱματίων τῶν συμποτῶν· ὅπερ ἔλεγον *κατασκεδάζειν.* Vid. ibi Küster. Sic etiam *Xenophon* Anab. VII, 3. §. 32 ἀναστὰς ὁ Σεύθης συνεξέπιε καὶ συγκατεσκέδασε τῶν μετ' αὐτοῦ τὸ κέρας. Quod *Toupius* in Emendatt. in Suid. p. 212. vertit: quod reliquum erat vini, in convivas effudit, — *ἐν τάξει,* *Ficinus:* quamvis moderatius, quam isti.

Ὦ λῷστε. Vulgo haec verba Atheniensis orationi annexa leguntur, quod sensui adversatur; ὦ λῷστε, ut ὦ βέλτιστε, ὦ 'γαθέ, al. usurpari solent (vid. *Hermann.* ad Viger. p. 717.), amica est compellatio Megilli sententiam Atheniensis reprobantis et corrigentis (hinc δέ γε, de quo v. *Porson.* ad Eurip. Orest. 1234. et Med. 814.).

ἀτέκμαρτοι, incertae et inexploratae fugae, h. e., e quibus nihil certi colligi potest, in quibus nullum indicium inest virtutis vel pravitatis. Alias ἀτέκμαρτον est ἄδηλον, ἀστάθμητον, id cuius eventus obscurus est, ut *Herodot.* V, 92. 3. *Thucyd.* IV, 63. *Pindar.* Pyth. X, 98. al. — Mox ad λέγοντες *Stephanus* adnotat scribi βλέποντες, et hoc in marg. Cod. Voss. reperitur. Etiam *Ficinus* vertit: „si ad victoriam belli fugamque respexerimus.“ Sed nulla indiget correctione λέγοντες, nec offendere debet eiusdem verbi repetitio, qua nihil frequentius est, vid. ad Polit. I, 6. p. 331. C. Sensus est: si victoriam et fugam dicimus (signum s. documentum esse statuimus institutorum bonorum), non certum, sed dubium dicimus (ponimus) argumentum.

ἐπειδὴ γάρ cet.: quandoquidem victoria suspensa est e maioribus copiis, ita ut urbs potentior, licet multo deterior

sit, etiam praestantiorem, quae debilior est, facile vincat. *Stephanus* adnotat: „si vacet γάρ post ἐπειδή (sed non vacat; est enim: *da nehmlich*), dicta haec fuerint per parenthesin."

Συρακόσιοι μὲν Λοκρούς. De scriptura *Συρακόσιοι* (vulgo enim legitur *Συρακούσιοι*) vid. *Böckh.* Praef. in Sim. Socrat. dialog. p. XXXI. De *Locris Epizephyriis*, in Italia inferiore habitantibus, quorum legislator Zaleucus erat, v. *Strab.* VI. p. 259 sq. (*πλεῖστον χρόνον εὐνομηθέντες*; ut Tim. p. 20. A: *εὐνομωτάτης ὢν πόλεως τῆς ἐν Ἰταλίᾳ Λοκρίδος.*) *Aelian.* V. H. II, 22. et *Bentlei.* Opusc. philol. p. 342 sq. Ceterum victoria significatur, quam Dionysius minor e Locris retulit Olymp. CVI, 1. Cf. Bentl. l. l.

P. 27. *Κείους.* Cod. Voss. *Χείους.* Quosdam libros *Χείους* dare, iam *Dorvillius* ad Charit. p. 690. refert, bene subiiciens, probabilius Ceam, Simonidis patriam, respici, Atticae orae vicinam insulam et Atheniensi reipub. subiectam. Atque Ceos ob morum probitatem severitatemque institutorum magnis id temporis laudibus floruisse, *Böckhius* p. 109. ex Heraclide Pont. c. 9. probat.

αὐτοῦ ἑκάστου ἐπιτηδ. *Αὐτοῦ* est per se, nulla alius rei ratione habita.

ἐστὶ καλόν. Vulgo *ἔτι καλόν.*

CAP. X.

εἴ λόγῳ τι λαβόντες. *Λόγῳ λαμβάνειν τι* est mente aliquid complecti, cogitatione comprehendere, et in universum aliquid cogitare, animadvertere, percipere vel recordari (nostrum *gedenken*, ut h. l.; male interpretes *λόγῳ* de oratione s. disputatione capiunt). Sic X, 9. p. 898. E: *νῷ δὴ καὶ διανοήματι λάβωμεν αὐτοῦ πέρι τὸ τοιόνδε.* Sophist. 238. B: *ἢ καὶ τῇ διανοίᾳ τὸ παράπαν λάβοι τὰ μὴ ὄντα.* Parmen. 135. E: *ἃ μάλιστά τις ἂν λόγῳ λάβοι.* Distinguendum ab hoc est *λαμβάνειν τι τῷ λόγῳ*, oratione aliquid persequi, ut Io. 532. E: *λάβωμεν γὰρ τῷ λόγῳ.* Sophist. 249. D: *ἆρ' οὐκ ἐπιεικῶς ἤδη φαινόμεθα περιειληφέναι τῷ λόγῳ τὸ ὄν;* — *εὐθὺς ῥηθέν*, simulac dictum est. Notus est hic particulae *εὐθύς* cum participio coniunctae usus; v. Lexic. Xenophont. V. II. p. 397.

τυρούς. Vulgo *πυρούς* legitur, quod *Ficinus* quoque expressit vertens: si quis cerealem cibum ab aliquo laudatum ut

bonum statim vituperet. Sed recte *Cornarius* Eclog. p. 1005. (p. 117. ed. Fisch.): „graece legendum τυρούς, i. e., caseos —. Non autem de tritico, sed de caseo Platonem loqui, ex Hippocrate colligitur, qui in libro de veteri medicina idem de caseo tradit, unde etiam Platonem transscripsisse verisimile est. Verba eius haec sunt: *καὶ μὴ ἁπλῶς οὕτω δοκέειν, ὅτι πονηρὸν βρῶμα τυρός· πόνον γὰρ φέρει τῷ πληρωθέντι αὐτέου· ἀλλὰ τίνα τε πόνον καὶ διὰ τί καὶ τίνι τῶν ἀνθρώπῳ ἐνεόντων ἀνεπιτήδειον*, hoc est, *et non simpliciter sic existimare, quod malum edulium est caseus. Dolorem enim affert repleto ex ipso. Sed quem dolorem et propter quid et cui parti intra hominem existenti incommodum existit.* Quod autem omnia tum bona tum mala ad aliquid dicuntur et sunt talia, in multis locis Galenus dicit (vid. Protag. p. 334. A). Et lib. VI, c. 3. *τῶν κατὰ τόπους: Omnia enim*, inquit, *respectu ad aliquid tum emolumentum, tum detrimentum in se habent:* quod ipsum etiam Hippocrates dixit primus omnium posteriorum, quod equidem sciam." Sic v. c. caseus in vulnere nocivus habebatur, v. Polit. III, 14. ubi v. not. Scilicet de tritico prorsus innoxio sermo esse non potest, neque id comparari potest cum *μέθῃ*, caseus vero optime quadrat in hanc comparationem.

τὴν ἐργασίαν, effectum, quae quidem significatio paulo rarior est. *Ἐργασία* videlicet non solum est confectio, opificium, labor, verum etiam id, quod ex opificio evenit, h. e., effectus, et specialiter quaestus (ut ap. *Xenophont.* Mem. III, 10. 1: *τὰς τέχνας ἐχόντων καὶ τῆς ἐργασίας ἕνεκα χρωμένων.* De Venat. III, 3: *αἱ μὲν οὖν σμικραὶ πολλάκις ἐκ τῶν κυνηγεσίων ἀποστεροῦνται τῆς ἐργασίας.* De Vectig. IV, 29. al.). Ceterum *τὴν ἐργασίαν* e cod. Voss. recepimus pro *μὲν ἐργασίαν;* et ita etiam *Stephanus* esse legendum coniecerat. Idem liber Voss. *δεῖ* omittit et praegressa hoc ordine ponit: *ὅπως προσφέρειν ἔχουσιν.*

νῦν δὴ ταυτόν. Cod. Voss. *ταυτόν μοι δοκοῦμεν.* Mox ad *ψέγειν* et *ἐπαινεῖν* repet. *δοκοῦμεν.*

ἐπαινοῦμεν ἑκάτεροι: uterque nostrum, testibus ac probatoribus prolatis, sententiam suam comprobare studet. *Ἐπαινεῖν*, sensu generaliori, est probare (Atheniensis enim compotationem, Megillus vero abstinentiam vini comprobat), sicut *ἐπαινέτης* et *ἐπαινεῖν* ponuntur de iis, qui sententiam alicuius in iudicio approbant, v. Phaedr. 257. E. 258. A. Quocirca non

est, cur cum *Böckhio* p. 109. deleamus ἐπαινοῦμεν; nam si ἐπαινεῖν Megillo Lacedaemonio tribui non posset, etiam vox ἐπαινέταις, quibus uterque, et Megillus et Atheniensis, uti dicitur, expungenda esset. *Ficinus* autem videtur, ne ἐπαινοῦμεν, sensu generali positum, cum praegresso confunderetur, ubi ἐπαινεῖν et ψέγειν inter se opponuntur, et ἐπαινέταις et ἐπαινοῦμεν generatim expressisse; vertit: *testibus enim assertoribusque* (ἐπαινέταις) *utentes id facimus.*

κύριον codici Voss. debemus; vulgo καίριον legitur. *Ficinus*: aliquid fide dignum afferre putamus. Κύριον est, quod a testibus vel iudicibus approbatur, quod ratum est. Sic νόμος κύριος IX, 12. p. 874. B. *Xenophon* Hist. Graec. VI, 5. 6: ὅ τι νικῴη ἐν τῷ κοινῷ, τοῦτο κύριον εἶναι καὶ τῶν πόλεων. al. — Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. τὰς μὴ χρωμένους. Ad αὐτῷ e praegresso μέθης repetendum est οἴνῳ. Hinc *Ficinus* vertit: quia *vino* abstinentes vincunt in pugna.

τῆς μέθης, per epexegesin appositum est, vid. ad C. 6.

P. 28. ἡμῖν πόλεσι δυοῖν. Cod. Voss. Ald. Lov. et *Ficinus* (duabus cum civitatibus *vestris* contendat) ὑμῖν exhibent; sed unice vera est Bas. 1. 2. et Steph. scriptura ἡμῖν (i. e. ἡμετέραις s. ἡμῶν, vid. ad C. 1.); significatur enim diversa Atheniensis et Lacedaemoniae civitatis circa vini usum institutio.

τῇδέ πη. Vulgo πη τῇδε. Cod. Voss. δή πῃ, τῇδε. Linguae ratio postulat hoc, quod reposuimus. Sic enim VI, 13. p. 767. C: γενόμενον τῇδέ πη. Cf. Phaedon. 295. 306. Fisch. Cratyl. p. 410. B. Sophist. 229. B. Polit. I. 351. A. Alcibiad. II. c. 3. *Thucyd.* VI, 2. *Polyb.* VIII, 34. 4. al. Idcirco etiam infra II, 9. p. 665. D. ὁρᾶτε εἰ τῇδέ πη. ΚΛ. Πῇ; scripsimus pro ὁρᾶτε εἰ τῇδε. ΚΛ. Πῇ δή; Et similiter in Philebo p. 38. B. legendum esse τῇδέ πη ἄγω, in Ephemer. doctr. et art. Landish. T. III. Fasc. I. p. 143. iam monuimus. Creberrime in his vocibus sibi simillimis a librariis peccatum est.

ἐπαινοίη. Vulgo ἐπαινοῖ. Deinde Ald. Lov. et Bas. 1. αἰπόλους et δράσας. Ut Bas. 2. legit, *Ficinus* vertit: „quum absque pastore eas per sata pasci damnumque facere viderit." Deinde ἐργάσιμα χωρία sunt loca sata, arva culta, ut VII, 23. 824. B: ἐν ἐργασίμοις δὲ καὶ ἱεροῖς. XII, 9. p. 958. D: τῶν χωρίων, ὁπόσα μὲν ἐργάσιμα, *Xenoph.* Cyrop. I, 4. 16. de Ve-

nat. V, 15. al. — Ceterum laudant hunc locum *Eusebius* Praep. Ev. XII, 33. p. 609. C. et *Theodoret.* Therap. Serm. II. p. 688. A. B.

ἡγούμεθα. Sic Euseb. pro ἡγώμεθα, quod hic locum habere nequit (coniunctivus enim esset dubitantis: *sollen wir dafür halten*, ut Eurip. Ion. 758: εἴπωμεν ἢ σιγῶμεν; ἢ τί δράσομεν; Vid. *Hermann.* ad Viger. p. 731.). Et omnino nihil frequentius est hac indicativi cum coniunctivo permutatione in oratione interrogativa. Sic paulo post οἰόμεθ' ἄν ποτε — ἐπαινέσεσθαι; Lib. II, 4: Ἆρ' οὖν θαρσοῦντες λέγομεν (vulgo λέγωμεν). Ib. Ἆρ' οὖν οὐχ ἡμῶν οἱ μὲν νέοι αὐτοὶ χορεύειν ἕτοιμοι, τὸ δὲ τῶν πρεσβυτέρων ἡμῶν — διάγειν ἡγούμεθα πρεπόντως cet. Paulo post: Μῶν οὖν οἰόμεθα (vulgo οἰώμεθα) cet. C. 6: Φέρε δή, ξυνομολογησόμεθα (vulgo ξυνομολογησώμεθα) ταυτὸν; III, 2: Οὐκοῦν οὕτω δὴ λέγομεν (vulgo λέγωμεν) ἔχειν τότε, ὅτι cet. Ib. Πόλεως δὲ καὶ πολιτείας πέρι — ἆρ', ὡς ἔπος εἰπεῖν, οἰόμεθα καὶ μνήμην εἶναι τὸ παράπαν; Praecipue, si ἄν subsequitur, in coniunctivo ponendo peccarunt librarii, perperam ἄν, quod ad infinitivum spectat, ad verbum finitum trahentes, ut h. l., ubi ἄν non ad ἡγούμεθα, sed ad ψέξαι referri oportet. *Ficinus* recte vertit: numquid iustam vituperationem *censebimus?* — Ceterum Cod. Voss. τῶν κακῶν ἀρχόντων — τὸν τοιοῦτον ψόγον exhibet

ἐπιστήμην. Vulgo τὴν ἐπιστήμην, in quo articulus, quomodo defendi ac tolerari possit, non perspicio.

ἆρ' ἐάν cet. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἄρ'. Mox iidem libri καὶ pro κἄν habent. *Ficinus* vero: „*etiamsi* timidus sit et in periculis ebrietate quadam metus ipsius nauseat?" Ceterum eleganter μέθη τοῦ φόβου dictum est; μεθύειν enim ὑπό τινος vel τινί dicitur, qui aliqua re ita repletus largeque instructus est, ut, sicut ebrius vino, ea redundet. Sic c. 16: δι' ἡδονῆς μεθύσκοντα (voluptate inebriantia, h. e., capientia et implentia). Lys. 222. C: ὥσπερ μεθύομεν ὑπὸ τοῦ λόγου. Critias 121. A: μεθύοντες ὑπὸ τρυφῆς. Μεθύειν ὑπὸ τῶν λόγων *Lucian.* Nigrin. §. 5. T. 1. p. 17. Schm. ὑπὸ φιλοτιμίας *Liban.* Declam. XVI. p. 460. A. μεθύων μύθοις Epigr. ἀδεσπ. XXV, 1. Antholog. graec. T. III. p. 123. μεθύων τῷ θυμῷ καὶ τῇ ἀσεβείᾳ *Martyr. Demetr.* ap. Phot. Biblioth. p. 1405. v. 10. Cf. *Rittershus.* ad Oppian. Cyneget. II, 576. Halieut. IV, 671. V, 603. *Toup.*

ad Hesych. T. I. p. 255. *Wernsdorf.* ad Himer. Sophist. p. 57. Similiter Latini *madere*, *madidus*, *ebrius*, al. usurpant; vid. interpp. ad *Horat.* Od. III, 21. 9. et *Ruperti* ad Sil. Italic. XII. p. 169. Var. Lectt. Sensu hoc translato voce μέθη iam *Empedocles* usus est v. 46: μέθη γάρ τοι φρένας αὔξει, p. 515. ed. Sturz. Simul μέθη, ut verbum ναυτιᾷν, egregie depingit eum, qui in periculo titubat instar ebrii capitisque vertiginem patitur.

μετ' ἐκείνου τε ὠφέλιμός ἐστιν, h. e., καὶ ἡ (κοινωνία) μετ' ἐκείνου (τοῦ ἄρχοντος) ὠφέλιμός ἐστιν. Sic solet pronomen relativum a particula καί supprimi, ut IX, 8. p. 866. E. Vid. *Duken.* ad Thucyd. VIII, 73. et *Wesseling.* ad Diodor. Sic. XVIII, 25. T. II. p. 277. Accusativi ἐπαινέτην ἢ ψέκτην, quum sequatur: οἰόμεθ' ἄν ποτε τοὺς τοιούτους (hi enim ipsi sunt ille ἐπαινέτης ἢ ψέκτης) θεωροὺς — ἐπαινέσεσθαι, quasi absolute positi sunt; oratio videlicet verbis interiectis: ὃ δὲ μήθ' — ξυνοῦσαν, interrumpitur. Sic procedere debebat: Τί δὲ ἐπαινέτην ἢ ψέκτην — ὃς μήθ' ἑωρακώς ἐστί ποτ' ὀρθῶς — ξυνοῦσαν, οἰόμεθ' ἄν ποτε χρηστόν τι ψέξειν ἢ ἐπαινέσεσθαι; — Pro ξυνοῦσαν Ald. Lov. Bas. 1. et 2. exhibent ξυνιοῦσαν. Deinde e cod. Voss. et Euseb. οἰόμεθ' pro οἰώμεθ' recepimus (vide supra notata). Euseb. et Cod. Voss. praeterea δή pro ἄν habent.

P. 29. μηδὲ ξυγγενομένους — μηδενί. Sic Graeci solent negationibus iteratis orationi vim quandam dare. IX, 2. p. 855. C: ἄτιμον δὲ παντάπασι μηδένα εἶναι μηδέποτε μηδ' ἐφ' ἑνὶ τῶν ἁμαρτημάτων. V, 3. p. 731. C. al. Cf. *Faehse* Syllog. Lectt. p. 357. et *Wyttenbach.* ad Phaedon. p. 199.

μῶν ὀρθῶς. Cod. Voss. in marg. ὑμῶν ἤδη τις πώποτε. *Ficinus:* „hanc vero numquid unquam recte gubernatam adspexit quisquam?" Mox pro δέ που Cod. Voss. δ' εἶπον. — Μόρια — ὀλίγα, int. αὐτῆς ἑώρακα ὀρθῶς γιγνόμενα, pro: κατὰ μόρια δὲ — ὀλίγα αὐτὴν ἑώρακα ὀρθῶς γιγνομένην, κατὰ τὰ πολλὰ δὲ ἑώρακα ξύμπασαν διημαρτημένην: aliquoties et aliqua ex parte recte institutam vidi, plerumque vero totam pravam et perversam cognovi. Τὰ πολλά etiam per se saepenumero est *maximam partem*, *plerumque*, ut II, 1: τὰ πολλὰ χαλᾶται. III, 12. p. 695. E: ὁ κακὸς βίος, ὃν οἱ τῶν διαφερόντως πλουσίων καὶ τυράννων παῖδες τὰ πολλὰ ζῶσιν. IV, 10. 720. C: οἱ δοῦλοι τὰ

πολλὰ ἰατρεύουσι. VIII, 9. p. 842. D. IX, 12. p. 872. D: οἱ (φόνοι) τὰ μὲν πολλὰ ἐν κακῶς οἰκούσαις καὶ τρεφομέναις γίγνονται πόλεσι. XII, 6. p. 952. D: ὡς τὰ πολλὰ διατελῶν ταῖς φοιτήσεσι. Sic *Sophocl.* Electr. 564. Oedip. Col. 1231. *Pindar.* Nem. II, 2. *Xenoph.* Cyropaed. VIII, 1. 14. al. Cf. *Toup.* ad Longin. III. §. 5. p. 246. ed. Weisk. *Schäfer.* ad L. Bos. Ellips. p. 427 sq. *Heindorf.* ad Sophist. p. 278.

τῶν δειλῶν. Sic Ald. Lov. Bas. 1. et 2. et Cod. Voss., quod cur *Stephanus* in τοῦ δειλοῦ mutaverit, causam non video, nisi propter *Ficinum* hoc fecisse eum dixeris; hic enim vertit: „fortis autem vir a timore minus quam timidus perturbatur.“ Pluralis sequitur singularem, ubi singularis, ut h. l. ὁ ἀνδρεῖος, collective et generatim positus est. Sic II, 11. p. 670. B. ὅσοι post ὄχλος. III, 3. p. 678. D. ταῦτα post ὄργανόν τι. XII, 3. p. 945. E. ἀποφαινομένους post πόλις. C. 6. p. 952. B. ἀποβλέποντας post πόλις. Vid. *Locell.* ad Xenoph. Ephes. p. 139. et *Wyttenbach.* ad Iulian. p. 192. Hinc frequentissime Graeci a singulari collective vel infinite posito ad pluralem transeunt, ut IX, 1. αὐτοί post ὅς infertur. *Xenophont.* Cyrop. IV, 5. 39: ὅστις δὲ εἰς ἐνδεόμενά του κατεσκήνωσε, τούτους ὑμεῖς σκεψάμενοι τὸ ἐλλεῖπον ἐκπληρώσατε, ubi v. Zeun. *Sophocl.* Antigon. 707: ὅστις γὰρ αὐτός — οὗτοι cet. In primis post ἕκαστος (ut VI, 3. VII, 1. 789. C. Vid. ad Polit. VIII. p. 550. E. *Heindorf.* ad Gorg. p. 196. et *Boissonad.* ad Philostr. p. 588.), post τίς (ut IX, 10. 870. D. X, 15. 909. E. XI, 13. init. XII, 1. init. al.) et πᾶς (Epinom. 2. al.) pluralis solet inferri. — Mox in Ald. et Bas. 2. legitur ἥττων τε θορύβηται, Bas. 1. ἥττων τεθορύβηται, Lovan. vero habet ἧττον τεθορύβηται.

P. 30. μηχανῇ, μηδέν. Cod. Voss. μηχανῇ καὶ μηδέν.

οὐ στρατοπέδου περὶ λέγ. ἄρξοντος cet. Verba ita construenda sunt: νῦν δέ γε οὐ λέγομεν περὶ ἄρξοντος στρατοπέδου (i. e., στρατηγοῦ, ut in praegressis) ἐν ἀνδρῶν ἐχθρῶν ὁμιλίαις ἐχθροῖς μετὰ πολέμου (in societate virorum, qui hostiliter hostes bello persequentur), φίλων δ' ἐν εἰρήνῃ πρὸς φίλους κοινωνησόντων φιλοφροσύνης (sed in societate virorum, qui in pace cum amicis benevolentiam communicabunt, h. e., qui mutuam sibi benevolentiam praestabunt). *Ficinus* et *Cornarius* ita verterunt, ac si legerint οὐδ' ἄρξοντος; *Ficinus* enim vertit: „non de exercitu nec imperaturo — dicimus;“ et *Cornarius:* „non

de exercitu neque de principe futuro" cet.; et sic in libris editis scribitur *στρατοπέδου πέρι*, ut praepositio nomini suo subiecta sit; sed sensus id postulat, quod reposuimus; nec praepositionis *περί* et nominis *ἄρξοντος* disiunctio offendere debet. Sic enim III, 1. 676. C: *Ταύτης δὴ περὶ λάβωμεν — τῆς μεταβολῆς τὴν αἰτίαν*. C. 10. p. 691. B: *τούτου περὶ τοῦ πάθους τῆς γενέσεως*. p. 697. C: *ἡ Περσῶν περὶ* (vulgo male *πέρι* scribitur) *διάσκεψις τῆς πολιτείας*. VI, 21. 780. D: *οὗ δὴ καὶ νῦν ἐφέστηκε πέρι τὸ λεγόμενον*. VIII, 4. p. 834. D: *θηλείας δὲ περὶ τούτων νόμοις μὲν καὶ ἐπιτάξεσιν οὐκ ἄξια βιάζεσθαι τῆς κοινωνίας*. Eod. libro c. 3. p. 832: *ξὺν ἀεί τινι βίᾳ*. Hinc in Gorg. 520. A. recte habet vulgata scriptura *ἀντ' εὖ πείσεται* (*Heindorfius* scripsit *ἀντευπείσεται*), et ap. *Demosthen.* de Cherson. p. 105. 26. similiter scribendum est *σὺν εὖ πεπονθότος τοῦ πλήθους τοῦ Θετταλῶν*; in Orat. adv. Leptin. p. 476. 21: *ἀντ' εὖ πεποίηκε*. p. 500. 10: *ἀντ' εὖ ποιεῖ*. Cf. *Valcken.* ad Herodot. p. 576. 66. *Reiz.* de accent. inclinat. p. 58. et *Coray* ad Theophrast. p. 236.

εἴπερ ἔστι. Sic pro *ἔσται* Cod. Voss.

τί μήν; quidni (i. e., *τί γὰρ ἄλλο*; s. *πῶς γὰρ οὔ*;). *Stephanus* malebat *τί μή*, sine causa.

ἔτι πλείονος. Haec verba nomini *ἐπιμελητής* apposita sunt, quum scribi debuisset: *ἐπιμελητὴς γίγνεται* (curat, h. e., curare debet), *ὅπως ἔτι πλείων ἔσται* (*ἡ φιλία*); vid. ad c. 2: *τὴν γὰρ φύσιν — ὁρᾶτε* cet. In praegressis *ὡς* ante *ἔοικεν* a Bas. 1. et 2. abest.

καθιστάναι. *Stephanus* adnotat: „legitur etiam *καθεστάναι* (constitutos esse oportet; *Ficinus* vertit: nonne igitur sobrius — constituendus est?), eodem manente sensu."

P. 31. *ὁρῶν λοιδορεῖ*. *Ficinus* addit: „proptereaque omnem compotationem vituperet." In praegresso Cod. Voss. *αὐτῶν τῷ πράγματι*. Duplex vero *ἄν* in *τάχ' ἄν — ἴσως ἄν μέμφοιτο* offendere non debet; refertur enim prius ad *τάχ' ἴσως* (*τάχα* et *ἄν* ita coniungi amant, ut II, 4. III, 1. VIII, 8. p. 841. E. et aliis locis innumeris. Vid. *Steinbrych.* in Mus. Turic. I, 2.), alterum ad verbum *μέμφοιτο*.

CAP. XI.

τὰ ἐπὶ τῷδε. Veterem librum habere *τοὐπὶ τῷδε*, *Stephanus* adnotat, quod magis atticum est. Mox in *τί μέγα* vox *μέγα* est excellens, praestans, v. *Hemsterhus.* ad Lucian. T. I. p. 230. Bip. et *Valckenar.* Opusc. T. II. p. 206.

βραχύ τι πόλει. Cod. Voss. *τῇ πόλει.* Mox *κἂν* est *vel, adeo, etiam*, ut Euthydem. 279. D: *κἂν παῖς γνοίη.* Vid. Lexic. Xenophont. V. II. p. 623. Deinde Bas. 1. et 2. *παιδία*, ut in sequentibus.

Καδμεία victoria, quae vincenti plus detrimenti affert quam utilitatis. Alii a victoria hanc locutionem repetunt, quam Thebani, victis Polynice atque Argivis, magno suo malo reportaverint (*Pausan.* IX, 9: *ἐγένετο δὲ καὶ αὐτοῖς*, *Θηβαίοις* int., *τὸ ἔργον οὐκ ἄνευ κακῶν μεγάλων, καὶ ἀπ' ἐκείνου τὴν σὺν ὀλέθρῳ τῶν κρατησάντων Καδμείαν ὀνομάζουσι νίκην*), alii ab Oedipi filiis, Polynice et Eteocle, qui mutuis se vulneribus ita confoderint, ut uterque et vicerit et victus fuerit (*Plutarch.* de frat. amor. p. 488. A: *οὐ γὰρ ἑτέραν οἱ παλαιοὶ Καδμείαν νίκην, ἀλλὰ τὴν περὶ Θήβας τῶν ἀδελφῶν, ὡς αἰσχίστην καὶ κακίστην προσηγόρευσαν*). Vid. *Diodor.* fragm. T. II. p. 495. *Themist.* Orat. VII. p. 88. B. *Suid.* T. II. p. 217. *Zenob.* Proverb. IV, 25. *Diogenian.* Proverb. V, 34. *Wesseling.* ad Diodor. XI, 12. p. 413. et *Iacobs* ad Antholog. graec. T. VI. p. 69. Bene *Erasmus* in Adag. Chil. II. Cent. VIII. p. 472: „undecunque natum est adagium, Cadmeam victoriam appellabant infelicem etiam ipsis victoribus."

P. 32. *ὡς εἰς παιδείας μεγ. μοῖραν τείνουσαν.* *Τείνειν* et *ξυντείνειν εἰς*, *πρὸς* vel *ἐπί τι* est spectare vel pertinere ad aliquid, ut c. 12. p. 644: *τὴν δὲ (παιδείαν) εἰς χρήματα τείνουσαν.* VI, 15. p. 771. A: *τὰ δ' ἄλλα ἐπιτηδεύματα καὶ πρὸς ἄλλα τείνοντα τῶν ἀγαθῶν λεγομένων χαίρειν χρὴ προσαγορεύειν.* XII, 11. p. 962. C: *δοκεῖ μοι τείνειν ὁ λόγος οὗτος εἰς τὸν ξύλλογον.* Cf. Polit. V, 4. 12. Politic. 308. E. Cratyl. 402. C. 439. B. Lach. 190. D. Lys. 205. E. *Xenoph.* Oecon. VII, 39. al. Sic et *ξυντείνειν* usurpatur, ut X, 12. 903. C: *ὧν ἓν καὶ τὸ σόν, ὦ σχέτλιε, μόριον εἰς τὸ πᾶν ξυντείνει βλέπον ἀεί.* Politic. 294. B. 309. B. Theaet. 184. D. *Demosthen.* Philipp. IV. p. 148: *ἕν, εἰς ὃ πάντα γε συντείνει, λέξω.* De coron. p. 299: *καὶ ἄλλα πολλὰ πρὸς τούτοις, εἰς ταυτὰ δὲ πάντα συντείνοντα, ἔλεγον.* al.

Deinde μοῖρα, sicuti μέρος, λόγος, alia vocabula, ita usurpatur, ut nominis, cuius genitivus est appositus, circumlocutionem fere faciat (vid. *Valcken.* ad Herodot. III, 220. p. 2:8. et *Fischer.* ad Weller. T. III. p. 279). Igitur sensus est: videris nobis dicere, compotationem magnopere ad disciplinam morumque culturam spectare s. pertinere, i. e., permagni ad animi culturam momenti esse.

οὐδεὶς φθόνος, int. λέγειν, libenter dicturus sum. Sic II, 8. p. 664. A: πρὸς ταῦτα οὐδεὶς φθόνος ἀμφισβητῆσαι τῷ λόγῳ. Phaedon. p. 253. Tim. 23. D. al. Cf. *Budaei* Comment. ling. gr. p. 1063. et *Viger.* de idiotism. p. 153. ed. Herm.

τό σοι δοκοῦν, quod per epexegesin adiectum est praegressis τοῦτ' αὐτό (vid. ad c. 6.), est tuam sententiam, participio cum articulo substantivi nominis partes agente, ut II, 1. p. 653. B: τὸ δὲ περὶ τὰς ἡδονὰς καὶ λύπας τεθραμμένον αὐτῆς ὀρθῶς. X, 15. p. 907. E: τιμάτω τὸ δικαστήριον ἓν ἕκαστον τῶν καθ' ἓν ἀσεβούντων τίμημα. Sic τὸ δοκοῦν Polit. VI. p. 487. D. *Thucyd.* I, 84: παρὰ τὸ δοκοῦν ἡμῖν. *Demosth.* Olynth. I. p. 9: ἐστι δὴ τά γ' ἐμοὶ δοκοῦντα, ψηφίσασθαι μὲν ἤδη τὴν βοήθειαν. Cf. *Viger.* de idiotism. p. 265. et 344. ed. Herm. *Coray* ad Heliodor. p. 141. *Lobeck.* ad Sophocl. Ai. p. 277 sq.

ξυντεῖναι τὸν λόγον. Ξυντείνειν, ut κατατείνειν (Polit. I, 20. ubi v. not.), e. animo intento s. contento dicere; idque proprie spectat ad Atheniensem, sententiam suam de re in quaestionem vocata propositurum; igitur ad ὑμᾶς ἐπὶ τὸ μαθεῖν e verbis ξυντεῖναι τὸν λόγον eruendum est: ξυντεῖναι τὸν νοῦν vel simile quid: animum intendere. Sensus est: ita facere oportet, ut vos ad percipiendum considerationem, ego vero ad probandum coner orationem intendere. — ἀμωσγέπως, proprie *uno aliquo modo* (ἑνί γέ τινι τρόπῳ), h. e., quoquo modo s. quoad eius fieri potest. V. Hesych. Etymol. M. et Harpocrat. Exempla Platonica collegit *Ruhnken.* ad Tim. p. 29. Cf. *Valckenar.* in Ruhnk. Valcken. et alior. epist. ad Ernesti, p. 145. ed. Tittmann. — Participium vero πειρώμενον pro infinitivo positum est: χρὴ ποιεῖν οὕτως, (scilicet) ὑμᾶς τε ἐπὶ τὸ μαθεῖν καὶ ἐμὲ ἐπὶ τὸ δηλῶσαι πειρᾶσθαι — ξυντεῖναι τὸν λόγον. Similiter III, 1. p. 676. C: Εὖ λέγεις, καὶ προθυμεῖσθαι δεῖ σὲ μέν, ἃ διανοεῖ περὶ αὐτῶν, ἀποφαινόμενον, ἡμᾶς δὲ ξυνεπομένους. C. 8. p. 688. C: πάνυ γὰρ οὖν προσδοκῶ, νῦν ὑμᾶς εὑρήσειν — τῆς τῶν βασιλειῶν τε φθορᾶς — οὐ δειλίαν οὖσαν τὴν αἰτίαν cet.

IV, 4. 712. A: καὶ ἐπιδεδείχθω, τῇ μὲν χαλεπὸν ὂν τὸ πόλιν εὔνομον γίγνεσθαι cet. V, 14. 746. D: δῆλον δή, τὰ δώδεκα μέρη τῶν ἐντὸς αὐτῶν πλείστας ἔχοντα διανομάς. VII, 3. 792. D: μήτ' οὖν αὐτὸν προπετῆ πρὸς τὰς ἡδονὰς γιγνόμενον ὅλως. C. 5. p. 794. E: ἐν ὅσοις μὲν γὰρ τῶν ἔργων μὴ μέγα διαφέρει, λύρᾳ μὲν ἐν ἀριστερᾷ χρώμενον, πλήκτρῳ δὲ ἐν δεξιᾷ, πρᾶγμα οὐδέν. X, 5. p. 893. A: δείξῃ πρότερον ὂν ψυχὴν σώματος. C. 7. 896. A. C. 10. p. 900. E: εἴπερ, ὁπόσα φλαῦρα, θεοῖς δὲ οὔτε μέγα οὔτε σμικρὸν τῶν τοιούτων μετὸν ἐροῦμεν. XII, 12. p. 965. A: μῶν ὁμοίους πάντας κεκτημένους (int. λέγωμεν). Cf. *Perizon.* ad Aelian. V. H. III, 17. *Spanhem.* ad Aristoph. Plut. v. 360. et *Heindorf.* ad Phaedon. p. 250.

τὴν πόλιν — ἀσκοῦσαν. Laudat *Stobaeus* Serm. XXXV. p. 216. v. 40. — βραχυλόγον. Proverbii fere locum obtinuit Lacedaemoniorum βραχυλογία; vid. Protag. 342. D. *Clemens Alexandr.* Strom. I, 14. T. I. p. 351. *Sext. Empir.* adv. Rhetor. II. §. 21. p. 293. *Meurs.* Miscell. Lacon. III, 3. 4. (Gronov. Thesaur. antiq. graec. T. V. p. 2419. sq.) et *L. Bos.* Ellips. p. 793. Schäf. — Pro ἀσκοῦσαν Ald. Lov. et Bas. 1. ἀκοῦσαν, vitiose.

ἀνακαθαιρόμενος. Καθαίρειν cum compositis suis, de oratione usurpatum, est orationem ab omnibus, quae vel obscurare vel deformare eam possint, purgare, h. e., omni studio elaborare. Sic ἐκκαθαίρειν in Polit. II, 5. ubi v. not. *Schneiderus* in Lexic. graec. T. I. p. 84. explicat: longam orationem habere, ut ad liquidum perducatur res proposita; male notionem τοῦ καθαίρειν, quae ad orationem spectat, referens ad rem oratione exponendam.

τὸ δὲ ἡ φύσις cet. *Wyttenbachius* Animadv. in Iulian. Orat. I. Biblioth. Critic. V. III. P. II. p. 12. orationem ita resolvit: τὸ δέ ἐστι, τὴν κατὰ φύσιν αὐτοῦ διόρθωσιν οὐκ ἂν δύνασθαι cet. Sed τὸ δέ est *at vero*, ut proprie s. vere dicamus, vid. ad C. 6. Sensus est: Causa vero haec est, quod recta eius rei (τῆς μέθης) naturalisque constitutio sine recta musicae ratione non magis clare et plene oratione potest explicari, quam musica sine universa animi cultura; quocirca tota de compotatione quaestio ad universam animi culturam spectat. Ἀπολαβεῖν σαφές et ἱκανόν (int. τί) est satis perspicue et plene declarari; in verbo enim ἀπολαβεῖν notio eius latet, quod debetur s. par est. — Mox

εἴ est πότερον, ut IX, 15. p. 878. E. X, 8. p. 897. B. Vid. *Matthiae* Gramm. graec. p. 895. Et post εἴ intell. particulam explicantem, vid. ad Cap. 4.

ἡμῶν ἡ ἑστία, domus nostra; est enim ἑστία, focus, i. q. οἰκία, vid. *Eustath.* ad Odyss. ξ'. p. 1756. 23. et ρ'. p. 1814. 5. Sic Latinor. *focus*, ut ap. *Cicer.* pro Rosc. Amer. 8. extr. *Horat.* Epist. I, 14. 2. al. — πρόξενος dicebatur hospes publicus totius civitatis vel populi. Vid. Hesych. et Suid. Cf. *Valckenar.* ad Ammon. p. 201 sq. et ad Herodot. VI, 57. Et hospitium non solum inter privatos, sed etiam inter familias ac gentes earumque posteros intercedebat, vid. *Potter.* Archaeol. graec. IV, 21.

ταύτῃ (libri editi ταύτῃ) est *propterea.* Deinde Ald. et Bas. 1. δευτέρα οὔσῃ. Post dativos πᾶσι τοῖς παισὶν propter interposita verba ἐπειδὰν — πρόξενοι constructio mutatur, ita ut ἐνδύεται cum duplici casu (πᾶσι τοῖς παισὶν et ἕκαστον) positum sit (vid. *Lobeck*, ad Sophocl. Ai. p. 331). Stephanus ad πᾶσι — παισὶν supplebat ἐγγίγνεται, sumtum e sequente ἐγγέγονεν, et post ἕκαστον deleri iubebat ἡμῶν; sed recte, si quid video, habet scriptura vulgaris.

P. 33. ἀκούων γὰρ ἐκ τῶν παίδων εὐθύς, εἴ τι cet. Sic et scribi et interpungi debet; vulgo enim sine ἐκ legitur τῶν παίδων (ἐκ τῶν παίδων etiam libr. III, 12. p. 694. D. et XII, 2. p. 942. C. occurrit) et παίδων, εὐθὺς εἴ τι cet. scribitur, quum εὐθὺς cum ἐκ τῶν παίδων coniungi oporteat, sicut in praegressis ἐκ νέων εὐθὺς et c. 12: ἐκ παίδων εὐθύς. Sequens ὡς ante πόλις ὑμῶν est *nempe*, et verba alicuius proferri indicat, ut ap. *Xenophont.* Cyrop. I, 6. 5: τί γὰρ — ἐκεῖνα μέμνησαι, ἅ ποτε ἐδόκει ἡμῖν, ὡς, ἅπερ δεδώκασιν οἱ θεοὶ — μαθόντας ἀνθρώπους βέλτιον πράττειν cet. Anabas. V, 8. 10: σὺ δ' εἶπες, ὁπόσα γ' ἐβούλου, ὡς ἔγωγέ αὐτον οὐκ ἄξω. Cf. *Abresch.* Dilucid. Thucyd. I. p. 31. Ἔφασαν est *ut dicebant* vel: *sic enim dicere solebant.* Ἡ πόλις ὑμῶν est ἡ πόλις, ἧς πρόξενοί ἐστε. Magis etiam quam haec dicendi brevitas Laconicum redolet sermonem οὐ καλῶς ἢ καλῶς ἔῤῥεξεν; antiquioris est enim usus καλῶς s. καλὰ et κακῶς s. κακὰ ῥέζειν, ut ap. *Homer.* Il. γ'. 354. Odyss. σ'. 15. ψ'. 56. *Pindar.* Olymp. IX, 142. Pyth. IX, 171. Vid. *Böckhius* in Min. p. 70.

ὅσοι Ἀθηναίων. Atheniensium laudes a pluribus celebrantur, vid. Menex. 237. A. ubi cf. Gottleber. p. 27 sq. Critias 109. C. 112. E. Tim. 24. C. Cf. *Wesseling*. ad Diodor. Sic.

XIII, 27. T. I. p. 562. et *Wernsdorf.* ad Himer. Sophist. p. 75. — Verbis deinde *θείᾳ μοίρᾳ* et *αὐτοφυῶς* non solum innatum Atheniensibus et a diis ipsis quasi insitum virtutis amorem significat, sed Atheniensium quoque *αὐτοχθονίαν*, ut ita dicam, et *θεοφιλίαν* innuit; vid. Menex. l. l. ibique interpp.

θαρσῶν. Vulgo *θαῤῥῶν.* Vid. *Duker.* ad Thucyd. V, 4. interpp. ad Thom. Mag. p. 435. et *Valcken.* ad Eurip. Phoeniss. p. 22. De *ἐμοῦ γ' ἕνεκα* vid. ad Phaedr. p. 379. et ad Polit. I, 11.

τῇδε — ἀκήκοας. *Τῇδε* est i. q. *οὕτως.* Malim *ἤδη.* — *Epimenidem* Cretem Athenienses peste laborantes, quum Pythia oraculo respondisset, urbem a Cylonis caede expiandam esse, advocarunt, ut eam lustraret, v. *Thucyd.* I, 126. *Aristolet.* Rhetor. III, 17. *Diogen. Laert.* I, 110. *Rittershus.* ad Porphyr. p. 37. et *Wagner.* ad Cicer. de legib. II, 11. p. 110, *Plutarch.* vit. Solon. p. 84. D: *ἐδόκει δέ τις εἶναι θεοφιλὴς καὶ σοφὸς περὶ τα θεῖα τὴν ἐνθουσιαστικὴν καὶ τελεστικὴν σοφίαν.* Mortuus est Epimenides non multo post Olymp. XLVI, pugna vero Marathonia, quae verbis *τῶν Περσικῶν* significatur, commissa est Olymp, LXXII, 3., unde apparet, Platonem temporum rationem non habuisse. Cf. *Bentleius* in Opuscul. philol. p. 182. ed. Lips. *Hemsterhus.* ad Lucian. T. I. p. 546 sq. Bip. et *Heinrich.* Epimen. in Nov. Biblioth. art. liber. T. LX. P. I. p. 14 sq. *Meursius* quidem in Solon. c. IX. (Gronov. Thes. ant. gr. T. V. p. 2015.) scripturam esse vitiosam contendebat, et pro *δέκα ἔτεσι πρότερον* cet. legi iubebat *ρκά*, i. e., CXXI; sed tunc non quadrat *φοβουμένων — Ἀθηναίων*, quasi iam lustrationis tempore, quo Epimenides Athenis versabatur (Olymp. XLIV, 3. secundum Suidam, alios), bellum cum Persis timendum fuisset; accedit, quod verba infra posita: *ὅτι δέκα μὲν ἐτῶν οὐχ ἥξουσι* (*οἱ Πέρσαι*) aperte docent, Platonem ipsum statuisse, Epimenidem decem annis ante pugnam Salaminiam Athenis commoratum fuisse; decem enim annis ante Salaminiam pugnam Datis venit cum classe Persica omnesque Graecos, praecipue vero Athenienses, perterruit. Lib. III, 14. p. 698. C: *σχεδὸν γὰρ δέκα ἔτεσι πρὸ τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας ἀφίκετο Δάτις Περσικὸν στόλον ἄγων, πέμψαντος Δαρείου διαῤῥήδην ἐπὶ τꙋ Ἀθηναίους καὶ Ἐρετριέας.* Hinc nostro in loco: *φοβουμένων τὸν Περσικὸν Ἀθηναίων στόλον, εἶπεν, ὅτι δέκα μὲν ἐτῶν οὐχ ἥξουσιν.*

ἐξενώθησαν. Moeris Attic. p. 167: Ἀττικῶς, ὡς Πλάτων Νόμων ά. ἐξενίσθησαν καὶ ἐπεξενώθησαν Ἑλληνικῶς. Ubi Pierson. lib. XII. p. 990. B. laudat, locum significans C. 6. p. 953. C: παρ' ὅτῳ τις ἂν αὐτῶν τὴν κατάλυσιν ξενωθεὶς ποιήσηται μόνῳ. De re, *Diogen. Laert.* I, 111: Ἀθηναῖοι δὲ τάλαντον ἐψηφίσαντο δοῦναι αὐτῷ (Epimenidi) — ὁ δὲ τὸ μὲν ἀργύριον οὐ προσήκατο, φιλίαν δὲ καὶ συμμαχίαν ἐποιήσατο Κνωσσίων καὶ Ἀθηναίων. Mox γονῆς pro γονεῖς scripsimus.

τὰ — ὑμέτερα, i. e., ὑμεῖς μὲν ἀκούειν ἕτοιμοι ἂν εἴητε, et τὰ ἐμά pro ἐγώ. Sic τὸ ἐμόν, τὸ σόν, al. pronominis personalis saepenumero partes agunt. III, 8. p. 688. A: τὸ δ' ἐμὸν ἔλεγον. IV, 12. 723. B: Τό γ' ἐμὸν οὐκ ἂν ἄλλως νομοθετεῖν διακελεύοιτο ἡμῖν τὸν τούτων ἐπιστήμονα. VI, 20. 778. D. τὸ δ' ἡμέτερον. IX, 5. p. 860. C. Simile est τὰ παρ' ἐμοῦ III, 16 fin. Cf. Polit. VII, 533. A. Theaet. 161. E. Lach. 188. C. Vid. *Bergler.* ad Aristoph. Eccles. 393. et *Valckenar.* ad *Herodot.* pag. 687. — Mox πρὸς τὸν λόγον est propter sermonem s. sermonis causa, h. e., ut orationem absolvamus. Deinde accusativus τὸν προκεχειρισμένον λόγον (orationem a nobis institutam atque inceptam) Atticorum more cum gerundio ἰτέον positus est pro dativo, quod frequentissimum est apud nostrum. Sic III, 9. p. 688. E: ὥστε τόν γε νομοθέτην — πειρατέον ταῖς πόλεσι φρόνησιν — ἐμποιεῖν. V, 14. p. 746. E: οὐδ' ἐκεῖνα φοβητέα δείσαντα — καὶ νομίσαντα. VI, 11. 765. B: τὸν αἱρούμενον — ποιητέον. c. 15. 770. E. c. 20. p. 778. B: τὴν — πόλιν ἐπιμελητέον. VII, 11. 803. E. 14. p. 809. E. VIII, 4. 833. D. IX, 6. 862. B. c. 14. 876. B. E. XII, 13. init. c. 14. 968. E. Alia collegerunt exempla *Heindorf.* ad Phaedr. p. 335. *Hermann.* ad Viger. p. 752. et *Schäfer.* Melet. crit. p. 89.

P. 34. σκέψασθαι. Sic Ald. Lov. Bas. 1. et 2. quod *Stephanus* tacite in σκέψασθε mutavit, sine causa, quum infinitivus imperativi partes agat, ut II, 5. p. 659. E: ὄντως μὲν ἐπῳδαὶ ταῖς ψυχαῖς αὗται νῦν γεγονέναι. VI, 2. p. 753. B: ποιεῖσθαι δὲ τὴν αἵρεσιν ἐν ἱερῷ, praegresso imperativo κοινωνούντων. c. 4. p. 759. C. D. c. 5. al. Vid. *Hemsterh.* ad Plut. p. 196. *Bergler.* ad Aristoph. Ran. 133. 170. *Koen.* ad Gregor. Corinth. p. 198. *Matthiae* ad Hymn. Homer. p. 111. et nostra ad Polit. VI, 18. p. 508. B. Praecipue in legibus nunc imperante nunc infinita oratione veteres utuntur (vid. *Wesseling.* ad S. Petit. Legg. At-

tic. p. 68.), cuius generis exempla in his ipsis libris innumera extant.

λέγοις ἄν. Optativus, adiuncta particula ἄν, imperativi vim habet, vid. *Viger.* de idiotism. p. 486. et *Heindorf.* ad Parmen. p. 188. Sic Lib. VI, 22. p. 782. D. Epinom. 5. p. 958. A. C: λέγοις ἄν.

CAP. XII.

ἐν τοῖς τοῦ πράγματος ἑκαστ. προσήκ. Construe: ἐν ἑκάστοις τοῖς προσήκουσι τοῦ πράγματος: in omnibus ad rem (quam quis discere cupit) pertinentibus. Τὰ προσήκοντα igitur substantive positum est, ut οἱ προσήκοντες (vid. ad IX, 9.), et officia s. munera significat ad rem aliquam pertinentia. *Stephanus* adnotat: „videtur fuisse dicendum ἐν τοῖς πράγματος ἑκάστου προσήκουσιν. Nisi putemus, illa posse ita intelligi, ac si dictum esset: ἐν ἑκάστοις τοῖς τοῦ πράγματος προσήκουσιν." Ceterum *Eusebius*, qui Praep. Ev. XII, 17. p. 590. C. hunc locum citat, scribit λέγω οὖν — τοῦτ' αὐτὸ — μελετᾶν, παίζοντα.

ἤ τινα οἰκοδόμον. Τὶς est *forte* (*etwa*), qua significatione praesertim cum ἤ coniunctum gaudet. Sic infra 644. A: ἤ τινα πρὸς ἰσχύν. V, 10. 740. C: ἤ τινες ἄῤῥενες. VIII, 6. p. 838. C: ἤ τινας Οἰδίποδας. IX, 8. p. 867. B. X, 9. 898. E: ἤ τινος ἀέρος. XI, 12. p. 933. D: ἤ τισιν ἐπῳδαῖς. 934. A: ἤ τισιν ἐπιθυμίαις. Sic et III, 16. 701. D: ἀπό τινος ὄνου πεσεῖν. IV, 4. p. 710. E: ἔκ τινος δημοκρατίας. 5. 712. C: οἷον δημοκρατίαν τινά. C. 10. 720. A: καθάπερ ἰατρὸς δέ τις ὁ μὲν οὕτως, ὁ δ' ἐκείνως ἡμᾶς εἴωθεν ἑκάστοτε θεραπεύειν. II, 4. 658. B: τὸν μέν τινα. X, 4. p. 890. C: τὸν μὲν δεῖν τεθνάναι, τὸν δέ τινα πληγαῖς καὶ δεσμοῖς — κολάζεσθαι. al.

τῶν παιδείων οἰκοδομημάτων. Bas. 1. et 2. παιδίων. *Euseb.* παιδικῶν. Sed rectius habet παιδείων, ut lib. V, 14. 747. B: παίδειον μάθημα. VII, 14. 810. A: ἄτιμος τῶν παιδείων ἔστω τιμῶν. Cf. *Pollux* II, 19. p. 162.

καὶ δὴ καὶ τῶν μαθημάτων. *Aristides* Orat. p. 73. T. I: εἰ δὲ ὀρθῶς ἡμῖν ὁ τοῦ Πλάτωνος ἐπικελεύει λόγος, χρὴ δὲ οἴεσθαι τοῦθ' οὕτως ἔχειν, ὥστε ἐν ταῖς παιδιαῖς τῶν μαθημάτων, ὅσα ἀναγκαῖα προμεμαθηκέναι, προμανθάνειν — τέλος ἔχειν. Etiam Euseb. et Cod. Voss. προμανθάνειν exhibent pro eo, quod libri Platonis habent, μανθάνειν. In *Ficini* libro reperi-

tur *perdiscere*, fortasse vitiose pro *praediscere*, ut bene iam *Böckhius* p. 113. observavit. In verbis ὅσα ἀναγκαῖα προμεμαθηκέναι, ut in aliis huius generis (ut III, 2. σπάνια ζῆν. IX, 8. 867. B: χαλεποὶ διορίζειν; vid. *Hemsterhus.* ad Lucian. T. I. p. 308. *Brunck.* ad Sophocl. Philoct. 1167. *Matthiae* Gramm. graec. p. 762. 766.), non possum Grammaticorum sententiae accedere, qui infinitivum activum pro passivo statuunt positum esse (sic v. c. Schol. Thucyd. p. 20..), sed activum ita poni censeo, ut vernaculo sermone gerundium adhibemus, v. c. libr. IX, 8: χαλεποὶ διορίζειν, *schwer zu bestimmen*, al.; quod si resolveris, personam infinitam animadvertes in verbo activo latere; v. c. λοιπὸν σκέψασθαι est: reliquum est, ut quis consideret (übrig zu betrachten, h. e., *dass man betrachte*), de quo personae infinitae usu, Grammaticis adhuc fere incognito, vid. ad C. 7. — Mox pro ποιοῦντα scripsimus ποιεῖν, quod ap. Euseb. in marg. invenitur. Sic etiam *Ficinus* vertit: eques futurus equitare ludendo aut aliquid huiusmodi *facere.* — Deinde Cod. Voss. τῶν παιδειῶν, vitiose. *Ficinus* quoque vertit: in omnibus enim *ludendo* conari debemus, ut cet. Post κεφάλαιον Euseb. δέ.

οὗ δεήσει γενόμενον cet. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. scribunt ὃ δεήσει γενόμενον, ἄνδρ' αὐτὸν τέλειον εἶναι, τῆς — ἀρετῆς. *Stephanus* vero scripsit: ὃ δεήσει γενόμενον ἄνδρ' αὐτόν, τέλειον εἶναι cet. Neutra ratio sensum praebet. Verba praegressa οἷ ἀφικομένοις αὐτοὺς δεῖ τέλος ἔχειν primum docent pro ὃ — γενόμενον vel οὗ — γενόμενον (ubi esse ipsum oportet, h. e., quod eum assecutum esse oportet) vel οἷ — γενόμενον (quo pervenerit necesse est; γίγνεσθαι est enim saepenumero venire s. pervenire, v. *Stephan.* Thesaur. gr. ling. T. I. p. 826. C. D. Et posterior corrigendi ratio praeferenda fortasse priori est) scribendum esse; οὗ vel οἷ γενόμενον enim respondere debet verbis οἷ ἀφικομένους; deinde τέλειον non ad γενόμενον (etsi frequens est τέλειον γίγνεσθαι, ad virilem aetatem pervenire. Sic *Xenoph.* Cyrop. VIII, 7. 6: τέλειός τε ἀνὴρ γενόμενος. Vid. *Perizon.* ad Aelian. V. H. IV, 3. et *Solan.* ad Lucian. Iov. Tragoed. T. II. p. 662.), sed ad τῆς — ἀρετῆς referri. Genitivus significat relationem (vulgo περί vel ἕνεκα supplent), ut VI, 5. p. 757. C. et ἡ τοῦ πράγματος ἀρετή sensu obiectivo est ἡ ἀρετὴ ἐν τῷ πράγματι s. πρὸς τὸ πρᾶγμα (die Tüchtigkeit zum Werke). Sic XII, 8. p. 857. D: τοῖς μὲν ἀγαθοῖς μόνας τῶν δικαίων καὶ ἐπαίξησιν παρασκευάζοντα. Verba igitur ita capienda sunt: οὗ vel οἷ γενέσθαι

αὐτὸν δεήσει, τέλειον τῆς τοῦ πράγματος ἀρετῆς (i. q. πρὸς τὴν — ἀρετὴν) ἔσεσθαι μέλλοντα: quo pervenire ipsum (quod assecutum esse) oportet, si perfectus in opere suo futurus est. *Ficinus* vertit: „quae ludentis animum in amorem praecipue illius perducit, quod in virili aetate perfecte comparata virtute operis est acturus." Quod non magis sensum habet, quam *Cornarii* translatio: „quae ludentis animum in amorem eius maxime deducet, quod ipsum, ubi in virum perfectum evasit, in ipsius rei virtute esse oportebit."

ὅπερ εἶπον.) Respiciuntur verba σκέψασθαι, ἂν ἀρέσκῃ τὸ λεχθέν. Mox Cod. Voss. ἡμῖν pro ὑμῖν, vitiose.

Μὴ τοίνυν cet. Laudat *Euseb.* Praep. Ev. XII, 18. p. 591. D. ubi τὰς καπηλείας — ἄλλων τινῶν — σφόδρα ἀνθρώπων exhibetur. Post λέγομεν participium in casu quarto cum particula ὡς positum est pro simplice infinitivo vel accusativo substantivi: λέγομεν τὸν μὲν πεπαιδευμένον ἡμῶν, τὸν δὲ ἀπαίδευτον. Τινά est fere, vid. supra adnotata. Ad praegressa *Stephanus* adnotavit: „vel ὀνειδίζοντες ἢ ἐπαινοῦντες ἑκάστων τὰς τροφάς." — Verba, quae sequuntur, corrupta esse censeo; nam etsi genitivus ἄλλων τοιούτων cum *Böckhio* p. 114. ita explicari possit, ut τὶ intelligas, tamen hoc non satisfacit, quum alia praeterea depravationis suspicionem iniiciant. Vulgo enim scribitur μάλα πεπαιδευμένων ἀνθρώπων σφόδρα, in quo *Stephanus*, *Cornarius* et alii πεπαιδευμένον ἄνθρωπον corrigendum esse viderunt, praeeunte *Ficino*, qui vertit: „quamvis cauponariam vel navigandi artem ceteraque huiusmodi optime *calleat*;" deinde σφόδρα ante ἄνθρωπον ex Euseb. et Cod. Voss. ponendum esse recte monuit *Böckhius*; μάλα σφόδρα vero, ut εὖ μάλα, alia, ex redundantia illa, quae Atticis placuit, explicandum esset (v. ad c. 5.). Sed hoc ipsum in loco, ubi ad plures artificiosas explicandi rationes confugere debemus, nescio quomodo offendit. Accedit, quod verba καπηλείας et ναυκληρίας, ante genitivos ἄλλων τοιούτων posita, si accusativi sint, displicent, etiamsi ab eo discesseris, quod καπηλείαν et ναυκληρίαν exspectasses. Quod quidem *Stephanum* videtur adduxisse, ut καπηλείας et ναυκληρίας pro genitivis haberet et suppleri vellet τέχνην vel παιδείαν (v. Adnotatt. T. III. p. 29.). Hae vero difficultates omnes removentur, si pro μάλα mecum scribas πράγματα (negotia, opera): εἴς τε καπηλείας καὶ ναυκληρίας καὶ ἄλλων τοιούτων πράγματα πεπαιδευμένον σφόδρα

ἄνθρωπον. *Μάλα* e vocis πράγματα syllabis extremis oriri potuit.

P. 35. ὁ νῦν λόγος ἂν εἴη. Haec, quae in libris editis desiderantur, ex Euseb. et Cod. Voss. recepimus, sensu iubente; alioquin enim ἡγουμένων nihil haberet, unde regeretur. *Stephanus* et *Cornarius* locum sanare volebant scribendo ἡγούμεθα, haud dubie *Ficinum* secuti, qui vertit: „quippe non hanc disciplinam *putamus*" cet. Deinde verba τὴν δὲ — παιδείαν, quae a libris editis absunt, Euseb. et Cod. Voss. servarunt; pariter *Ficinus* vertit: *sed eam, quae a pueritia* desiderari amarique virtutem facit — hanc educationem hic sermo solam disciplinam appellandam esse determinat.

ἐξ ὧν φαίνεται. Euseb. et Cod. Voss. ὡς ἐμοὶ φαίνεται. Nisi ἐξ ὧν corruptum est, explico ita, ut sit i. q. ὡς, vid. *Coray* ad Isocrat. Panegyr. p. 49 sq. Mox pro ἡμεῖς δὴ *Ficinus* videtur ἡμεῖς δὲ legisse, quum vertat: *sed* nos de verbo quidem non contendamus. — Deinde ex Ald. Lov. Bas. 1. et 2. αὑτοῖς (i. e., ἀλλήλοις, vid. ad Alcibiad. I. p. 316.) restituimus; Steph. αὐτοῖς. — Post ἀγαθοὶ γίγνονται *Ficinus* addit: „qui contra, improbi."
Σχεδόν est propemodum, maximam partem, ut Protag. 348. C. Epist. VII. 324. A. *Demosth.* Olynth. III. p. 38. Saepenumero autem ita ponitur, ut redundet fere; sic II, 4. 658. D: σχεδὸν ἴσως τὸ πλῆθος πάντων. — ὡς — παραγιγνόμενον, *quippe, utpote quod* cet. Mox Euseb. δέ ἐστι κατὰ δύναμιν. Deinde *Bernard.* in Animadv. in script. graec. (Act. literar. Societat. Traiect. T. I. p. 207.) scribi iubebat διὰ βίου παντὸς παντί, male, quum notio τοῦ παντός iam in διὰ βίου insit, ut VIII, 3. 832. A. c. 7. p. 839. D. IX, 14. p. 877. B. vid. *Fischer.* ad Phaedon. p. 316.

αὑτῶν. Sic Ald. Lov. Bas. 1. et 2. Male Stephanus et Bip. αὐτῶν.

CAP. XIII.

P. 36. ἕκαστον αὐτόν. Sic Euseb. et Cod. Voss. Vulgo αὐτῶν. αὐτὸς ἕκαστος est: pro se quisque; vid. *Weisk.* de Pleonasm. p. 69. et *Hermann.* ad Viger. p. 727.

οἷν. In marg. Euseb. ἴσ. αἷν; sed Attici in duali praecipue masculinum genus cum feminino coniungunt, ut τὼ ἡμέρα. Vid. *Koen.* ad Gregor. p. 304. et *Fischer.* ad Weller. T. I. p. 315 sq. T. II. p. 160. T. III. p. 308. Sic lib. III, 2. 679. A: τούτω τὼ τέ-

χνα. Cf. X, 8. p. 898. A. 11. p. 902. C. Ceterum pro μελλόντων *Stephanus* scribi volebat μελλόντοιν, quod cum ἀμφοῖν coniungeretur; haud male, quamvis correctione supersedere possumus; nam quum non sit τῶν μελλόντων (in universum eorum, quae futura sunt), sed μελλόντων, referendum hoc est ad λύπην et ἡδονήν, ita ut ad μελλόντων intelligi debeat αὐτῶν. — Ἐλπίς est exspectatio tam boni quam mali, igitur vel spes vel metus. Vid. *Hoogev.* ad Viger. de idiotism. p. 246. ed. Herm. — Deinde λογισμός, int. τοῦ s. περὶ τοῦ, ὅ τι cet.

ὡς ἑπομένου, int. ἐμοῦ.

θαῦμα μὲν ἕκαστον. Θαύματα sunt miracula s. imagunculae, quae nervis vel filis occultis trahebantur ac movebantur ita, ut viderentur vivae esse; circulatores eas circumferebant pecuniae colligendae causa; unde θαυματοποιοί, θαυματοποιία, θαυματουργεῖν et θαυματουργία, vid. *Casaubon.* ad Athen. p. 22. Theophr. Char. 6. p. 85. Fisch. *Gatacker.* ad M. Antonin. VII, 3. p. 297. et *Ruhnken.* ad Tim. p. 140 sq. Hinc libr. II, 4. θαύματα ἐπιδεικνύναι, praestigias edere s. spectandas praebere. Dicebantur illa θαύματα etiam νευρόσπαστα, nervis tracta; idcirco in sequentibus: οἷον νεῦρα ἢ σμήρινθοί τινες ἐνοῦσαι, σπῶσιν ἡμᾶς. Homo enim, qui non ratione se duci patitur (ita ut se ipse moveat et sua sponte agat), sed cupiditate, νευροσπάστοις illis similis est. *A. Gellius* Noct. Attic. XIV, 1. §. 23: ut plane homines non, quod dicitur, λογικὰ ζῶα (rationalia animalia), sed ludicra et ridenda quaedam, νευρόσπαστα (nervis tracta) esse videantur, si nihil sua sponte, nihil arbitratu suo faciant, sed ducentibus stellis et aurigantibus. Similiter *Horat.* Satyr. II, 7. 82:

Duceris ut nervis alienis mobile lignum.

Persius Satyr. V, 128:

Te nihil impellit nec quidquam extrinsecus intrat,
Quod nervos agitet.

Cf. *Coel. Rhodigin.* Lectt. ant. VII, 16. *Casaub.* ad Pers. l. l. p. 436 sq. ed. Paris. *Gatacker.* ad M. Antonin. II, 2. VII, 3. *Schweighaeus.* ad Athen. T. I. p. 158. et *Ruperti* ad Iuvenal. XIV, 266. T. II. p. 741. — τῶν ζώων θείων, deorum ac daemonum, quorum imagunculae esse dicimur, utpote ab iis creati, θείων scripsimus, *Cornarium* secuti, qui vertit: „quemlibet nostrum putemus esse miraculum animalium *divinorum.*" Vulgo θεῖον scribitur, quod *Muretus* in Polit. I. p. 646. Oper. ed. Ruhnk.

in τῶν θεῶν mutari iubebat; θεῖον *Ficinus* quoque expressit vertens: „Sic autem de his cogitemus, ut miraculum quoddam divinum in animantium genere unumquemque nostrum existimemus." Ζῶον est in universum id, quod vernaculo sermone dicimus *Wesen*. Sic Tim. p. 39. E: τῷ τελεωτάτῳ καὶ νοητῷ ζώῳ, al.

ὡς παίγνιον ἐκείνων. Nobilissima haec sententia est, quae libr. VII, 10. p. 803. C. repetitur: ἄνθρωπον δέ, ὅπερ εἴπομεν ἔμπροσθεν, θεοῦ τι παίγνιον εἶναι μεμηχανημένον, καὶ ὄντως τοῦτο αὐτοῦ τὸ βέλτιστον γεγονέναι. Παίγνιον est ludibrium, ἄθυρμα (v. interpp. ad Thom. Mag. p. 17 sq.). Similiter *Plautus* Capt. Prolog. 23:

Enimvero Di nos homines quasi pilas habent.

Synesius de provident. II. p. 120. C: καί μοι δοκεῖ παγκάλως εἰρῆσθαι θεοῦ παίγνιον ἄνθρωπος εἶναι, παίζοντος ἀεὶ τοῖς πράγμασι καὶ πεττεύοντος. Pariter homo dicitur τῆς τύχης παίγνιον *Aristot.* in Stob. Serm. XCVI. p. 533. v. 44. Cf. *Sallier.* ad Moer. p. 5. Platonis locum ob oculos habuere *Philo* T. II. p. 12. *Clemens Alexandr.* Strom. VII. p. 714. C. *Eustath.* ad Iliad. ψ'. p. 1333. al.

τόδε δὲ ἴσμεν cet. Laudat *Theodoret.* Therapeut. V. p. 584. A., ubi recte σμήρινθοι (fidiculae, Schnüre) scribitur, sicut ap *Eustath.* ad Il. ψ'. p. 1333. ed. Rom. Vulgo μήρινθοι. Vid. *Suidas* T. III. p. 125. ubi cf. Küster.

μιᾷ γάρ φησιν ὁ λόγος. Theodoret. μίαν — ἕλξεων εἶναι ἀρχήν, ἣ — μετρίως τῶν ἄλλων ἕκαστον. Ceterum tractum illum, quem sequi deceat, esse rationis voluntatem, eos vero, quibus repugnare, h. e., quos reprimere oporteat, cupiditatum appetitiones, per se intelligitur. — *ἀγωγὴν χρυσῆν,* quasi σειρὰν χρυσῆν, omnia vincientem et inter se copulantem, quam Plato et qui ipsum secuti sunt, ab Homero (Il. θ'. 17 sq. Vid. *Heyn.* Observatt. T. V. p. 415. 417.) mutuati sunt; vid. Theaetet. p. 153. C. *Aristid.* Orat. in Iov. T. I. p. 4. 5. *Procl.* Hymn. in Sol. v. 18. (Antholog. graec. T. III. p. 148.) Hymn. IV, 1. al.

τὰς δ' ἄλλας. Sic *Ficinus:* „et ceteras quidem duras ac ferreas esse." Vulgo ἄλλας δέ legitur. Monuit de hoc iam *Böckhius* p. 119. Deinde male post χρυσῆν vulgo interpungitur. Post οἵαν e *Ficino* interposui καὶ μονοειδῆ; vertit enim:

et uniformem praeterea, ceteras multiformes. Sensus illud postulat.

P. 37. δεῖν δὲ τῇ cet. Vulgo scribitur ὁμοίας, δεῖν τῇ. Ex Eusebio δέ post δεῖν recepimus, et ante τοῦ νόμου ex Ald. Lov. Bas. 1. et 2. articulum τῇ restituimus; de hac articuli repetitione vid. *Matthiae* Gramm. graec. p. 385. et *Bast.* Epist. crit. p. 92. De sententia, animi appetitiones rationi debere opitulari, accuratius exposuit Polit. IV, 16. ubi inter alia τὸ θυμοειδὲς dicitur φύσει ἐπίκουρον τῷ λογιστικῷ. Cf. ibi notata. — ἐν ἡμῖν. Sic Euseb. et *Ficinus*: in nobis. Vulgo praepositio deest.

καὶ οὕτω δή. Sic Euseb. et Cod. Voss. in marg. Vulgo δέ. Bene citat *Böckhius* p. 119. Theaet. 164. D: καὶ οὕτω δὴ μῦθος ἀπώλετο ὁ Πρωταγόρειος. De verbis ὁ μῦθος σεσωσμένος ἂν εἴη vid. ad Sympos. p. 255. Verba ita construenda: περὶ ἡμῶν ὡς θαυμάτων ὄντων, h. e., ἡμᾶς θαύματα εἶναι. Pronomen, ut solet, verbo subiectum est, ut III, 11. p. 692. C: καταφρονήσας ὡς ὄντων ἡμῶν βραχέος ἀξίων. Sophist. 242. C: παισὶν ὡς οὖσιν ἡμῖν. ubi v. *Heindorf.* p. 365. — μῦθος ἀρετῆς, i. e., περὶ ἀρετῆς: fabula quae docet, in quo posita sit virtus. Sic Genitivus, omisso περί, V, 10. VII, 18. init. IX, 9. p. 869. D. X, 12. p. 904. D. — Pro γίγνοιτο Euseb. γένοιτο.

τὸν μέν spectat ad ἰδιώτην, cui πόλιν δέ opponitur. Mox in Euseb. deest τούτων; deinde legitur ap. eund. παρ' αὐτοῦ τούτου, quod recepimus. Etiam *Ficinus* vertit: ab hoc ipso, qui haec cognovit. Τούτου referend. ad ἰδιώτην, de quo in praegressis sermo erat; saepissime enim οὗτος pro ἐκεῖνος ponitur, v. exempla in Lexico Xenophont. T. III. p. 366. — νόμον θεμένην, int. αὐτόν, τὸν λόγον. *Ficinus*: eam habere pro lege.

οὐ δοξασθείη μὲν ἂν cet. Vulgo scribitur ὅ, quod sensum non habet; quocirca *Stephanus* scribi volebat: εἶναι φαῦλον, καὶ φαῦλον πέρι μῆκος — εἰρημένον, φανείη δέ —, „ita ut haec εὖ λέγεις usque ad προσφέροντες Cliniae sint, vel usque ad γίγνηται, ut Λέγε δή cum sequentibus continuetur sub persona Atheniensis.“ Nos, quod lenissimum esse optimumque sensum praebere videbatur, ὅ in οὐ mutavimus. Sensus est: ratio virtutis ad pravitatem ex iis, quae exposuimus, clarius patet, sicut universa animi cultura, ad quam quum compotatio pertineat, haud amplius videbimur de re vili prolixam habuisse orationem. Τὸ περὶ τῆς — διατριβῆς est i. q. τὸ τῆς διατριβῆς, quod ad compotationem attinet; solet enim praepositio verbum

sequens respicere, ut h. l. περί participium εἰρημένον. Vid. *Miscell. philol.* V. II. P. II. p. 87. *Fischer.* ad Weller. T. III. P. II. p. 98 sq. *Matthiae* Gramm. graec. p. 877. Hinc responsio sequitur fortiter affirmans: Φανείη δὲ τάχ' ἂν ἴσως — οὐκ ἀπάξιον, e quibus verbis iam elucet, in praegressis legendum esse οὐ δοξασθείη μῆκος πολὺ λόγων περιττὸν εἰρημένον. Τάχ' ἴσως fortis affirmationis causa saepe ita coniunguutur (vernaculum est: *wohl sicher;* ἴσως est enim *profecto*, v. *Muncker.* ad Antonin. Liber. p. 38. *Locell.* ad Xenoph. Ephes. p. 188. *Schäfer.* ad Long. p. 357.). Cf. ad c. 5.

περαίνωμεν. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. περαίνομεν. Sed *Ficinus:* quare *dicamus*, quid in ea sit dignum.

CAP. XIV.

Οὐδέπω. Sic *Ficinus: nondum* dico ad quid. Vulgo Οὐδέν πω, quod *Stephanus* iam in Οὐδέ πω mutandum esse vidit. Ὅ τι est ὁτιοῦν, ut II, 14. 674. C: οὐδ' ἥτινι πόλει. XI, 7. p. 925. E: πρότερον δὲ οὔστινας ὁτιοῦν ἂν βουληθῆναι παθεῖν. Vid. *Hermann.* ad Viger. p. 709. et *Bast.* Epist. crit. p. 114 sq. — In praegressis Cod. Voss. ἀπεργαζόμεθα. *Ficinus* vero: qualem ipsam *reddemus?*

P. 38. εἰς ταυτὸν — τὴν τῆς ψυχῆς ἕξιν τῇ τότε. Post εἰς ταυτὸν (κατὰ) τὴν τῆς ψυχῆς ἕξιν exspectabas καί (atque), sed τῇ τότε positum est propter praegressum τὴν ἕξιν, quasi: εἰς τὴν αὐτὴν τῆς ψυχῆς ἕξιν τῇ τότε (γενομένῃ), ὅτε νέος ἦν παῖς. In marg. Cod. Voss. ad τὴν ἕξιν adscriptum est κατά.

ὁ γέρων δὶς παῖς. Respexit haec *Clemens Alexandr.* Strom. VI. p. 626. A. (T. II. p. 748. Potter.), ubi legitur γένοιτ' ἄν, et laudavit *Stobaeus* Serm. XVIII. p. 165. v. 27. ubi ἄρ' deest. Similiter *Sophocles:*

Πάλιν γὰρ αὖθις παῖς ὁ γηράσκων ἀνήρ.

et *Theopompus* ap. Clement. l. l.

Δὶς παῖδες οἱ γέροντες ὀρθῷ τῷ λόγῳ.

Axioch. p. 367. B: καὶ τῶν δὶς παῖδες οἱ γέροντες γίγνονται. *Aristophan.* Nub. 1419: δὶς παῖδες οἱ γέροντες, ubi v. Schol. et Bergler. Cf. *Erasmi* Adag. Chil. I. Cent. V. p. 144. *Gatacker.* Opp. crit. p. 95. et *Fischer.* ad Axioch. p. 113. Schol. Ruhnken. p. 252: ἐπὶ τῶν πρὸς τῷ γήρᾳ εὐηθεστέρων εἶναι δοκούντων.

σὺ γοῦν φῄς. Ald. φῇς, ceteri libri φῄς; sed φὴς encliticum est et rectius sine iota scribitur.

P. 39. Τί δὲ σώματος. Sic Ald. Lov. Bas. 1. et 2. In Stephan. et Bip. libr. scriptum extat Τί δέ; σώματος cet. Mox post λεπτότητα in Ald. Lov. Bas. 1. et 2. deest τέ, Ald. vero exhibet λεπτότητά, quasi sequatur τέ. Deinde in Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ante τὸ τοιοῦτον desideratur ἐπί. *Ficinus* vertit: „numquid autem mirabimur, o amice, si quis in corporis pravitatem, maciem dico, deformitatem, imbecillitatem, sponte deveniat?"

αὐτοὺς βαδίζοντας. Recte *Ficinus* vertit: sponte; est enim αὐτός saepenumero id quod αὐτόματος, ut II, 4. 657. D. Vid. Lexic. Xenophont. T. I. p. 477. et *Hermann.* in Beckii Actis Seminar. philol. V. I. p. 47. Respicitur vero praegressum ἑκὼν εἶναι. — Pro φαρμακοποσίᾳ Cod. Voss. φαρμακοποσίαν; sed eleganter ἐπί cum dativo ita ponitur, ut consilium declaret, v. Lexic. Xenophont. T. II. p. 261. — Mox pro κάλλιστα Cod. Voss. μάλιστα. *Ficinus*: praeclare.

Καὶ τῆς — διατριβῆς. Genitivi sunt absoluti (de s. quod attinet ad —), ut VI, 7. init. ὁδῶν δὲ καὶ οἰκοδομιῶν καὶ κόσμου cet. Similiter II, 1. 653. C: τούτων γὰρ δὴ τῶν ὀρθῶς τεθραμμένων ἡδονῶν καὶ λυπῶν, παιδειῶν οὐσῶν. IV, 1. p. 704. C. VII, 19. p. 817. A. cet. Vid. nostra ad Phaedr. p. 351. et Sympos. p. 294. *Heindorf.* ad Phaedon. p. 101. et *Matthiae* Gramm. graec. p. 439. *Böckhius* interponi iubebat περί, quod et superfluum et propter περὶ τὸν οἶνον incommodum esset. Mox pro ἔνι Bas. 1. ἐν et Bas. 2. ἔτι. Deinde Cod. Voss. τοῦτ' ἐν τούτοις ὀρθῶς διανοηθῆναι.

ἂν ἄρα — ἐλάττω. Haec cum Cliniae oratione esse coniungenda, sensus docet; namque si Atheniensis haec essent, inepte in dubitationem (ἂν ἄρα est enim dubitantis) vocaret id ipsum, quod verum esse ponit. Optime vero nunc habet Atheniensis responsio: τῇ γε ἀρχῇ τὴν σωμασκίαν νικᾷ cet., quasi dicere voluerit: tantum abest, ut de compotationis utilitate dubitari possit, ut ipsam adeo corporis exercitationem (in qua Cretenses et Lacedaemonios totos fuisse constat) superet. — Pro τῆς Ald. Bas. 1. et 2. τοῖς, vitiose. Τῇ ἀρχῇ non est principio, ut interpretes vertunt, sed i. q. ἀρχήν s. τὴν ἀρχήν, omnino, imo, vid. *Hemsterhus.* ad Lucian. Tim. §. 26. et *Reiz,* ad Viger. p. 718 sq. Γέ vero affirmat; vid. exempla in Lexic. Xenophont. T. I. p. 570 sq.

τοιοῦτον ἐν αὐτῷ: utilitatem quandam ad eam aequiparandam, quam corporis exercitatio praebet. Neutrum αὐτῷ referendum ad nomen femininum διατριβή, quod frequentissimum etiam Platoni est. Sic II, 1. τοῦτον ponitur, praegresso παιδεία, et οἷς, praegresso τάξεων. II, 10. αὐτοῦ, antecedente βουλήσεως. VI, 16. 772. D: πρέποντα. X, 8. p. 989. B: νοῦν τήν τε ἐν ἑνὶ φερομένην κίνησιν, σφαίρας ἐντόρνου ἀπεικασμένα φοραῖς. XII, 7. 955. E. c. 9. p. 958. E. Vid. *Heindorf.* ad Phaedon. p. 139 sq.

Τοῦτ' αὐτὸ δὴ νῦν —. Ald. Bas. 1. et 2. δεῖ, e solemni vocum δεῖ et δὴ permutatione. Ceterum hic quoque scribendum esse iudico δὴ νυν (vid. ad Cap. 5.); notio enim τοῦ *nunc* in particula ἤδη inest. Mox ex Ald. Lov. Bas. 1. et 2. recepimus ἡμῖν pro ὑμῖν; ita etiam Cod. Voss. exhibet et *Cornarius* vertit: „hoc ipsum itaque nunc, ut apparet, conandum nobis est ut exponamus." Quae causa Stephanum adduxerit, ut ὑμῖν scriberet, non perspicio; nam si ὑμῖν scriptor posuisset, haud dubie δηλῶσαι vel simile verbum, non generale illud φράζειν, adhibuisset.

P. 40. εἴδη. Ald. ἤδη. Mox *Stephanus* scribi volebat δοξάσεσθαι vel δοξασθήσεσθαι; sed verba putandi cum praesente aeque ac cum futuro construi constat, vid. Thom. Mag. p. 159 sq. Accedit, quod praesens etiam gravius est futuro. *Ficinus* vertit: „cum formidamus, ne, dicendo aut faciendo aliquid minus honestum, mali videamur." Mox τὸν φόβον epexegesi inservit, vid. ad Cap. 6. Deinde corrig. *Τί δ' οὔ;*

ὧν ὁ ἕτερος, ἡ αἰσχύνη. Ad verba ἐναντίος δ' ἐστὶ adnotatum est in Cod. Voss. δ' ἔτι. *Ficinus* vulgatum expressit vertens: quorum alter contrarius quidem est doloribus ceterisque timoribus, contrarius est et plurimis ingentibusque voluptatibus.

Ἆρ' οὖν οὐ καὶ cet. Vulgo οὐκ ἂν legitur, quod, sequentibus indicativis σέβεται et νενόμικε, locum habere nequit; in exemplis enim, quae viri docti citant, ut probent, ἂν etiam indicativo praesentis iungi (v. *Matthiae* Gramm. graec. p. 882.), vel mendum subest, vel ἂν ad aliud quid trahi debet, ut in Alcibiad. II. p. 142. E: κινδυνεύει γ' ἂν — φρόνιμός τις εἶναι ἐκεῖνος ὁ ποιητής, ubi ἂν ad φρόνιμος εἶναι refertur; Tim. 26. B: οὐκ ἂν οἶδα εἰ δυναίμην ἅπαντα ἐν μνήμῃ πάλιν λαβεῖν, ubi per hyperbaton ἂν cum οἶδα coniunctum est, quum ad δυναίμην pertineat. Quod verissimum nobis visum est, id reposuimus, οὐκ ἂν in οὐ καὶ mutato;

saepissime enim factum est, ut literae praecedentis et sequentis vocis vel permutarentur inter se vel coniungerentur. Similiter Symposii locum p. 90. ed. nostr. sanandum esse puto, ubi vulgo scribitur: *οἶδεν· ὡς τὸ σχῆμα αὐτοῦ τοῦτο οὐ σειληνῶδες σφόδρα γε;* Ita corrigo: *οἶδα· πῶς τὸ σχῆμα αὐτοῦ τοῦτο οὐ σειληνῶδες; σφόδρα γε* (ut Alcibiades sibimet ipse respondeat, h. e., id quod contenderat, affirmet). — Deinde vulgo scribitur *σέβει καὶ καλῶν*, quod vel in *σέβεται καλῶν* vel in *σέβει καὶ καλεῖ* mutandum esse apparet; posterius confirmare videtur *Ficinus*, qui vertit: „nonne igitur *et* legislator et quivis alius — hunc timorem maximo honore colat vocetque pudorem." In hoc igitur loco, ut in pluribus aliis, ubi in scriptura constituenda haereas, librorum scriptorum subsidium exspectare oportet. Ceterum praepositio *ἐν* nomini *τιμῇ* apposita est ita, ut, si rem ex nostro sermone aestimes, redundet. Sic IX, 17 fin. *δήσας ἐν πέδαις*. X, 13. p. 906. B: *ἐν — ἐπῳδαῖς*. XII, 6. p. 953. C: *διαφέρον ἐν καλλοναῖς*. Cf. *Hemsterhus*. ad Lucian. T. II. p. 523. *Brunck*. ad Oedip. Tyr. 1112. *Porson*. ad Eurip. Orest. 1018. Med. 629. et *Wolf*. ad Xenoph. Hellen. p. 114. — Mox post *τό* interposui *δέ*, sensu iubente. Ita et *Ficinus*: „confidentiam *vero* huius contrariam impudentiam nominet." Simul e Cod. Voss. pro *τούτων* recepi *τούτῳ*, quod itidem *Ficinus* confirmat.

ἓν πρὸς ἕν. *Ficinus*: si alterum alteri comparetur. Plene *Herodotus* IV, 50: *ἓν πρὸς ἓν συμβάλλειν*. Similiter IV, 1. p. 705. B: *ἀνθ᾽ ἑνὸς ἕν*. V, 9. p. 738. E: *ἓν πρὸς ἕν*. Epinom. c. 3. 976. E: *μία γάρ, ὡς εἰπεῖν, πρὸς μίαν*. Cf. interpp. ad Gregor. Corinth. p. 264. ed. Schäfer. et nostra ad Polit. I, 5. — *αἰσχύνης πέρι κακῆς*, turpis infamiae causa, h. e., *μὴ αἰσχύνῃ κακῇ περιπίπτωσιν*. *Αἰσχύνη* iam per se significat etiam dedecus, infamiam, ut *αἰσχύνην περιάπτειν* al. (vid. *Gottleber*. ad Thucyd. orat. funebr. p. 84.); sed propter praegressa, ubi de pudore sermo erat, appositum est *κακῆς*.

P. 41. *φόβων πολλῶν τινῶν εἰς φόβον ἄγοντες*. Intolerabile videbitur *εἰς φόβον φόβων πολλῶν τινῶν*. Quocirca *Heindorfius* Specim. coniect. in Platon. p. 30. legendum coniiciebat: *φοβερῶν πολλῶν τινῶν εἰς φόβον ἄγοντες*. Nobis vero in vocabulo *φόβον* vestigia vocis *θόρυβον* indagasse videbamur. Sic enim Polit. III, 20. p. 413. E: *ὥσπερ τοὺς πώλους ἐπὶ τοὺς ψόφους τε καὶ θορύβους ἄγοντες σκοποῦσιν, εἰ φοβεροί; οὕτω νέους ὄντας εἰς δείματ᾽ ἄττα κομιστέον*. Igitur esset *φόβων πολλῶν εἰς*

θόρυβον: in tumultum, ubi multa timenda sunt, h. e., plenum timoris ac periculi. Sed nunc in vulgata scriptura, quam *Ficinus* quoque confirmat vertens: „in multarum terrorem formidinum," acquiesco, quum creberrimae in his libris inveniantur huius generis perissologiae. Sic II, 3. p. 657. B: ὡς ἡ τῆς ἡδονῆς καὶ λύπης ζήτησις τοῦ καινῇ ζητεῖν ἀεὶ μουσικῇ χρῆσθαι cet. C. 4. p. 658. C: αὐτήκοος αὐτός. V, 6. p. 734. C: ἡ βούλησις τῆς αἱρέσεως τῶν βίων. C. 9. p. 738. D: οἰκειῶνται καὶ γνωρίζωσιν, οὗ μεῖζον οὐδὲν πόλει ἀγαθόν, ἢ γνωρίμους αὐτοὺς αὐτοῖς εἶναι. C. 14. p. 746. E: οὐδ' ἐκεῖνα φοβητέα δείσαντα τὴν δόξασαν ἂν γίγνεσθαι σμικρολογίαν. VI, 11. p. 764. C: ἐπιμελητὰς — τῆς περὶ ταῦτα ἐπιμελείας. C. 15. p. 772. C: μέχριπερ ἂν τέλος ἔχειν ἕκαστον δόξῃ τοῦ καλῶς ἐξειργάσθαι. C. 19. p. 776. D: ἥ τε Ἡρακλεωτῶν δουλεία τῆς τῶν Μαριανδυνῶν καταδουλώσεως. VIII, 7. p. 839. D: μὴ δυνατὸν εἶναι δύνασθαι. XI, 4. p. 920. B: ἃ προτροπὴν ἔχει τινὰ ἰσχυρὰν πρὸς τὸ προτρέπειν κακοὺς γίγνεσθαι. C. 9. p. 929. A: Ὃν ἂν θυμὸς ἐπίῃ — τοῦτον ἐπιθυμεῖν ἀπαλλάξαι τῆς αὐτοῦ ξυγγενείας. XII, 6. p. 953. C: ἀξιῶν τι καλὸν ἰδεῖν τῶν ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι διαφέρον ἐν καλλοναῖς. Similis est pleonasmus ap. *Thucyd.* VII, 42: τοῖς Συρακοσίοις κατάπληξις ἐγένετο, εἰ πέρας μηδὲν ἔσται σφίσι τοῦ ἀπαλλαγῆναι τοῦ κινδύνου. Vid. *Matthiae* Gramm. graec. p. 439. Itaque φόβων πολλῶν τινῶν εἰς φόβον est: εἰς φόβους πολλούς τινας. — Denique μετὰ νόμου, i. e., rite, ut par est (μετά enim cum genitivo nominis constat adverbii partes agere, v. *Viger.* de idiotism. p. 641. *Fischer.* ad Weller. T. III. P. II. p. 203 sq.) cum sequentibus coniunximus, sicut paulo post ὅταν ἐπιχειρῶμέν τινα φοβερὸν ποιεῖν μετὰ δίκης.

προςγυμνάζοντας, int. τῇ ἀναισχυντίᾳ, ut in sequentt. προςμαχόμενον τῇ διαίτῃ; quocirca *Stephanus* sine causa, ut bene iam *Böckhius* p. 122. monuit, προγυμνάζοντας scribi iubebat. Similiter p. 648. D: οὕτω πρὸς τοὺς φόβους γυμνάζοιτο. — Pro αὐτοῦ scripsimus αὑτοῦ. De sententia, vid. *A. Gell.* Noct. Attic. XV, 2.

ἢ τῇ μὲν διαίτῃ cet. Desidero οὐ post ἤ: ἢ οὐ τῇ μὲν διαίτῃ — προςμαχόμενον — δεῖ τέλεον οὕτω γίγνεσθαι πρὸς ἀνδρίαν; — τῇ διαίτῃ, vivendi generi s. rationi, qua voluptati indulgere consuevit. *Ficinus* aliter videtur legisse, quum verterit: *aut institutum anteactae vitae.*

ἥμισυς, oppositum τῷ τέλεος πρὸς ἀρετήν. Comparant vero Graeci hominem in virtute quavisque facultate sibimet ipsi. Sic c. 15. p. 649. A: αὐτὸν αὑτοῦ ποιεῖ πρῶτον ἵλεως εὐθὺς μᾶλλον ἢ πρότερον. II, 12. 671. B: Πᾶς δέ γε αὐτὸς αὐτοῦ κουφότερος αἴρεται. IV, 7. p. 715. D: ἀμβλύτατα αὐτὸς αὐτοῦ ὁρᾷ. VII, 7. p. 797. D: μειζόνως αὐτὸν ἀκούσωμέν τε ἡμῶν αὐτῶν. X, 15. 909. D: ὃς (νόμος) ἐλάττω — αὐτῶν τοὺς πολλοὺς — πλημμελεῖν ἂν ποιοίη. Vid. *Wesseling*. ad Herodot. p. 91. *Fischer*. ad Weller. T. II. p. 148. et *Boissonad*. ad Philostrat. p. 325 sq. Ἥμισυς ἑαυτοῦ igitur dicitur, qui dimidium eius facultatis assequitur, quam per se totam assequi posset. Ceterum ἥμισυς pro ἥμισυ Cod. Voss. suppeditavit. Post ἀρετήν puncto est distinguendum.

ἄρα. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἆρα, solito errore. Illustrat hunc locum *A. Gellius* l. l., ubi inter alia: Atque hoc etiam Plato ibidem dicit, non defugiendas esse neque respuendas huiusmodi exercitationes adversum propulsandam vini violentiam; neque ullum unquam continentem prorsum ac temperantem satis fideliter visum esse, cuius vita virtusque non inter ipsa errorum pericula et in mediis voluptatum illecebris explorata sit.

πάντων τῶν τοιούτων. Articulum τῶν e cod. Voss. recepimus. Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἔχει.

CAP. XV.

ἐθέλῃ. Cod. Paris. ἔλῃ. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. πίνει.

P. 42. δῆλον ὅτι. Vulgo ἂν δηλονότι. Vide Addit. nostra ad Phaedr. Paulo ante Cod. Voss. φέρε οὖν. Mox τὸν δὲ positum est, ac si τὸν μέν praecesserit, ut solet.

γυμνασάμενον. Sic libri veteres et Cod. Voss. *Stephanus* et Bip., nisi error est typographicus, falso scribunt γυμνασάμενος. Etiam *Ficinus* vertit: „atque eos, qui strenue exercendo se gesserint, impunes relinquas, at eos, qui contra, damno afficias.“ Mox μηδὲν ἄλλο ἐγκαλῶν *Ficinus* bene vertit: quamvis nihil habeas eo aliud quod accuses. Ἄλλο est praeterea (sonst), ut II, 6. 661. A: μηδὲ ἄλλο αὐτῷ μηδὲν τῶν λεγομένων ἀγαθῶν γίγνοιτό ποτε. C. 7. 661. E: καὶ μηδὲν ἄλλο αὐτῷ τῶν λεγομένων κακῶν ἐγγιγνόμενον. IV, 7. p. 715. B. Sensus igitur est: etsi nulla causa est, cur potionem reiicias.

Γυμνασία est exercitatio, ut VIII, 2. 830. D: τὰς δὲ οἷον

τινας μείζους γυμνασίας — ποιεῖσθαι προστάξει. Theaet. p. 169. B: οὕτω τις ἔρως δεινὸς ἐνδέδυκε τῆς περὶ ταῦτα γυμνασίας. Παρὰ τὰ νῦν, int. γυμνάσια, ita positum, ac si γυμνάσια vel γυμνάσιον, non γυμνασία, praecesserit. — Ῥᾳστώνης, ob facilitatem, pendet ex adiectivo θαυμαστή, ut solent verba et nomina genitivo iungi, quando causa indicatur. Sic μακάριε τῆς ξυνουσίας ap. Philostrat. Heroic. p. 16. ubi v. Boissonad. Cf. *Suidas* v. μακαρίζω et *Phavorin.* v. ἄγαμαι.

τὸ τῆς αἰσχύνης ἐπίπροσθεν ποιούμενος est pudore se tegens s. celans, h. e., pudenter aliorum oculis se subducens. Ἐπίπροσθεν ποιεῖσθαί τι est aliquid ante se collocare, h. e., aliquid obtendere, ut tectus lateas (sic ap. *Xenophont.* Cyropaed. I, 4. 24. III, 3. 28.), post alterum se occultare. Unde ἐπίπροσθεν γίγνεσθαι est obstaculo esse, h. e., obesse, officere, impedire, ut *Alcidam.* Orat. de Sophist. T. VIII. p. 84. Gorg. 523. D. al. Vid. *Reisk.* Animadv. V. IV. p. 28 sq. Hinc αἰσχύνην ἐπίπροσθεν ποιεῖσθαι proprie est: pudorem sibi obtendere, post pudorem quasi se occultare, h. e., pudenter se subducere, vel pudore impediri, quominus prodeas vel aliquid facias. Sic V, 4. p. 732. B: μηδεμίαν αἰσχύνην ἐπὶ τῷ τοιούτῳ ποιούμενον. Male verterunt *Ficinus*: „pudorem plurimi faciens," et *Cornarius*: „pudorem sibi ob oculos ponens."

ὀρθὸν ἄν τι πράττοι. Cod. Voss. ὀρθῶς. Mox παρασκευάζεσθαι et ὀκνεῖ.

διαφορᾷ. Vulgo διαφθορᾷ. *Ficinus* vero διαφορᾷ legit vertens: „potentiamque in necessaria differentia potionis ostendere." Hinc *Stephanus* marg. adscripsit: „Al. διαφορᾷ." Significatur vero discrimen vel commutatio (virtutis in pravitatem, fortitudinis in formidinem) per vinum fieri solita (τοῦ πόματος est enim passive positum: a potu proficiscens, ut paulo post τὴν ἧτταν τοῦ πόματος. Sic lib. IX, 9. et X, 11. ἧττα ἡδονῶν. V, 10 fin. πολέμων φθορά. al.), de qua supra p. 647. E. exposuit. Hinc sequitur μηδ' ἀλλοιοῦσθαι δι' ἀρετήν (virtutis beneficio s. ope, vid. *Viger.* p. 588. et *Fischer.* ad Weller. T. III. P. II. p. 170.). — ὑπερθέων, superans; ὑπερθεῖν est enim i. q. ὑπερέχειν, vid. Suid. et Hesych. Cf. Miscell. Observatt. V. I. T. II. p. 152. Similiter III, 1. p. 677. E. ὑπερπηδᾷν legitur. Mox πρός est circa s. sub, ut πρὸς ἡμέραν, al. Duplex vero genitivus ἁπάντων ἀνθρώπων et τοῦ πόματος notandus est. Sic II, 13. 672. D:

αἰδοῦς μὲν ψυχῆς κτήσεως ἕνεκα. VIII, 7. 840. B: νίκης ἕνεκα πάλης καὶ δρόμων καὶ τῶν τοιούτων. X, 13. p. 905. B: τὴν πάντων ἀμέλειαν θεῶν. Vid. *Heindorf.* ad Cratyl. p. 61. — Mox Cod. Voss. σωφρονοῖ. *Ficinus:* „certe et iste, o hospes, ita se gerens moderatus evadet."

P. 43. τοῦ μὲν δὴ φόβου. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. δεῖ. — τοὺς γὰρ γόητας cet.: praestigiatores enim (qui tale quid efficere possint) non in convivio commemoro. Nos id exprimeremus ita: *denn ich rede nicht von Zauberern beim Trinkgelage.*

τὸν οἶνον φράζων. Sic Cod. Voss. Vulgo Ἔστι· φήσειπου τὰν οἶνον ά φράζων. *Ficinus* simpliciter vertit: Vinum esse dicet.

πιόντα τὸν ἄνθρωπον cet. Cf. *Clemens Alexandr.* Paedag. II, 1. p. 180. (153. A. Sylb.) et *Eustath.* ad Iliad. τ', p. 1242. 34., qui sententiam huius loci expressit. Ante πιόντα intelligenda est particula explicationi inserviens, nempe, videlicet.

ἵλεων. Vinum est enim hilaritatis dulce seminarium, ut dicit *Varro* fragm. T. I. p. 272. Bip. Cf. lib. II. p. 666. B. C. et *Lambin.* ad Horat. T. I. p. 188. C. D. T. II. p. 224. C. ed. Francof. Vini laudes celebrantur apud *Athen.* II, 2. p. 134 sq. et II, 4. p. 141. ed. Schweighaeus.

πᾶς ἡμῖν — ξυγχωροίη. Ald. Lov. et Cornarium secuti haec verba Atheniensi assignavimus, et Τί μήν Cliniae. Ficinus, Bas. 1. 2. Stephan. et Bip. verba πᾶς — ξυγχωροίη (vulgo συγχωροῖ scribitur) Cliniae assignant et Τί μήν Megillo; sed Megilli in hoc colloquio nullae sunt partes, nec aliud quid reperitur, quo colloquentis mutatio significetur. Optime vero omnia cohaerent, si πᾶς — ξυγχωροίη Atheniensi, verba autem Τί μήν Cliniae tribueris; accedit, quod illa πᾶς ἡμῖν, οἶμαι, ταῦτ' ἂν ξυγχωροίη nonnisi eius esse possunt, qui aliquid proposuit, ut significet, neminem fore se existimare, qui de re proposita dubitet.

CAP. XVI.

δύο. Abest ab Ald. Lov. Bas. 1. et 2.; sed sensus id postulat et *Ficinus* expressit vertendo: „Recordemur itaque nunc, duo quaedam esse" cet. Mox Cod. Voss. θαῤῥήσωμεν, soloece.

Ἃ τῆς αἰδοῦς ἔλεγες, scil. ταῦτα νῦν ἀναμιμνήσκεις. Ad ἃ τῆς αἰδοῦς int. ὄντα: quae pudoris esse s. ad pudorem per-

tinere dixisti; et referuntur haec ad verba praegressa τὸ δὲ τοὐναντίον, ὅτι μάλιστα φοβησόμεθα.

τί ἐναντίον cet. Sic scripsimus pro σκεπτέον τὸ ἐναντίον, quod sensum non habet, *Ficinum* secuti, qui vertit: „considerandum, *numquid* contrarium in contrariis praemeditari conveniat." Rectius tamen scribi iudico σκεπτέον ἄρα, εἰ τὸ ἐναντίαν (pudor) ἐν τοῖς ἐναντίοις (in rebus pudoris contrariis) θεραπεύεσθαι δέον ἂν εἴη. Ἄρα apodosin facit (vernaculum *so*), ut ap. *Xenophont.* Cyropaed. I, 3. 2: ἐρωτώσης δὲ τῆς μητρὸς αὐτὸν — ἀπεκρίνατο ἄρα ὁ Κῦρος. VIII, 4. 7: ὥστε ἐπεὶ ἐδεδειπνήκεσαν — εἶπεν ἄρα ὁ Γωβρύας cet. In praegressis pro τήν τε ἀνδρίαν in Ald. Lov. Bas. 1. et 2. scriptum extat τήνδε ἀνδρείαν.

Τό γ' οὖν εἰκός. Articulus redundat, vid. Cap. 6. Mox pro δέον ἄν Ald. Lov. Bas. 1. et 2. δέ, ἄν. In iisdem scribitur εἰς τὸ τὶ τολμᾶν, Cod. Voss. εἰς τὸ τί τολμᾶν. *Ficinus*: „cogitandum videtur, ut quam minime impudentes et audaces simus, sed contra formidolosi ad dicendum aut patiendum aut agendum quicquam turpe."

P. 44. [*δειλία*]. Quomodo ignavia vel timiditas in rerum numerum referri possit, quae audaces nos reddant, equidem nescio. Sed natum mihi videtur δειλία e postremis vocis praegressae φιλοκέρδεια syllabis.

μεθύσκοντα. Bene *Ficinus*: „et quaecunque voluptatis ebrietate quadam homines amentes faciunt." Illustrat haec *Gatacker.* Advers. Miscell. c. 5. Opp. Crit. p. 459. C. D. E. Vid. ad C. 10.

τούτων δ' εὐτελῆ cet. Construe: τίνα ἡδονὴν ἔχομεν εἰπεῖν μᾶλλον ἔμμετρον (τῆς ἐν οἴνῳ βασάνου καὶ παιδιᾶς) πρῶτον μὲν πρὸς τὸ λαμβάνειν πεῖραν τούτων εὐτελῆ τε καὶ ἀσινεστέραν, εἶτα εἰς τὸ μελετᾶν. *Cornarius* vertit: „horum autem ut primum quidem levem et minus noxiam experientiam sumamus, deinde vero ipsa exerceamus, quam magis concinnam voluptatem dicere possumus, quam experientiam et lusum, qui in vino contingit, si quomodocunque cum cautione fiat?" In Ald. Lov. Bas. 1. et 2. vitiose legitur ἀσυνεστέραν et γίγνεται.

ἰόντα. Sic Cod. Voss. pro ἰόντας; idem cum Ald. Lov. Bas. 1. et 2. exhibet κινδυνεύοντα — ξυγγενόμενον et ἐπιτρέποντα, quae *Stephanus* propter κινδυνεύσαντας in accusativos pluralis mu-

tavit; satius tamen est, unum ad plura accommodare, quam plura unius causa mutare. Ceterum subiectum est persona indefinita (man), vid. ad C. 7. et 12. — *κινδυνεύοντα περὶ αὐτῶν* (int. *τῶν ξυμβολαίων*): ita ut eorum (pactorum s. rerum contractarum) periculum subeas, h. e., in periculum venias, ne defrauderis iacturamque rei familiaris facias. Vulgo scribitur *περὶ αὐτῶν σφαλερώτερον*. Vox vero *σφαλερώτερον* de mendo mihi suspecta est. Etenim pro interrogatione: *num* periculosius est, hominem pravum in commercio tentare, an festis diebus inter compotationem eius mores explorare? exspectamus hanc: *nonne* periculosius est cet.; scilicet in interrogatione: utrum — an —, prius, quod ponitur, negatur (at, periculosius esse, hominem pravum in negotio gerendo tentare, quam in compotatione, ineptum esset negare vel dubitare), alterum vero affirmatur. Idcirco pro *σφαλερώτερον* legendum esse puto *ἀσφαλέστερον*: utrum tutius, hominem pravum in negotio gerendo, an in compotatione tentare, h. e., nonne tutius est, hominem perversum in compotatione explorare, quam in negotio gerendo (ubi in periculum venis, ne defrauderis)? Sic infra: *τό τε τῆς εὐτελείας καὶ ἀσφαλείας καὶ τάχους διαφέρειν πρὸς τὰς ἄλλας βασάνους;* et in antecedentibus: *τούτων δὲ εὐτελῆ τε καὶ ἀσινεστέραν πρῶτον μὲν πρὸς τὸ λαμβάνειν πεῖραν.* *Ἀσφαλέστερον* haud dubie ab iis in *σφαλερώτερον* mutatum est, qui orationis cohaerentiam non perspexissent, ad *κινδυνεύοντα* illud referentes; sic enim libri scribunt: *κινδυνεύοντα περὶ αὐτῶν σφαλερώτερον.* Iam si scribas *ἀσφαλέστερον* hoc sensu: utrum tutius est, h. e., nonne periculosius est, hominem tentare in negotio gerendo, quam in compotatione, etiam sequentia sensum adipiscuntur convenientem: nonne periculosius est, hominem libidinosum ita tentare, ut tuos ipsi filios, filias et uxorem tradas, sc. quam in vino eum explorare (ubi libidinosus facillime se prodit). Hoc posterius, quam in vino, omissum est, quia iam praecessit; quocirca pro eo, quod repetendum est: num tutius s. nonne periculosius est cet., etiam ponere possumus: an tutum est, libidinosum ita tentare, ut filios, filias et uxorem ei tradas. Et ita nihil amplius desidero. *Böckhius* vero lacunam sibi videbatur animadvertisse, ita explendam illam: *ἢ μετὰ τῆς ἐν τοῖς οἴνοις βασάνου καὶ παιδιᾶς, μηδὲν τὸ παράπαν κινδυνεύσαντα, ἦθος ψυχῆς θεάσασθαι.* Ceterum *Ficinus* ita hunc locum reddidit: „Consideremus autem, utrum difficilis et agrestis animi, unde plurimae perpetrantur iniuriae, in ipsis commerciis summo cum rerum discrimine, an potius in Dionysi spectaculis faciendum

periculum sit: an vero animi ad venerea proni affectum considerare ita debemus, ut summo cum periculo coniunctissimos sibi, filias videlicet ac filios, committamus."

μετὰ τῆς τοῦ Διονύσου θεωρίας. Bacchi festis diebus; θεωρία est enim i. q. ἑορτή, vid. Schol. Ruhnk. ad Polit. p. 185. et nostra ad Polit. VIII, 8. p. 556. D. Praepositio vero μετά cum genitivo instrumentum indicat (v. *Fischer.* ad Weller. T. III. P. II. p. 199.); namque compotatio Bacchi diebus festis solita est id, quo tentatur homo perversus; ebrietas videlicet *operta recludit.*

αὐτοῦ. Sic libri veteres, quod male *Stephanus*, quum plurales ἐπιτρέποντας — κινδυνεύσαντας, al. posuisset, in αὐτῶν mutavit. Mox *τὰ φίλτατα* sunt liberi et coniuges, ut ap. *Aeschin.* contra Ctesiph. T. III. p. 470: ὁ τὰ φίλτατα καὶ οἰκειότατα σώματα μὴ στέργων. Cf. *Valckenar.* ad Eurip. Phoeniss. 493. 162 sq. Pro υἱεῖς atticum restitui υἱέας. Pro γυναῖκας vero haud scio an γυναῖκα scribendum sit. *Ficinus*, ut vidimus, hanc vocem ignorat.

τηνάλλως est temere, nullo certo consilio (nur so im Allgemeinen, ohne bestimmten Zweck); ἄλλως est enim, ubi definito cuipiam opponitur, omnino (sonst, h. e., im Allgemeinen, überhaupt), et ad τὴν ἄλλως intelligendum ὁδόν (viam, i. e., rationem) φέρουσαν. Sic Theaetet. 172. E: οἱ ἀγῶνες οὐδέποτε τηνάλλως (nicht so im Allgemeinen, ohne bestimmten Zweck), ἀλλ' ἀεὶ τὴν περὶ αὐτοῦ. *Demosthen.* Olynth. III. p. 134. T. I: τηνάλλως προῄρημαι λέγειν. Philipp. II. p. 73: ἵνα τηνάλλως ἀδολεσχῶ. Cf. *Bergler.* ad Alciphr. I, 19. p. 72 sq. *Ruhnk.* ad Tim. p. 198 sq. et *Coray* ad Heliodor. p. 141.

καὶ δὴ καὶ τοῦτο. Sic Bas. 2. et Cod. Voss. In ceteris libris alterum καί desideratur. Mox *τό τε τῆς εὐτελείας* est i. q. κατά τε τὴν εὐτέλειαν cet. Vid. ad C. 8.

LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

P. 49. ἔνεστιν ἐν τῇ — χρείᾳ. Sic Cod. Voss.; vulgo ἐν abest. Mox interrogatio τί οὖν δὴ λέγομεν orationem animat; vid. ad I, 5. — μή πη παραποδισθῶμεν: ne eo irretiamur, h. e., deludamur. Sic Epist. VII. 330. B: μή πη παραποδισθείη (ne irretiretur orationis meae laqueis, h. e., ne captaretur ac deciperetur). Quocirca recte *Pollux* IX. 134. p. 1119. explicat voce ἐξαπατηθῶμεν. — Τούτου, spectat ad τὴν ὀρθὴν παιδείαν, vid. ad I, 14. Ceterum *Stephanus* adnotat: „Al. τοῦτο, quod magis placet.“ Sed recte habet τούτου.

μέγα λέγεις, int. τί, ut c. 3. p. 657. A: θαυμαστὸν λέγεις. III, 6. p. 685. A: Οὐ πάνυ ῥάδιον ἐρωτᾷς.

πρῶτον, ταῦτ' εἶναι. Perperam *Stephanus* ante πρῶτον distinxit, quum hoc verbum ad praegressa pertineat, ut et sequentia docent: τὴν παραγιγνομένην πρῶτον παισὶν ἀρετήν. *Ficinus* quoque vertit: „atque haec duo esse, in quibus primum virtus et vitium animo innascuntur.“ Ald. Lov. Bas. 1. et 2. haec verba nulla interpunctione separata exhibent. Ceterum *Stephanus* notat; „alia lectio est πρώτην.“

φρόνησιν cet. Vulgo εὐτυχές, quod in orationis nexum non quadrat; quare εὐτυχής (int. ἐστί) scripsi, *Ficinum* secutus, qui vertit: „si cui autem prudentia et vera opinio ac stabilis vel in senectute affuerint, *felix est.*“ Βεβαίους, quod libri omnes habent, *Stephanus* in βεβαιοῦν mutavit, haud dubie propter εὐτυχές; sed notae sunt δόξαι ἀληθεῖς et βέβαιοι e Platonis libris, ut Tim. 37. B: δόξαι καὶ πίστεις γίγνονται βέβαιοι καὶ ἀληθεῖς. Nisi vero καὶ ante βεβαίους excidit, ἀληθεῖς δόξας βεβαίους significat veras opiniones λογισμῷ stabilitas (vid. Men. p. 98. A.). Accusativi sunt absoluti · quod vero ad prudentiam verasque opiniones stabiles attinet, felix est, cui etiam seni obtigerint. Παρεγένετο singulare

pluralibus φρόνησιν et δόξας non adversatur, propterea quod hae ut unum et generale quid cogitantur, vid. ad Phaedr. p. 370. et ad Polit. II, 6. p. 363. A. Sic et V, 2. 729. E: *δύναται δὲ διαφερόντως ὁ ξένιος ἑκάστων δαίμων καὶ θεὸς τῷ ξενίῳ ξυνεπόμενος Διΐ.* Ceterum expressit hunc locum *Cicero* de finib. bonor. V, 21; „Praeclare enim Plato: *Beatum, cui etiam in senectute contigerit, ut sapientiam verasque opiniones assequi possit.*"

παιδείαν δὴ λέγω cet. Laudat *Euseb.* Praepar. Evang. XII, 18. p. 591. D. ubi *ἐάν* scribitur. Mox vulgo punctum ante *ἡδονὴ* extat, quod sententiarum nexum tollit; exponitur enim in sequentibus, in quo *παιδεία* nitatur; quocirca *δέ* (i. q. *γάρ*), explicationi inserviens, sequentia cum praegressis copulat. Sic V, 7. p. 735. E: *μεγίστην δὲ οὖσαν βλάβην.* VI, 5. init. 18. p. 775. C. IX, 9. p. 868. E: *τούτοις δέ* (est *scilicet*) *ξυνέστιος αὐτοῖς μηδέποτε γιγνέσθω.* C. 11. p. 872. B: *ταύτην δέ, καθάπερ εἴρηται, τοὺς αὐτόχειρας κατεγγυᾶσθαι.* XI, 5. p. 920. E. 12. 933. A: *ταῖς δὲ ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων — οὐκ ἄξιον ἐπιχειρεῖν.* XII, 8. 956. C: *ὁ δὲ φεύγων — τὸ πεμπτομόριον ἀποτινέτω τοῦ τιμήματος.* C. 12. p. 964. E: *τοῖς πρεσβυτέροις δὲ ἐξαγγέλους γίγνεσθαι πάντων τῶν κατὰ πόλιν.* Vid. *Gregor. Corinth.* p. 31. *Eustath.* ad Iliad. *α.* p. 61. et *κ.* p. 813. 61. *Stephan.* de dialect. p. 26 sq. Cf. nostra ad Alcibiad. I, p. 336. et Lexic. Xenophont. T. I. p. 626. Igitur *ἂν δέ* est: *wenn nehmlich.* — Mox *λόγον* ex Eusebio recepi pro *λόγῳ*, suadentibus quoque *Vigero* ad Euseb. p. 57. et *Böckhio* p. 125. Polit. III, p. 401. D: *τὰ δ' αἰσχρὰ ψέγοι τ' ἂν ὀρθῶς καὶ μισοίη, ἔτι νέος ὤν, πρὶν καὶ λόγον δυνατὸς εἶναι λαβεῖν, ἐλθόντος δὲ τοῦ λόγου ἀσπάζοιτ' ἂν αὐτὸν, γνωρίζων δι' οἰκειότητα μάλιστα ὁ οὕτω τραφείς.* *Λόγον λαμβάνειν* dicitur, qui alicuius rei rationes vel causam percipit, qui causam, cur quid fiat, intelligit. Exempla collegit *Böckhius* l. l. Deinde *ξυμφων. τῷ λόγῳ* est: et si rationi assentiant, recte se assuefactos, h. e., educatos esse convenientibus institutis, h. e., si educationis suae causam et perspiciant et probent. *Ficinus* vertens: „rationi consentiant propter superiorem bonorum morum consuetudinem," verba *ὀρθῶς εἰθίσθαι* ita cepit, ut *Vigerus* ad Eusebium: *τῷ s. διὰ τὸ εἰθίσθαι;* sed recte *Böckhius* monuit, *ὀρθῶς εἰθίσθαι ὑπὸ τ. π. ἐθῶν* id ipsum esse, in quo iuvenes cum ratione dicantur consentire.

P. 50. *αὕτη δ' ἡ ξυμφωνία* cet. Vulgo *αὐτῆς δ' ἡ*, Euseb. *αὕτη ἔσθ' ἡ*, ut *Ficinus:* „haec ipsa consensio universa quidem virtus est;" unde *αὕτη* recepimus, *ἔσθ'* vero omisimus, quia et

otiosum est et post ξύμπασα vel ἀρετή poni deberet. Sensus est: in hac utriusque (educationis et rationis, παιδείας et λόγου) convenientia s. consensione nititur virtus, singularis vero illa disciplina, quae ad voluptates et dolores moderandos spectat, et expetenda expetere, fugienda vero fugere nos docet, recte educatio (παιδεία) nuncupatur. Vox ξύμπασα cum ξυμφωνία coniungenda est; consensioni enim generali educationis et rationis, in qua virtus ponitur, singularis opponitur eius pars, quae παιδεία dicitur. Hinc τὸ δὲ — τεθραμμένον αὐτῆς ὀρθῶς (h. e., ἡ ὀρθὴ τροφὴ περὶ τὰς ἡδονὰς καὶ λύπας; de quo quidem participii usu vid. ad I, 11.), recta institutio et educatio ad voluptates ac dolores spectans, ut singularis illius pars. Male *Vigerus* ad Euseb. l. l. pro τεθραμμένον legi voluit τετραμμένον. Verba τῷ λόγῳ si sana sunt (malim enim τοῦ λόγου: separans a ratione, h. e., seorsum a ratione spectans; ὁ λόγος videlicet τῇ παιδείᾳ opponitur quodammodo), ita intelligenda sunt: separans oratione, s. orationis causa (ut accuratius de ea seorsum exponatur) eam a ratione divellens. *Ficinus* et *Cornarius* τοῦ λόγου expresserunt; ille enim vertit: „ipsam vero decentem circa voluptates et dolores assuetudinem — si per se ipsam, *seorsum ratione* consideratam disciplinam vocaveris, recte, ut ego arbitror, appellabis;" hic vero: „hanc ipsam si *a ratione resecueris*." — Paulo ante pro μέχρι Euseb. ἄχρι.

κατά γε τὴν ἐμήν, int. γνώμην s. δόξαν, solemni ellipsi. Sic IX, 6. 862. B: ἐὰν ᾖ γ' ἐμὴ νικᾷ. Cf. *Koen.* ad Gregor. Corinth. p. 31. *Fischer.* ad Weller. T. III. P. I. p. 254. et *Heusde* Specim. crit. in Plat. p. 102. Libri editi δόξαν interponunt, quod recte abest ab Euseb. et Cod. Voss. — Mox ad τὰ πρότερον et τὰ νῦν σοί int. εἰρημένα. Bas. 2. pro σοί exhibet τοί, operarum, ut videtur, culpa.

τούτων γὰρ δή. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. δέ; sed solet δή particulae γάρ comitem se adiungere. Ceterum τούτων — λυπῶν genitivi sunt absoluti (vid. ad I, 14.): quod attinet ad has voluptates et dolores recte institutos, h. e., ad rectam hanc in voluptatibus ac doloribus educationem, quae παιδεία dicitur. His explicationis causa adiuncta sunt παιδειῶν οὐσῶν (pro παιδείας οὔσης, propter plurales τούτων — ἡδονῶν καὶ λυπῶν); et ad hoc referenda sunt verba χαλᾶται et διαφθείρεται, ita posita, ac si παιδείας praecesserit, non παιδειῶν: quod igitur ad hanc circa voluptates et dolores disciplinam attinet, quae educatio est, plerumque ea in hominum vita remittitur et pervertitur, s. plerumque eam

homines in vita remittunt ac pervertunt. *Τὰ πολλά* est plerumque, vid. ad I, 10. *Ficinus* sensum tantummodo expressit: „huiusmodi vero voluptatum atque dolorum rectam educationem, quae disciplina dicitur, transgrediuntur homines in vita ac saepe pervertunt.“ *Cornarius* autem *τὰ πολλά* ad *ἡδονῶν* et *λυπῶν* traxit, ita vertens: „pleraque vero ex recte educatis voluptatibus et doloribus, quae eruditiones sunt, laxantur hominibus et in vita corrumpuntur.“ His vero verbis Atheniensis postquam, quae recta sit educatio, exposuit, viam sibi munit ad sententiam illam, quam supra significaverat, uberius explicandam, legem et modum, a recta educatione praescriptum, qui in vulgari hominum vita tam crebro pervertatur, servari *τῇ ἐν οἴνῳ ξυνουσίᾳ*, h. e., compotatione, musica et saltatione, quae cum sacris Deorum coniunctae sint. Supra enim dixerat: *τούτου (τῆς ὀρθῆς παιδείας) ἐστιν ἐν τῷ ἐπιτηδεύματι ταύτῳ (τῇ ξυνουσίᾳ ἐν οἴνῳ) καλῶς κατορθουμένῳ σωτηρία.*

θεοὶ δέ, οἰκτείραντες cet. Laudat *Clemens Alexandr.* Strom. III. p. 434. (T. I. p. 519. Pott.), et respexit *Iulian.* Orat. IV. p. 152. C. In Ald. Lov. Bas. 1. et 2. desideratur *δέ*, *Ficinus* vero expressit voce *autem.*

ἐπίπονον — γένος. *Dionys. Halicarn.* de art. rhet. c. 1. init. *Πανηγύρεις εὕρημα μὲν καὶ δῶρον θεῶν εἰς ἀνάπαυσιν τῶν περὶ τὸν βίον μειζόνων παραδιδόμεναι, ὡς ὁ Πλάτων φησίν, οἰκτειράντων θεῶν τὸ ἀνθρώπινον ἐπίπονον γένος.* *Timocles* ap. Athen. VI. p. 223. B. et Stob. Serm. CXXIII. p. 616:

Ἄνθρωπός ἐστι ζῶον ἐπίπονον φύσει,
Καὶ πολλὰ λυπήρ' ὁ βίος ἐν ἑαυτῷ φέρει.

Cf. Epinom. C. 1. p. 973. D. et loca veterum de humanae vitae miseriis ap. *Clement. Alexandr.* Strom. III, 3. p. 432. ed. Sylb. T. I. p. 517. Potter.

ἀναπαύλας — αὐτοῖς τῶν πόνων. *Thucyd.* II. 38: *καὶ μὴν καὶ τῶν πόνων πλείστας ἀναπαύλας τῇ γνώμῃ ἐπορισάμεθα, ἀγῶσι μέν γε καὶ θυσίαις διετησίοις νομίζοντες, ἰδίαις δὲ κατασκευαῖς εὐπρεπέσιν, ὧν καθ' ἡμέραν ἡ τέρψις τὸ λυπηρὸν ἐκπλήσσει.* Cf. quae *Strabo* disputat de *ἀνέσει ἑορταστικῇ* lib. X, 3. §. 9. T. IV. p. 164 sq. ed. Tzschuck. — *τὰς τῶν ἑορτῶν ἀμοιβάς.* *Böckhius* p. 127 sq. explicat festorum varietates, h. e., amoenitates, laudans Odyss. *γ*. 58. et Sympos. p. 202. E.; sed *ἀμοιβή* quomodo

amoenitas esse possit, non perspicio; est vel *remuneratio*, ita ut genitivus appositus id significet, quod remuneramur (eamque notionem habet ap. Homer. et Plat. l. l., in quo, quid Böckhius difficultatis viderit, profecto haud assequor, quum luce clarius sit, ἀμοιβὰς τῶν θυσιῶν esse remunerationes sacrificiorem), vel *vicissitudo*, ut h. l. Sic *Stephanus* iam recte exposuit *festorum vicissitudines* in Thesaur. l. gr. T. I. p. 391. D. — Vulgo post ἀμοιβὰς legitur τοῖς θεοῖς, quod a Clemente recte abest, quum in sententiarum nexum non quadret. Haud dubie τοῖς θεοῖς ab iis appositum est, qui verba: τὰς τῶν ἑορτῶν ἀμοιβὰς ita intellexissent, ac si scriptum esset: ἑορτάς, τὰς ἀμοιβὰς (remunerationes) τοῖς θεοῖς (dativ. commodi); similiter enim *Ficinus* vertit: „solemnia videlicet festa vicissim in ipsorum deorum honorem instituta praebentes;" et *Cornarius:* „nimirum ut festa diis retribuerent." Deinde ante τὰς — ἀμοιβὰς perperam vulgo interpungitur; haec enim verba obiectum, quod dicitur, efficiunt verbi ἐτάξαντο, et illa ἀναπαύλας τῶν πόνων appositioni vel explicationi inserviunt: et festorum vicissitudines ipsis (mortalibus) instituerunt (Dii), ut requies essent laborum.

μουσηγέτην. Sic Apollo dicitur in Hymn. Orphic. XXXIV, 6:

Μουσαγέτη, χοροποιέ, ἑκηβόλε, τοξοβέλεμνε.

ἵν' ἐπανορθῶνται: ut educationem, quae ipsis obtigit, si depravata fuerit, deorum auxilio (sic μετά, v. *Abresch.* Diluc. Thucyd. T. I. p. 130.) per festos illos dies emendare possint. Praesens ἐπανορθῶνται, praegresso ἔδοσαν praeterito, non consilium indicat, quo dii Musas, Apollinem et Bacchum sacrorum socios tribuerint, sed effectum in praesens tempus perdurantem indicat; igitur est: ita ut — corrigere possint. Hinc fit, ut saepenumero veteres post praeterita coniunctivum praesentis ponant, ubi actionem in praesens tempus durantem significant, h. e., eventum vel effectum alius actionis, non consilium (quod si indicatur, optativum postulat, propterea quod aliquid est, quod cogitatione comprehenditur). Cf. *Matthiae* ad Hymn. Homer. p. 36. Miscell. Philol. T. II. P. I. p. 34 sq. Gramm. graec. p. 756. et *Heindorf.* ad Protag. p. 502.

ἀληθὴς ἡμῖν: num sermo, quem iam celebramus s. proferimus, natura s. per se verus sit necne. De voce ὑμνεῖν vid. ad Polit. I, 5. — προσπαίζοντα. Προσπαίζειν, proprie blandi-

tiis captare (alludere, adblandiri, v. *Westerhov.* ad Terent. Eunuch. III, 1. 35. et *Gebhard.* Crepund. III, 2. Hinc de canibus ap. *Dion. Chrysost.* VIII. p. 132. C. IX. p. 139. B.), est iocari, ut X, 1. p. 885. C: ἃ τῷ καταφρονεῖν ἡμῶν προσπαίζοντας αὐτοὺς λέγειν μαντεύομαι.

οἷς δὴ ῥυθμός. *Οἷς* proprie respicit verba τῶν ἐν ταῖς κινήσεσι τάξεων, quocirca *αἷς* scribendum erat, quod *Böckhius* reponi iubebat; sed interpositis οὐδὲ ἀταξιῶν obscurata quodammodo est verborum sequentium ratio ad praegressa, ita ut neutrum poneretur pro feminino, vid. ad I, 14. Ceterum ῥυθμός, numerus, ut constat, ad corporis κινήσεις s. σχῆμα pertinet, ἁρμονία vero, concentus, ad vocis κινήσεις s. μέλος. Cf. II, 9. p. 665. A. et Polit. III, 10. ubi v. not.

ἔνρυθμον. Bas. 1. et 2. εὔρυθμον, quod *Stephanus* in Thesaur. gr. ling. T. III. p. 725. H. reponendum esse censebat, sine causa. Primum enim εὔρυθμος solet usurpari, si ἄῤῥυθμος opponitur (ut Polit. III, 11: ἀλλὰ μὴν τό εὔρυθμόν τε καὶ ἄῤῥυθμον; sic et τὸ εὐάρμοστον et τὸ ἀνάρμοστον sibi opponuntur) vel εὐάρμοστον subiicitur (ut II, 2. 655. A. c. 11. p. 670. B. al.); et hoc loco simpliciter de rhythmo agitur, non de εὐρύθμῳ vel ἀῤῥύθμῳ quaeritur. Deinde vox ἐναρμόνιος flagitat ἔνρυθμον s. ἔῤῥυθμον, ut ap. Procl. in Polit. p. 367: πάντα δὲ ἀπὸ τῶν ψυχῶν ἀρξάμενα ποιήματά ἐστιν Ἀπόλλωνος ἐναρμόνια καὶ ἔῤῥυθμα. Vox ipsa ἔνρυθμος vel ἔῤῥυθμος satis probae notae est; sic enim *Diogen. Laert.* VII, 60: ποίημα δέ ἐστι λέξις ἔμμετρος ἢ ἔνρυθμος. *Athen.* XIV. p. 287. 288. 308. Vid. *Böckh.* p. 129 sq. et *Schweighaeus.* ad Athen. T. VII. p. 439. Ceterum huc in primis facit locus Timaei p. 47. D: ἡ δὲ ἁρμονία, ξυγγενεῖς ἔχουσα φορὰς ταῖς ἐν ἡμῖν τῆς ψυχῆς περιόδοις, τῷ μετὰ νοῦ προσχρωμένῳ Μούσαις οὐκ ἐφ' ἡδονὴν ἄλογον, καθάπερ νῦν, εἶναι δοκεῖ χρήσιμος, ἀλλ' ἐπὶ τὴν γεγονυῖαν ἐν ἡμῖν ἀνάρμοστον ψυχῆς περίοδον εἰς κατακόσμησιν καὶ ξυμφωνίαν ἑαυτῇ ξύμμαχος ὑπὸ Μουσῶν δέδοται· καὶ ῥυθμὸς αὖ διὰ τὴν ἄμετρον ἐν ἡμῖν καὶ χαρίτων ἐπιδεᾶ γιγνομένην ἐν τοῖς πλείστοις ἕξιν ἐπίκουρος ἐπὶ ταῦτα ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἐδόθη. Cf. *Iamblich.* vit. Pythagor. 65. p. 51. et *Procl.* Hymn. in Sol. v. 19 sq. (Antholog. graec. T. III. p. 148.).

ἡ δὴ κινεῖν. *Κινεῖν* est commovere, excitare (ad cantum et saltationem). Χορηγεῖν ἡμῖν (Cod. Voss. ἡμῶν; tunc χορηγεῖν esset i. q. χορηγοὺς εἶναι, ut Theaet. 179. D: οἱ γὰρ τοῦ Ἡρα-

κλείτου ἑταῖροι χορηγοῦσι τούτου τοῦ λόγου μάλα ἐῤῥωμένως. Sed rectius habet ἡμῖν, dativus commodi): deos nobis choros ducere, choros nostros regere (vid. II. 9. 665. A.); hoc est enim χορηγεῖν, eaque antiquissima huius verbi significatio, vid. *Demetrius Byzant.* ap. Athen. XIV, 8. p. 633. B. Cf. *Hemsterh.* ad Aristophan. Plut. p. 332. et ad Polluc. IX, 41. p. 1005. Quid Atticis fuerit χορηγεῖν, docuerunt prae aliis *Spanhem.* ad Callimach. p. 363 et *Wolf.* ad Demosth. Leptin. Prolegom. p. LXXXIX. — Mox ἀλλήλους, quod ad ἡμῖν spectat, est *nos invicem*, ut *Ficinus* vertit: chorumque *nobis* ducere, cantibus et saltationibus *nos invicem* copulantes. Cod. Voss. ἀλλήλοις, quod *Böckhio* p. 130., ita explicanti: ἀλλήλοις sc. ἡμᾶς, unice aptum videbatur sensum fundere; sed ξυνείρειν cum simplice accusativo construi solet.

P. 51. χορούς τε ὠνομακέναι: et chori nomine a laetitia ducto eas (saltationes) nuncupasse (deos). Verbis ὀνομάζειν, καλεῖν, προσερεῖν, al. apponitur ὄνομα, ut Sophist. 224. B: Οὐκοῦν καὶ τὸν μαθήματα ξυνωνούμενον — ταὐτὸν προσερεῖς ὄνομα. IV, 5. p. 713. A. Hinc τοῦτο καλεῖσθαι, ita vocari, vid. ad Phaedr. p. 258. Cf. *Xenoph.* Memor. Socrat. II, 2. 1. Oecon. VII, 3. al. *Heindorf.* ad Cratyl. init. Ceterum in τὸ — ὄνομα articulus noti quid et soliti indicat: noto illo chori nomine saltationes nuncupasse, quod, a χαρά ductum, nativum fere saltationis nomen est. De hac articuli potestate vid. ad Phaedr. p. 221. Ceterum idem vocis χορός etymon profert Etymol. Magn. h. v.

CAP. II.

τὸ ξύνολον. *Ficinus* vertit: „chorea vero omnis tripudium *simul* est et concentus." *Cornarius*: „chorea vero, saltatio et cantilena, hoc totum *simul* est." Τὸ ξύνολον autem, adverbialiter positum, est *in genere*: chorea in genere est saltatio et cantus, h. e., saltatio et cantus choreae sunt species, s. chorea constat e saltatione et cantu. Sic II, 9. 665. A: χορεία δὲ τὸ ξυναμφότερον (rhythmus et harmonia) κληθείη. — Mox Cod. Voss. ἔστιν ἀναγκαῖον. Deinde καλῶς refertur ad ᾄδειν τε καὶ ὀρχεῖσθαι.

πότερον εἰ καὶ καλὰ ᾄδει. Sic Cod. Voss. Vulgo εἰ abest, quo sensus mancus est, et post ὀρχεῖται commate interpungitur, quasi προσθῶμεν cum verbis καὶ καλὰ ᾄδει καὶ καλὰ ὀρχεῖται coniungi possit. Sed προσθῶμεν (int. τοῦτο) per se poni amat;

quocirca etiam in responsione absolute sequitur *Προσθῶμεν;* vid. ad Polit. I, 8. Sensus est: num dicimus, *pulcre* quempiam canere et saltare (tunc), si etiam pulcra canat et saltet? Hoc addamus necne? *Ficinus* προσθῶμεν cum praegressis videtur coniunxisse vertens: cum bene cantare et bene saltare quempiam dicimus, utrum, etiam bona cantare et bona saltare, addendum est annon?

τὴν χορείαν. Sic Cod. Voss. et *Ficinus*: „melius choream musicamque tenebit." Id, quod vulgo legitur, χορηγίαν, in hunc locum non quadrat; quocirca *Stephanus* lectionem χορείαν, quam memorat in marg., recte pro genuina habuit. Ante v. βέλτιον vero intellige particulam *nempe* s. *scilicet*. Deinde ἢ ante ὃς ἂν expunximus, ut quod sententiarum nexum turbet. Atheniensis enim quum quaesivisset, num pulcre canere et saltare dicamus hunc, qui etiam pulcra canat et saltet, et Clinias hoc affirmasset, subiicit, pulcra canere et saltatione exhibere etiam eum posse, qui sensu pulcri et turpis ita careat, ut neque illo gaudeat neque hoc fugiat; idcirco internum ac vivum (quem moralem diceremus) pulcri ac turpis sensum ab externa pulcrum exhibendi facultate distinguendum esse. Igitur quaerit: quid vero, si quis res ita exhibet, ut eas cogitat, ita ut pulchrum exprimat, quod pro pulcro habeat (τὸ διανοηθὲν εἶναι καλὸν — ὑπηρετεῖν). Duo itaque sibi opponuntur, alter, qui omnia bene exhibere potest, sed pulcri et turpis sensum non habet, alter, qui, etsi pulcrum voce et corporis motu non satis exprimere possit, acri tamen pulcri et turpis sensu praeditus est; verba ὃς ἂν — καλά priorem describunt, ἢ κεῖνος — καλά posteriorem; unde patet, ἢ ante ὃς ἂν locum habere non posse. Τὸ διανοηθὲν εἶναι καλόν est: quod ut pulcrum mente complexus est s. cogitatione finxit. Ὑπηρετεῖν, ministrare, praebere (i. e. ostendere), est exhibere, repraesentare, et κατορθοῦν, recte facere, h. l. recte s. bene exhibere atque exprimere. Διανοεῖσθαι significat facultatem aliquid mente fingendi, ut in praegressis τὸ διανοηθὲν εἶναι καλόν. Igitur homo describitur, cuius exhibendi aliquid et cogitatione fingendi facultas (nos diceremus: das Darstellungs- und Vorstellungsvermögen) non tam bene exculta est, quam sensus pulcri et turpis, qui quidem summus institutionis musicae finis est.

P. 52. οὐδ' εἴ τις. Sic Cod. Voss. et *Ficinus*: „si qua disciplinae conservatio est." Vulgo ἥτις — παιδείας ἐστί. Paulo

ante ex eodem libro *τε καί* pro simplice *καὶ* recepimus. Pro *ἡμῖν αὖ* idem habet *ὑμῖν αὖ*, male; et deinde *Τί δαὶ δή*.

καθάπερ κυσὶν ἰχνευούσαις. Sic Parmenid. 128. C: *καίτοι, ὥσπερ γε αἱ Λάκαιναι σκύλακες, εὖ μεταθεῖς τε καὶ ἰχνεύεις τὰ λεχθέντα*. Cf. *Sophocl.* Ai. v. 8. *Ἰχνεύειν*, investigare, proprie de canibus (v. *Xenophont.* Cyneg. III, 4. 4. et aliis locis innumeris), ad eos transfertur, qui omnino aliquid quaerunt, praecipue vero, qui oratione aliquid invenire student, ut Polit. III, 12. Politic. 263. B. al. Simile est *κατ' ἴχνος ζητεῖν* libr. XII, 5. p. 951. B. Pariter in verbis *διαφυγόντα οἰχήσεται* imago a venatione (hinc *θηρεύειν*, Latin. *venari*, vid. *Heusd.* Specim. crit. in Plat. p. 88. et *Boissonad.* ad Philostrat. p. 418.) sumta est; cf. Polit. IV, 9. p. 432. B. ubi v. not.

ἐχομένης. Sic *Stephanus* praeclare vulgatum *ἐρχομένης* correxit. *Ἔχεσθαι ἐν πόνοις, ξυμφοραῖς*, al. satis frequens est; vid. *Heindorf.* ad Gorg. p. 260.

Καὶ πῶς cet. In Ald. haec Atheniensi tribuuntur, et sequentia *Καλῶς γε* cet. Cliniae, male.

ἀλλ' ἐν γὰρ μουσικῇ cet. Post *μέν* exspectabas *δέ*, hoc fere modo: *χρώματα δὲ οὔ*. Quocirca *Böckhius* p. 131. excidisse opinabatur haec verba: *χρώματα δὲ οὐκ ἔνεστι*. Sed propter interposita: *περὶ ῥυθμὸν — τῆς μουσικῆς* omissa sunt, quae praegressis respondere debebant, et pro *χρώματα δὲ οὐκ ἔνεστι* positum est: *εὔχρων δὲ μέλος* cet., duobus orationis membris in unum coarctatis. Plenius enim ita scribi debebat: *ἀλλ' ἐν γὰρ μουσικῇ καὶ σχήματα μὲν καὶ μέλη ἔνεστι, ὥστε εὔρυθμον καὶ εὐάρμοστον ὀρθῶς φθέγγεσθαι, χρώματα δὲ οὐκ ἔνεστι, ὥστε εὔχρων μέλος ἢ σχῆμα οὐκ ἔστιν ἀπεικάσαντα ὀρθῶς φθέγγεσθαι*. Ceterum e cod. Voss. *εὔχρων* pro *εὔχρουν* recepimus, *Böckhio* etiam suasore. Sic Charm. 168. D. *ἄχρων*. *Χρῶμα* enim modulationis erat genus, idque, ut *Macrobius* in Somn. Scip. II, 4. p. 135. Bip. dicit, mollitie infame; vid. interpp. ad Athen. XIV p. 483. T. VII. Schweigh et de coloribus in musica *Böckh.* in Stud. T. III. N. I. p. 64 sq. et in Heindorf. not. ad Sophist. p. 368. — *οὐκ ἔστιν* coniunge cum *ὀρθῶς φθέγγεσθαι*: cantus vel gestus recte dici nequit bene coloratus, ita ut imagine (a pictura sumta) vel similitudine utaris (in *ἀπεικάσαντα* latet persona indefinita, man), qua chori magistri utuntur. *Χοροδιδάσκαλος* dicebatur, qui, quos in chorum recepisset, docebat, quomodo canere et saltare deberent, iisque

cantu saltuque praeibat. Vid. *Casaubon.* ad Athen. p. 414: *Cuper.* Observatt. I, 1. — Comma, quod libri editi ante ἀπεικάσαντα habent, post h. v. retraxi.

τὸ δὲ τοῦ δειλοῦ — μέλος. Haec, quum τὰ μὲν — τὰ δὲ sequatur, absolute quasi posita sunt: quod vero ad ignavi et fortis gestum vel cantum attinet. Mox ἵνα δὴ pro ἵνα δὲ e cod. Voss. recepi, et colon, quod post ἔστω vulgo comparet, delevi; verba enim ἅπαντα ἁπλῶς ἔστω pertinent ad καλά et τοὐναντίον ἅπαν (i. e., αἰσχρά). Sic etiam *Ficinus* vertit: „omnes simpliciter virtuti animi vel corporis aut virtutis imagini adhaerentes figurae atque concentus honesti, contrarii vero turpes."

P. 53. Ἔτι δὲ τόδε, int. ἴδωμεν s. σκοπῶμεν. Sic Sophist. 262. E: ἔτι δὲ (vulgo δὴ) σμικρὸν τόδε. Legg. IV, 7. p. 715. E: Τί δὴ τὸ μετὰ ταῦτα; *Xenoph.* Hellen. VII, 1. 4: Ἔτι δὲ καὶ τόδε· οὐδαμόθεν cet.

Τί ποτ' ἂν οὖν λέγωμεν cet. Pro λέγωμεν, quod libri omnes habent, legendum est λέγομεν; ἂν enim ad Τί ποτ' εἶναι referendum, et λέγομεν est: sentimus, putamus; vid. ad I, 3. et 10. Pro ἡμᾶς Bas. 1. et 2. ἡμεῖς vitiose. Sensus est: iam quid illud esse putamus, quod ita in errorem nos inducat, ut diverse hac de re sentiamus (ut non omnes omnibus choreis pariter delectemur)? Utrum discrepantia illa in pulcri ipsius diversitate nititur, an in variis nostris de pulcro iudiciis? — Pro τὰ μὲν ταυτὰ Cod. Voss. τὰ μὲν αὐτά. — Exempla, quae deinde profert, ostendunt, pulcra per se non discrepantia, sed semper et apud omnes eadem esse; nemo v. c. pravitatem pro honestate, igitur saltationes mores improbos exhibentes pro honestis ac pulcris habebit.

ἐναντία. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἐναντία. Mox ad v. τὴν ἡδονὴν ταῖς ψυχαῖς πορίζουσαν cf. Tim. p. 47. D. loco supra prolato. Ceterum τὴν ad δύναμιν trahendum est: τὴν δύναμιν πορίζουσαν ταῖς ψυχαῖς ἡδονήν. Simile est illud Phaedonis p. 105. D: Τὸ δὲ δίκαιον μὴ δεχόμενον, ubi τὸ ad δεχόμενον referri oportet.

CAP. III.

Ἐπειδὴ μιμήματα cet. Locus explicatu perdifficilis hanc, ni fallor, interpretationem requirit: quum chorea imita-

tio sit morum, ut quae versetur in variis actionibus, fortunis ac moribus omniaque imitando persequatur s. exhibeat, is, cui dicta vel cantata et saltatione expressa natura sive consuetudine conveniunt, illa pro pulchris habeat iisque laetetur necesse est. *Γιγνόμενα* refero ad *τὰ περὶ τὰς χορείας* (i. e. *ἡ χορεία*, vid. ad I, 8; quae saltationem et cantum complectitur, vid. c. 2.).; et *γίγνεσθαι ἐν τινί* est versari s. occupatum esse in aliqua re (vid. ad I, 8.). Itaque verbis *ἐν πράξεσι παντοίαις καὶ τύχαις καὶ ἤθεσι* materia, quam dicimus, s. obiectum choreae declaratur, verbis autem *μιμήμασιν ἑκάστων* (i. e., *τῷ μιμεῖσθαι ἕκαστα*) *διεξιόντων* (int. *αὐτά*) ratio illas res exhibendi significatur, eaque est haec; ut singula (*ἕκαστα*) imitando persequatur chorea s. rem non in universum, sed per partes exhibeat (quod nos vocamus *die individuelle Darstellung*). De verbis *μιμεῖσθαι, μίμημα, μίμησις*, al v. *Morgenstern.* de Platon. republ. p. 246. Genitivus *διεξιόντων*, praegresso *γιγνόμενα*, offendere non debet; haud raro enim fit, ut genitivus participii vel genitivi, qui dicuntur, consequentiae et recta oratio se invicem excipiant. Sic *Thucyd.* VII, 47: *τῆς τε ὥρας τοῦ ἐνιαυτοῦ ταύτης οὔσης, ἐν ᾗ ἀσθενοῦσιν ἄνθρωποι μάλιστα, καὶ τὸ χωρίον ἅμα ἑλῶδες καὶ χαλεπὸν ἦν.* Cf. VIII, 78. Vid. *Dorvill.* ad Charit. p. 308. 354. Similiter V, 6. p. 734. C. genitivi excipiunt nominativos, et libr. XII, 13. p. 967. A. genitivus participii excipit accusativum: *καθεωρακότας, ὡς οἷόν τε, γιγνόμενα ἀνάγκαις πράγματ', ἀλλ' οὐ διανοίαις βουλήσεως ἀγαθῶν πέρι τελουμένων.* — Pro *ἑκάστων* orunt fortasse, qui scriptum malint *ἕκαστον*; sed eo non opus est, quum e praegressis facili negotio *αὐτά* s. *ταῦτα* supplere possimus. Reliquum est, ut, quomodo alii hunc locum ceperint, commemoremus. Et *Ficinus* quidem ita vertit: „quoniam in chorea variorum morum variarumque rerum variis in fortunis moribusque gestarum imitationes fiunt" cet.; ex quo perspicitur, ipsum *γιγνόμενα* non ad *τὰ περὶ τὰς χορείας* traxisse, sed ad *διεξιόντων*, ita ut *γιγνόμενα* sint res variis in actionibus ac fortunis gestae. Sic *Böckhius* quoque p. 152. *γιγνόμενα* intellexit. *Cornarius* vero vertens: „quandoquidem morum imitamenta sunt ea, quae circa choreas fiunt, in omnis generis actionibus et fortunis et moribus et imitationibus prout quisque exprimit" *γιγνόμενα* praetermisit, sicuti *Serranus*, qui postrema ita reddidit: „singulis hominibus ea quasi percurrentibus, quibus quae apta aut dicta fuerint et ad concentum aptata, aut ad choream alio quodam modo, natura videlicet aut consuetudine, aut utroque conformata." Pro *μιμήμασι*

Schulthessius in translatione vernacula (T. I. p. 423.) legi malebat σχήμασι; sed hoc in solam quadraret saltationem, nostro autem loco de cantu et saltatione in chorea coniunctis agitur. *Böckhius* l. l. παθήμασι corrigebat; sed παθήματα iam significata sunt voce τύχαις, quocirca in *Aristotelis* loco a Böckhio citato Poetic. c. 1., ubi τύχαι praetermissae sunt, πάθη memorantur: καὶ γὰρ οὗτοι (οἱ ὀρχησταὶ) διὰ τῶν σχηματιζομένων ῥυθμῶν μιμοῦνται καὶ ἤθη καὶ πάθη καὶ πράξεις. Iam si nostra ratione locum intellexeris, is sensus emergit, quem orationis cohaerentia requirit, nihilque obscuri relinquitur, unico forsitan διεξιόντων excepto, quum genitivus videri possit propter ἑκάστων male intellectum a librariis inculcatus esse (ἑκάστων enim non ad μιμήμασι, sed ad verbum referebant, sicuti *Cornarius* vertit: prout quisque exprimit); et sane τὰ περὶ τὰς χορείας — γιγνόμενα καὶ διεξιόντα orationem redderet clariorem; attamen, quum genitivus (διεξιόντων) post alios casus illatus haud abhorreat a graeci sermonis consuetudine, ut exempla a nobis prolata ostendunt, nihil causae est, cur διεξιόντων extermines; certe sine librorum bonorum auctoritate et consensu illud mutare, temerarii fore existimamus.

πρὸς τρόπον, convenienter (dicta), i. e., convenientia, congrua. Sic Phaedr. p. 253. D: τόν τε οὖν ἔρωτα τῶν καλῶν πρὸς τρόπου ἐκλέγεται ἕκαστος. Alias est simpliciter: commode, recte, ut IX, 4. 857. E: ἆρ' οὖν οὐ καὶ τοῦτ' ἂν πρὸς τρόπον λέγειν φαίνοιτο; Polit. V, 16: ὅρα δὴ καὶ εἰ τόδε πρὸς τρόπου λέγω. al. Post χορευθέντα *Böckhius* verbum desiderabat; quocirca scribi volebat: χορευθέντα ᾖ, κατὰ φύσιν; sed verbo illo substantivo, quod centies omitti constat, carere possumus, et ἢ illud ante φύσιν *Ficinus* tuetur, qui vertit: „quibus illa, quae dicuntur aut decantantur aut sub specie saltationis exprimuntur, *vel* natura vel consuetudine vel utrisque probantur atque animo eorum conveniunt." In sequentibus ante παρὰ φύσιν recte abest ἤ, quia παρὰ φύσιν ipsum praedicatum s. obiectum est, quum priore loco κατὰ φύσιν — ἔθος al. praedicato apposita sint. Deinde ad αἰσχρά τε προσαγορεύειν e praegresso petendum est ἀναγκαῖον.

P. 54. οὗτοι δή. Sic *Stephanus* de coniectura pro δέ scripsit, quod *Böckhius* reprobabat, δέ apodosin indicare existimans; sed non vera apodosis adest; namque praegressa οἷς δ' ἂν cet. nihil sunt nisi pronominis οὗτοι expositio, apodosis vero diversi quid ponit a protasi. Mox κινεῖσθαι τὰ τοιαῦτα, se ita

movere, h. e., corporis motione s. saltatione talia exhibere s. repraesentare.

Μῶν οὖν τι. De μῶν οὖν vid. ad I, 1. De τί, *Stephanus* adnotat a quibusdam vett. abesse, quod probat, *Böckhius* vero pro τί scribi iubebat δή. Sed retineri potest τί; nam quum τι (i. e., forte, etwa) particulis εἰ, μή, al. subiici soleat, non video, quid impediat, quominus etiam particulae μῶν, quae ex μή et οὖν conflata est, recte iungatur. Vid. ad X, 2. *Ἔσθ' ἥντινα* ita dictum est, ut ἔστιν ὅς, al. interponi solet, velut c. 8. p. 663. D: *Νομοθέτης δὲ — ἔστιν ὅ τι τούτου ψεῦδος λυσιτελέστερον ἂν ἐψεύσατό ποτε.* Phaedon. p. 255: ὥσπερ καὶ τἄλλα ἔστιν ὅτε καὶ οἷς βέλτιον τεθνάναι ἢ ζῆν. Alcibiad. II. c. 6: εἴ γε μὴ προσθείημεν τὴν ἔστιν ὧν τε ἄγνοιαν καὶ ἔστιν οἷς καὶ ἔχουσί πως ἀγαθόν, ὥσπερ ἐκείνοις κακόν. Cf. *Xenophont.* Cyrop. III, 3. 13. *Viger.* de idiotism. p. 234. *Fischer.* ad Weller. T. I. p. 343. et *Matthiae* Gramm. graec. p. 667. Mox participia *τῷ χαίροντι* et *ἀποδεχομένοις* pro infinitivis posita sunt (vid. ad I, 11). Scilicet oratio e duabus conflata est: μῶν οὖν τι βλάβην φέρει τὸ χαίρειν πονηρίας ἢ σχήμασιν ἢ μέλεσι τῷ χαίροντι αὐτοῖς; — Deinde pro αὐτοῖς e cod. Voss. recepimus *αὖ τοῖς*; idem iam *Stephanus* coniecerat. — *πρὸς τἀναντία* est i. q. τοὐναντίον s. ἐναντίως; πρός enim adverbii inservit circumlocutioni, v. *Fischer.* ad Weller. T. III. P. II. p. 262 sq.

ψέγῃ δέ. Hoc alterum δέ oppositum est priori χαίρῃ δὲ ἀποδεχόμενος, quasi dictum sit χαίρῃ μὲν ἀποδεχόμενος. Pro αὑτοῦ (libri veteres αὐτοῦ) erunt fortasse, qui legi malint αὐτῶν, ut *Ficinus* videtur legisse vertens: „et tamen ioci loco vituperat quasi per somnum ipse in se eorum percipiens pravitatem." Sed, ni fallor, ita capienda sunt haec verba: et vituperet suam ipse protervitatem (sc. quod cum hominibus illis pravis consuescat eorumque protervitate delectetur), quasi per iocum illorum pravitatem pro sua habens, iocose sibi ipse eam tribuens. *Ὀνειρώττει* enim, qui, quod ipsi videtur, pro vero habet, et omnino qui res confundit. Polit. V, 20: τὸ ὀνειρώττειν ἆρα οὐ τόδε ἐστίν, ἐάν τ' ἐν ὕπνῳ τις ἐάν τε ἐγρηγορὼς τὸ ὅμοιόν τῳ μὴ ὅμοιον, ἀλλ' αὐτὸ ἡγῆται εἶναι, ᾧ ἔοικεν; — Pro *δήπου* Ald. Lov. Bas. 1. et 2. δή που. *Ficinus*: tunc quippe necesse est cet.

Ὅπου δή. Sic Cod. Voss. Vulgo δέ. Mox Ald. παιδείαν τε καὶ παιδιάν, et Bas. 1. 2. τέρπει, vitiose. Accusativi τὴν —

tiis captare (alludere, adblandiri, v. *Westerhov.* ad Terent. Eunuch. III, 1. 35. et *Gebhard.* Crepund. III, 2. Hinc de canibus ap. *Dion. Chrysost.* VIII. p. 132. C. IX. p. 139. B.), est iocari, ut X, 1. p. 885. C: *ἃ τῷ καταφρονεῖν ἡμῶν προσπαίζοντας αὐτοὺς λέγειν μαντεύομαι.*

οἷς δὴ ῥυθμός. *Οἷς* proprie respicit verba *τῶν ἐν ταῖς κινήσεσι τάξεων*, quocirca *αἷς* scribendum erat, quod *Böckhius* reponi iubebat; sed interpositis *οὐδὲ ἀταξιῶν* obscurata quodammodo est verborum sequentium ratio ad praegressa, ita ut neutrum poneretur pro feminino, vid. ad I, 14. Ceterum *ῥυθμός*, numerus, ut constat, ad corporis *κινήσεις* s. *σχῆμα* pertinet, *ἁρμονία* vero, concentus, ad vocis *κινήσεις* s. *μέλος*. Cf. II, 9. p. 665. A. et Polit. III, 10. ubi v. not.

ἔνρυθμον. Bas. 1. et 2. *εὔρυθμον*, quod *Stephanus* in Thesaur. gr. ling. T. III. p. 725. H. reponendum esse censebat, sine causa. Primum enim *εὔρυθμος* solet usurpari, si *ἄῤῥυθμος* opponitur (ut Polit. III, 11: *ἀλλὰ μὴν τὸ εὔρυθμόν τε καὶ ἄῤῥυθμον*; sic et *τὸ εὐάρμοστον* et *τὸ ἀνάρμοστον* sibi opponuntur) vel *εὐάρμοστον* subiicitur (ut II, 2. 655. A. c. 11. p. 670. B. al.); et hoc loco simpliciter de rhythmo agitur, non de *εὐρύθμῳ* vel *ἀῤῥύθμῳ* quaeritur. Deinde vox *ἐναρμόνιος* flagitat *ἔνρυθμον* s. *ἐῤῥυθμον*, ut ap. Procl. in Polit. p. 367: *πάντα δὲ ἀπὸ τῶν ψυχῶν ἀρξάμενα ποιήματά ἐστιν Ἀπόλλωνος ἐναρμόνια καὶ ἔῤῥυθμα.* Vox ipsa *ἔνρυθμος* vel *ἔῤῥυθμος* satis probae notae est; sic enim *Diogen. Laert.* VII, 60: *ποίημα δέ ἐστι λέξις ἔμμετρος ἢ ἔνρυθμος.* *Athen.* XIV. p. 287. 288. 308. Vid. *Böckh.* p. 129 sq. et *Schweighaeus.* ad Athen. T. VII. p. 439. Ceterum huc in primis facit locus Timaei p. 47. D: *ἡ δὲ ἁρμονία, ξυγγενεῖς ἔχουσα φορὰς ταῖς ἐν ἡμῖν τῆς ψυχῆς περιόδοις, τῷ μετὰ νοῦ προσχρωμένῳ Μούσαις οὐκ ἐφ' ἡδονὴν ἄλογον, καθάπερ νῦν, εἶναι δοκεῖ χρήσιμος, ἀλλ' ἐπὶ τὴν γεγονυῖαν ἐν ἡμῖν ἀνάρμοστον ψυχῆς περίοδον εἰς κατακόσμησιν καὶ ξυμφωνίαν ἑαυτῇ ξύμμαχος ὑπὸ Μουσῶν δέδοται· καὶ ῥυθμὸς αὖ διὰ τὴν ἄμετρον ἐν ἡμῖν καὶ χαρίτων ἐπιδεᾶ γιγνομένην ἐν τοῖς πλείστοις ἕξιν ἐπίκουρος ἐπὶ ταῦτα ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἐδόθη.* Cf. *Iamblich.* vit. Pythagor. 65. p. 51. et *Procl.* Hymn. in Sol. v. 19 sq. (Antholog. graec. T. III. p. 148.).

ἢ δὴ κινεῖν. *Κινεῖν* est commovere, excitare (ad cantum et saltationem). *Χορηγεῖν ἡμῖν* (Cod. Voss. *ἡμῶν*; tunc *χορηγεῖν* esset i. q. *χορηγοὺς εἶναι*, ut Theaet. 179. D: *οἱ γὰρ τοῦ Ἡρα-*

κλείτου ἑταῖροι χορηγοῦσι τούτου τοῦ λόγου μάλα ἐῤῥωμένως. Sed rectius habet ἡμῖν, dativus commodi): deos nobis choros ducere, choros nostros regere (vid. II. 9. 665. A.); hoc est enim χορηγεῖν, eaque antiquissima huius verbi significatio, vid. *Demetrius Byzant.* ap. Athen. XIV, 8. p. 633. B. Cf. *Hemsterh.* ad Aristophan. Plut. p. 332. et ad Polluc. IX, 41. p. 1005. Quid Atticis fuerit χορηγεῖν, docuerunt prae aliis *Spanhem.* ad Callimach. p. 363 et *Wolf.* ad Demosth. Leptin. Prolegom. p. LXXXIX. — Mox ἀλλήλους, quod ad ἡμῖν spectat, est *nos invicem*, ut *Ficinus* vertit: chorumque *nobis* ducere, cantibus et saltationibus *nos invicem* copulantes. Cod. Voss. ἀλλήλοις, quod *Böckhio* p. 130., ita explicanti: ἀλλήλοις sc. ἡμᾶς, unice aptum videbatur sensum fundere; sed ξυνείρειν cum simplice accusativo construi solet.

P. 51. *χορούς τε ὠνομακέναι:* et chori nomine a laetitia ducto eas (saltationes) nuncupasse (deos). Verbis ὀνομάζειν, καλεῖν, προσερεῖν, al. apponitur ὄνομα, ut Sophist. 224. B: Οὐκοῦν καὶ τὸν μαθήματα ξυνωνούμενον — ταὐτὸν προσερεῖς ὄνομα. IV, 5. p. 713. A. Hinc τοῦτο καλεῖσθαι, ita vocari, vid. ad Phaedr. p. 258. Cf. *Xenoph.* Memor. Socrat. II, 2. 1. Oecon. VII, 3. al. *Heindorf.* ad Cratyl. init. Ceterum in τὸ — ὄνομα articulus noti quid et soliti indicat: noto illo chori nomine saltationes nuncupasse, quod, a χαρά ductum, nativum fere saltationis nomen est. De hac articuli potestate vid. ad Phaedr. p. 221. Ceterum idem vocis χορός etymon profert Etymol. Magn. h. v.

CAP. II.

τὸ ξύνολον. *Ficinus* vertit: „chorea vero omnis tripudium *simul* est et concentus.“ *Cornarius:* „chorea vero, saltatio et cantilena, hoc totum *simul* est.“ Τὸ ξύνολον autem, adverbialiter positum, est *in genere:* chorea in genere est saltatio et cantus, h. e., saltatio et cantus choreae sunt species, s. chorea constat e saltatione et cantu. Sic II, 9. 665. A: χορεία δὲ τὸ ξυναμφότερον (rhythmus et harmonia) κληθείη. — Mox Cod. Voss. ἐστιν ἀναγκαῖον. Deinde καλῶς refertur ad ᾄδειν τε καὶ ὀρχεῖσθαι.

πότερον εἰ καὶ καλὰ ᾄδει. Sic Cod. Voss. Vulgo εἰ abest, quo sensus mancus est, et post ὀρχεῖται commate interpungitur, quasi προσθῶμεν cum verbis καὶ καλὰ ᾄδει καὶ καλὰ ὀρχεῖται coniungi possit. Sed προσθῶμεν (int. τοῦτο) per se poni amat;

quocirca etiam in responsione absolute sequitur Προσθῶμεν; vid. ad Polit. I, 8. Sensus est: num dicimus, *pulcre* quempiam canere et saltare (tunc), si etiam pulcra canat et saltet? Hoc addamus necne? *Ficinus* προσθῶμεν cum praegressis videtur coniunxisse vertens: cum bene cantare et bene saltare quempiam dicimus, utrum, etiam bona cantare et bona saltare, addendum est annon?

τὴν χορείαν. Sic Cod. Voss. et *Ficinus*: „melius choream musicamque tenebit." Id, quod vulgo legitur, χορηγίαν, in hunc locum non quadrat; quocirca *Stephanus* lectionem χορείαν, quam memorat in marg., recte pro genuina habuit. Ante v. βέλτιον vero intellige particulam *nempe* s. *scilicet.* Deinde ἢ ante ὃς ἂν expunximus, ut quod sententiarum nexum turbet. Atheniensis enim quum quaesivisset, num pulcre canere et saltare dicamus hunc, qui etiam pulcra canat et saltet, et Clinias hoc affirmasset, subiicit, pulcra canere et saltatione exhibere etiam eum posse, qui sensu pulcri et turpis ita careat, ut neque illo gaudeat neque hoc fugiat; idcirco internum ac vivum (quem moralem diceremus) pulcri ac turpis sensum ab externa pulcrum exhibendi facultate distinguendum esse. Igitur quaerit: quid vero, si quis res ita exhibet, ut eas cogitat, ita ut pulchrum exprimat, quod pro pulcro habeat (τὸ διανοηθὲν εἶναι καλὸν — ὑπηρετεῖν). Duo itaque sibi opponuntur, alter, qui omnia bene exhibere potest, sed pulcri et turpis sensum non habet, alter, qui, etsi pulcrum voce et corporis motu non satis exprimere possit, acri tamen pulcri et turpis sensu praeditus est; verba ὃς ἂν — καλά priorem describunt, ἢ κεῖνος — καλά posteriorem; unde patet, ἢ ante ὃς ἂν locum habere non posse. Τὸ διανοηθὲν εἶναι καλόν est: quod ut pulcrum mente complexus est s. cogitatione finxit. Ὑπηρετεῖν, ministrare, praebere (i. e. ostendere), est exhibere, repraesentare, et κατορθοῦν, recte facere, h. l. recte s. bene exhibere atque exprimere. Διανοεῖσθαι significat facultatem aliquid mente fingendi, ut in praegressis τὸ διανοηθὲν εἶναι καλόν. Igitur homo describitur, cuius exhibendi aliquid et cogitatione fingendi facultas (nos diceremus: das Darstellungs- und Vorstellungsvermögen) non tam bene exculta est, quam sensus pulcri et turpis, qui quidem summus institutionis musicae finis est.

P. 52. οὐδ' εἴ τις. Sic Cod. Voss. et *Ficinus*: „si qua disciplinae conservatio est." Vulgo ἥτις — παιδείας ἐστί. Paulo

ante ex eodem libro *τε καί* pro simplice *καὶ* recepimus. Pro *ἡμῖν αὖ* idem habet *ὑμῖν αὖ*, male; et deinde *Τί δαὶ δή*.

καθάπερ κυσὶν ἰχνευούσαις. Sic Parmenid. 128. C: *καίτοι, ὥσπερ γε αἱ Λάκαιναι σκύλακες, εὖ μεταθεῖς τε καὶ ἰχνεύεις τὰ λεχθέντα*. Cf. *Sophocl.* Ai. v. 8. *Ἰχνεύειν*, investigare, proprie de canibus (v. *Xenophont.* Cyneg. III, 4. 4. et aliis locis innumeris), ad eos transfertur, qui omnino aliquid quaerunt, praecipue vero, qui oratione aliquid invenire student, ut Polit. III, 12. Politic. 263. B. al. Simile est *κατ' ἴχνος ζητεῖν* libr. XII, 5. p. 951. B. Pariter in verbis *διαφυγόντα οἰχήσεται* imago a venatione (hinc *θηρεύειν*, Latin. *venari*, vid. *Heusd.* Specim. crit. in Plat. p. 88. et *Boissonad.* ad Philostrat. p. 418.) sumta est; cf. Polit. IV, 9. p. 432. B. ubi v. not.

ἐχομένης. Sic *Stephanus* praeclare vulgatum *ἐρχομένης* correxit. *Ἔχεσθαι ἐν πόνοις, ξυμφοραῖς*, al. satis frequens est; vid. *Heindorf.* ad Gorg. p. 260.

Καὶ πῶς cet. In Ald. haec Atheniensi tribuuntur, et sequentia *Καλῶς γε* cet. Cliniae, male.

ἀλλ' ἐν γὰρ μουσικῇ cet. Post *μέν* exspectabas *δέ*, hoc fere modo: *χρώματα δὲ οὔ*. Quocirca *Böckhius* p. 131. excidisse opinabatur haec verba: *χρώματα δὲ οὐκ ἔνεστι*. Sed propter interposita: *περὶ ῥυθμὸν — τῆς μουσικῆς* omissa sunt, quae praegressis respondere debebant, et pro: *χρώματα δὲ οὐκ ἔνεστι* positum est: *εὔχρων δὲ μέλος* cet., duobus orationis membris in unum coarctatis. Plenius enim ita scribi debebat: *ἀλλ' ἐν γὰρ μουσικῇ καὶ σχήματα μὲν καὶ μέλη ἔνεστι, ὥστε εὔρυθμον καὶ εὐάρμοστον ὀρθῶς φθέγγεσθαι, χρώματα δὲ οὐκ ἔνεστι, ὥστε εὔχρων μέλος ἢ σχῆμα οὐκ ἔστιν ἀπεικάσαντα ὀρθῶς φθέγγεσθαι*. Ceterum e cod. Voss. *εὔχρων* pro *εὔχρουν* recepimus, *Böckhio* etiam suasore. Sic Charm. 168. D. *ἄχρων*. *Χρῶμα* enim modulationis erat genus, idque, ut *Macrobius* in Somn. Scip. II, 4. p. 135. Bip. dicit, mollitie infame; vid. interpp. ad Athen. XIV. p. 483. T. VII. Schweigh. et de coloribus in musica *Böckh.* in Stud. T. III. N. I. p. 64 sq. et in Heindorf. not. ad Sophist. p. 368. — *οὐκ ἔστιν* coniunge cum *ὀρθῶς φθέγγεσθαι*: cantus vel gestus recte dici nequit bene coloratus, ita ut imagine (a pictura sumta) vel similitudine utaris (in *ἀπεικάσαντα* latet persona indefinita, man), qua chori magistri utuntur. *Χοροδιδάσκαλος* dicebatur, qui, quos in chorum recepisset, docebat, quomodo canere et saltare deberent, iisque

cantu saltuque praeibat. Vid. *Casaubon.* ad Athen. p. 414. *Cuper.* Observatt. I, 1. — Comma, quod libri editi ante ἀπεικάσαντα habent, post h. v. retraxi.

τὸ δὲ τοῦ δειλοῦ — μέλος. Haec, quum τὰ μὲν — τὰ δὲ sequatur, absolute quasi posita sunt: quod vero ad ignavi et fortis gestum vel cantum attinet. Mox ἵνα δὴ pro ἵνα δὲ e cod. Voss. recepi, et colon, quod post ἔστω vulgo comparet, delevi; verba enim ἅπαντα ἁπλῶς ἔστω pertinent ad καλά et τοὐναντίον ἅπαν (i. e., αἰσχρά). Sic etiam *Ficinus* vertit: „omnes simpliciter virtuti animi vel corporis aut virtutis imagini adhaerentes figurae atque concentus honesti, contrarii vero turpes.“

P. 53. Ἔτι δὲ τόδε, int. ἴδωμεν s. σκοπῶμεν. Sic Sophist. 262. E: ἔτι δὲ (vulgo δὴ) σμικρὸν τόδε. Legg. IV, 7. p. 715. E: Τί δὴ τὸ μετὰ ταῦτα; *Xenoph.* Hellen. VII, 1. 4: Ἔτι δὲ καὶ τόδε· οὐδαμόθεν cet.

Τί ποτ' ἂν οὖν λέγωμεν cet. Pro λέγωμεν, quod libri omnes habent, legendum est λέγομεν; ἂν enim ad Τί ποτ' εἶναι referendum, et λέγομεν est: sentimus, putamus; vid. ad I, 3. et 10. Pro ἡμᾶς Bas. 1. et 2. ἡμεῖς vitiose. Sensus est: iam quid illud esse putamus, quod ita in errorem nos inducat, ut diverse hac de re sentiamus (ut non omnes omnibus choreis pariter delectemur)? Utrum discrepantia illa in pulcri ipsius diversitate nititur, an in variis nostris de pulcro iudiciis? — Pro τὰ μὲν ταὐτὰ Cod. Voss. τὰ μὲν αὐτά. — Exempla, quae deinde profert, ostendunt, pulcra per se non discrepantia, sed semper et apud omnes eadem esse; nemo v. c. pravitatem pro honestate, igitur saltationes mores improbos exhibentes pro honestis ac pulcris habebit.

ἐναντίᾳ. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἐναντία. Mox ad v. τὴν ἡδονὴν ταῖς ψυχαῖς πορίζουσαν cf. Tim. p. 47. D. loco supra prolato. Ceterum τὴν ad δύναμιν trahendum est: τὴν δύναμιν πορίζουσαν ταῖς ψυχαῖς ἡδονήν. Simile est illud Phaedonis p. 105. D: Τὸ δὲ δίκαιον μὴ δεχόμενον, ubi τὸ ad δεχόμενον referri oportet.

CAP. III.

Ἐπειδὴ μιμήματα cet. Locus explicatu perdifficilis hanc, ni fallor, interpretationem requirit: quum chorea imita-

tio sit morum, ut quae versetur in variis actionibus, fortunis ac moribus omniaque imitando persequatur s. exhibeat, is, cui dicta vel cantata et saltatione expressa natura sive consuetudine conveniunt, illa pro pulchris habeat iisque laetetur necesse est. *Γιγνόμενα* refero ad τὰ περὶ τὰς χορείας (i. e. ἡ χορεία, vid. ad I, 8; quae saltationem et cantum complectitur, vid. c. 2.); et γίγνεσθαι ἐν τινί est versari s. occupatum esse in aliqua re (vid. ad I, 8.). Itaque verbis ἐν πράξεσι παντοίαις καὶ τύχαις καὶ ἤθεσι materia, quam dicimus, s. obiectum choreae declaratur, verbis autem μιμήμασιν ἑκάστων (i. e., τῷ μιμεῖσθαι ἕκαστα) διεξιόντων (int. αὐτά) ratio illas res exhibendi significatur, eaque est haec; ut singula (ἕκαστα) imitando persequatur chorea s. rem non in universum, sed per partes exhibeat (quod nos vocamus *die individuelle Darstellung*). De verbis μιμεῖσθαι, μίμημα, μίμησις, al v. *Morgenstern.* de Platon. republ. p. 246. Genitivus διεξιόντων, praegresso γιγνόμενα, offendere non debet; haud raro enim fit, ut genitivus participii vel genitivi, qui dicuntur, consequentiae et recta oratio se invicem excipiant. Sic *Thucyd.* VII, 47: τῆς τε ὥρας τοῦ ἐνιαυτοῦ ταύτης οὔσης, ἐν ᾗ ἀσθενοῦσιν ἄνθρωποι μάλιστα, καὶ τὸ χωρίον ἅμα ἑλῶδες καὶ χαλεπὸν ἦν. Cf. VIII, 78. Vid. *Dorvill.* ad Charit. p. 308. 354. Similiter V, 6. p. 734. C. genitivi excipiunt nominativos, et libr. XII, 13. p. 967. A. genitivus participii excipit accusativum: καθεωρακότας, ὡς οἷόν τε, γιγνόμενα ἀνάγκαις πράγματ', ἀλλ' οὐ διανοίαις βουλήσεως ἀγαθῶν πέρι τελουμένων. — Pro ἑκάστων orunt fortasse, qui scriptum malint ἕκαστον; sed eo non opus est, quum e praegressis facili negotio αὐτά s. ταῦτα supplere possimus. Reliquum est, ut, quomodo alii hunc locum ceperint, commemoremus. Et *Ficinus* quidem ita vertit: „quoniam in chorea variorum morum variarumque rerum variis in fortunis moribusque gestarum imitationes fiunt" cet.; ex quo perspicitur, ipsum γιγνόμενα non ad τὰ περὶ τὰς χορείας traxisse, sed ad διεξιόντων, ita ut γιγνόμενα sint res variis in actionibus ac fortunis gestae. Sic *Böckhius* quoque p. 152. γιγνόμενα intellexit. *Cornarius* vero vertens: „quandoquidem morum imitamenta sunt ea, quae circa choreas fiunt, in omnis generis actionibus et fortunis et moribus et imitationibus prout quisque exprimit" γιγνόμενα praetermisit, sicuti *Serranus*, qui postrema ita reddidit: „singulis hominibus ea quasi percurrentibus, quibus quae apta aut dicta fuerint et ad concentum aptata, aut ad choream alio quodam modo, natura videlicet aut consuetudine, aut utroque conformata." Pro μιμήμασι

Schulthessius in translatione vernacula (T. I. p. 423.) legi malebat σχήμασι; sed hoc in solam quadraret saltationem, nostro autem loco de cantu et saltatione in chorea coniunctis agitur. *Böckhius* l. l. παθήμασι corrigebat; sed παθήματα iam significata sunt voce τύχαις, quocirca in *Aristotelis* loco a Böckhio citato Poetic. c. 1., ubi τύχαι praetermissae sunt, πάθη memorantur: καὶ γὰρ οὗτοι (οἱ ὀρχησταὶ) διὰ τῶν σχηματιζομένων ῥυθμῶν μιμοῦνται καὶ ἤθη καὶ πάθη καὶ πράξεις. Iam si nostra ratione locum intellexeris, is sensus emergit, quem orationis cohaerentia requirit, nihilque obscuri relinquitur, unico forsitan διεξιόντων excepto, quum genitivus videri possit propter ἑκάστων male intellectum a librariis inculcatus esse (ἑκάστων enim non ad μιμήμασι, sed ad verbum referebant, sicuti *Cornarius* vertit: prout quisque exprimit); et sane τὰ περὶ τὰς χορείας — γιγνόμενα καὶ διεξιόντα orationem redderet clariorem; attamen, quum genitivus (διεξιόντων) post alios casus illatus haud abhorreat a graeci sermonis consuetudine, ut exempla a nobis prolata ostendunt, nihil causae est, cur διεξιόντων extermines; certe sine librorum bonorum auctoritate et consensu illud mutare, temerarii fore existimamus.

πρὸς τρόπον, convenienter (dicta), i. e., convenientia, congrua. Sic Phaedr. p. 253. D: τόν τε οὖν ἔρωτα τῶν καλῶν πρὸς τρόπου ἐκλέγεται ἕκαστος. Alias est simpliciter: commode, recte, ut IX, 4. 857. E: ἆρ' οὖν οὐ καὶ τοῦτ' ἂν πρὸς τρόπου λέγειν φαίνοιτο; Polit. V, 16: ὅρα δὴ καὶ εἰ τόδε πρὸς τρόπου λέγω. al. Post χορευθέντα *Böckhius* verbum desiderabat; quocirca scribi volebat: χορευθέντα ᾖ, κατὰ φύσιν; sed verbo illo substantivo, quod centies omitti constat, carere possumus, et ἢ illud ante φύσιν *Ficinus* tuetur, qui vertit: „quibus illa, quae dicuntur aut decantantur aut sub specie saltationis exprimuntur, *vel* natura vel consuetudine vel utrisque probantur atque animo eorum conveniunt." In sequentibus ante παρὰ φύσιν recte abest ἤ, quia παρὰ φύσιν ipsum praedicatum s. obiectum est, quum priore loco κατὰ φύσιν — ἔθος al. praedicato apposita sint. Deinde ad αἰσχρά τε προσαγορεύειν e praegresso petendum est ἀναγκαῖον.

P. 54. οὗτοι δή. Sic *Stephanus* de coniectura pro δέ scripsit, quod *Böckhius* reprobabat, δέ apodosin indicare existimans; sed non vera apodosis adest; namque praegressa οἷς δ' ἂν cet. nihil sunt nisi pronominis οὗτοι expositio, apodosis vero diversi quid ponit a protasi. Mox κινεῖσθαι τὰ τοιαῦτα, se ita

movere, h. e., corporis motione s. saltatione talia exhibere s. repraesentare.

Μῶν οὖν τι. De *μῶν οὖν* vid. ad I, 1. De *τί*, *Stephanus* adnotat a quibusdam vett. abesse, quod probat, *Böckhius* vero pro *τί* scribi iubebat *δή*. Sed retineri potest *τί*; nam quum *τί* (i. e., forte, etwa) particulis *εἰ*, *μή*, al. subiici soleat, non video, quid impediat, quominus etiam particulae *μῶν*, quae ex *μή* et *οὖν* conflata est, recte iungatur. Vid. ad X, 2. *Ἔσθ' ἥντινα* ita dictum est, ut *ἔστιν ὅς*, al. interponi solet, velut c. 8. p. 663. D: *Νομοθέτης δὲ — ἔστιν ὅ τι τούτου ψεῦδος λυσιτελέστερον ἂν ἐψεύσατό ποτε.* Phaedon. p. 255: *ὥσπερ καὶ τἄλλα ἔστιν ὅτε καὶ οἷς βέλτιον τεθνάναι ἢ ζῆν.* Alcibiad. II. c. 6: *εἴ γε μὴ προσθείημεν τὴν ἔστιν ὧν τε ἄγνοιαν καὶ ἔστιν οἷς καὶ ἔχουσί πως ἀγαθόν, ὥσπερ ἐκείνοις κακόν.* Cf. *Xenophont.* Cyrop. III, 3. 13. *Viger.* de idiotism. p. 234. *Fischer.* ad Weller. T. I. p. 343. et *Matthiae* Gramm. graec. p. 667. Mox participia *τῷ χαίροντι* et *ἀποδεχομένοις* pro infinitivis posita sunt (vid. ad I, 11). Scilicet oratio e duabus conflata est: *μῶν οὖν τι βλάβην φέρει τὸ χαίρειν πονηρίας ἢ σχήμασιν ἢ μέλεσι τῷ χαίροντι αὐτοῖς;* — Deinde pro *αὐτοῖς* e cod. Voss. recepimus *αὖ τοῖς*; idem iam *Stephanus* coniecerat. — *πρὸς τἀναντία* est i. q. *τοὐναντίον* s. *ἐναντίως*; *πρός* enim adverbii inservit circumlocutioni, v. *Fischer.* ad Weller. T. III. P. II. p. 262 sq.

ψέγῃ δέ. Hoc alterum *δέ* oppositum est priori *χαίρῃ δὲ ἀποδεχόμενος*, quasi dictum sit *χαίρῃ μὲν ἀποδεχόμενος.* Pro *αὑτοῦ* (libri veteres *αὐτοῦ*) erunt fortasse, qui legi malint *αὐτῶν*, ut *Ficinus* videtur legisse vertens: „et tamen ioci loco vituperat quasi per somnum ipse in se eorum percipiens pravitatem." Sed, ni fallor, ita capienda sunt haec verba: et vituperet suam ipse protervitatem (sc. quod cum hominibus illis pravis consuescat eorumque protervitate delectetur), quasi per iocum illorum pravitatem pro sua habens, iocose sibi ipse eam tribuens. *Ὀνειρώττει* enim, qui, quod ipsi videtur, pro vero habet, et omnino qui res confundit. Polit. V, 20: *τὸ ὀνειρώττειν ἆρα οὐ τόδε ἐστίν, ἐάν τ' ἐν ὕπνῳ τις ἐάν τε ἐγρηγορὼς τὸ ὅμοιόν τῳ μὴ ὅμοιον, ἀλλ' αὐτὸ ἡγῆται εἶναι, ᾧ ἔοικεν;* — Pro *δήπου* Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *δέ που.* *Ficinus*: tunc quippe necesse est cet.

Ὅπου δή. Sic Cod. Voss. Vulgo *δέ.* Mox Ald. *παιδείαν τε καὶ παιδείαν*, et Bas. 1. 2. *τέρπει*, vitiose. Accusativi *τὴν* —

παιδιάν, nisi praepositio excidit, pro absolutis habendi sunt: quod attinet ad s. de. Vulgo haec cum sequentibus coniunguntur. — ὅ τι ῥυθμοῦ — ἐχόμενον: quidquid — ad rhythmum cet. pertinens, h. e., rhythmicum, vid. ad VII, 20. — Mox ὅ τι ἂν τύχῃ e cod. Voss. recepimus; vulgo τύχοι, vitiose, quum ἂν ad ὅ τι trahi debeat: *quodcunque* casu fiat. Deinde καί post διδάσκοντα hyperbaton facit: τοῦτο καὶ διδάσκοντα (sic III, 8. 689. B. Cf. ad IV, 7. *Pindar.* Olymp. V, 37. VI, 41. Pyth. IV, 153.): ut poeta, quicquid ipsi arrideat, id etiam iuvenes docendo in choreis, prout contigerit, ad virtutem vel ad pravitatem eos informet. Ceterum διδάσκειν, ut Latinorum *docere*, proprium est verbum in hac re; hinc χοροδιδάσκαλος et poetae ipsi τραγῳδοδιδάσκαλοι vel κωμῳδοδιδάσκαλοι dicti sunt, ut qui antiquitus ipsi cantum docuerint saltationemque praemonstraverint χορευταῖς: vid. *Böttigeri* prolus. Quid sit docere fabulam (Wimar. 1795. 4.) p. 5 sq.

P. 55. πῶς γὰρ ἄν. Haec verba, quae in libris Megillo assignantur, in Aldino exemplo recte Cliniae tribuuntur. Mox νενομοθετῆσθαι iam *Stephanus* correxerat pro νομοθετεῖσθαι. Sic et *Ficinus:* „quo autem pacto id in Aegypto hanc legem (sic) *sancitum esse* dicis?" — Deinde Ald. Lov. Bas. 1. et 2. δέ ποτε.

καλὰ μὲν σχήματα cet. Cf. VII, 8. p. 799. A. et *Diodor. Sicul.* I, 74. ubi v. Wesseling. p. 86. et I, 81. p. 92. — τὸ μυριοστὸν ἔτος. Similiter Epinom. p. 987. A. de Aegypto et Syria: ὅθεν καὶ πανταχόσε καὶ δεῦρ' ἐξήκει, βεβασανισμένα χρόνῳ μυριετεῖ τε καὶ ἀπείρῳ. Cf. *Diodor. Sic.* I, 81. — ὡς ἔπος εἰπεῖν est in universum, h. e., indefinite: vid. ad Polit. I, 14.

τοῦτο δέ. Cod. Voss. τοῦτο δ' οὖν τό. Mox θαρσοῦντα propter δυνατὸν ἄρ' ἦν positum est, ac si verbum activum sequatur νομοθετεῖν, et hanc ob causam accusativus locum habet; solent enim Attici et cum gerundio et cum verbis impersonalibus (ut δυνατόν ἐστιν, ἔξεστιν, al.) pro dativo ponere accusativum participii (vid. *Ernesti* ad Xenoph. Mem. II, 6. 26. et *Heindorf.* ad Phaedr. p. 335.). Sensus est: fieri igitur potuit, ut his de rebus (musica) leges darentur stabiles et fidenter cantus praescriberentur natura s. per se verum et rectum exhibentes. Νομοθετεῖσθαι enim dupliciter intelligi oportet; pertinet enim ad περὶ τῶν τοιούτων et ad μέλη τὰ — παρεχόμενα: igitur concisa oratio ita re-

solvi debet, ut nos fecimus. *Παρέχεσθαι* est vel exhibere s. ostendere, vel habere s. continere; utrumque eodem redit; nam qui aliquid in se habet, is etiam declarat illud atque exhibet.

θείου τινὸς ἀνδρός. Sic *Euseb.* Praep. evang. XII. p. 596., ut *Stephanus* iam monuit. Etiam *Ficinus* vertit: „quod quidem aut dei aut divini alicuius *viri* opus est." Vulgo *ἀνδρός* desideratur. Mox *ἑλεῖν* est assequi; *αἱρεῖν*, verbum venaticum, proprie est capere idque cursu, h. e., assequi et quasi in potestatem suam redigere. Sensus: si quis assequi poterit rectam carminum (*αὐτῶν* refertur ad *μέλη*) rationem. Sequens *ὥς* est *utpote*, *scilicet*, *nam*; velut II, 7. p. 662. B: *ὡς νῦν γε ἀπῄδομεν* cet. III, 6. p. 684. D: *ὡς ἐπιχειροῦντι δὴ νομοθέτῃ* cet. VI, 14. 769. B. c. 15. 770. E. al. Cf. *Schäfer.* ad Long. p. 428.

P. 56. *ζήτησις τοῦ — ζητεῖν.* Cf. de hac redundantia quae ad I, 14. exposuimus.

ἐπικαλοῦσα ἀρχαιότητα, eius (choreae legibus sancitae) antiquitatem reprehendens s. eam antiquitatis insimulans. *Ἀρχαιότης* notionem sibi adiunctam habet inepti et absurdi (des altmodischen, geschmacklosen), ut *ἀρχαῖος* usurpatur, vid. *Budaeus* Comment. ling. gr. p. 132. *L. Bos.* Observatt. crit. c. V. p. 20. *Wernsdorf.* ad Himer. Sophist. p. 225, et *Iacobs* Animadv. in Athen. p. 338.

CAP. IV.

Ἆρ' οὖν — τρόπῳ. Vulgo interrogationis signum post *τρόπῳ* invenitur, quod delevimus; *ἆρ' οὖν* lenis est interrogatio, in quo notio *τοῦ igitur* vel affirmatio (*sane*, *profecto*) praevalet. Sic *οὐκοῦν* quoque saepenumero usurpatur. Similiter III, 3. 680. A: *Ἆρ' οὖν ἐκεῖνοι μὲν οὔτ' ἐδέοντο νομοθετῶν* cet. C. 7. p. 686. C. X, 6. 894. A: *ἆρ' οὖν κινήσεις πάσας εἰρήκαμεν — δυεῖν.* Cf. *Hermann.* ad Sophocl. Antig. p. 53. ed. Erfurdt. min. Ceterum *λέγομεν* e cod. Voss. pro *λέγωμεν* reposuimus, vid. ad I, 10.

ἔν γε τῷ τοιούτῳ, tunc, vid. ad I, 2. Mox *αὐτοί* est per se s. sua sponte et non provocati, vid. ad I, 14. — *Τὸ δὲ τῶν πρεσβυτέρων*, i. e., *ἡμεῖς δὲ οἱ πρεσβύτεροι* vel *οἱ δὲ πρεσβύτεροι ἡμῶν*. Vid. ad I, 8. Deinde *θεωροῦντες — ἡγούμεθα* positum est *κατὰ τὸ σημαινόμενον* vel per synthesin, quam Grammatici dicunt; solent enim optimi quique scriptores nomi-

nibus vel neutris vel femininis, si collective (vid. ad I, 10.) vel abstracte posita sunt (ut *πόλις* pro *πολῖται*, *στράτευμα* pro *στρατιῶται*, alia id genus) participia vel adiectiva masculina et verba pluralia iungere. Sic Polit. VIII, 5: *δύο ἀνάγκη εἶναι τὴν τοιαύτην πόλιν, τὴν μὲν πενήτων, τὴν δὲ πλουσίων, οἰκοῦντας ἐν τῷ αὐτῷ, ἀεὶ ἐπιβουλεύοντας ἀλλήλοις.* *Xenoph.* Mem. Socr. II, 2. §. 3: *καὶ αἱ πόλεις — παύσοντες.* Similiter *στρατεύματα — ἐφεστῶτες* ap. *Diodor. Sic.* V, 54. p. 374. Vid. *Priscian.* Gramm. XVII. p. 1100. *Wesseling.* ad Diodor. l. l. *Wernsdorf.* ad Himer. p. 157. *Hermann.* ad Viger. p. 712. et *Bast.* Epist. crit. p. 198. — Verba *διάγειν πρεπόντως ἡγούμεθα* refero cum *Ficino* ad seniores, ut sit: nos seniores haud indecorum esse putamus, puerorum choris interesse eorumque ludis delectari. *Διάγειν πρεπόντως*, decenter vivere, est in universum: decore agere s. nihil indecori facere. *Cornarius* verba illa ad pueros traxit vertens: decenter ipsos conversationem habere putamus.

ἐκλείπει. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *ἐκλείπειν.* Quanquam *ἐπειδή* nonnunquam cum infinitivo coniunctum reperitur, ubi oratio obliqua praecessit, vel e praegressis verbum repeti potest, unde infinitivus pendeat (ut h. l. *ἡγούμεθα* repeti possit; vid. ad Sympos. p. 202.), tamen *ἐκλείπει* h. l. rectius habere puto. Etiam *Ficinus* vertit: „quandoquidem nos corporis levitas derelinquit;" nam si *ἐκλείπειν* legisset, haud dubie posuisset *derelinquat*, relatum ad *ἡγούμεθα*.

οἰόμεθα. Sic *Ficinus:* „An igitur — putamus." Vulgo *οἰώμεθα.* Vid. ad I, 10. — *ἐπείπερ ἀφείμεθά γε παίζειν:* quandoquidem nobis permissum s. concessum est ludere his festis diebus.

P. 57. *μὴ ταχύ*, nota paronomasiam; *ταχύ* vero (i. e. *ταχέως* s. *τάχα*, confestim, statim), non sensum praegressi *τάχα*, quod est fortasse, respicit, sed ad soni aequalitatem positum est. Similia sunt illa in hoc cap. *οὐ θαυμαστὸν δέ, εἴ τις καὶ θαύματα ἐπιδεικνὺς μάλιστ' ἂν νικᾶν ἡγοῖτο.* VI, 9. p. 762. B: *φεύγοντες ἀποφεύξεσθαι.* VII, 3. 792. E: *ἦθος διὰ ἔθος.* VIII, 6. p. 837. C: *ὁρῶν δὲ μᾶλλον ἢ ἐρῶν τῇ ψυχῇ.* IX, 1. p. 853. D: *ὧν δὴ χάριν οὐκ ἐπίχαριν λέγοιμ' ἂν* cet. IX, 16. init. XI, 5. 921. B: *τέχνη — τεχνάζοντα.* al. Vid. ad Phaedr. p. 268 sq. et ad Sympos. p. 236.

μήτε μουσικὸν μήθ' ἱππικόν. Sic Cod. Voss. et *Ficinus*,

qui vertit: „nec gymnicum aut musicum aut equestre determinat.“ Vulgo μήθ' ἱππικὸν μήτε μουσικόν.

τὸν βουλόμενον: ut, quicunque velit, accedat s. veniat, in voluptatis certamen descensurus. In sequentibus plura perturbata sunt atque corrupta; verba enim, ut nunc leguntur, sensum non habent; illa ὃς δ' ἂν τέρψῃ cet. nulla apodosis excipit (quomodo *Böckhius* p. 133. apodosin in his νικήσῃ δέ invenire potuerit, haud assequor); deinde νικήσῃ ante κριθῇ cet. positum offendit; denique illa αὐτὸ τοῦτο ὅτι μάλιστα ἀπεργασάμενος quomodo cum νικήσῃ cohaereant, difficile est ad intelligendum. Sed quid multa? Ita locum puto constituendum esse: ὃς δ' ἂν τέρψῃ τοὺς θεατὰς μάλιστα (μηδὲν ἐπιταττόμενος ᾡτινι τρόπῳ), καὶ κριθῇ τῶν ἀγωνισαμένων ἥδιστος γεγονέναι, αὐτὸ τοῦτο ὅτι μάλιστα ἀπεργασάμενος (hoc ipsum, int. ἡδονήν, e voce ἥδιστος repetendum, efficiens, h. e., spectatoribus praebens), νικήσειν (int. τοῦτον): quicunque spectatores maxime delectaverit et omnium, qui certaverint, iucundissimus habeatur, eum victoriam esse reportaturum. *Ficinus* quomodo legerit, ex versione eius perspici nequit; ita habet: „praemiaque ei proponat, qui spectatores maxime delectabit iudicatusque fuerit id optime omnium effecisse, cum nullus delectandi modus expressus sit.“ Hoc tamen liquet, ipsum τέρψῃ cum κριθῇ ita, ut proposuimus, coniunxisse, νικήσῃ vero vel νικήσειν seorsum posuisse. *Cornarius* vulgatam secutus est scripturam; quo factum est, ut eius versio aeque absona et obscura sit, quam vulgaris lectio. — Mox *ἡγούμεθα* e cod. Voss. et *Ficino*, qui vertit: „quidnam ex praeconio eventurum putamus?“ recepimus pro ἡγώμεθα. Vid. ad I, 10. Deinde *τινά* post τὸν μέν est forte, *etwa*, vid. ad I, 12.

θαύματα ἐπιδεικνύς. Vid. ad I, 13. De paronomasia θαυμαστὸν — θαύματα vid. quae supra adnotavimus. Mox e cod. Voss., qui habet νικώῃ, scripsimus *νικῴη* pro νικῷ. De *αὐτήκοος αὐτός* vid. ad I, 5.

P. 58. *αἵ τε πεπαιδευμέναι τῶν γυναικῶν.* Ex hoc loco, ut e libr. VII, 19. p. 817. C. et Gorg. p. 502. D., ubi poësis dramatica dicitur ῥητορική τις πρὸς δῆμον τοιοῦτον οἷον *παίδων* τε ὁμοῦ καὶ *γυναικῶν* καὶ ἀνδρῶν καὶ δούλων καὶ ἐλευθέρων, recte colligitur, mulieres Athenis aditu ad spectacula scenica non prohibitas fuisse, quod viri docti aliquot negaverant. Vid. *Böttiger.* in Ephemerid., quae Morgenblatt vocantur, a. 1808. Nr.

309 — 11. et *A. W. Schlegel.* in libro, qui inscribitur: Vorlesungen über dramatische Kunst und Litteratur, T. I. p. 287 sq.

ἴσως τὸ πλῆθος πάντων. Tragicam enim poesin (τὴν σεμνὴν καὶ θαυμαστήν, Gorg. 502. B.) quantopere Athenienses in deliciis habuerint, dici non potest. Sic inter alia Lach. 183. A: ὥσπερ γε καὶ τραγῳδίας ποιητὴς παρ' ἡμῖν τιμηθείς· τοιγάρτοι, ὃς ἂν οἴηται τραγῳδίαν καλῶς ποιεῖν — εὐθὺς δεῦρο φέρεται καὶ τοῖσδ' ἐπιδείκνυσιν εἰκότως.

διατιθέντα. Διατιθέναι actor dicitur, qui carmen in scena recitat, ut Charmid. 162. D: ὥσπερ ποιητὴς ὑποκριτῇ (ὀργίζεται) κακῶς διατιθέντι τὰ ἑαυτοῦ ποιήματα. Cf. *Hemsterhus.* ad Lucian. Nigrin. §. 38. T. I. p. 292 sq. *Wesseling.* ad Diod. Sic. XV, 7. T. II. p. 9. et *Schäfer.* Melet. crit. p. 29.

τὸ μετὰ τοῦτο· ἡ γάρ. Sic recte libri veteres interpungunt; male *Stephanus* interrogationis signum post τοῦτο posuit. Intelligendum vero est σκεπτέον vel tale quid, (vid. ad c. 2: ἔτι δὲ τόδε): deinceps considerandum est. *Böckhius* p. 135. scribi volebat λεκτέον ἂν εἴη τὸ μετὰ τοῦτο; et *Heindorf.* in Specim. coniect. in Plat. p. 30: τὸ μετὰ τοῦτο λεκτέον· ἡ γάρ. Quibus supersedere possumus. Cod. Voss. τοῦτο μετὰ τοῦτο, ἡ γάρ; Ne hoc quidem τοῦτο opus est, quum intelligi possit. Ceterum τό cum μετὰ τοῦτο coniunctum adverbii circumlocutionem facere, vix monere attinet.

τὸ γὰρ ἦθος ἡμῖν. Cod. Voss. ἔθος, ut *Ficinus* videtur legisse vertens: „usus enim rerum, quem ab aetate habemus, omnium quidem civilium magnum quiddam ubique est et optimum." Sed ἦθος recte habet; significat in universum interiorem hominis habitum s. naturam, igitur ingenium, quatenus actionum et universae vivendi rationis causa et principium est (ἦθος enim uno verbo latino reddi non potest, vid. *Quintilian.* VI, 3. Cf. *G. Voss.* Orat. instit. II, 1. p. 194.). Sic Gorg. 484. D: καὶ ξυλλήβδην τῶν ἠθῶν παντάπασιν ἄπειροι γίγνονται; ubi Schol. ἤθη τὰ ἐν ἔθει κείμενά φησι, falso; etiam h. l. est ingenium s. moralis, quam dicimus, hominis natura, qua recte non solum agimus, verum etiam iudicamus; quapropter paulo post: μάλιστα δὲ ἥτις ἕνα τὴν ἀρετῇ τε καὶ παιδείᾳ διαφέροντα. — Mox pro νέων δή Cod. Voss. τῶν νῦν δή, quod sensu caret, etsi *Ficinus* quoque νέων non expressit. *Cornarius* vertit: „nostri enim affectus in omnibus civitatibus et ubique prae iuvenum affe-

ctionibus longe optimi esse videntur.“ *Τῶν* ante *ἐν ταῖς πόλεσιν*, quod *Cornarius* neglexit, non otiosum est; hoc enim dicere voluit scriptor: longe melius est seniorum ingenium quam iuvenum, sive hi in civitate sive alibi spectantur. Superlativus *βέλτιστον*, cum genitivo coniunctus, pro comparativo positus est, ita vero, ut simul superlativi vim habeat (velut si dicimus; *bei weitem besser*). Sic V, 2. 728. E: *τὰ δ' ἐν τῷ μέσῳ — σωφρονέστατα ἅμα τε καὶ ἀσφαλέστατα εἶναι μακρῷ*. Vid. Gregor. Corinth. p. 41. n. 51. *Abresch.* Diluc. Thucyd. p. 514. *Musgrav.* ad Sophocl. Antig. 1328. *Schweighaeus.* ad Athen. XIII. T. VII. p. 13. et *Hermann.* ad Viger. p. 715.

CAP. V.

Ξυγχωρῶν δὴ cet. Laudat *Eusebius* Praep. Ev. XII, 23. p. 596. D. — Mox *ἥτις* pro *εἴ τις* ex Euseb. Cod. Voss. et *Ficino*: („praecipue vero, *quae* virum virtute et disciplina praestantem“) recepimus.

παρὰ θεάτρου. Sic MS. Euseb. et Cod. Voss., et ita recte iam *Vigerus* ad Euseb. p. 57. scribendum esse monuerat. Cf. *Wyttenbach.* Bibl. Crit. V. III. P. IV. p. 79. Vulgo *θατέρου*, quod *Ficinus* expressit: quia non debet verus iudex, quae determinanda iudicio sunt, ab alio discere. Huic vero *θεάτρου* optime respondent sequentia *ὑπὸ τοῦ θορύβου τῶν πολλῶν*, quibus tumultus et clamor multitudinis in theatro significatur aliquid vel probantis vel improbantis. Sic III, 15. p. 700. C: *οὐ σύριγξ ἦν οὐδέ τινες ἄμουσοι βοαὶ πλήθους, καθάπερ τανῦν, οὐδ' αὖ κρότοι ἐπαίνους ἀποδιδόντες*. IX, 14. p. 876. B: *ὅταν μηδὲ σιγῶντα, ἀλλὰ θορύβου μεστά, καθάπερ θέατρα, ἐπαινοῦντά τε βοῇ καὶ ψέγοντα τῶν ῥητόρων ἑκάτερον ἐν μέρει κρίνῃ*. Polit. VI, 6. 492. B: *Ὅταν ξυγκαθεζόμενοι ἀθρόοι πολλοὶ εἰς ἐκκλησίας ἢ εἰς δικαστήρια ἢ θέατρα ἢ στρατόπεδα, ἤ τινα ἄλλον κοινὸν πλήθους ξύλλογον ξὺν πολλῷ θορύβῳ τὰ μὲν ψέγωσι τῶν λεγομένων ἢ πραττομένων, τὰ δὲ ἐπαινῶσιν, ὑπερβαλλόντως ἑκάτερα, καὶ ἐκβοῶντες καὶ κροτοῦντες, πρὸς δ' αὐτοῖς αἵ τε πέτραι καὶ ὁ τόπος, ἐν ᾧ ἂν ὦσιν, ἐπηχοῦντες διπλάσιον θόρυβον παρέχωσι τοῦ ψόγου τε καὶ ἐπαίνου*. Cf. de verbis *θόρυβος* et *θορυβεῖν* *Cresoll.* Theatr. Rhetor. III, 20. *Stoeber.* ad Thom. Mag. p. 453. *Wesseling.* ad Diod. Sic. I, 72. T. I. p. 84. et *Iacobs.* in Anthol. graec. T. I. P. II. p. 52. — Articulum ante *θορύβου* ex Euseb. restituimus.

οὔτ' αὖ γιγνώσκοντα, bene oppositum est praegressis τῆς αὑτοῦ (vulgo αὐτοῦ) ἀπαιδευσίας. *Cornarius* vertit: „ita ut a vulgi tumultu et sua imperitia perturbetur, neque rursus ex eodem ore, quo iudex futurus deos invocavit, falsam sententiam negligenter pronunciare." Pro ταυτοῦ Euseb. τοῦ αὐτοῦ. Ante οὗπερ repete praepos. ἐξ; sic enim solet praepositio praecipue ante pronomen relativum omitti. Lib. X, 15. p. 909. D: ἀπὸ τῆς ἡμέρας, ἧς ἂν ὁ πατὴρ αὐτῶν ὄφλῃ τὴν δίκην. XII, 7. p. 955. A: ἐν ἱεροῖς, οἷς ἂν ἐθέλῃ. Sic et II, 8. 663. B: εἰ μηδὲν ἕτερον, πρὸς μὲν τό τινα ἐθέλειν cet. IV, 6. p. 714. C: πρὸς ἄλλο τι — ἢ τὸ ξυμφέρον. VI, 14. 770. B: περὶ ἑκάστων, ὧν τίθεμεν τοὺς νόμους. X, 13. 905. B: ὡς ἐν κατόπτροις, αὐτῶν ταῖς πράξεσιν ἡγήσω καθεωρακέναι τὴν πάντων ἀμέλειαν θεῶν. Cf. *Heindorf.* ad Phaedon. p. 91. — Deinde μᾶλλον refertur ad διδάσκαλος: imo potius doctor spectatorum. Καθίζει, int. ἑαυτόν, se collocat, h. e., sedet, ut Phaedr. 254. B. *Thucyd.* III, 75. *Xenoph.* Hellen. VII, 1. 27. al. Vid. *Villoison.* ad Long. II. p. 147. et *Valcken.* ad Thom. Mag. p. 165. in Ruhnk. Valcken. al. Epist. ad Ernesti.

P. 59. τοῖς — θεαταῖς. *Ficinus* vertit: „ineptis spectantium voluptatibus adversaturus," quasi τοῖς ad θεαταῖς pertineat. Recte *Cornarius:* „ut qui adversaturus sit his, qui non convenienter neque recte spectatoribus voluptatem exponunt." Ἀποδιδόναι ἡδονὴν est reddere, tribuere, h. e., exhibere et creare voluptatem, quae debetur, h. e., exspectatur, igitur: aliorum voluptati et cupiditati indulgere s. obsequi.

ἐξῆν γὰρ δή. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. δέ. Quae sequuntur verba pro vitiosis habere possis; desiderabis enim post νόμῳ pronomen ὅς, ut sensus existat: licebat hoc facere (iis adversari, qui multitudinis cupiditati servirent) ex antiqua graeca lege, quae quidem, postquam, sicut lex Sicula et Italica, de fabulis dramaticis iudicium multitudini permisit et victorem per suffragia creare coepit, et poetas et spectaculi ipsius voluptatem corrupit. Similiter *Ficinus* vertit: „licebat prisca graecaque lege, quemadmodum nunc Sicula et Italica, *quae* multitudini spectatorum rem permittens" cet. Ut nunc scribitur locus, nonnisi ita, si quid video, capiendus est, ut ad ἐξῆν suppleas τοῦτο, ad καθάπερ — νόμος verbum ἐστί, et νῦν a praegressis separes. — Verbum ἐπιτρέπειν, ut solet, absolute positum, vid. ad Polit. I, 19. p. 347. D. — Χειροτονία proprie est manus porrectio (Graeci enim in concionibus suffragia ferebant manus porrigentes. *Cicero* pro

Flacc. 6: Porrexerunt manus, psephisma natum est. Cf. *Sigon.* de republ. Athen. II, 4. et *Vales.* ad Harpocrat. p. 75.), suffragiorum latio; hinc χειροτονεῖν sciscere, decernere et creare, vid. Schol. Aeschyl. Suppl. 629. Suid. et Hesych. Cf. VI, 4. al. — ποιοῦσι, carmina faciunt s. componunt; ποιεῖν, sicuti Latinorum *facere*, eximie de poetis usurpatur, vid. *Wesseling.* ad Herodot. II, 53. p. 129 sq. nostra in libr. de Platon. Phaedr. p. 153. et *Wyttenbach.* ad Phaedon. p. 129.

αὐτοὺς — παιδεύουσι. *Ficinus* videtur legisse αὐτοὺς καὶ ἑαυτούς; vertit enim: „ita ut ipsi spectatores poetas et se ipsos erudiant;" nisi inter αὐτοὺς et ἑαυτοὺς dubius haesit. Recte vero habet nostra scriptura, quam *Cornarius* quoque secutus est reddens: „ita ut ipsi spectatores poetas erudiant." Igitur poetae, quorum esse deberet spectatorum animos erudire atque excolere, nunc e spectatorum et applausu et iudicio pendent.

δέον, quum oporteret. Sic δέον, ἐξόν, al. adhibentur. VII, 5. 794. E: μὴ δέον. C. 14. p. 809. A: δέον κολάζειν. C. 19. p. 816. E: μηδὲν δέον. IX, 11. 871. B: ὁ δὲ μὴ ἐπεξιών, δέον, ἢ μή cet. X, 11. 902. A: δέον ἐπιμέλεσθαι. XI, 13. 934. E: οὐ πρέπον ἐν εὐνόμων πόλει γίγνεσθαι τοιοῦτον cet. Cf. *Marcland.* ad Maxim. Tyr. p. 655. *Wernsdorf.* ad Himer. p. 72. *Hermann.* ad Viger. p. 751. et *Matth.* Gramm. graec. p. 821 sq. — Mox pro αὖ τοῖς scripsimus αὐτοῖς, ut sensus sit: ipsis id efficientibus, h. e., sua ipsorum culpa (ut τὸ αἴτιον δρῶν dicitur causa efficiens) hoc accidit; etenim quum poetas ipsi erudire instituant, quia nihil in theatro spectare volunt, nisi quod sensibus suis blanditur, fieri non potest, quin morum non expolitionem, sed depravationem lucrentur. Αὐτοῖς δρῶσι — ξυμβαίνει est i. q. αὐτοὶ δρῶντες τοῦτο πάσχουσι; solent enim δρᾶν vel δρᾶσαι et πάσχειν vel παθεῖν sibi opponi et respondere. *Ficinus* haec verba neglexit vertens: „nunc iis ex theatro contrarium accidit." *Cornarius* vero reddidit haec ita: „nunc quum ipsi poemata faciant, totum contrarium accidit;" male δρῶσι capiens, αὐτοῖς vero exprimens. — Deinde εἰ ante τόδε inseruimus, quam scripturam *Stephanus* e libr. vet. profert, fortasse *Ficinum* significans, qui vertit: „animadvertite *num* hoc sit, quod volunt." Similes locos laudavit *Böckhius* p. 136.

Δοκεῖ μοι cet. Laudat haec *Euseb.* Praep. Ev. XII, 20. p. 594. A. ubi τεθειμένοις extat pro πεπεισμένοις. — Infinitivi γι-

γονέναι, καλεῖσθαι et πράττεσθαι pro imperativis positi sunt, vid. ad I, 11. *Vigerus* ad Euseb. p. 57. γεγονέναι positum esse censebat pro γένοιντ' ἄν. *Ficinus* alio ordine haec videtur legisse, quum verterit: „ut igitur puerorum animus legem ita sequatur, ut non contrariis, sed iis, quibus lex et senior, doleat atque gaudeat, probus legum conditor suadebit, et si opus fuerit, coget poeticum hominem honestis in verbis temperatorum et fortium et omnino bonorum hominum gesta describere, tam figuras eorum in rhythmis, quam accentus in harmoniis, ut decet, effingentem per eos cantus, quas odas vocamus, quae revera epodae, i. incantationes circa animos sunt, de industria ad id compositae, ut hominum animi in dolendo et gaudendo legibus obsequantur. Quia vero teneriores animi seria studia non suscipiunt, ioci et cantus ista dicantur et fiant, idemque in his efficitur, quod agere solent qui" cet. Haud dubie locus, ut nunc legitur, mancus et vitiatus est. Cod. Voss. in marg. adscriptum habet γεγονυῖαι, γεγόνασι; etiam *Stephanus* lectionem γεγονυῖαι memorat. — Ceterum ἐπῳδαί propric sunt cantiones s. incantationes, quibus non solum viperae, scorpii, phalangia aliaque eiusmodi animalia pestifera permulceri, sed etiam morbi leniri credebantur (vid. Euthydem. p. 290. A.); tunc egregie ad carmina vel orationes transfertur haec vox, quae hominum animos deliniunt eorumque vitiis, quasi morbis, medentur. Sic Charmid. 157. A: θεραπεύεσθαι δὲ τὴν ψυχήν, ἔφη, ὦ μακάριε, ἐπῳδαῖς τισί, τὰς δ' ἐπῳδὰς ταύτας τοὺς λόγους εἶναι τοὺς καλούς· ἐκ δὲ τῶν τοιούτων λόγων ἐν ταῖς ψυχαῖς σωφροσύνην ἐγγίγνεσθαι, ἧς ἐγγενομένης καὶ παρούσης ῥᾴδιον ἤδη εἶναι τὴν ὑγίειαν καὶ τῇ κεφαλῇ καὶ τῷ ἄλλῳ σώματι πορίζειν. *Euripid.* Hippol. 478:

Εἰσὶν δ' ἐπῳδαὶ καὶ λόγοι θελκτήριοι.

Horat. Epist. I, 1. 34:

Sunt verba et voces, quibus hunc lenire dolorem
Possis et magnam morbi deponere partem.

Porphyr. de Pythagora (p. 193. ed. Cantabr.): κατεκήλει δὲ ῥυθμοῖς καὶ μέλεσι καὶ ἐπῳδαῖς τὰ ψυχικὰ πάθη καὶ τὰ σωματικά. Cf. *Lambin.* ad Horat. l. l. T. II. p. 204. B. et *Gatacker.* Miscell. p. 478.

πρὸς τὴν τοιαύτην — ξυμφωνίαν ἐσπουδασμέναι ut hanc consensionem cum lege seniorumque vita iuniorum animis iniiciant. Mox πράττεσθαι spectat proprie ad παιδιαί.

Deinde ante *καθάπερ* int. particulam explicationi inservientem, ut *nempe*, vid. ad I, 4. — Mox Euseb. *ἔχουσι* pro *ἴσχουσι* et *ἡδέσι τε*. De re ipsa, noti sunt *Lucretii* versus I, 936 sq. ubi v. interpp. Cf. *Themist.* Orat. XXIV. p. 302. B.

P. 60. *τὴν δὲ τῶν πονηρῶν*, h. e., *τὴν δὲ τροφὴν πονηράν* vel *τὰ δὲ πονηρά*. *Böckhius* corrigebat *τὴν δέ, τὴν πονηράν*, ut Polit. X. p. 604. D: *οὐκοῦν τὸ μὲν πολλὴν μίμησιν καὶ ποικίλην ἔχει τὸ ἀγανακτικόν*. Sed nulla indiget locus correctione. Recte *Ficinus*: „hi namque alimenta convenientia quidem iucundis condimentis illiniunt, *noxia* vero amaris inficiunt.“ — Mox Euseb. *δέ* pro *δή* post *ταυτόν*, et *πάντως* pro *πάντων*; idque etiam Cod. Voss. praebet et *Ficinus* expressit: „et omnino bonorum.“ *Ἐν* instrumentum indicat, vid. *Fischer.* ad Weller. T. III. P. II. p. 140.

δεουσῶν. Bas. 1. et 2. *δὲ οὐσῶν*, vitiose. Mox *ἀφερμηνέυεις* est enarras, explicas. Sic VII, 14. p. 809. B: *δεῖ δὲ εἰς δύναμιν μηδὲν παραλείπειν αὐτῷ, πάντα δὲ λόγον ἀφερμηνεύειν*. Sophist. 248. A: *σὺ δ' ἡμῖν καὶ τὰ παρὰ τούτων ἀφερμήνευε* (sic Ald. Bas. 1. et 2. Male *Stephanus* *ἐφερμήνευε* scripsit. In eod. dial. p. 246. E. *ἀφερμήνευε* pro *ἐφερμήνευε* scribendum esse, iam *Heindorfius* vidit.).

τοῦτο ἐποίησα. Sensus est: si tibi visus sum de illis ita disserere, ac si nunc fiant, haud dubie culpa mea id factum est, quia non perspicue, quod sentio, exposui. *Εἰ* alterum est i. q. *ἐπείπερ*, *quandoquidem*, *quoniam*, ut Theaet. 171. B: *εἰ τὴν τῶν ἡγουμένων αὐτὸν ψεύδεσθαι ὁμολογεῖ ἀληθῆ εἶναι*. Saepenumero enim *εἰ* caussam indicat, v. *Budaei* Comment. gr. ling. p. 519. et *Marcland.* ad Lys. p. 670. Mox *ταῦτα ἐμὲ λέγειν*, int. *αὐτὰ νῦν γίγνεσθαι*. Vulgo *ἴσως* cum praegressis coniungitur, sed sententiarum nexus hic est: etenim putabas, me de iis loqui, quae fiant (*τὰ γιγνόμενα*), ego vero quae hac in re fieri debeant, exponere eoque prave instituta notare volui, etsi errores fere insanabiles vituperare haud iucundum est.

πόῤῥω προβεβηκότα ἁμαρτίας, quae in peccando longius progressa sunt. *Πόῤῥω προβαίνειν* ita usurpatur, ut *πόῤῥω ἐλαύνειν*, *ἥκειν* et *πορεύεσθαι*. Vid. Euthyphr. p. 4. A. Cratyl. 410. D. Gorg. 486. A. Lys. 204. B. al.

P. 61. *γίγνεται*, *γιγνόμενα*. Vulgo haec nulla interpunctione distincta leguntur; verba autem ita cohaerent: *πότε-*

ρον φαῖμεν ἂν αὐτὰ οὕτως γιγνόμενα καλλιόνως εἶναι, ἢ καθάπερ νῦν γίγνεται; Pro φαῖμεν Cod. Voss. φαμέν. *Ficinus* simpliciter vertit: „si et apud ceteros similiter fierent, nonne melius quam nunc agerentur?"

CAP. VI.

ξυνομολογησόμεθα. Sic Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *Stephanus* scripsit ξυνομολογησώμεθα, et *Böckhius* p. 141. legi iubebat φέρε δή, ἐὰν ξυνομολογησώμεθα: age videamus, num inter nos conveniat. Sed verba sanissima sunt, si interrogative sumitur verbum ξυνομολογησόμεθα, quod locus praeterea infra (p. 661. D.) positus postulat: ὅπερ οὖν ἠρόμην, ἆρα ξυμφωνοῦμεν ἐγώ τε καὶ ὑμεῖς; — Cod. Voss. φέρε νῦν.

τοὺς ποιητὰς ἀναγκάζετε cet. Laudat *Euseb.* Praep. Evang. XII, 21. p. 594 sq. Mox pro σώφρων ὢν Cod. Voss. σωφρονῶν.

ἐὰν δὲ ἄρα πλουτῇ cet. Respiciuntur versus *Tyrtaei*, quos I, 5. apposuimus, ita vero, ut ad sermonem suum scriptor eos accommodaverit pluraque de suo addiderit. *Midae* et *Cinyrae* (qui Assyriorum vel Cypri rex dicitur fuisse. Schol. in marg. Bod. et Reg. *Clem. Alexandr.* Paedag. II, 6. T. I. p. 274. Pott. Κυπρίων βασιλεὺς ὑπερβάλλων πλούτῳ. Vid. interpp. ad Ovid. Metam. X, 298. *Munker.* ad Antonin. Liber. c. 34. et *Heyne* ad Apollodor. Observatt. p. 325.) divitiae in consuetudinem proverbii venerunt. Vid. *Erasmi* Adag. Chil. III. Cent. I. p. 537. Ceterum respexit hunc locum *Clemens Alexandr.* Paedag. III, 6. T. I. p. 274. Pott.

λέγει. Euseb. λέγῃ. Mox τολμῴη et νικῴη cum Eusebio scripsimus pro τολμῷ et νικῷ. Apud Tyrtaeum leguntur haec ita:

Οὐ γὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸς γίγνεται ἐν πολέμῳ,
Εἰ μὴ τετλαίη μὲν ὁρῶν φόνον αἱματόεντα
Καὶ δηΐων ὀρέγοιτ' ἐγγύθεν ἱστάμενος.

Τολμᾶν est idem quod τλᾶν, sustinere, ut IX, 12. p. 872. E. Vid. *Gatacker.* Advers. Misc. II, 9. in Opusc. crit. p. 318. *Böckh.* p. 142. et *Wyttenbach.* ad Phaedon. p. 273. — Θρηΐκιον Βορέην. Boreae enim, venti septentrionalis, sedes perhibebatur Haemus, mons Thraciae, vel Salmydessus; vid. Schol. et

Spanhem. ad Callim. Hymn. in Del. 65. — De ἄλλο — μηδέν vid. ad I, 15.

τὰ γὰρ ὑπὸ τ. π. Laudantur haec a *Theodoret.* Serm. VI. p. 568. A. B. Cf. lib. I, 6. ibique notat. Post λέγεται addit Euseb. μέν. Mox verba ἰσχύς, τέταρτον δέ ab Ald. Bas. 1. 2. Euseb. et Theodoret. absunt. Sed *Ficinus* ea expressit vertens: vires tertium, quartum vero divitias; et locus supra laudatus libri primi ea postulat. Quocirca recte iam *Cornarius* ea interponenda censuit et *Stephanus* restituit. Deinde Theodoretus exhibet καὶ ἕτερα δὲ μυρία ἀγαθὰ λέγεται. *Ficinus* nostram videtur scripturam secutus esse, quum verterit: „innumerabilia ferme cetera huiusmodi bona narrantur."

ὅσα ἔχεται τῶν αἰσθήσεων. *Cornarius:* „et omnia, quae e sensibus dependent, integra et subtilia habere." — Notum est ἔχεσθαί τινος, ex aliqua re pendere, ad aliquam rem spectare vel pertinere, vid. *Hemsterhus.* ad Aristoph. Plut. p. 472.

καὶ τὸ δὴ τέλος. Theodoret. καὶ τὸ μὲν δὴ τέλος πάσης. Mox verba ita capienda sunt: et finis felicitatis dicitur) esse, si quis, haec omnia nactus s. possidens, immortalis est isque quam citissime factus (igitur non per aerumnas hoc adeptus). - Mox Theodoret. ἐγώ πη pro ἐγώ που. Deinde ἀρξάμενα ἀπὸ τῆς ὑγιείας est: inde a sanitate, vid. ad Alcibiad. I. p. 299. Mox Theodor. τὸ αἰσθάνεσθαι — ὄντα κεκτημένον.

P. 62. ἔλαττον δέ, int. κακόν. Mox Euseb. ἐάν pro ἄν, Theodoretus vero ὡς ἂν ὀλίγιστον. Deinde pro ἐπιζῴη (in Ald. Lov. Bas. 1. 2. et Euseb. ἐπιζώῃ, vulgari confusione) correximus ἐπιζῇ; ἄν enim cum optativo coniungere citerioris est graecitatis (vid. *Hermann.* ad Viger. p. 787); quanquam *Schäferus* in Melet. crit. p. 87. de eo addubitavit.

πείσετε. *Stephanus* adnotat, legi quoque ποιήσετε (et sic Cod. Voss.), recte vero confirmat πείσετε loco p. 660. A. citato: πείσει τε καὶ ἀναγκάσει μὴ πείθων. Etiam *Ficinus* vertit: „Haec utique, quae et ipse, vestros invitabitis et cogetis poetas dicere." Verbum οἶμαι distinxi a reliqua oratione. Mox καί in Euseb. deest et ἀποδόντας scribitur.

ἦ γὰρ ὁρᾶτε; *Ficinus* inepte vertit: „Num ipsi hoc animadvertitis?" Similiter *Cornarius:* „numquid videtis." Ἦ γάρ interrogatio est affirmans *nonne* (doch, ut h. l., *ihr seht es doch*

ein s. ihr versteht mich docl.?). Vid. *Heindorf.* ad Gorg. p. 75. In sequentibus Theodoret. pro *ἀδίκοις* exhibet *δικαίοις* et pro *δικαίοις* habet *ἀδίκοις εἶναι*. Quae pro malis habentur, ut poenae, ut infortunia, alia id genus, ea bona dicuntur iniustis, propterea quod iis corriguntur et ad bonam frugem coguntur se recipere. — Deinde in Theodoret. scriptum extat *τὰ δ' ἀγαθὰ τ. μ. ἀγαθοῖς ἀγαθά.*

CAP. VII.

μηδὲν ἄλλο, i. e., *ἄλλο μὲν οὐδὲν — ἀδικίαν δὲ καὶ ὕβριν*, nihil aliud nisi, h. e., solam iniustitiam, vid. ad Phaedr. p. 228. Verba ipsa *ἄρ' — 'οὖν — ἴσως ὑμᾶς οὐ πείθω, τὸν οὕτω ζῶντα — ἄθλιον γίγνεσθαι σαφῶς;* respiciunt praegressum *τὰ — δ' οὐδαμῶς* (*φαινόμεθα ξυμφωνεῖν*). Et ad *'Αληθέστατα λέγεις* int. *τοῦτον* s. *τοιοῦτον σαφῶς γίγνεσθαι ἄθλιον, καὶ οὐκ εὐδαίμονα.*

P. 63. *τό γε αἰσχρῶς*, int. *αὐτὸν ζῆν*, per epexegesin pronomini *τοῦτο* adiectum est.

ὡς νῦν γε cet. *"Ως* est *nam*, vid. ad II, 3.

σαφῶς coniungendum cum *ὡς;* verba enim ita cohaerent: *οὕτως ἀναγκαῖα, ὡς σαφῶς οὐδὲ Κρήτη νῆσος.* Bene *Cornarius* vertit: „Mihi enim haec ita videntur necessaria, ut neque, o care Clinia, Creta ita manifeste sit insula." Malim vero *σαφῶς* non ad *νῆσος* trahere, sed ad *Κρήτη νῆσος*, ut sensus sit: non tam certo credo, Cretam esse, quam haec necessaria ita esse. — *τοὺς πολίτας μοι.* Legi quoque *πολίτας μου*, *Stephanus* adnotat, et *Faehsius* p. 381. hoc reponi iubebat; recte vero habet *μοί*, vid. ad I, 1.

"Αρα ὁ δικαιότατος cet. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *ἄρα*, vitiose. Mox etiam post *βίον* interrogationis signum posui, ut verba *ποτέρους δ'* cet. priorem excipiant interrogationem; idcirco *δέ* interpositum est, quod, nisi interrogativa esset oratio, locum habere non posset; interrogationem his verbis contineri, docet praeterea modus finitus *χρή.* — Deinde *ἐπὶ θεῶν* est de diis: nolo hoc dici de diis, h. e., ita dici, ac si dii id protulerint, s. diis tribui. Sic *ἐπί* usurpatur, verbis dicendi iunctum, v. *Fischer.* ad Weller. T. III. P. II. p. 231.

P. 64. *πατήρ — ἠρωτήσθω.* Vulgo *πατέρα τε καὶ νομοθέτην.* *Stephanus:* „videtur deesse *πρός* (sic in marg. Cod. Voss.) ante *πατέρα;* alioqui accusativi mutandi fortassis essent in nominati-

vos.“ Quod secuti sumus, sensu postulante, qui is est: quae antea a me interrogata sunt, ea patrem et legis latorem interrogatum volo. Mox Cod. Voss. εἰπέπω, Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ξυμφωνοῦντες.

ἐπαινεῖ; Interrogationis notam, in Ald. Lov. Steph. et Bip. male omissam, revocavimus e Bas. 1. et 2. Sic etiam *Ficinus:* „quidnam ea in vita bonum et pulcrum tanquam voluptate melius lex ipsa laudat?“ Sequentia recte sic leguntur in genuina Ficini translatione: „quid enim a voluptate separatum iuste boni adesse potest?“ Vulgaris a Grynaeo correcta habet *superato.*

ἥκιστα — κακά. Verba haec pro suppositiciis habeo. Primum enim illa ἥκιστα — ἀδικεῖσθαι huc non pertinent, et margini ab eo appicta sunt, qui id, quod generatim hic exponitur, illustrare voluit exemplo eius, qui neque laedat quempiam neque ab altero laedatur. Etiam haec interrogationem interrumpendi ratio admodum offendit, praesertim quum legis lator ad posteriorem quaestionem non responderit; quocirca dura et abrupta est haec oratio: ἥκιστα, ὦ φίλε νομοθέτα, φήσομεν. Denique Ald. Lov. Bas. 1. et 2. verba ἥκιστα — ἀδικεῖσθαι ignorant; Cod. Voss. ut Cliniae responsionem ea exhibet et *Ficinus* expressit, unde *Stephanus* haud dubie ea recepit. Reliqua vero μῶν ἀηδὲς — κακά nihil sunt nisi praegressorum, in quibus τὸ ἀγαθὸν καὶ καλὸν opponitur τῷ ἡδεῖ, repetitio, itidem ex margine, ut mihi videtur, in orationem illata; spuria ea esse, et sensus docet (nam, quae praecedunt, ea languide repetunt) et ipsa oratio; illud ἤ videlicet ante καλόν (Graeci enim ἀγαθόν et καλόν coniungunt particula καί) et τὰ δ' ἕτερα, quod, quo referatur, nihil in praegressis habet. Deletis vero omnibus, quae cancellis inclusimus, tantum abest, ut ad sententiae integritatem aliquid desideretur, ut omnia eo melius cohaereant. — Verba καὶ πῶς in Ficini libro Atheniensi assignantur.

CAP. VIII.

πρὸς μὲν τό τινα ἐθέλειν cet. Sic Ald. Lov. Bas. 1. et 2.; male *Stephanus* μέν praetermisit, quod sic repeti et sine δέ sequente poni solet, ut VI, 7. p. 759. A: λέσθαι δεῖ τρία μὲν ἀρχόντων εἴδη, περὶ μὲν τὸ νῦν δὴ λεχθέν cet. Similiter II, 13. p. 672. A: λέγειν μὲν ὄκνος εἰς τοὺς πολλούς cet. Men. 94. C: οὐ μὲν ἔδει δαπανώμενον διδάσκειν, ταῦτα μὲν ἐδίδαξε τοὺς παῖδας τοὺς αὑτοῦ. *Xenoph.* Hier. IX, 2. al. Vid. *Dorvill.* ad Charit. p. 399 sq.

475. et *Wyttenbach*. ad Eclog. histor. p. 409. — Ceterum γέ, si εἰ μηδὲν ἕτερον vel simile quid sequitur, est *saltem*, ut VII, 12. 806. B: φόβον γε, εἰ μηδὲν μεῖζον, πολεμίοισι δύνασθαι παρασχεῖν. Vid. *Toup*. ad Longin. fragm. VI. §. 1. p. 527. ed. Weisk. Ad μηδὲν ἕτερον int. πρός e sequentibus. Vid. ad II, 5.

σκοτοδινιᾶν δέ. Sensus est: Oratio illa, quae iustum et iucundum unum et idem esse ponit, probabilis quidem est, sed, quaenam sit utriusque ratio, non clare demonstrat; etenim si iustum et iniustum e longinquo intuemur, ita perturbamur oculisque nostris caligo offunditur, ut utrumque discernere nequeamus iniustumque vel iustum nobis appareat. Quocirca legis latoris est, ut caliginem illam discutiat, nobis persuadere, iustum et iniustum simulacris esse similia, quae aliter iusto, aliter iniusto appareant, et, si iustus sanae mentis homo sit, a solo iusto recte diiudicentur. *Τὸ πόῤῥωθεν ὁρώμενον* spectat ad sequentem iusti et iniusti comparationem cum adumbratis imaginibus (σκιαγραφήμασι), quae si e longinquo intuearis, admodum fallacia sunt remque exhibent ita, ut sensibus nostris arrideat. Hac igitur ratione etiam iniustum nobis placere poterit, si solam eius speciem adumbratam contemplamur; res vero non ita sunt, ut apparent, sed ut percipiuntur ac diiudicantur a sana mente. De ἐσκιαγραφημένοις vid. nostra ad Polit. II, 8. — Pro δ' ἡμῖν Cod. Voss. δ' εἰ μὴ, et in marg. δή μοι.

P. 65. τῷ τοῦ δικαίου, sc. σκιαγραφήματι, quod e voce praegresso ἐσκιαγραφημένα petendum. *Stephanus* τῷ abesse malebat. In sequentibus pro ἑαυτοῦ, quo Stephanus merito offendebatur, scripsimus αὐτοῦ: si spectantur ab eo, qui ipse (αὐτοῦ) iniustus ac pravus est; ἐκ est enim i. q. ὑπό, vid. *Fischer*. ad Weller. T. III. P. II. p. 118 sq. Illis ἐκ μὲν ἀδίκου opposita sunt ἐκ δὲ δικαίου; oratio vero ipsa perturbata est; confusa enim inter se sunt τὰ μὲν ἄδικα et τὰ δὲ δίκαια, et propter interiectum ἐκ μὲν ἀδίκου -- verba τὰ δὲ δίκαια, quae opponi debebant praegressis τὰ μὲν ἄδικα, tantummodo annexa sunt hoc sensu: sicuti contra iusta ipsi apparent iniucundissima. Denique pro παντί scripsimus πάντῃ, quod *Stephanus* coniecit: a iusto autem spectata (iusta et iniusta) prorsus (πάντα) sibi contraria in omnibus (πάντῃ) apparent. Sic etiam Cod. Paris. (v. *Fachs*. Syllog. p. 302.) videtur legere.

Νομοθέτης δέ, οὗ cet. Laudantur ab *Euseb*. Praep. Evang. XII, 31. p. 607. D. Pro ἤρε' Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἤρης', vitio-

se. Satis tritum est ὁ λόγος αἱρεῖ, ratio evincit, probat s. persuadet. Vid. *Gatacker.* ad M. Antonin. IV, 24. p. 182. et *Heindorf.* ad Parmenid. p. 232.

εἴπερ τι καὶ ἄλλο cet. si quid mendacii iuvenibus boni causa dicere sustinebit. Sic εἴ τις ἄλλο s. ἕτερον (vid. *Valcken.* ad Eurip. Phoeniss. 537.) et εἴπερ τι καὶ ἄλλο (*Heindorf.* ad Phaedon. p. 42.) usurpari solent.

δυνάμενον μᾶλλον, ποιεῖν. Vulgo μᾶλλον ποιεῖν; in marg. Cod. Voss. adnotatum extat πείθειν, quod e Stephani nota margini adscripta profectum esse, bene *Böckhius* coniicit. Verbum videlicet desiderabant *Stephanus* et *Vigerus* ad Euseb. p. 58: et ille quidem πείθειν ante ποιεῖν interponi volebat, hic vero πράττειν vel simile verbum desiderabat. Sed δυνάμενον, ut recte *Böckhius* monuit, est *valens eo, ut,* s. *efficiens, ut.* Sic infra c. 12. p. 671. C: δυναμένους, τὸν εὔελπιν — ἐθέλειν ποιεῖν. Ante infinitivum vero ὥστε intellige, ut III, 16. p. 701. C. V, 10. 739. C: κοινὰ μὲν ὁρᾶν δοκεῖν cet. C. 12. 742. A: μισθοὺς μισθωτοῖς — ἀποτίνειν. VI, 5. 756. E: ἐξενεγκεῖν — ἰδεῖν πᾶσι τοῖς πολίταις. VI, 7. p. 759. D. VII, 10. 803. B. IX, 3. 857. A: ἱκανὴν — τὴν ἄλλην οὐσίαν ἀποτίνειν. XI, 3. 917. E. Epinom. 9. p. 986. B: φερομένους, ἐν ὀχήμασι πορεύεσθαι. al. Vid. Lexic. Xenophont. V. IV. p. 624. *Schäfer.* ad Eurip. Hippol. 1385. *Matthiae* Gramm. graec. §. 768. — Euseb. exhibet πάντας πάντα (vulgo πάντα legitur); unde coniiciat fortasse quispiam, legendum esse: δυνάμενον μᾶλλον ποιεῖν, μὴ βίᾳ, ἀλλ' ἑκόντας πάντας πράττειν τὰ δίκαια. Et verbum πράττειν propter praegressum ποιεῖν facile oblitterari potuit. *Ficinus* quomodo legerit, non clare perspicitur ex ipsius verbis: „maxime cum nullum mendacium hac falsitate utilius excogitare possit, quod videlicet ita trahere audientes valeat, ut non vi, sed sponte iustitiam velint suscipere.“ — οὐ ῥᾴδιον, int. ἡ ἀλήθεια, πείθειν, (vid. ad I, 12.): id quod verum esse putamus, difficile est nobis persuadere, non ita esse.

τὸ μὲν τ. Σιδωνίου cet. Alterum orationis membrum, τὸ δὲ ἡμέτερον οὔ, vel simile, omissum videri possit (v. *Hermann.* ad Viger. p. 800.), sed solet μέν, ut innumera exempla ostendunt, non sequente δέ, etiam tunc poni, si nihil supplendum est vel supplere possis. Sic III, 10. p. 691. A: Τὸ μὲν εἰκός. Charmid. 153. C: Παρεγένου μέν, ἦ δ' ὅς, τῇ μάχῃ. Theaet. 156. C: Ὅσον μὲν οὖν βραδὺ cet. 161. E: οὐ μακρὰ μὲν καὶ διωλύγιος φλυαρία,

εἰ ἀληθὴς ἡ ἀλήθεια Πρωταγόρου. Polit. I, 8. 334. C: Εἰκός μὲν, ἔφη, οὓς ἄν τις ἡγῆται χρηστούς, φιλεῖν, οὓς δ' ἂν πονηρούς, μισεῖν. VIII, 4. 549. C. Men. 82. B. Cratyl. 390. B. *Aristoph.* Av. 1214. 1220. Ran. 378. al. Vid. *Locell.* ad Xenoph. Ephes. p. 226. et *Heindorf.* ad Charm. p. 97. Theaet. 349. Crat. 25. et Phaedon. p. 5. — Εἶεν ironiae inservit, vid. ad Polit. I, 11. Ceterum nota est fabula, quae Cadmum Phoenicem, Agenoris filium, interfecto ingenti dracone, e cuius dentibus humi sparsis viri armati orti essent, Cadmeam arcem (postea Thebas dictam) condidisse tradit; vid. *Hygin.* fab. 178. et interpp. ad Ovid. Metam. III, 1 seq. In sequentibus τίς (man). ante πείσειν sententiam generatim exhibet, bene *Stephano* monente, qui ita vertit: „quod ille fecit, ut res adeo absurda et incredibilis fidem impetraret, exemplo est legislatori, posse quempiam animis iuvenum quicquid velit persuadere."

P. 66. ἀμφισβητῆσαί ποτ' ἄν. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. τ' ἄν. *Ficinus:* „neuter nostrum posse *unquam* de his dubitare videtur." Praegressa amplificavit *Ficinus* vertendo: „equidem ita sentio, si vero vos aliter, nulla invidia sit contradicere."

ἔτι νέαις. Sic *Ficinus* quoque, qui vertit: „teneris *adhuc* et mollibus puerorum animis." In Ald. Lov. Bas. 1. et 2. legitur εἶτε. Mox pro ἄλλα καλά (*Ficinus:* „alia bona") Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἄλλα καί.

τὸν αὐτὸν ἥδιστον cet. Sic Ald. Lov. Bas. 1. 2. Cod. Voss. et Ficinus („vitam *eandem*"); respiciuntur enim, quae huius capitis initio exposita sunt. *Stephanus*, qui αὐτῶν scripsit, immemor videtur fuisse eorum, quae supra disputata legimus. — Ante ἀληθέστατα cet. in Ald. Lov. Bas. 1. et 2. Cliniae nomen comparet; *Ficinus* vero ita vertit, ut legimus. Deinde Bas. 1. 2. et Cod. Voss. φθεγγόμεθα, vitiose.

φέρειν ᾠδάς. Cap. 9. 665. D: ὄκνου πρὸς τὰς ᾠδὰς μεστὸς πᾶς που γιγνόμενος πρεσβύτερος.

μυθολόγους. Male *Ficinus* vertit: „his autem seniores, quia non amplius de iisdem moribus (hinc *Stephanus:* „invenitur ἠθῶν loco εἰδῶν scriptum") fabulas poterunt decantare, dimittendos divino oraculo censemus." Recte *Cornarius:* „eos autem — relinquere oportet, ut de iisdem cantilenis per divina oracula fabulentur."

CAP. IX.

P. 67. διάπυρος, i. e., θερμός, fervens, ut VI, 22. p. 783. A: ἔρως — διαπυρωτάτους τοὺς ἀνθρώπους μανίαις ἀπεργάζεται πάντως. Vid. ad Polit. X, 13. Ceterum respicitur II, 1. 653. E. Mox Ald. Lov. Bas. 1. 2. ἔχει. Deinde dativus τῇ δ' αὖ τῆς φωνῆς (τάξει) cum verbo προσαγορεύοιτο coniunctus est sine interventu praepositionis ἐπί; nempe propter praegressum dativum pro nominativo dativus positus est, ac si verbum sequatur dativum regens, velut ἐπιτιθεῖτο. — τὸ ξυναμφότερον. Ald. Lov. Bas. 1. 2. τοῦ ξυναμφότερον, Ficinus: „utrumque vero simul chorea nominabatur."

μάλα γὰρ ἄτοπος. Verba a μάλα ad χορεύουσιν in Ald. Lov. Bas. 1. et 2. Atheniensis sunt; Clinias respondet Ἀληθέστατα μ. λ., et tunc pergit Atheniensis: Λόγου δὲ δεῖ cet. Quam *Stephanus* secutus est orationis distributionem, eam *Ficinus* et *Cornarius* monstraverant. — ὥς γ' ἐξαίφνης ἀκούσαντι, alicui, utpote tam subito s. extemplo audienti; solet enim in his ὥς ita poni, ut relationem, quam vocamus, significet (sic ὡς ἐμοί est: *für mich nehmlich, in Beziehung auf mich*). Vid. ad X, 5. — De καὶ δέ vid. I, 9. Mox αὐτοί pro αὐτῷ scripsimus; αὐτοί est *seorsum, per se;* igitur: si seniores chorum celebrant peculiarem s. seorsum a iunioribus. Ceterum Ald. Lov. Bas. 1. et 2. vitiose exhibent χωρεύουσιν.

λόγου δὲ δεῖ cet. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ὕπρι, solemni harum vocum confusione, vid. *Gronov.* ad Arrian. III, 25. p. 141.

P. 68. Ἆρ' οὖν cet. Citant haec *Clemens Alexandr.* Strom. IV. p. 363. et *Euseb.* Praep. Ev. XII, 32. p. 608. B. Ap. Euseb. Περὶ τοῦ δεῖν, unde τοῦ δεῖν pro τὸ δεῖν recepimus. Deinde Euseb. παντός. Participium ἐπᾴδουσαν, infinitivi partes agens, pendere e verbo παίεσθαι, non monerem, nisi libri editi post ἐπᾴδουσαν interpungerent.

καὶ ἡδονήν. Non puto scripsisse Platonem καὶ ἡδονήν, sed potius τῆς ἡδονῆς, iungentem cum ἀπληστίαν, ἡδονῆς vero cum ὕμνων. Sic autem legendo ita intelligendus hic esset locus, ac si dictum esset ἀπληστίαν ἡδονῆς τῆς ἐκ τῶν ὕμνων. *Stephanus.* Scilicet *Ficinus* vertit: „ut ex innumerabili hymnorum varietate inexplebili quodammodo voluptate concinentes afficiantur." Similiter *Cornarius:* „et omnino varietatem exhibeant, quo inexplebili

quadam hymnorum voluptate canentes afficiantur." Sed *ἀπλη-στία* non tam immensitatem, quam cupiditatem insatiabilem significat, ut VIII, 3. p. 831. D: *διὰ τὴν τοῦ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου ἀπληστίαν*. Polit. VIII, 7: *δι' ἀπληστίαν τοῦ προκειμένου ἀγαθοῦ τοῦ ὡς πλουσιώτατον δεῖν γίγνεσθαι*. Epist. VIII. p. 354. D: *ἀπληστίᾳ ἐλευθερίας ἀκαίρου τινός*. Tim. 73. A: *παρέχουσα ἀπληστίαν διὰ γαστριμαργίαν*. Sic *ἀπλήστου χρημάτων* VI, 16. p. 773. D. Igitur sensus est: ita ut miro quodam et insatiabili carminum desiderio teneantur. Verba autem *καὶ ἡδονήν* admodum languent; quocirca, nisi e margine irrepserunt, legendum esse censeo *ἀ θ' ἡδονήν*, voluptatis gratia, voluptatis inde percipiendae causa; vid. virr. doct. ad Viger. de idiot. p. 623. et *Fischer.* ad Weller. T. III. P. II. p. 182. — Mox Euseb. *οὐκ ἂν ὁμολογοῖτο δεῖν ταῦτα.*

ποῦ δὴ τοῦθ' cet. Bene *Ficinus* vertit: „Sed quo (i. e. ubi) optima haec civitatis pars (seniores), cui praeter aetatem atque prudentiam summa inest ad persuadendum auctoritas, optima canendo maximorum bonorum causa erit." Mox vulgo *ὁρᾶτε εἰ τῇδε. ΚΛ. Πῇ δή;* Vid. ad I, 10. p. 639. A. Deinde post *μᾶλλον* pro interrogationis nota colon ponendum.

P. 69. *πεφωνασκηκότες*, voce sub magistro (*φωνασκῷ*) formata et exercitata. *Demosthen.* de coron. p. 328: *καὶ πεφωνασκηκὼς καὶ συνειλοχὼς ῥήματα καὶ λόγους, συνείρει τούτους σαφῶς καὶ ἀπνευστί.* De fals. legat. p. 421: *λογάρια δύστηνα μελετήσας καὶ φωνασκήσας.* Verba ipsa sunt ita coniungenda: *εἰ πεφωνασκηκότες, καθάπερ οἱ χοροὶ περὶ νίκης ἀγωνιζόμενοι, ἰσχνοὶ τ. κ. ἄσ. ἀναγκάζονται ᾄδειν.* — Deinde *παντάπασί πως* ex Ald. Lov. Bas. 1. et 2. revocavimus pro *παντάπασί που.*

Ἆρ' οὖν νομοθετήσομεν. Laudant hunc locum *Athenaeus* X, 55. T. IV. p. 112. *Galenus* de animi morib. corp. temperat. p. 350. v. 11. T. I. ed. Bas. et *Stobaeus* Serm. XLII. p. 294. v. 51. E Stobaeo et Cod. Voss. *Ἆρ' οὖν* pro *Ἆρ' οὐ* reposuimus, vid. ad II, 4. *Böckhius* scribi volebat *ἄρ' οὖν*, quod iure damnat *Hermannus* ad Sophocl. Antig. p. 53. ed. Erfurdt. min. Mox Athen. *γεύσασθαι.*

πῦρ ἐπὶ πῦρ ὀχετεύειν. *Clemens Alexandr.* Paedag. II, 2. T. I. p. 178. Pott. *τὸν οἶνον οἱονεὶ πῦρ ἐποχετεύοντας πυρί.* Cf. *Iulian.* Epist. LII. p. 437. A. *Chrysostom.* Ep. ad Rom. p. 29. *Seneca* de ira II, 20. §. 3. *A. Gell.* Noct. Attic. XV, 2. *Macrob.*

Saturn. II, 8. p. 355. Bip. In proverbium venit πῦρ ἐπὶ πῦρ, ut ap. *Aristocl.* in Euseb. Praep. Ev. XI, 3. p. 510. C. Cf. *Zenob.* p. 141. *Mich. Apost.* XVII, 3. *Hesych.* T. II. p. 1085. not. 2. *Stob.* Serm. XLVI. p. 420. v. 49. Serm. LXXI. p. 452. v. 29. Sic et μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ ap. *Plutarch.* Praecept. coniug. p. 143. F. Vid. *Erasmi* Adag. Chil. I. Cent. II. p. 54. In libro nostro exciderunt verba ἐπὶ πῦρ.

ἐμμανῆ. Sic Athen. Stob. Bas. 2. et Cod. Voss., libri reliqui ἐκμανῆ, quod ab usu Platonico abhorret. Sic enim V, 6. 734. A: καὶ ἔρωτας οὐκ ἐμμανεῖς παρεχόμενον. Tim. p. 86. C. Phaedr. 251. E. Vid. *Böckh.* p. 145 seq. Deinde Stob. et Cod. Voss. εὐλαβουμένους; sed εὐλαβούμενοι refertur ad διδάσκοντες huiusque causam explicat. — Mox ἤδη pro δή Athen. et Stob., Ald. Bas. 1. 2. et Galen. δεῖ. Galen. νέους.

εἰς τὴν τῶν πρεσβυτῶν —. Galen. et Stob. πρεσβυτέρων, Cod. Voss. πρεσβυτάτων. *Ficinus:* „ad sacra senum et ludos." Mox Stob. τελευτὴν ἅμα καὶ παιδείαν. Vinum, ut Bacchi donum ac symbolum, dicitur τελετή (mysterium) et παιδιά (lusus, utpote festis diebus) senum, propterea quod liber eius usus ex Platonis sententia nonnisi senibus concessus esse debet.

τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις. Ab Athenaeo abest ἄλλοις; sed ἄλλος ita frequentari solet, ut sit *omnino, in universum*, VI, 17. 774. E. vid. ad Phaedr. p. 241. et ad Polit. V, 465. B. 467. B. VII, 520. B. 521. A. Saepenumero, si rem ex nostri sermonis indole aestimes, videtur abundare. Etenim οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι, qui senibus opponuntur, tanquam singulari humanitatis parti, sunt homines universi. Aliter vero explicari debet ἄλλο, si diversae res memorantur, quarum ratio non est talis, qualis inter totum et partem intercedit; tunc est *praeterea, sed etiam;* velut Gorg. 473. D: εὐδαιμονιζόμενος ὑπὸ τῶν πολιτῶν καὶ τῶν ἄλλων ξένων, a civibus non solum, sed etiam a peregrinis. Phaedon. 110. E: ἃ καὶ λίθοις καὶ γῇ καὶ τοῖς ἄλλοις (comma delendum est, ut recte cl. *Bekkius* in Plat. Oper. T. I. p. 185. scripsit) ζώοις τε καὶ φυτοῖς αἶσχη — παρέχει: quae non solum lapidibus et terrae, verum etiam animantibus et plantis corruptionem — afferunt. Sic, ni fallor, exempla ab *Heindorfio* ad Phaedon. p. 234. collecta explicari debent. Vid. VI, 7. p. 759. A. VII, 7. p. 797. B. XII, 8. 957. D. Verba ita construe: ἣν (τελετὴν καὶ παιδιάν) τὸν οἶνον ἐδωρήσατο (Διόνυσος) τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις φάρμακον ἐπίκουρον τῆς τοῦ γήρως αὐστηρότητος. Τὸν οἶνον epexegesi inservit, vid. I, 6. De vini

praestantia vid. I, 15. et ad verba τῆς τοῦ γήρως αὐστηρότητος cf. *Iacobs* ad Anthǫlog. graec. T. I. p. 313. — Mox Galen. ὥστε ἀνίας καὶ δυσθυμίας — σκληρόν. Post μαλακώτερον e cod. Voss. recepi τέ, quod *Ficinus* videtur expressisse: „ipsaque affectio animi, sicuti ferrum in igne, ex duritie in mollitiem deducta, flexibilior fiat." Frequens vero est comparatio animi ferocis cum ferro aqua tincto, molliti vero cum ferro igne cocto. *Plutarchus* de discrim. adul. p. 37. C: ὁ σίδηρος πυκνοῦται τῇ περιψύξει καὶ δέχεται τὴν στόμωσιν ἀνεθεὶς πρῶτον ὑπὸ θερμότητος καὶ μαλακὸς γενόμενος. Cf. interpp. ad Sophocl. Ai. 650. et Antigon. 475. *Plutarch.* Num. p. 64. D. al. Ceterum comparandus est cum his locus in c. 12. p. 671. B.

ἆρ' οὐκ ἂν ἐθέλοι. Cod. Voss. ἆρ' οὖν κἂν ἐθέλοι. Mox pro τέ scripsimus γέ, quod iam *Böckhius* p. 147. reponi iusserat.

CAP. X.

P. 70. δεῖ γέ τινα. *Stephanus* scribi volebat δή γέ τινα (δή ad πρέπουσαν refertur). Si quid mutandum esset, equidem scribi mallem εἴ γέ τινα: si verum ponimus s. iure sumimus, etiam senibus canendum esse.

οὐκ ἄλλην — δυναίμεθα, int. ᾄδειν. *Ficinus:* „nos quidem, o hospes, et ii non possumus aliud canere, quam quod in choro didicimus; in hoc enim cantu adsueti sumus." Ceterum in Ald. Lov. Bas. 1. et 2. verba ἡμεῖς ad γενόμενοι Atheniensis orationi annexa sunt, ad quae Clinias respondet Εἰκότως γε; deinde Atheniensis pergit Οὕτως γάρ cet. Rectam orationis distributionem *Ficinus* et *Cornarius* iam ostenderant.

ἐπήβολοι. Sic bene correxit *Cornarius* Eclog. p. 1006. (p. 118. ed. Fisch.) vitiosum illud ἐπίβολοι, quod in Ald. Lov. Bas. 1. et 2. extat. *Eustathius* ad Odyss. β'. p. 99. 28: Πλάτων ἐν πρώτῳ νόμων· ἐπήβολον γεγονότα ὥστε τυχεῖν τῆς καλλίστης παιδείας, ubi verba libri IV. p. 724. A. simul ipsi obversata sunt: παιδείας γίγνεσθαι κατὰ δύναμιν ἐπηβόλους. Cf. Etymolog. M. p. 375. 23. Hausisse haec Eustathium e Porphyrio, iam *Valckenarius* dissert. de Schol. in Homer. (Opusc. philol. T. II. p. 149. ed. Lips.) observavit. Perpetua vero vocum ἐπήβολος (qui assecutus est, tenet s. possidet) et ἐπίβολος (qui aliquid molitur s. assequi studet) permutatio est, vid. *Wesseling.* ad Diodor. Sic. I, 19. p. 22. T. II, 7.

p. 120. Cf. *Eustath.* ad Iliad. θ'. p. 640. et Odyss. β'. p. 99. et interpp. ad Longin. VIII. §. 1. p. 266 sq. ed. Weisk.

φορβάδας, in pascuis versantes, h. e., gregales; et coniungendum hoc verbum est cum κέκτησθε, quo gregalis quasi s. publica indicatur Lacedaemoniorum educatio, domesticae, quae in sequentibus significatur, opposita (sic enim φορβάς s. ἀγελαῖος et τροφίας sibi respondent). Lacedaemoniorum enim pueri in ἀγέλας (greges s. classes) distribuebantur. Vid. *Manso* in Sparta T. I. P. I. p. 146. Hanc vero imaginem etiam in sequentibus noster retinuit; hinc ἱπποκόμον (equorum curatorem s. equisonem. Politic. 161. D.), et ψήχων (stringens s. destringens strigili, vid. Pollux I, 183. et Hesych.). Sic *Xenophon* Hist. graec. II, 4. 6: οἱ ἱπποκόμοι ψήχοντες τοὺς ἵππους. Cf. eund. de re equestri IV, 4. V, 1. 5. VI, 1. Mag. equit. I, 16. Vulgo post φορβάδας interpungitur. — Pro ὑμῶν Bas. 2. ἡμῶν. Mox ἄστυ Ald. Lov. Bas. 1. et 2. Cur Stephanus ἄστη scripserit, nisi error typographicus est, causam non video. Πόλις est civitas, h. e., cives (vid. *Valcken.* ad Eurip. Phoeniss. p. 932), ἄστυ vero urbs proprio sensu. Quod praecedit ὅθεν, *unde*, *qua re*, est *quo* s. *ut*. Deinde δέ est i. q. ἀλλά, ut VI, 21. p. 781. B: ὅσῳ δέ cet. X, 1. 885. D. Vid. *Raphel.* ad Hebr. IV, 15.; et sicut post ἀλλά, praegresso οὐ μόνον, al., καί crebro omittitur (vid. *Schäfer.* ad Lamb. Bos. ellips. p. 309 sq. et *Heindorf.* ad Protagor. p. 500.), ita etiam post δέ saepenumero deest. Sic V, 14. p. 747. D: ἀναδιδοῦσαν οὐ μόνον τοῖς σώμασιν ἀμείνω καὶ χείρω, ταῖς δὲ ψυχαῖς οὐχ ἧττον δυναμένην πάντα τὰ τοιαῦτα ἐμποιεῖν. VI, 1. 751. B: οὐ μόνον οὐδὲν πλέον — σχεδὸν δὲ βλάβαι — γίγνοιντ' ἂν ἐξ αὐτῶν. p. 752. D: μὴ μόνον ἀφοσιώσασθαι —, ξυντόνως δ' ἐπιμεληθῆναι. C. 8. p. 760. D: μὴ μόνον ἔμπειροι τῆς χώρας γίγνωνται —, πρὸς τῇ χώρᾳ δὲ ἅμα καὶ τῆς ὥρας ἑκάστης — τὸ γιγνόμενον ὡς πλεῖστοι καταμάθωσιν. C. 19. p. 777. D: μὴ μόνον ἐκείνων ἕνεκα, πλέον δὲ αὐτῶν προτιμῶντας. VIII, 9. 842. C: οὐ γὰρ μόνον ἡμίσεις ἂν γίγνονται νόμοι μέτριοι, πολὺ δ' ἐλάττους. XII, 12. 965. B: μὴ μόνον δεῖν πρὸς τὰ πολλὰ βλέπειν δυνατὸν εἶναι, πρὸς δὲ τὸ ἓν ἐπείγεσθαι.

τέταρτον. Verba ita cohaerent: τὴν ἀνδρίαν τιμῶντα (ὡς) τέταρτον κτῆμα ἀρετῆς, ἀλλ' οὐ πρῶτον. Vulgo male sic interpungitur: πολεμικώτερον. τέταρτον, ἀρετῆς ἀλλ' οὐ πρῶτον. Deinde ἰδιώταις τε καὶ ξυμπάσῃ πόλει dativi erunt, qui dicuntur, commo-

di (ut VII, 9. 800. E: τῶν ἐκμαγείων ταῖς ᾠδαῖς. C. 10. 802. A: τοῖς σώμασιν ὀρχήσεις. al.), nisi statueris ἐν (inter) excidisse.

P. 71. εἴπερ. *Cornarius* interponi volebat δρῶ; sed εἴπερ absolute sic usurpari solet, ut verbum e praegressis repetendum sit. X, 10. p. 900. E: καὶ τῶν μὲν προσήκειν ἡμῖν, εἴπερ, ὁπόσα φλαῦρα. Vid. *Böckh.* p. 149 sq. et *Heindorf.* ad Parmenid. p. 255.

ὁ λόγος ὅπη φέρει. Polit. III, 7: ἀλλ' ὅπη ἂν ὁ λόγος ὥσπερ πνεῦμα φέρῃ, ταύτῃ ἰτέον. Ubi v. not.

τοῦτο αὐτὸ μόνον, int. τὴν χάριν. De αὐτὸ μόνον vid. ad I, 5. Αὐτοῦ vero, quum respiciat praegressum ἅπασιν ὅσοις, est i. q. αὐτῶν ἑκάστου, ut Phaedon. 70. E: ἆρα ἀναγκαῖον, ὅσοις ἔστι (sic scribendum) τι ἐναντίον, μηδαμόθεν ἄλλοθεν αὐτὸ γίγνεσθαι, ἢ ἐκ τοῦ αὐτῷ ἐναντίου. Ubi v. *Heindorf.* p. 67. Verba τὸ σπουδαιότατον εἶναι trahi debent etiam ad ὀρθότητα et ὠφέλειαν, ut sensus generalis sit: omnibus rebus, quae gratae sunt, hoc subesse oportet, ut vel sola gratia vel bonitate quadam vel denique utilitate praestent magnique faciendae sint. Ὑπάρχειν est praesto esse, subesse, ut VIII, 11. 846. E: τοῦτ' οὖν ἐν πόλει ὑπάρχον δεῖ πρῶτον γίγνεσθαι. Alcibiad. I. c. 15: ἢ ταῦτα μὲν ᾤου ἂν δεῖν ὑπάρχειν. Polit. V, 458. A. Tim. 30. C. *Aristotel.* Polit. VII, 3. (c. 4. §. 2. Schneid.). Vid. nostra ad Sympos. p. 257.

ἣν δὲ — ὠφέλειαν, int. προσείποιμεν ἄν: quod vero ad ea attinet, quae recta et utilia dicimus s. quae ὀρθότητα et ὠφέλειαν vocamus, ut *Stephanus* interpretatus est. Deinde ante ὑγιεινόν, *Stephano* suadente, articulum τό interposuimus, quem non solum genitivus τῶν προσφερομένων postulat, sed etiam τοῦτ' αὐτό, quod ad substantivum vel adiectivum substantivi partes agens spectat. Sensum perspicue expressit *Cornarius*: „rectitudo vero et utititas sita est in salubritate eorum, quae exhibentur, et haec est in ipsis id quod rectissimum est." In praegressis τὴν ἡδονήν epexegesis est. Ad τὸ εὖ καὶ τὸ καλῶς ex antecedentibus repete μανθάνειν; sic enim adverbia poni solent, ut II, 7. 662. A: τό γε αἰσχρῶς (int. ζῆν) — τὸ καὶ κακῶς cet. Infra: τὸ ὀρθῶς (βούλεσθαι) - τό γε εὖ καὶ τὸ κακῶς. III, 13. 697. B: ἔστι δὲ ὀρθῶς (int. διανέμειν). Euthyphr. p. 10. al. Sensus est: in doctrina vero s. discendo veritas est id, quod rectum, utilitatem ac bonitatem efficit.

τῇ τῶν ὁμοίων ἐργασίᾳ. Dativi, etsi oratio abrupta est interpositis ἆρ' οὐκ — γίγνεσθαι, pendent e παρεπόμενον ἐὰν γίγνη-

ται. Sensus est: etiam similium effictioni, quae artes imitatrices complectitur, quod accedit, id gratia rectissime dicitur. In his μέν ante ἡδονήν interpositum est propter ea, quae sequuntur: τὴν δέ γε ὀρθότητα, et τὸ μὲν ἡδονὴν — γίγνεσθαι simul praegressa ἐὰν γίγνηται et sequentia παρεπόμενον ἐὰν γίγνηται spectat, ita ut haec oratio e duabus conflata sit: ἂν τοῦτο ἐξεργάζωνται τὸ ἡδονὴν ἐν αὐτοῖς γίγνεσθαι et: ἂν τοῦτο, ὃ ἐξεργάζονται, ἡδονή, παρεπόμενον γίγνηται, χάριν αὐτὸ (τοῦτο, τὴν ἡδονήν) δικαιότατον ἂν εἴη προσαγορεύειν.

τοῦ γε τοσούτου: aequalitas, ut nos dicimus, quantitatis et qualitatis. Infra: εἰ τὸ μιμηθέν (exemplar, quod artifex imitatur s. exhibet), ὅσον τε καὶ οἷον ἦν, ἀποτελοῖτο. Mox post πρότερον pro particula ἤ sequitur ἀλλ' οὔ.

P. 72. παρέχεται — γίγνοιτο. Sic frequenter optativus et indicativus in uno et eodem orationis circuitu ponuntur. VII, 5. p. 795. C: εἴ τις — φύοιτο, — δεῖ βέλη ῥίπτειν. Cf. Phileb. 35. E. 38. E. dial. de iusto 374. B. *Isocrates* de pac. p. 177. ed. Coray: τίς ἂν ὁμολογήσειε, πλὴν εἰ μή τις παντάπασιν ἀπονενοημένος ἐστὶ καὶ μήθ' ἱερῶν — φροντίζοι. Cf. *Matthiae* Miscell. philol. V. II. P. I. p. 53 sq. Gramm. graec. p. 710. et *Böckh.* in Min. p. 62. — Verba τῆς χάριτος iterum epexegesi inserviunt. Paulo post Cod. Voss. μόνον pro μόνου.

ἢ εἴ τις χαίρει. Vulgo ἢ μή τις χαίρει; sed μή locum habere nequit, quocirca *Cornarius* id deleri iubebat, *Böckhius* vero scribi malebat καί. Nos e vestigiis Cod. Voss., ubi scribitur εἴ τις τό γε ἴσον, reposuimus ἢ εἴ τις. Μή haud dubie e voce ἤ ortum est, particulam vero εἴ oblitteravit ἤ. — Mox post τό γε ἴσον in exemplo Bipontino excidit ἴσον ex errore typographico, ceteri enim libri omnes illud habent. Quocirca *Heindorfium*, qui in Spec. coniect. in Plat. p. 31. ἴσον interponi iussit, ne Stephani quidem exemplum inspexisse apparet.

P. 73. ὀρθότης. Sic e Cod. Voss. reposui pro ὀρθότητος. *Ficinus* vertit: „rectitudo enim imitationis in hoc consistit." Deinde Cod. Voss. φαμέν pro ἔφαμεν; sed ἔφαμεν *Ficinus* quoque expressit. Pro εἴ Ald. Lov. Bas. 1. et 2. exhibent ἤ; *Stephanus* reposuit εἰ, *Ficinum* secutus, qui vertit: „si tantum et tale fiat, quod imitatione exprimitur, quantum et quale in se ipso est." Sensus est: si exemplar (res imitatione expressa) tantum ac tale exhiberetur, quantum et quale esset. Ἦν propter ἔφαμεν et praegressum ἦν positum est, quanquam saepenumero est i. q. simplex ἐστί.

τὸν μέλλοντα. Ald. Lov. et Bas. 1. *μέλλοντας.* Sensus est: nisi rem ipsam, quam imitatio exhibet, cognitam habeamus, vix ac ne vix quidem, num artifex verum exhibuerit an ab eo aberraverit, perspicere poterimus. Si v. c. animal pictum spectamus, cognoscere non possumus, utrum pictor id, quod exhibere animus erat, vere repraesentaverit necne, nisi animal ipsum, cuius imago tabula est, cognoverimus. Ex quo intelligitur, picturam veritate niti. *Τὴν οὐσίαν*, rem ipsam (imitatione expressam), *nempe*, quid velit (exhibeat) imitatio. Ante *τί ποτε βούλεται* int. particulam explicationi inservientem, vid. I, 4. Mox *αὐτοῦ* pro *αὐτῆς*, vid. ad I, 14.

καὶ τὸ κακῶς (sic in libro nostro legendum est pro *καλῶς*). Ita Bas. 2. et Cod. Voss. In Ald. Lov. Bas. 1. Steph. et Bip. articulus deest. Supra: *καὶ τὸ εὖ καὶ τὸ καλῶς. Τὸ ὀρθῶς*, int. *βούλεσθαι*, est fere i. q. *τὴν ὀρθότητα.*

CAP. XI.

εἴ τις ἀγνοοίη. Cod. Voss. *εἴ τις καὶ ἐν τούτοις ἀγνοεῖ.* Vulgo *ἀγνοοῖ.*

τοὺς ἀριθμοὺς τοῦ σώματος cet. Offendit viros doctos *τοὺς ἀριθμοὺς τοῦ σώματος;* et *Heindorfius* quidem Spec. coniect. in Platon. p. 31. scribi volebat *τοὺς ῥυθμούς*, *Böckhius* vero esse vult numeros et proportiones partium corporis, quod, nisi *τῶν μερῶν* interponas, vox *ἀριθμοί* significare nequit. Facile quidem *καί* post *τῶν μερῶν* transponendo hunc sensum nancisci possis, sed ne hoc quidem opus est; *ἀριθμός* est enim mensura (*die arithmetische Grösse*), quae, quot partes corpus contineat, declarat. Sic *Xenoph.* Anabas. II, 2. 6: *ἀριθμὸς δὲ τῆς ὁδοῦ, ἣν ἦλθον ἐξ Ἐφέσου τῆς Ἰωνίας μέχρι τῆς μάχης, σταθμοὶ τρεῖς* cet. Hinc sequitur: *ὅσοι τέ εἰσιν*, int. *οἱ ἀριθμοί.* Deinde e cod. Voss. et Ficino pro *ἢ* recepi *εἰ*, utrum (vid. I, 11.); huic enim in sequentibus respondent: *ἢ πάντα ταῦτα τεταραγμένως εἴργασται.* *Ficinus:* „utrum articulos — habeat — vel contra utrum perturbate haec omnia picta sint.“ Verba ita cohaerent: *μῶν δοκεῖ ἄν ποτε διαγνῶναί τις, εἰ ἔχει* (*τὸ ἀπεικασθέν*, quod repeti debet e praegresso *ἀπεικασίαι.* Male *Böckhius* supplendum esse iudicat *τὸ μεμιμημένον ζῶον*, hoc est enim ipsum exemplar, non eius imago, de qua hic agitur) *τοὺς ἀριθμοὺς τοῦ σώματος, ὅσοι εἰσί* (quot sunt, sc. in exemplari) *καὶ τὰς θέσεις ἑκάστων τῶν μερῶν, ὁποῖα αὐτῶν παρ' ὁποῖα κείμενα τὴν προσήκουσαν τάξιν ἀπείληφε, καὶ ἔτι δὴ* (*εἰ ἔχει*)

χρώματά τε καὶ σχήματα (int. convenientia vel talia, qualia in exemplari conspicimus), ἢ πάντα ταῦτα τεταραγμένως εἴργασται, τὸ παράπαν ἀγνοῶν, ὅ τί ποτέ ἐστι τὸ μεμιμημένον ζῶον (exemplar vivum, quod artifex imitando expressit). Post τὸ παράπαν vulgo male interpungitur, quum ad ἀγνοῶν pertineat, ut *Ficinus* recte cepit: „qui animal quod pingitur minime noverit."

P. 74. ἐκεῖνο. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἐκείνῳ. Ante Πάντες — ἐγιγνώσκομεν Cliniae nomen reduximus, *Ficinum* secuti, ut Atheniensis pergat his verbis: Ὀρθότατα λέγεις cet. Quod Atheniensis interrogaverat et ipsa interrogatione negaverat, nempe necesse esse, ut is, qui sciat, simulacrum quodpiam esse hominem, huiusque naturam perspectam habeat, statim de operis pulcritudine iudicare possit, id etiam magis negat Clinias verbis: omnes omnino de operum pulcritudine tunc iudicare possemus. Τὰ καλὰ τῶν ζώων sunt pulcritudines animalium imitando expressorum, igitur pulcritudines ipsorum simulacrorum. Ζῶον est enim animal pictum, h. e., simulacrum, ut Politic. p. 277. C: ἀλλ' ἀτεχνῶς ὁ λόγος ὥσπερ ζῶον τὴν ἔξωθεν μὲν περιγραφὴν ἔοικεν ἱκανῶς ἔχειν (ubi oratio simulacro s. picturae comparatur nondum perfectae s. absolutae; quocirca sine causa *Schleiermacherus* haec verba sollicitavit). Vid. ad VI, 14. Ἆρα praegressum est *num*, quod significat, id in responsione negatum iri, de quo interrogatum erat (est nostrum *wohl*, interrogative positum).

ὅ τί ἐστι. Vulgo ὅ τέ ἐστι. *Stephanus* enim adnotat, legi quoque ὅ τί τέ ἐστι, unde ὅ τί ἐστι rescripsimus, quod *Böckhius* quoque volebat, etsi ὅ τί ποτε, ut in praegressis, magis placeret; et, ni fallor, ὅ τε ex ποτέ enatum, ὅ τε autem scripto, ὅ τι oblitteratum est. Mox τὸ τρίτον est: id quod tertium est s. ut tertium considerari debet; et per hyperbaton haec verba posita sunt pro: ἔπειτα τὸ τρίτον, ὡς εὖ εἴργασται. Vox vero εὖ significat pulcritudinem orationis, carminis et rhythmi, de qua statim iudicare posse negaverat eum, qui et rem imitatione expressam et omnia in simulacro respondere exemplari ad imitandum proposito cognoverit.

ἢ τὰς ἄλλας εἰκόνας, i. e., ἢ τὸ περὶ τ. ἄ. εἰκόνας. Sic III, 6. p. 685. B: Τίνα οὖν ἂν σκέψιν καλλίω ποιησαίμεθα περὶ νόμων, ἢ τούτων, i. e., ἢ τὴν περὶ τούτων, cet. Sophist. 227. B: σεμνότερον δέ τι τὸν διὰ στρατηγικῆς ἢ φθειριστικῆς δηλοῦντα θηρευτικὴν οὐδὲν νενόμικε. Ubi vid. *Heindorf*. p. 511.

χαλεπώτατόν τε. Sic *Stephanus* coniecit pro eo, quod vulgo legitur, *γέ*. Mox *ῥήματα ἀνδρῶν ποιήσασαι* est: viros loqui facientes. De verbo *ποιεῖν* vide quae supra notavimus. Mox Cod. Voss. pro *τὸ σχῆμα* exhibet *τὸ χρῶμα*, quod *Ficinus* expressit vertendo: „colorem mulierum concentusque redderent.“ Contra *Cornarius*: „ut — gestum ac concentum muliebrem ipsis attribuant.“

P. 75. *τῶν ἀνθρώπων ὅσους.* Orphica, quae hic respiciuntur, haud dubie ad Terpsichores nomen spectant. Similiter *Hesiod.* Theogon. 916:

'Εξ ἧς αἱ Μοῦσαι χρυσάμπυκες ἐξεγένοντο
'Εννέα, τῆσιν ἅδον θαλίαι καὶ τέρψις ἀοιδῆς.

Ficinus vertit: „quos Orpheus delectationis gratiam secutos dicit.“ — Ante *ταῦτα* in Ald. Cliniae nomen positum est, recte iam in Lovan. deletum. Mox ad *ῥυθμὸν μὲν καὶ σχήματα* supple *ποιοῦντες* e praegresso *διασπῶσι*; namque, quum notio distrahendi iam significata sit voce *χωρίς*, ut infra praepositione *ἄνευ*, generale quoddam verbum, quale est *ποιοῦντες*, eruendum est. Ceterum *ἔτι* est praeterea, insuper. Sensus: poetae quum omnia inter se confusa esse cernant, tantum abest, ut huic artium depravationi succurrere studeant, ut etiam magis eas corrumpant, quae dissociari a se invicem nequeunt, distrahentes, ut poesin a musica. Vana est Gallici interpretis suspicio, pro *ὁρῶσι* legentis *δρῶσι*, quod sensum non habet. Ceterum *λόγοι ψιλοί* de prosa oratione, cui metrica opponitur, frequentatur, vid. *Heindorf.* ad Phaedr. p. 353. et *Hermann.* ad Viger. p. 719.

μιμημάτων. Haud dubie scribendum est *μιμητῶν*; scilicet *μίμημα* est imitatio s. simulacrum, *μιμητόν* vero id, quod imitatione exprimi potest; simulacrum vero, de quo hic agitur, dici non potest simulacro simile esse, sed exemplari. Sensus enim nonnisi is potest esse: et cui simile sit ex iis rebus, quae dignae sint imitatione; haec sunt *τὰ μιμητὰ ἀξιόλογα.* Similiter *μιμήματα* et *μιμητά* inter se confusa erant in *Xenophont.* Mem. Socrat. III, 10. §. 5. ubi v. Ernesti.

ἀπταισίας. *Cornarius* hunc locum ita reddidit: „quare necesse est suspicari, quidvis huiusmodi multa rusticitate plenum esse, quantum velocitatis et tarditatis et bestialis vocis studio vehementer tenetur, ita ut tibiarum sono et citharae pulsatione praeter quam ad saltationem et cantilenam utatur.“ Etiam *Fi-*

cinus habet tarditatis. *Cornarius* idcirco pro ἀπταιστίας et legit et expressit ὀψίας. Ἀπταιστία in hunc locum non quadrat; ἄπταιστος enim dicitur, qui pedibus non offendit, qui tuto incedit (v. *Xenophont.* Equit. Mag. I, 6. *Pollux* I, 11: ἀπταιστότερον βαδίζει. Hinc ἀπταίστως est tuto Theaet. p. 144. B. et ἄπταιστος cum ἀσφαλής coniungitur a *Plutarch.* compar. Pericl. et Fabii M. x. p. 190. B.). Ni fallor, legendum est ἀπνευστίας, spiritus retentionis, velut si tibia canas sine interspiratione; quod in hunc locum optime quadrat. Φίλον est h. l. cupidum, quocirca genitivo iunctum, ut adiectiva solent construi, quae appetitionem, cupiditatem, al. significant. Mox ὑπό est i. q. εἰς vel πρός, vid. *Valcken.* ad Herodot. p. 734. et *Fischer.* ad Weller. T. III. P. II. p. 280.

ψιλῷ δ' ἑκατέρῳ. Paulo insolentius pro infinitivo χρῆσθαι substantivum τῆς χρήσεως positum est. Sic enim debebat oratio procedere: ψιλῷ δ' ἑκατέρῳ χρῆσθαι πάσά (i. e. omnino, prorsus, ut in πᾶσα ἀνάγκη, al.) τις ἀμουσία καὶ θαυματουργία γίγνοιτ' ἄν. Dativi ψιλῷ δ' ἑκατέρῳ propter graviorem, quem habent, sensum absolute quasi positi sunt, ut c. 10: τί δὲ τῇ τῶν ὁμοίων ἐργασίᾳ, ubi, pluribus interpositis, sequitur demum id, unde dativi pendent, παρεπόμενον ἐὰν γίγνηται. *Ficinus* vertit: „nude autem utroque uti, abusus est miraculorum ostentationi persimilis et a musis admodum alienus." De θαυματουργίᾳ vid. ad I, 13.

ὅ τί ποτε δεῖ. Sic scripsimus, sensu postulante, pro ὅτε ποτὲ δεῖ. Cod. Voss. ἀλλ' ὅτι, ποτε δεῖ. *Stephanus* legi suadebat ὅτε ποτὲ δεῖ; non vero hoc scriptor potest dicere voluisse, *quando* senes musica uti oporteat, quum tempus iam definiverit et in proxime praegressis et supra c. 8., sed, *quanam* musica ipsos uti deceat, quaerit, eamque in sequentibus choricam esse declarat. Ad ὅ τί ποτε δεῖ intell. αὐτοὺς ἀσκεῖν, ἐργάζεσθαι vel πεπαιδευμένους εἶναι, quod eruendum est e praegresso προςχρῆσθαι. Antecedentia οὐχ ὅτι μὴ δεῖ — σκοπούμεθα opposita sunt vulgari illi, quam supra (p. 665. B.) notavit, sententiae, senes non decere cantus ac choros.

τῆς γε χορικῆς μούσης ὅ τι. Sic iterum de coniectura scripsimus pro ὅτι, quod orationem turbat; genitivus enim tunc nihil habet, unde pendeat, et sensus non is existit, quem scriptor voluit adumbrare, senes videlicet decere prae ceteris numeri et harmoniae peritos esse; hanc esse musicae partem senibus fe-

re, quippe qui in musica iudices futuri sint, peculiarem. *Παιδεύεσθαι*, ut solet, accusativo ὅ τι (quamnam musicae choricae partem) iunctum, velut ap. *Xenophont.* Cyropaed. II, 3. 5: *ταῦτα ὑπὸ κρείττονος διδασκάλου πεπαιδεύμεθα.* — Vulgo vitiose post *μούσης* interpungitur. Mox *εὐαισθήτως ἔχειν* cum genitivo coniunctum, ut *ἐρωτικῶς ἔχειν*, al. adhibetur.

ἢ πῶς τις cet. Pronomen *τὶς* e cod. Voss. interposuimus. *Ficinus* quoque: quomodo enim aliter *quispiam* cet. Deinde pro *τοῦ δωριστί* scripsimus *τὸ δωριστί*, i. q., *ἡ δωριστί*, dorica harmonia (vid. Polit. III, 10.), quanquam etiam genitivus recte habet. Sic enim *Xenophont.* Cyrop. IV, 2. 40: *οὐδ' ὡς ἡμῖν νῦν προσήκει οὔτε πλησμονῆς πω οὔτε μέθης.* VIII, 1. 37: *ὅτι μὲν οὖν οὐκ ᾤετο προσήκειν οὐδενὶ ἀρχῆς.* *Demosthen.* adv. Macart. T. II. p. 1056: *ἡγούμενον οὐδ' ὁτιοῦν προσήκειν ἑαυτοῖς οὐδενὸς τῶν Ἁγνίου.* Sic et X, 10. p. 909. E: *Καὶ τῶν μὲν προσήκειν ἡμῖν.* Quocirca nunc *τοῦ δωριστί* piget tentasse. — Ante *ὀρθῶς* int. *πότερον: πότερον ὀρθῶς αὐτὸν προσῆψεν ἢ μή.* Sic IV, 4. p. 710. C: *εἰ τύραννος γένοιτο, φῄς, νέος* cet. IX, 4. p. 859. A: (*πότερον*) *ἐν πατρός τε καὶ μητρὸς σχήμασι — ἢ κατὰ τύραννον.* cet. Vid. *Hoogev.* ad Viger. de idiotism. p. 409. et *Heindorf.* ad Gorg. p. 141.

P. 76. *γεγόνασι διηναγκασμένοι.* Frequens haec est verbi circumlocutio, ut III, 15. 700. D: *ἄρχοντες μὲν τῆς ἀμούσου παρανομίας ποιηταὶ ἐγίγνοντο.* V, 8. p. 737. C: *γίγνοιτ' ἂν λεχθείς.* VI, 21. 779. D: *Γάμοι μὲν τοίνυν ἡμῖν ἔστωσαν γεγονότες.* VIII, 11. 846. E: *τοῦτ' οὖν ἐν πόλει ὑπάρχον δεῖ πρῶτον γίγνεσθαι.* *Xenoph.* Mem. IV, 3. 8: *ὅταν αὖ πάλιν ἀπιὼν γένηται* (*ὁ ἥλιος*). al.

τὸ δέ που. Vulgo *τόδε που* (Ald. *τόδέ που*. Bas. 1. et 2. *τὸ δέ που*) — *ἔχειν.* *Τὸ δὲ* est *at vero*, vid. ad I, 11. p. 662. A. E Cod. Voss. *ἔχει* recepimus, quod *Ficinus* confirmat. Ad *ὅ τί ποτ' ἔχει* ex eo, quod sequitur, *ἐν ὁτῳοῦν* petendum est *τὶ* s. *ὁτιοῦν*; respiciunt enim haec *μέλος προσήκοντα ἔχον.*

CAP. XII.

αὐτό. Sic pro *αὐτά*, *Stephano* praeeunte, scripsimus, cui *Cornarius* viam monstraverat vertendo: hoc igitur ipsum nunc, ut apparet, invenimus, quod —. *Τοῦτο αὐτό*, hoc ipsum, scil. quod quaesivimus et cuius inveniendi causa omnia hactenus disputata protulimus. *Böckhius* p. 152. scribi volebat *αὖ ταὐτόν*, quod, quum verbis *Τοῦτ' οὖν* cet. conclusio contineatur totius,

quae hactenus habita est, disputationis, minus aptum mihi videtur esse. — Ceterum Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἀνευρίσκωμεν et παρακαλῶμεν. Mox pro ἡμῖν' *Böckhius* scribi iubebat ἡμῶν, sed vide de hoc dativi usu ad I, 1. — Ἑκόντας spectat ad convictus illos solemnes, in quibus vinum seniores inflammat, ut, quum sua sponte canere pudicitia eos prohibeat, libenter se ad canendum provocari patiantur. — μέχρι γε τοσούτου — μέχρι τοῦ. Sic VII, 22. p. 821. D: μέχρι τοσούτου μαθεῖν — μέχρι τοῦ cet. *Xenophont.* Mem. Socrat. IV, 7. 5: Τὸ δὲ μέχρι τούτου ἀστρονομίαν μανθάνειν μέχρι τοῦ καὶ τὰ μὴ ἐν τῇ αὐτῇ περιφορᾷ ὄντα — γνῶναι. Alia id genus collegit *Heindorf.* ad Protagor. p. 628 sq. — De βάσεσι τῶν ῥυθμῶν vide ad Polit. III, 11.

καὶ τοῖς νεωτέροις. Verba haec, quae *Ficinus* male intellexit, ita *Cornarius* vertit: „quo et ipsi canentes statim voluptates innoxias percipiant, et iunioribus convenientis bonorum morum amplexus duces fiant." Ἀσπασμός (ἀσπάζεσθαι, amplecti, est colere, amare) similiter usurpatur libr. XI, 4. 919. E: τῷ ἐκείνων μίσει τε καὶ ἀσπασμῷ.

φερούσης, spectantis. Φέρειν enim εἰς vel πρός τι est spectare ad aliquid. Vid. *Valcken.* Opusc. Crit. T. II. p. 216.

τὸ γὰρ τρίτον. Tertium illud (sc. εἴτε καλὸν εἴτε μὴ καλὸν τὸ μίμημα. Cap. 11: ἐπειθ' ὡς εὖ τὸ τρίτον εἴργασται τῶν εἰκόνων ἡτισοῦν ῥήμασί τε καὶ μέλεσι καὶ τοῖς ῥυθμοῖς.) poetae (latiori sensu etiam musicos haec vox complectitur, quos compositores vocamus) haud necessarium est nosse, dummodo harmoniam et numerum cognoscat, seniores vero, ut qui iudices in re musica iuventutisque praeceptores futuri sint, omnia tria illa percepta habere oportet Τὸ δ' ἁρμονίας, i. e., τὴν δὲ ἁρμονίαν καὶ τὸν ῥυθμόν; vid. ad I, 8. — ἤ, aut, h. e., alioqui, ut Phaedr. c. 30. p. 250. A: ἢ οὐκ ἂν ἦλθεν εἰς τόδε τὸ ζῶον. Infra IV, 9. p. 719. E: ἢ τὸν τοιοῦτον λόγον μήπω σοι διανοοῦ γίγνεσθαι νόμον. VII, 21. p. 820. C. XI, 13. p. 874. A. et fin.: ἢ κακὸς εἶναι δοξαζέσθω καὶ ἀπειθὴς τοῖς νόμοις. XII, 8. 957. C: ἢ μάτην τοὔνομα νῷ προσῆκον κέκτητ' ἂν ὁ θεῖος ἡμῖν ἄν. Polit. VI, 5. 490. A: ἢ ἀλαζόνι ὄντι μηδαμῇ μετεῖναι φιλοσοφίας ἀληθινῆς. Protagor. 323. A: ὡς παντὶ προσῆκον ταύτης γε μετέχειν τῆς ἀρετῆς, ἢ μὴ εἶναι πόλεις.

P. 77. καί, ὅπερ cet. Laudantur haec ab *Euseb.* Praep. ev. XII, 24. p. 597. D. Βοήθειαν ἐπιδεῖξαι est sermonem exhibere et in medio quasi proponere (notae sunt Sophistarum ἐπι-

δείξεις) ad Bacchium chorum defendendum. εἴρηκε, int. ὁ λόγος; pro viribus hoc praestitit.

ἐπὶ μᾶλλον, magis magisque. Euseb. ἔτι μᾶλλον, quae solemnis permutatio est; quocirca fuerunt, qui, ἐπὶ μᾶλλον graece dici negantes, semper id in ἔτι μᾶλλον mutandum esse opinarentur; sed vid. *Wesseling.* ad Herodot. III, 104. p. 249. et ad Diodor. Sic. T. II. p. 535. *Schäfer.* in L. Bos. Ellips. graec. p. 557. et *Bast.* Epist. critic. p. 184. Ceterum *Böckhius* ἐπὶ μᾶλλον contendit iunctim scribendum esse ἐπιμᾶλλον, quia μᾶλλον adverbium sit; sed adverbium in his adiectivi partes agit, ut sit μᾶλλόν τι (ad maius quid, h. e., ad altiorem semper gradum); deinde ἐπὶ a μᾶλλον saepenumero separatum reperitur, ut ap. *Herodot.* IV, 181: ἐπὶ δὲ μᾶλλον ἰὸν ἐς τὸ θερμόν. Similiter in vernaculo sermone praepositiones adverbiis coniungimus, si pro substantivis posita sunt, ut *auf heute, auf morgen.* Neque possum *Stephano* et *Böckhio* assentiri, verba προϊούσης τῆς πόσεως interpunctione utrinque posita separanda esse censentibus; verba enim haec id declarant, quo illud fiat, quod scriptor fieri dicit; eo videlicet, quod compotátio procedit, fit, ut conventus paulatim turbulentior evadat. Igitur προϊούσης τῆς πόσεως est id, quod vernaculo sermone diceremus: *im Fortgange des Trinkgelages s. des Trinkens.* Sic *Xenoph.* Cyrop. VIII, 4. 13: προϊόντος δὲ τοῦ συμποσίου ὁ Κῦρος τὸν Γωβρύαν ἐπήρετο. al. — Pro εἰ ex Eusebio ἀεὶ recepimus, quod iam *Stephanus* et *Vigerus* p. 57. pro vero habuerant. Denique pro γιγνόμενος Eusebius γενόμενος exhibet; sed ξυμβαίνει semper praesenti iungi, bene *Böckhius* monuit p. 153., laudans III. p. 682. D. IX. p. 867. E. 874. E. Epinom. 985. D. Tim. 86. B. Participium γιγνόμενος pro infinitivo positum est, ut solet ξυμβαίνειν construi; sic XII, 3. 946. C. Epinom. 2. 975. A. c. 8. p. 985. E. Epistol. VII. p. 327. C. 328. B. 330. C. al.

ἀναγκαῖον γίγνεσθαι. *Stephanus* interposuit εἶναι, quo cum ceteris libris carere possumus, quum facile suppleri queat. Mox ex Eusebio λεγομένων pro γιγνομένων recepimus: quod quidem necessario fieri in iis, de quibus nunc loquimur (in conviviis), posuimus.

κουφότερος cum αὐτὸς αὑτοῦ coniunctum, de quo vid. ad I, 15. ἐν τῷ τοιούτῳ, tunc, vid. ad I, 1. Deinde Euseb. ἐμπίμπλαται — αὐτοῦ.

μαλακωτέρας. Sic Euseb., libri editi Platonis μαλθακωτέρας; μαλακωτέρας h. l. rectius habet, ferro σκληρῷ oppositum, velut μαλακόν et σκληρόν sibi opponuntur, v. c. Tim. 62. B. Sic et c. 9. p. 666. C: μαλακώτερον ἐκ σκληροτέρου τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος, καθάπερ εἰς πῦρ σίδηρον ἐντεθέντα, γιγνόμενον. Deinde τέ post δυναμένῳ ex Euseb. interposuimus. *Ficinus:* si quis et possit et sciat. — ὅσπερ τότε, sc. ἦν, ὅτε ἦσαν νέαι. Vulgo ὅνπερ, Cod. Voss. vero ὥσπερ, quod in ὅσπερ mutavimus, ut τὸν ἀγαθὸν νομοθέτην epexegesi inserviat.

δυναμένους, eo valentes s. hoc efficientes, ut —. Vid. ad cap. 8. p. 663. D. Mox τὸ κατὰ μέρος σιγῆς cet. est alternum (per vices obtingens) silentium, sermonem, cet. — *ὑπομένειν,* sustinere, est h. l. servare, et ἐθέλειν ποιεῖν aptum est a δυναμένους: id efficientes, ut, qui confidentior fiat, omnino faciat omnia illis (quae tumultuosus facit) contraria. Sic infra: τὸν — μὴ δυνάμενον ἐθέλειν πείθεσθαι, qui prorsus non potest obedire, vid. ad Phaedr. p. 234 sq. — *μετὰ δίκης,* ita ut decet s. oportet; male vertunt interpretes: cum iustitia. Verba θεῖον φόβον pronomini ὅν epexegesis causa adiecta sunt, vid. I, 6. Deinde *εἰσιέναι* et *εἰσέρχεσθαι*, Latinorum *incessere*, dicuntur perturbationes animi, ut timor, ut audacia, al. Vid. ad Polit. I, 5. Dativi vero εἰσιόντι — θάρσει pendent e verbo διαμαχόμενον.

P. 78. *νήφοντας — στρατηγούς.* Respexit hunc locum *Aristoteles* Polit. II, 10. (c. 9. §. 8. Schneid.): Πλάτωνος (ἴδιος) — ὁ περὶ τὴν μέθην νόμος, τὸ τοὺς νήφοντας συμποσιαρχεῖν.

Τούτων δέ γε τῶν νόμων εἶναι, e praegressis pete φαμέν, contendimus. Mox εἶναι pro vitioso habeo et scribendum esse coniicio πολεμεῖν; priores huius verbi syllabae voce πολεμίοις oblitteratae sunt, et e postrema vocis πολεμεῖν syllaba natum est εἶναι. Similiter *Ficinus* vertit: „sine quibus contra ebrietatem pugnare durius est, quam sine ducibus sobriis cum hostibus *dimicare.*" Μή ad ἀθορύβων trahendum, de qua traiectione vid. ad I, 4. *Φέρειν,* ut Latinor. *ferre,* est accipere, habere, ut centies usurpatur; vid. ad XI, 3.

κατὰ νόμους τε. Vulgo κατὰ νόμους δέ; sed sensus postulat, ut haec cum praegressis artius coniungantur; quocirca τέ scripsimus. Mox *ὑφηγοῖντο* correximus pro ἀφίκοιντο, quod *Stephanus* in ἀφηγοῖντο mutavit, *Ficino* praeeunte, qui vertit: „ducentibus sobriis;" ὑφηγεῖσθαι vero, ducere, praeire, prae-

scribere s. praecipere, Platonici est sermonis. Sic leg. X, 4. p. 890. C. Epinom. 5. p. 980. C. 11. p. 989. D. Polit. III, 13. 403. E. Lys. 217. A. Gorg. 455. D. 458. B. Phaedon. 82. D. Sophist. 227. D. Euthydem. 278. C. Theaet. p. 148. D. Criton. fin. Sensus est: quotiescunque (hoc est enim ὁπότε) sobrii illi hortantur, h. e., obedientes (ἀκολουθήσαντες) omnibus sobriorum admonitionibus. Pro ὁπότε vero haud scio an rectius scribatur ὅπη ποτέ, quod verbi ὑφηγεῖσθαι usus videtur poscere. Sic v. c. X, 4. p. 890 C: ὅπηπερ ἂν ὁ νομοθέτης ὑφηγήσηται γράφων.

ἔτι τοιαύτῃ. Sic pro ἐπὶ τοιαύτῃ scripsimus, quod sensum non habet; res futura significatur, ut supra: εἴ γε εἴη τοιαύτη μὲν μέθη; et in his ἔτι est aliquando: si quando talis foret, qualem nunc dicis. Sic *Xenoph.* Cyrop. IV, 2. 10: μέγα ἔτι ἔσεσθαι αὐτον. al.

CAP. XIII.

ἐπεὶ —. Ante haec verba intellige: quae vero silentio praetermittamus, quum s. nam. Mox μέν positum est non sequente δέ, ut solet, vid. ad II, 8. Hoc loco supplere possis: vobis vero dicam.

Λόγος τις ἅμα cet. Cf. *Athenaeus* X, 55. T. IV. p. 112 sq. Deinde ὑπὸ τῆς μητρυιᾶς Ἥρας ex Athen. Cod. Voss. et *Ficino* (qui vertit: a noverca Iunone) restituimus; Ald. Lov. Bas. 1. et 2. θεοῦ Ἥρας, *Stephanus* vero μητρυιᾶς, omisso Ἥρας. — *τῆς ψυχῆς τὴν γνώμην*, ut Homericum θυμὸς ἐν φρεσί, Latinor. mens animi (*Plaut.* Cist. II, 1. 6. Epid. IV, 1. 4. *Lucret.* III, 615. IV, 760. V, 150. *Catull.* LXV, 4 al.). Cf. *Schrader.* ad Musaeum c. 9. p. 192. Ceterum nota est fabula, quae Baccho furorem a Iunone immissum esse tradit; hinc Eurip. Cycl. init. ἐμμανὴς Ἥρας ὕπο. Cf. *Apollodor.* Bibl. III, 5. ubi v. *Heynii* Observatt. p. 251 seq. *Nonni* Dionys. XXXII, 48 seq. al.

ἐμβάλλειν — τιμωρούμενον. Ἐμβάλλειν omnes libri exhibent praeter Stephanianum; etiam *Ficinus* vertit: atque idcirco ulciscendi gratia bacchationis choream omnemque insaniam induxisse (sc. λόγος τις ἅμα καὶ φήμη ὑποῤῥεῖ). Hanc ob causam τιμωρούμενος, quod vulgo legitur, in τιμωρούμενον mutavimus (φήμη ὑποῤῥεῖ s. ἐστίν, τάς τε βακχείας καὶ πᾶσαν τ. μ. χορείαν αὐτὸν ἐμβάλλειν τιμωρούμενον). Quanquam nescio, an τιμωρούμενος ita defendi possit, ut propter praegressum ὡς ὁ θεὸς οὗτος — διεφορή-

θῃ, quum verba sequentia ad idem subiectum referantur, nominativum participii positum esse dicamus, ac si λέγεται, non λόγοι — ὑποῤῥεῖ praecesserit.

ἀσφαλὲς ἡγουμένοις. *Pindarus* Olymp. I, 55: Ἔστι δ' ἀνδρὶ φάμεν Ἐοικὸς ἀμφὶ δαιμόνων καλά· μείων γὰρ αἰτία. De fabulis poetarum mendacibus atque impiis vid. Polit. II, 17. ubi v. not.

P. 79. *τὸ δὲ τοσόνδε οἶδα.* Laudat *Stobaeus* Serm. L. p. 358. n. 10. ubi post πᾶν scribitur ζῶον (*Ficinus*: „nullum *animal*"), quod male abest ab Ald. Lov. Bas. 1. et 2. Sic cap. 14: τὸ κατὰ φύσιν πηδᾷν εἰθίσθαι πᾶν ζῶον.

ἀκταίνῃ αὐτό. Vulgo ἀποκτείνῃ τις αὐτό (*Cornarius*: „et quum quis ipsum citissime occidat, rursus confuse saltat"). Codd. Voss. Parisin. Stob. MS. et Schol. (vid. *Ruhnken.* ad Tim. p. 20.) exhibent ἀκταινώσῃ ἑαυτό; eandem memorat scripturam *Stephanus*, et *Ficinum* quoque tale quid legisse apparet, quum verterit: „et fastu elatum lasciviensque salit." Ἀκταινώσῃ mendosum est, quod si cum vulgata scriptura comparaveris, ἀκταίνῃ legendum esse tibi persuadebis. Sensus tunc existit convenientissimus: simulac lascivit (gaudio exsultat), immoderate etiam salit. Scilicet *ἀκταίνειν* proprie est alacri esse animo, lascivire vel exsultare, γαυριᾷν, et de equo praecipue usurpatur exsultante ac ferociente (vid. Etymol. M. p. 54. 34.); igitur non idem est cum sequente ἀτάκτως πηδᾷ, quod Scholiastae (p. 225.) interpretatio vult, sed hoc consequens, quod dicimus, haberi oportet. *Schneiderus* Lexic. gr. T. II. p. 688. pristinam lectionem fuisse opinatur ἀπακταίνῃ vel ἀπακτάνῃ, quod, sensu activo, sit: vehemente motione defatigare; sed hoc nihil est. *Τὶς*, quod vulgo verbo ἀκταίνῃ vel, ut scribitur in libris editis, ἀποκτείνῃ subiectum extat, Stobaei auctoritate expunximus. — Sed, ne quid dissimulem, offendor quodammodo pronomine αὐτό; quod quidem animum inclinat, ut putem, scribendum esse: ὅταν ἀκταίνῃ τις, αὐτὸ τάχιστα ἀτάκτως αὖ πηδᾷ: si quis exsultet (h. e., si quem exsultantem viderit), ipsum quoque statim salit (alterius saltatione incitatum). Sensus, qui ex hac scriptura existit, commodus est, ipsa vero scriptura tanto magis arridet, quanto artius vulgatae lectionis vestigia sequitur. Ceterum respicitur locus c. 1. p. 653. E.

τούτων αἰτίους. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. θεῶν αἰτίους, quod *Cornarius* iam correxerat. Sic *Ficinus* quoque: „duces *ad*

haec nobis esse tributos." Mox post τιμωρίᾳ e Cod. Voss. articulum τῇ interposuimus. — αἰδοῦς μέν — construe: ἕνεκα κτήσεως ψυχῆς μὲν αἰδοῦς, σώματος δὲ ὑγιείας τε καὶ ἰσχύος: ut animi pudorem, corporis vero sanitatem ac robur nobis comparemus. De his genitivis cumulatis vid. ad I, 15. Verba postrema σώματος δὲ ὑγιείας respexit *Athenaeus* II, 7. p. 146. T. I. Schweigh.

P. 80. ὃ νῦν σχεδόν. Cod. Voss. νῦν δή. Mox πότερον est alterutrum, ut Platoni frequentatur. Sic XI, 1. p. 914. D: ἐὰν ἐν τοῖς γράμμασιν ἀπογεγραμμένον φαίνηται ποτέρον τῶν αμφισβητούντων. Vid. *Heindorf.* ad Charm. p. 103. et ad Theaet. p. 292. *Stephano* scribendum videbatur ὁπότερον, i. e., ὁποτερονοῦν, utrumlibet, alterutrum; sine causa.

ὑμῖν Bas. 2. ἡμῖν. Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. γνώριμα. *Ficinus:* „quae utrisque vobis notissima sunt."

CAP. XIV.

τὸ δὲ μέλος ὑπομιμνήσκαντος — τοῦ ῥυθμοῦ. Vulgo scribitur τοῦ δὲ μέλους — τὸν ῥυθμόν, quod sensum habet contrarium eius, quem orationis series postulat. Nempe si homo rhythmi sensu iam imbutus saltationem invenit, quomodo rhythmus carmine demum excitatus dici potest? Hoc volebat scriptor dicere, ex rhythmo (i. e. mensura et lege homini, utpote ratione praedito, innata) profectam esse saltationem, et quum rhythmus, saltationis lex, carmen (harmoniam) procreasset, utrumque (rhythmum et harmoniam) chorum peperisse, e saltatione et cantu composi um. Quocirca τὸ δὲ μέλος — τοῦ ῥυθμοῦ scripsimus. Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. κοινωθέντες. *Ficinus:* „cantus item numerum excitat, quae *ambo* invicem copulata choream et ludum pepererunt."

P. 81. χρείᾳ. Sic *Cornarius* emendandum esse vidit vulgatum χορείᾳ, quod libri omnes habent. Idem praebet Cod. Voss., *Stephanus* memorat et in marg. Bas. 1. adscriptum extat. Χορείᾳ e praegressis fluxit. — Τὸν κολοφῶνα ἐπιτιθέναι s. ἐπάγειν τῷ λόγῳ, colophonem addere, est orationem ad finem perducere s. profligare. Vid. *Erasmi* Adag. Chil. II. Cent. III. p. 362 sq. *Ruhnken.* not. in Heusd. Specim. crit. p. 53. *Wyttenbach.* ad Plutarch. de ser. num. vind. p. 21. et *Heindorf.* ad Theaet. 319. et Euthydem. 401. Proverbium repetit *Strabo* XIV. p. 952. (T. V. p. 548. Tzschuck.) a Colophoniorum equitatu, quo tantopere

excelluerint, ut, ubicunque gentium bellum gereretur, quod confici non posset, id Colophoniorum equitum auxilio profligaretur.

Εἰ μέν τις πόλις cet. Laudat haec *Euseb.* Praep. Ev. XII. p. 598. C., ubi μελέτῃ (sic enim MS. Euseb. Cf. Viger. p. 57.) pro μελέτης scriptum extat. *Ficinus* vertit: „exercitationis cuiusdam ad temperantiam gratia." Magis perspicue *Cornarius:* „velu modestiae gratia exercitatione utens." Verba ita cohaerent: ει τις πόλις χρήσεται τῇ μέθῃ, ὡς μελέτῃ (οὔσῃ) τοῦ σωφρονεῖν ἕνεκα.

ἀλλ' ἔτι μᾶλλον. Laudat *Galenus* in libro: animi mores corp. temper. sequi, p. 350. v. 28. T. I. ed. Bas. *Προσθείμην*, in . τὴν ψῆφον, suffragium meum adiicerem s. suffragio meo comprobarem, accederem, assentirer. Vid. *Hutchins.* ad Xenoph. Anabas. I, 6. 10. Quae sequuntur, *Stobaeus* Serm. XLII. p. 295. 14. exscripsit.

στρατοπέδου. Galen. στρατόπεδα, omisso τούτου — ὑδροποσίαις (ut Euseb. et Cod. Voss.) — δούλους γενέσθαί ποτε — μήτ' — μήτε — ἐνεργούς. *Faehsius* corrigebat ἐνάρχους, quod nihil est; *ἐνεργός* est, qui in opere occupatus est, qui munere fungitur, oppos. τῷ ἀργῷ, otioso.

μηδ' ἥτις. Sic Euseb. Stob. et Galen. Vulgo οὐδ' scribitur. Mox Galen. βουλευόμενος — τὸ παράπαν μηδένα — ἡ γυνή — πολλά (Stob. πάνυ πολλά). Euseb. ὡς pro ἐν οἷς, Cod. Voss. λέγοιεν οἷς. Deinde Galen. τοῖς γε νοῦν, quod recepimus. Mox ἀμπελώνων ex Eusebio reposuimus pro ἀμπέλων, quod *Ficinus* confirmat vertens: nec multis civitati *vineis* opus esset. Quanquam etiam vulgata scriptura defendi potest. De ἥτινι vid. ad I, 14.

LIBER TERTIUS.

CAP. I.

P. 86. *Ταῦτα μὲν οὖν δὴ ταῦτα:* haec quidem haetenus. Polit. II, 4: *ταῦτα μὲν δὴ οὕτω.* *Aristophan.* Plut. 8: *καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα.* Cod. Voss. *οὖν ταύτῃ.*

μεταβαινουσῶν. Sic cum *Böckhio* scripsimus pro *μεταβαινούσαν.* *Proclus* in Tim. II. p. 88: *πολιτείας γὰρ ἀρχὴν ζητήσας, ἀφ' ἧς εἰς ἀρετήν τε καὶ κακίαν μεταβαίνουσιν αἱ πόλεις, ἐπήγαγε· λέγεις δὲ πόθεν* cet. *Ficinus* simpliciter vertit: „unde civitatum quoque incrementum et ad virtutem et ad vitium licet inspicere."

ῥᾴδιον. Sic Cod. Voss. et *Ficinus:* nequaquam id facile. Vulgo *ῥᾷον,* solemni permutatione, vid. *Heindorf.* ad Phaedon. p. 66 sq. In Cod. Voss. abest *γέ,* quae tamen particula in responsis poni solet, affirmandi vi praedita, ut I, 14. fin. al. Vid. *Boissonad.* ad Philostrat. p. 306.

ὡς ἄπειρόν τε cet. *Ὡς* est *perquam,* ut VII, 18. p. 816. B: *ὡς ὀρθῶς ἅμα καὶ μουσικῶς ὠνόμασεν.* Epinom. 4. p. 979. D: *ὡς εἰκότως εἶπες, ὅτι* cet. Vid. *Eustath.* ad Iliad. *ά.* p. 60. et *Heindorf.* ad Cratyl. p. 41. et Phaedon. p. 152 sq. De *τὸ δέ* vid. ad I, 6.

ἐκ χειρόνων. Ald. Lov. Bas. 1. *χείρων,* vitiose.

P. 87. *Ταύτης δὴ περὶ — τῆς μεταβολῆς.* Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *πέρι λάβωμεν,* Stephan. et Bip. *περιλάβωμεν.* *Περί,* a nomine suo divulsum (vid. I, 10.), genitivi circumlocutio est, ut Phaedon. 96. E: *περὶ τούτων τὴν αἰτίαν εἰδέναι.* 97. D: *εἰ οὖν τις βούλοιτο τὴν αἰτίαν εὑρεῖν περὶ ἑκάστου.* ib. D: *διδάσκαλον τῆς αἰτίας περὶ τῶν ὄντων.* Polit. I, 3. p. 329. D: *ἀλλὰ καὶ τούτων πέρι — μία τις αἰτία ἐστίν.* Sic et Legg. IV, 11. p. 720. E: *τὴν περὶ γενέσεως ἀρχήν.* X, 4. p. 889. B: *τὰ μετὰ ταῦτα ἂν σώματα γῆς τε*

καὶ ἡλίου καὶ σελήνης ἄστρων τε πέρι διὰ τούτων γεγονέναι. XII, 6. 951. E: ἔτι δὲ ὁ περὶ τῆς παιδείας πάσης ἐπιμελητής. Sic X, 2. 886. D. Cf. *Heusinger.* ad Plutarch. de lib. educat. p. 99. Scripturam περὶ λάβωμεν iam commendaverant *Heindorfius* ad Theaetet. p. 397. et *Böckhius* in Min. p. 155. Mox pro μετάβασιν *Stephanus* monet legi quoque μεταβολήν.

καὶ προθυμεῖσθαι. His verbis in Ald. Atheniensis nomen praefixum est, et sequentia Ἆρ' οὖν Cliniae tribuuntur. Vera orationis dispositio iam in Lovan., deindé in Bas. 1. et 2. extat. De participiis ἀποφαινόμενον et ξυνεπομένους, infinitivorum partes agentibus, vid. ad I, 11.

Ἆρ' οὖν. Extat hic locus in *Euseb.* Praep. Ev. XII, 15. p. 587. D., ubi scribitur οἱ παλαιοὶ λόγοι ὑμῖν ἀλήθειάν τινα ἔχειν. Deinde Ποῖοι δή ex Euseb. et Cod. Voss. recepimus pro Ποῖοι δέ.

πολλὰς ἀνθρώπων φθοράς. Celebratissima est sententia, terras pristino tempore saepenumero mutatas, et modo igni, modo aqua vastatas esse. Timaeus 22. C: πολλαὶ καὶ κατὰ πολλὰ φθοραὶ γεγόνασιν ἀνθρώπων καὶ ἔσονται, πυρὶ μὲν καὶ ὕδατι μέγισται, μυρίοις δὲ ἄλλοις ἕτεραι βραχύτεραι. Cf. *Clemens Alexandr.* Strom. VI. p. 549. D. (T. II. 649. Pott.) *Origen.* adv. Cels. IV, 20. T. I. p. 514. D. IV, 62. p. 551. D. Similiter *Cicero* in Somn. Scip. 16. c. 7: „propter eluviones exustionesque terrarum, quas accidere tempore certo necesse est.“ Iam vetustissimi et populi (ut Indi, vid. *Paulin.* System. Brahman. p. 80.) et sapientes (ut Orphici, Heraclitus, deinde Stoici, al.) in hac sententia fuerunt, ut mundum opinarentur alternis igni vel aqua destrui atque restaurari. Vid. *Plutarch.* de oracul. defect. p. 415. *Clemens Alexandr.* Strom. V. p. 549. *Procl.* in Tim. II. p. 99. *Lips.* Physiolog. Stoic. III, 21 sq. *Thomas.* de Stoic. mundi exustione p. 178 sq. Notabilis in primis est *Censorini* de die nat. c. 18. locus: „cuius (magni) anni hiems summa est κατακλυσμός, quam nostri diluvionem vocant, aestas autem ἐκπύρωσις, quod est mundi incendium; nam his alternis temporibus mundus tum exignescere, tum exaquescere videtur.“ Ubi v. *Lindenbrog.* p. 89. Cf. *Elmenhorst.* ad Arnob. adv. gent. I. p. 7. — De diluviis, vid. Tim. p. 2[illegible]. C. Critias 111. A. *Aristotel.* de mundo c. 4. de mir. auscult. c. 82. *Strabo* I. p. 83 sq. ubi v. Casaubon. p. 94. *Plin.* H. N. II, 84. 86. *Schwarz.* ad Cellar. Geogr. ant. T. I. p. 954. et interpp. ad Ovid. Metam. XV, 262 sq. In primis nobilitatum est Deucalionis dilu-

vium (vid. Tim. 22. A.), de quo v. *Sturz.* ad Hellanic. p. 68. Ceterum de φθοραῖς illis similiter Politic. p. 270. C: φθοραὶ τοίνυν ἐξ ἀνάγκης τότε μέγισται ξυμβαίνουσι τῶν τε ἄλλων ζώων, καὶ δὴ καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ὀλίγον τι περιλείπεται. Hinc *Aristotel.* Polit. II, 6. (c. 5. §. 13. Schneid.): τοὺς πρώτους, εἴτε γηγενεῖς ἦσαν, εἴτ' ἐκ φθορᾶς τινὸς ἐσώσθησαν. Et *Ioseph.* contr. Apion. I. p. 1034. B: τὸν δὲ περὶ τὴν Ἑλλάδα τόπον μυρίαι μὲν φθοραὶ κατέσχον, ἐξαλείφουσαι τὴν μνήμην τῶν γεγονότων.

βραχύ τι τὸ — γένος. Vulgo articulus τό abest, quem *Böckhius* bene monuit interponendum esse, ut Politic. l. l. τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ὀλίγον τι περιλείπεται.

κατακλυσμῷ ποτέ. In Euseb. deest ποτέ. Mox idem legit τὸ ποῖον δή, sed ποῖος solet pronomen τίς comitem habere, ut, quae loca *Böckhius* citavit, Sophist. 217. A: καὶ τὸ ποῖόν τι. 240. C: πῆ καὶ τὸ ποῖόν τι. Polit. X, 602. C: τοῦ ποίου τινὸς πέρι λέγεις. Phaedon. 78. B: τῷ ποίῳ τινὶ ἄρα προσήκει τοῦτο τὸ πάθος πάσχειν. Adde Legg. X, 12. p. 904. B. *Xenophont.* Hist. graec. IV, 13: λέξον μοι, ἔφη, ποίου τινὸς γένους ἐστίν; Memor. Socr. IV, 6. 2: ποῖόν τι νομίζεις εὐσέβειαν εἶναι. al. In his pronomini τίς respondet particula nostra *wohl.*

ὄρειοί τινες — νομῆς. Vulgo νομεῖς. De sententia, similiter Tim. p. 22. D: ὅταν δ' αὖ οἱ θεοὶ τὴν γῆν ὕδασι καθαίροντες κατακλύζωσιν, οἱ μὲν ἐν τοῖς ὄρεσι διασώζονται βουκόλοι νομῆς τε, οἱ δ' ἐν ταῖς παρ' ὑμῖν πόλεσιν εἰς τὴν θάλασσαν ὑπὸ τῶν ποταμῶν φέρονται. Cf. *Theophil.* ad Autolyc. III, 18. p. 332. ed. Wolf. Ceterum ἄν cum optativo coniunctum rem tantummodo probabilem indicat; nos: *dass diejenigen, die dem Untergange entflohen, wohl einige Berghirten auf Gipfeln gewesen seyn mögen.* Sic c. 2: ἠφανισμέναι ἂν εἶεν ἐν τῷ τότε. Vid. *Matthiae* Gramm. graec. p. 721. — ζώπυρα, igniculi et semina (ut *Cicero* de finib. V, 7. Tusc. disput. III, 1. de legib. I, 12. ubi v. Görenz. p. 49.). Ex Homerico Odyss. V, 490.) fluxit: σπέρμα πυρὸς σώζων. Vid. *F. Gronov.* Observatt. IV, 1. p. 42. et *T. Hemsterhus.* ad Lucian. Tim. p. 336. T. I. Bip. Locos eorum, qui Platonem imitati sunt, collegit *Ruhnken.* ad Tim. p. 129 sq. — Ceterum comma, quod vulgo post νομῆς extat, post ποῦ posuimus, sensu iubente. — Deinde ἐπινοοῦσιν pro ἐπινοοῖσι cum Eusebio scripsimus.

ἄρδην. Codd. Voss. et Paris. ἄρα ἦν. Mox σπουδαίως, ut Euseb.; sed rectius habet σπουδαίας iam propter τέχνας illas et

μηχανάς, de quibus paulo ante exposuit. De *ἐχόμενον τέχνης* vide ad VII, 20.

P. 88. *καὶ ὁτιοῦν* cet. Vulgo: *ὁτιοῦν του; ὅ τι μὲν γὰρ μυριάκις* cet. In hoc loco mire depravato satius duxi verba aperte mendosa uncis includere, quam sine librorum scriptorum auctoritate quidquam mutare. *Cornarius* legendum esse censet *ὁτῳοῦν* pro *ὁτιοῦν του*, ut *Ficinus* quoque Stephano videbatur legisse vertens: „novum quidquam alicui esset inventum;" sed voce *quidquam* expressit *ὁτιοῦν*, et *τοῦ* accipere potuit pro *ἀπό* s. *ὑπό τινός*. In Cod. Voss. omissum est *τοῦ*. *Böckhius* mutari iubebat in *τῳ*; quod si scriptor voluisset, haud dubie posuisset *καὶ ὁτῳοῦν*. Possis pro *τοῦ* scribere *ποῦ*, alicubi, sed omnino, si sensum spectes, nullo eiusmodi additamento oratio indiget. Accedit, quod etiam sequentia corrupta sunt; nam quid faciamus particulis *ὅ τι μὲν γάρ*, difficile est dictu. *Ficinus* videtur *ὅτι* legisse; vertit enim: „namque quia innumerabilis quaedam multitudo annorum ignorabatur ab illis;" sed huius viri in hoc loco nulla esse potest auctoritas, propterea quod verba non intellexit, et nonnisi opinione ductus ea reddidit. In eo iam in errorem se induci passus est, quod verba *Πῶς γὰρ ἄν* ad *ὅ τι μὲν γάρ* Atheniensi tribuit, quae Cliniae esse primo adspectu videre debebat. *Cornarius* ut legatur suadet: *ὅτι μὲν γὰρ μυριάκις μύρια ἔτη διελάνθανεν ἄρα τοὺς τότε, δῆλόν γε* („quod enim innumera millia annorum illos, qui tunc fuerunt, latuere, manifestum est"); additamentum illud *δῆλόν γε* abesse posset; saepius enim post orationem particula *ὅτι* incipientem apodosis (ut: hoc per se patet s. intelligitur, vel simile quid) supprimitur. Paulo longius supplementum commentus est *Böckhius*, ita scribi iubens: *ὅτι μὲν γὰρ μυριάκις μύρια ἔτη διεληλύθη, ἐξ οὗ τὰ αὐτὰ ἤδη ποτὲ ἀνευρήκεσαν οἱ ἄνθρωποι, διελάνθανεν ἄρα τοὺς τότε*, h. e., *τοὺς μετὰ τὸν κατακλυσμὸν γεγονότας*. Existimabat videlicet vir doctus, Platonem loqui de artibus pristino aevo inventis, quae, quum earum memoria evanuisset, insequenti aevo denuo protractae fuerint. Ipsius verba sunt: „mille vel bis mille annis ante eadem iam ab hominibus inventa fuisse, sed obsoleta posthac totidem annis post inventionem illam (*ἀφ' οὗ γέγονε τὰ εὑρήματα*) denuo reperta esse a priscis heroibus." Sed primum nulla illius sententiae vestigia in oratione graeca reperiuntur; imo hoc Clinias dicere vult, post diluvium illud, quod ponit, artes per innumerabilem annorum seriem deperditas fuisse, donec ante mille vel duo millia annorum (int. sui aevi) varia a

variis heroibus iterum inventa fuerint. Falso τὰ μυριάκις μύρια ἔτη eadem esse censet Böckhius τοῖς χιλίοις ἢ δὶς τοσαύτοις, quum tamen illa innumerabilem annorum seriem significent inde a diluvio usque ad χίλια ἢ δὶς τοσαῦτα ἔτη, quibus Daedalus, Orpheus aliique artium inventores extiterint. Sic haec verba, quae aliter explicari nequeunt, etiam *Theophil.* ad Autolyc. III, 17. p. 330. cepit: καὶ ταῦτα εἰπὼν γεγενῆσθαι, τὰ μὲν μυριάκις μύρια ἔτη ἀπὸ κατακλυσμοῦ ἕως Δαιδάλου δηλοῖ. — Particulas μὲν γάρ cum sequentibus non coniungendas esse, ex eo patet, quod ἄρα (conclusionis index: ergo) sequitur; quocirca in verbis ὅτι μὲν γάρ affirmandi formulam latere puto, ut τί μήν, i. e., τί γὰρ ἄλλο (wie anders?). Scilicet γάρ in Cod. B. Theophili ad Autol. l. l., ubi haec verba exscripta leguntur, deest. Coniicere quoque possis corrigendum esse οὔτι μὲν γάρ: nullo enim modo, int. hoc fieri potuisset, ut quid novi inveniretur, si veteres illae artes omnia secula permansissent. In Cod. Paris. scriptum extat Ὁτιοῦν τοῦτο. γρ. ὅτι οὖν χωρὶς τοῦτο. Hinc emendari possit: τοῦτο μὲν γάρ, int. ἐστὶ τὸ πρᾶγμα, hoc est negotium (i. e., causa), quamobrem artes et instrumenta deperdita fuisse statuere debemus; nam nisi deperditae fuissent artes, fieri non potuisset, ut denuo invenirentur. Similiter nos dicimus: *das nehmlich ist der Umstand* s. *die Sache* (h. e., *darum nehmlich müssen wir jenes annehmen* cet.). Ita videmus, sine librorum bonorum auxilio nihil certi de scriptura huius loci statui posse. — Ad διελάνθανεν int. τάδε, veteres illae artes et instrumenta. τοὺς τότε, homines diluvii tempore et post diluvium viventes, ut supra: οἱ τότε περιφυγόντες τὴν φθοράν. Mox ἀφ' οὗ significat tempus, ex quo variae artes variis a viris denuo inveniebantur. Verbum γέγονε autem nihil habet, quo referri possit, nisi τὰ μὲν — καταφανῆ; quocirca alterum γέγονε, haud dubie e repetitione ortum, ut spurium inclusimus. Verba ἢ δὶς τοσαῦτα ἔτη a praegressis χίλια cet. remota apud nostrum scriptorem offendere non debent, qui eiusmodi verborum traiectiones amat, vid. ad I, 4. Καταφανῆ γέγονε, ut passivum (protracta s. inventa sunt), cum dativo coniunctum est. Cod. B. Theophil. ad Autol. legit ἀπὸ Δαιδάλου — ἀπὸ Ὀρφέως — ἀπὸ Παλαμήδους. — De *Daedalo* statuario vid. ad Polit. VII, 11. *Orpheus* et *Olympus* nobilissimi illi poetae et musici sunt; *Marsyas*, Olympi filius, plura in arte musica dicitur invenisse (vid. *Spanhem.* ad Callim. H. in Dian. 245. Fabula de Marsya nota ex *Herodoto* VII, 26. *Diodor. Sic.* III. p. 335 sq. ubi v. Wesseling.

al.); denique *Palamedes* plurium perhibetur artium inventor, vid. ad Polit. VII, 6.

χθὲς καὶ πρώην, haud ita pridem. Sic iam *Homer.* Il. β'. 303: *χθιζά τε καὶ πρώϊζ'*. Hinc Alcibiad. II. p. 141. D: *οἶμαι δέ σε οὐκ ἀνήκοον εἶναι ἔνιά γε χθιζά τε καὶ πρωϊζὰ γεγενημένα.* Gorg. 470. D: *τὰ γὰρ ἐχθὲς καὶ πρώην γεγονότα.* *Isocrates* Archidam. §. 9. p. 118. Coray: *καὶ Πλάταιαν μὲν καὶ Θεσπιὰς ἐχθὲς καὶ πρώην πεποιήκασιν ἀναστάτους.* *Demosthen.* pro Coron. p. 270: *χθὲς μὲν οὖν καὶ πρώην ἅμ' Ἀθηναῖος καὶ ῥήτωρ γέγονε.* *Ioseph.* contr. Apion. p. 916: *νέα καὶ χθὲς καὶ πρώην γεγονότα.* *Lucian.* Hermotim. §. 30. T. I. p. 358. Schmied. *χθὲς καὶ πρώην γενομένους.* Vid. *Gatacker.* ad M. Antonin. X. §. 7. Simile est illud *Sophoclis* Antig. 452: *οὐ γάρ τι νῦν γε κἀχθές, ἀλλ' ἀεί ποτε Ζῇ ταῦτα.*

Ἀρ' οἶσθ' cet. Cod. Voss. *Ἄριστ', ὦ.* Ceterum in Ald. male ante haec verba Atheniensis nomen omissum est. De *Epimenide* vid. ad I, 11. p. 642. D.

ὑπερεπήδησε. *Ὑπερπηδᾶν*, quod alias est migrare (ut ap. *Demosthen.* adv. Aristocrat. p. 644. *Aeschin.* adv. Ctesiph. p. 397. T. II.: *ὑπερπηδήσας τὸν νόμον.* p. 589. 590. al.), h. l. est superare, excellere, ut Latin. *supergredi.* Similiter *ὑπερθεῖν* I, 15.

Ἡσίοδος. *Plutarchus* Conviv. sept. sapient. p. 157. E: *ὁ δὲ Σόλων ἔφη θαυμάζειν τὸν Ἄρδαλον, εἰ τὸν νόμον οὐκ ἀνέγνωκε τῆς διαίτης τοῦ ἀνδρὸς ἐν τοῖς ἔπεσι τοῦ Ἡσιόδου γεγραμμένον· ἐκεῖνος γάρ ἐστιν ὁ πρῶτος Ἐπιμενίδῃ σπέρματα τῆς τροφῆς ταύτης παρασχὼν καὶ ζητεῖν ὁ διδάξας*

— *ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ.*

Schol. Hesiod. ad Opp. et dies v. 40: *Ἕρμιππος γὰρ ἐν τῷ (περὶ) τῶν ἑπτὰ σοφῶν περὶ τῆς ἀλίμου λέγει· μέμνηται δὲ τῆς ἀλίμου καὶ Ἡρόδοτος* (*Ἡρόδωρος*, corrig. *Böckh.* p. 160.) *ἐν τῷ πέμπτῳ τοῦ καθ' Ἡρακλέα λόγου, καὶ Πλάτων ἐν γ' Νόμων φησί* (*φασὶν καὶ Ἐπιμενίδην*, addit *Böckhius*) *μικρόν τι ἐδεσμάτιον προςφερόμενον ὧδε τελεῖν τὴν ἡμέραν· ἣν δ' ἐξ ἀσφοδέλου καὶ μαλάχης, ὅπερ αὐτὸν ἄλιμον καὶ ἄδιψον ἐποίει.* *Hesiodus* videlicet, ut *Böckhius* bene observat, l. l. parcum et simplicem victum commendat, qualis malva est et asphodelus, quo herbas significari veteres credebant, ex quibus nutrimentum parari posset famem et sitim obrepere prohibens (*ἄλιμον* et *ἄδιψον*); id ipsum Hesiodum quidem divinasse, Epimenidem vero invenisse Cretenses contendebant, vid. *Meurs.* Cret.

IV, 12. Cf. *Procl.* in Hesiod. ἔργ. 41. p. 19 sq. ed. Heins. et *Schweighaeuser.* ad Athen. II, 52. p. 393.

CAP. II.

Οὐκοῦν οὕτω δή cet. Cf. *Euseb.* l. l. p. 588. A. Pro λέγομεν sic Cod. Voss. et Ficinus: *arbitramur*) vulgo λέγωμεν; vid. ad I, 10. Mox ζῆν, e σπάνια pendens, est i. q. πρὸς τὸ ζῆν, ad vitam sustentandam s. ad victum. Σπάνια καὶ ταῦτα, eaque pauca, ad praegressa pertinet βουκόλι' ἄττα et αἰγῶν γένος. Sensus est: et quum reliqua periissent animalia, boum armenta aliqua et si quid caprarum relictum fuerit, eaque pauca ad vitam sustentandam initio pascentibus fuisse id temporis. In praegressis οὕτω δή refertur ad ἔχειν τὰ περὶ τοὺς ἀνθρώπους πράγματα.

P. 89. ἄρ', ὡς ἔπος εἰπεῖν. Verba ὡς ἔπος εἰπεῖν in Cod. Voss. desunt; sed recte habent, etsi transposita sunt; pertinent enim ad μνήμην εἶναι. In praegressis pro ὧν Ald. Lov. Bas. 1. et 2. τῶν.

Ἀρ' οἰόμεθα. Sic Cod. Voss. et *Ficinus:* „numquid arbitramur." Vulgo οἰώμεθα; vid. supra. Mox κατὰ σμικρόν, ut κατὰ σμικρά III, 14. fin. Polit. IV, 4. (Sophist. 241. C. Theaet. 180. E. *Demosth.* Leptin. §. 39 *Aeschin.* adv. Ctesiph. T. III. p. 388. et σμικρά V, 7. p. 735. A. Vid. *Dorvill.* ad Charit. p. 109.) est paullatim, pedetentim.

φόβος ἔναυλος. Ἔναυλον proprie dicitur id, quod ex audito sonore vel cantu in auribus restat, quo tanquam tibiae sono (ab αὐλός, tibia) aures adhuc personant (v. *P. Victor.* Var. Lectt. I, 20); tunc transfertur ad omnia, quorum recens adhuc memoria est. Vid. *Ruhnken.* ad Tim. p. 100. Φόβος igitur ἔναυλος est metus hominibus illis adhuc insitus et recens quasi, ne videlicet iterum in diluvii periculum venirent.

πορεῖα δέ. Sic pro πόρεια iam *Stephanus* legendum esse vidit, ut ap. Polluc. I, 83. III, 92. Etymol. M. et Suid. extat. Πορεῖα enim sunt in universum vehicula, tam terrestria quam maritima: τὰ εἰς πορείαν χρήσιμα, ut Schol. p. 225. explicat. *Böckhium* demiror in vocibus τότε et κατὰ γῆν aliquid offendisse, et haec omnia ὥστε - θάλασσαν pro glossa habere potuisse. Primum enim τοτε recte habet; oppositum est enim recentioribus temporibus, quibus homines et terra et mari vehiculorum ope commercii vel societatis causa se congregant. Igitur idem est ac si

dixerit scriptor: et nulla tunc vel adhuc vehicula habebant, quibus vel terra vel mari congrederentur. Deinde κατὰ γῆν praegressa εἰς τὰ πεδία καταβαίνειν confirmant; cogitare enim non debemus, post diluvium omnes terrae regiones aqua adhuc obtectas fuisse; illud vero, quod dicit *Böckhius*, vehicula impedimento fuisse proficiscentibus per paludosas e recenti illuvie valles, argutius quam verius mihi videtur opposuisse. — De attica forma ἀπολώλῃ (similiter in praegressis ἐγεγόνῃ rectius scriberetur) vid. ad Polit. I, 2., et de θάλασσαν vid. *Ael. Dionys.* ap. Eustath. ad Il. κ'. p. 813. 6. et *Heindorf.* ad Euthyd. p. 327. Vulgo legitur ἀπολώλει et θάλατταν.

ξυμμίσγειν, societatis iungendae et commercii causa; hinc σίδηρος, χαλκὸς καὶ πάντα τὰ μεταλλεῖα, quae commercii instrumenta sunt; vid. Polit. II, 12.

ἀνακαθαίρεσθαι, purgare ab alienis (vid. ad I. 11.), h. e., separare ac secernere metalla confusa et permixta. *Ficinus* et *Cornarius* a sensu aberrarunt.

P. 90. ταῦτα μέντοι. Sic Cod. Voss. et Ficinus: cito tamen contritum evanuit. Vulgo μέν. Sequens δέ particulae μέντοι haud adversatur; positum est enim, ac si μέν per se praecesserit (et δέ saepenumero quoque ponitur, μέν non praegresso, vid. *Zeun.* ad Viger. p. 536.). Quocirca nihil causae est, cur *Böckhius* μέν τοι scribi velit. Ceterum singulare εἴ τι ὄργανον excipit plurale ταῦτα, ut solet, v. *Heindorf.* ad Sophist. p. 304. et nostra ad I, 10.

τούτω τὼ τέχνα. Masculinum pronomen cum substantivo feminino coniunctum in duali numero, vid. I, 13. Verba αἱ πλαστικαὶ — καὶ ὅσαι cet. nominativi absoluti sunt, ut V, 10. 739. D: ἡ μὲν δὴ τοιαύτη πόλις — οὕτω διαζῶντες εὐφραινόμενοι κατοικοῦσι. C. 13. 744. B: ἵν' ἀρχαί τε καὶ εἰςφοραὶ καὶ διανομαί, — κατὰ πλούτου χρῆσιν καὶ πενίαν τὰς τιμάς τε καὶ ἀρχὰς — ἀπολαμβάνοντες μὴ διαφέρωνται. XII, 6. p. 953. A: ὁ δὲ δεύτερος ὄμμασιν ὀρθῶς θεωρός — τῷ δὴ τοιούτῳ παντὶ χρὴ καταλύσεις — εἶναι cet. Vid. interpp. ad Aelian. V. H. II, 11. *Valckenar.* ad Herodot. II, 66. ad Eurip. Phoeniss. 290. *Wernsdorf.* ad Himer. p. 210. Virr. doct. ad *Gregor. Corinth.* de dialect. p. 83. 87. ed. Schäfer. *Heindorf.* ad Theaet. p. 389. — Δέ post ταῦτα apodosi inservit (nostrum *so*), vid. ad Phaedr. p. 313. et 336. *Hermann.* ad Hymn. Hom. in Apoll. 335. Cer. 409. Ven. 226. et in Museo antiquit.

stud. V. I. Fasc. I. p. 208. Sensus est: quod enim ad artes fingendi et texendi attinet, quae ferro non indigent, has artes, ut omnia illa (vestimenta, supellectilem, al.) suppeditarent, deus hominibus dedit.

βλάστην. βλάστη (VI, 12. p. 765. E. VII, 1. p. 788. D.), ut αὔξη (VI, 22. p. 783. B. X, 6. p. 894. A. XII, 3. p. 947. E.), ἐπαύξη (VII, 18. p. 815. E.), πάθη (V, 1. 728. C. IX, 8. p. 865. E. 866. B. X, 12. p. 903. B. Phileb. 32. A. Tim. 80. B.), al., attica forma est pro βλάστησις; vid. Schol. Pindar. ad Nem. IX, 16. T. II. p. 760. ed. Heyn. *Thom. Mag.* c. interpp. p. 127. *Hemsterhus.* ad Aristoph. Plut. 477. *Pierson.* ad Moer. p. 4. *Valcken.* ad Thom. M. in Ruhnken. Valcken. al. Epistol. ad Ernesti p. 151 sq. ed. Tittmann. et nostra ad Sympos. p. 275. Mox ἄν est fere, propemodum, vid. *Wyttenbach.* Bibl. Crit. V. VIII. P. IV. p. 33 seq.

P. 91. ὃ τότε — παρῆν. Vulgo scribitur ὄντες, ὃ τότε — παρῆν. ᾗ δ' — vel ὄντες· ὃ — παρῆν. ᾗ δ' —, quo sensus perit; verba enim ὃ τότε — παρῆν non ad praegressa, sed ad sequentia pertinent. *Ficinus* ea praetermisit, et *Cornarius* inepte vertit: ut qui neque aurum neque argentum haberent, quod tunc adesset. Sensus est: quod tunc apud illos praesto erat (illis obtigit), iustissimi florent mores in societate, in qua neque opulentia neque inopia reperitur. Δέ post ᾗ (cuicunque societati), ut solet, illatum est; sic VII, 10. p. 803. E: ὁποῖα δέ. Vid. *Bast.* Epist. critic. p. 219. et Append. p. 49. Mox pro δικαιότατα in Cod. Voss. et MS. Paris. (v. *Ruhnken.* ad Tim. p. 67.) legitur γενναιότατα; eandem scripturam *Stephanus* memorat; sed rectius habet in hoc sententiarum nexu δικαιότατα. Sic c. 3: καὶ ξύμπαντα δικαιότεροι et βασιλείαν — δικαιοτάτην. Etiam *Stobaeus* Serm. XLI. p. 265. δικαιότατα exhibet et *Ficinus* expressit vertens: „huic iustissimi mores aderunt." — Paulo post pro μὲν δή Ald. Lov. Bas. 1. et 2. μὲν δέ. Denique comma, quod in libris post ὄντες extat, post v. αἰσχρά posui; cohaeret enim εὐήθεις ὄντες (quia simplices erant) cum ἡγοῦντο — καὶ ἐπείθοντο.

CAP. III.

Οὐκοῦν εἴπομεν. Vulgo εἴπωμεν, *Ficinus* vero: „Diximus porro" cet. Similiter *Cornarius*: „Nonne diximus." Repetuntur videlicet hic, quae supra exposita sunt p. 677. B. et 679. A.; quo-

circa etiam sequitur τὸ δὲ τούτων αἴτιον ἤδη διεληλύθαμεν. Cf. de hac indicativi et coniunctivi permutatione ad I, 10. — Mox *Böckhius* propter γενεαί masculina illa adiectiva ἀτεχνότεροι, ἀμαθέστεροι cet. in feminina ἀτεχνότεραι cet. mutanda esse censebat; sed apud Atticos nihil frequentius est hac generis enallage, praesertim si aliud nomen masculini generis (ut h. l. ἄνθρωποι) intelligi potest. Vid. *Bach.* ad Xenoph. Oeconom. IV, 8, p. 21. Virr. doct. ad Gregor. Corinth. p. 63. et *Wernsdorf.* ad Himer. p. 224. — Post μόνον interpunxi; verba enim ita cohaerent: καὶ ὅσαι δὴ (int. τέχναι πολεμικαὶ) κατὰ πόλιν μόνον (int. γίγνονται), αὐτοῦ (ibi) δίκαι καὶ στάσεις λεγόμεναι. Στάσις est bellum internum s. civile; et similiter δίκη est ἀγώνισμα s. ἀγών, vid. *Salmas.* Observatt. ad Ius Attic. p. 304. *Stephanus* pro αὐτοῦ etiam αὐτό legi memorat, quod sensum non habet. Ceterum supra c. 1. p. 677. B: καὶ δὴ τοὺς τοιούτους γε ἀνάγκη που τῶν ἄλλων ἀπείρους εἶναι τεχνῶν καὶ τῶν ἐν τοῖς ἄστεσι πρὸς ἀλλήλους μηχανῶν εἴς τε πλεονεξίας καὶ φιλονεικίας καὶ ὁπόσ' ἄλλα κακουργήματα πρὸς ἀλλήλους ἐπινοοῦσι.

P. 92. Ἄρ' οὖν. Vid. II, 4. Deinde ἔστι πω cum libris veteribus scripsi, quia ἔστι est *extant. Stephanus*, qui in accentibus ponendis plerumque temere a libris veteribus discessit, ἐστί πω scripsit. Pro πατρικοῖς vero πατρίοις scripsi, quod linguae graecae usus postulare mihi videbatur; πατρικός est enim *paternus*, πάτριος vero *patrius*; hinc νόμοι πάτριοι, leges patriae, h. e., a maioribus relictae et traditae s. antiquae, et πάτριον, in more positum (*herkömmlich*). Sic VII, 4. 793. A: τὰ καλούμενα ὑπὸ τῶν πολλῶν ἄγραφα νόμιμα καὶ οὓς πατρίους νόμους ἐπονομάζουσι. XII, 9. 959. B: καθάπερ ὁ νόμος ὁ πάτριος λέγει. Epinom. c. 8. p. 985. D: ὧν ὁ πάτριος νόμος εἴρηκε περὶ θυσιῶν. Politic. p. 298. D: τὰ δὲ καὶ ἄγραφα πάτρια θεμένους ἔθη. Hipp. mai. 284. B: Λακεδαιμονίοις οὐ πάτριον ὀρθῶς πράττειν, ἀλλ' ἐξαμαρτάνειν; *Thucyd.* IV, 118. *Demosth.* adv. Mid. p. 531. al. Vid. *Taylor.* ad Lys. T. V. p. 254. Ceterum *Ficinus* haec ita vertit: „*Cli.* Verisimile est; sed civilis disciplinae quis modus fuit? *Ath.* Hic. *Cli.* Quis?“ Et sic etiam Ald. Lov. Bas. 1. et 2. post οὗτος interrogationis signum habent. Ἔστι τις cum Ald. Lov. Bas. 1. et 2. scripsimus; Stephanus ἐστί τις.

Ὅμηρος. Odyss. IX, 112. sq. Verba θεμιστεύει δὲ ἕκαστος Παίδων ἠδ' ἀλόχων adhibuit etiam *Aristotel.* Polit. I, 2: πᾶσα γὰρ οἰκία βασιλεύεται ὑπὸ τοῦ πρεσβυτάτου, ὥστε καὶ αἱ ἀποικίαι διὰ τὴν συγγένειαν. καὶ τοῦτ' ἐστιν, ὃ λέγει Ὅμηρος

— θεμιστεύει δὲ ἕκαστος
Παίδων ἠδ' ἀλόχων.

ὑποράδην γάρ· καὶ οὕτω τὸ ἀρχαῖον ᾤκουν. *Strabo* XIII. T. V. p. 505: ταύτας δὴ τὰς διαφορὰς ὑπογράφειν φησὶ τὸν ποιητὴν ὁ Πλάτων· τῆς μὲν πρώτης πολιτείας παράδειγμα τιθέντα τὸν τῶν Κυκλώπων βίον, αὐτοφυεῖς νεμομένων καρποὺς, καὶ τὰς ἀκρωρείας κατεχόντων ἐν σπηλαίοις τισίν — τοῦ δὲ δευτέρου τὸν ἐκ τοῦ Δαρδάνου — τοῦ δὲ τρίτου ἐπὶ τοῦ Ἴλου τὸν ἐν τοῖς πεδίοις.

οὐ μήν τι. Sic Ald. Lov. Bas. 1. et 2., quod cur *Stephanus* in μέντοι mutaverit, causam non video. Μήν est *tamen* (vid. ad IV, 11. p. 721. E.), etiam particula μέν non praecedente, ut Epinom. 5. p. 981. D: τὸ γὰρ πλεῖστον πυρὸς ἔχει, ἔχει μὴν γῆς τε καὶ ἀέρος. Protagor. 361. E: ἐπεὶ καὶ περὶ σοῦ πρὸς πολλοὺς δὴ εἴρηκα, ὅτι, ὧν ἐντυγχάνω, πολὺ μάλιστα ἄγαμαί σε, τῶν μὴν τηλικούτων καὶ πάνυ. Particula τί vero ad οὐ pertinet: minime s. neutiquam tamen. Ceterum opponit Megillus Spartanus vitam Laconicam, severam illam ac strenuam, delicatiori ac molliori Ionum vivendi rationi; cuius quidem dorismi, ut ita dicam, vestigia passim in Platonis libris extant.

τὸ ἀρχαῖον αὐτῶν. Sic Cod. Voss., quod *Ficinus* confirmat vertens: „quum antiquitatem hominum per fabulas ad silvestrem vivendi modum reduxerit.“. Αὐτῶν spectat ad verba praegressa ἐν Ἕλλησι καὶ κατὰ βαρβάρους. Vulgo αὐτόν. Ni verba corrupta sunt, ita ea explicaverim: quum pristinum eorum statum ad agrestem vivendi rationem, qualem Cyclopum fuisse fabula tradit, revocaverit, h. e., quum pristinum hominum statum fuisse agrestem illam et dissipatam vivendi rationem censuerit. Pro αὐτόν vel αὐτῶν etiam coniicere possis legendum esse αὐτός (ὁ Ὅμηρος): quum ipse (h. e., itidem) pristinum statum fuisse agrestem illam, quam fabula ponit, sumserit.

λάβωμεν. Ita pro λάβομεν *Stephanus* scripsit. *Ficinus* quoque: „Attestatur nimirum; quapropter testimonio illius inducti *credamus*, gubernationes huiusmodi aliquando fieri.“ Ceterum *Ficinus* Ναί non expressit, et pro Clinia in sequentibus Megillum facit respondere.

P. 93. Μῶν οὐκ ἐκ τούτων — διεσπαρμένων, int. γίγνονται αἱ πολιτεῖαι. — κατὰ μίαν οἴκησιν, per unam domum, h. e., per singulas domus et familias, quarum quaeque separatim a reliquis vivit. Μίαν et κατὰ distributive, quod dicitur, posita

sunt: per suam quisque domum et familiam. — ὑπὸ ἀπορίας τῆς ἐν ταῖς φθοραῖς: propter defectum hominum ex eluvie ortum. Praepositio ἐν causam indicat, ut X, 15. p. 910. A: ἔν τε φάσμασι — καὶ ἐν ὀνείροις. XI, 12. p. 934. A: ἐν φόβοις ἢ δειλίᾳ ἢ τισιν ἐπιθυμίαις. IX, 17. p. 881. E. Polit. V, 5. p. 455. B: ἐν ᾧ ὁ μὲν ῥαδίως τι μανθάνοι. Vid. *Viger.* de idiotism. p. 507. Lexicon Xenophont. V. II. p. 162. nr. 3.

ἐν οἷς. Vulgo ἐν αἷς, quod ex postrema vocis praegressae φθοραῖς syllaba natum esse censeo. Sensus postulat ἐν οἷς, referendum illud ad τούτων τῶν — διεσπαρμένων, quod princeps huius enunciationis nomen est. Ἐν αἷς nonnisi ad οἴκησιν, collective positum, trahere posses; sed cur αἷς posuerit scriptor, quod propter praecedens ἐν ταῖς φθοραῖς orationem admodum obscuram reddat, quum sensus et orationis perspicuitas οἷς postulent, causam profecto nullam perspicio. Οἷς etiam *Ficinus* legit, certe expressit, vertens: „nonne gubernationes hae fiunt ex hominibus ipsis, *qui* per habitationes singulas — dispersi vivunt? in quibus semper antiquior dominatur." Ceterum de sententia, primam societatem fuisse domum vel familiam, vid. Polit. II, 11. ubi v. not. — Mox pro ποιήσουσι legi quoque ποιοῦσι testatur *Stephanus* idque vulgato praefert propter praesentia ξυνέρχονται et τρέπονται. Etiam *Ficinus*: „quos quidem quasi aves secuti gregem unum *conficiunt.*" Sed recte futurum habet, ut supra μέλλουσιν εἶναι, et mox κληθήσεται, οἰκήσουσιν, al.

πατρονομούμενοι. *Timaeus* explicat: οἱ τοῖς προγονικοῖς (ut *Valckenar.* ad Eurip. Hippol. v. 826. corrigit; vid. Ruhnken. p. 209.) νόμοις χρώμενοι ἢ ὑπὸ τῶν πατέρων ἀρχόμενοι. Suidas: οἱ τοὺς παρὰ τῶν πατέρων παραδεδομένους νόμους τηροῦντες (ut supra 680. A: ἔθεσι καὶ τοῖς λεγομένοις πατρίοις νόμοις ἑπόμενοι ζῶσιν.), et hanc sequitur interpretationem *Schneiderus* in Lexic. graec.; sed h. l. est *a patribus familias gubernati.* Sic XI, 8. 927. E: πατρονομικῇ, et *Lucian.* in Demosth. encom. §. 12. T. II. p. 586. πατρονομία, al. Consentiunt vero in his graeci scriptores cum librorum, quos sacros habemus, auctoribus, ut qui primam gubernationem vel imperium, si ita appellare licet, patriarcharum, quos dicunt, fuisse memoriae prodant. Vid. *Ioseph.* Archaeol. I, 3. 4. Cf. *Ioach. Perionius* de Graecor. et Roman. magistr. I. in Gronov. Thesaur. antiq. graec. T. VI. p. 2764. sq. *Sanct. Crus.* cogitatt. de origine societ. (vers. germ. Norimb.

1783. 8.) et *Schuckmanni* libell. de origine societat. in Ephemer. Berolin. (Berlin. Monatsschrift) a. 1783. mens. Mai. Nr. 3.

ἐν ταῖς ὑπωρείαις, in iugis montium, a cacumine remotioribus et in camporum planitiem vergentibus; a montium enim cacuminibus homines paulatim in campos descendebant, vid. ad c. 2. *Strabo* XIII. p. 885. (T. V. p. 303. ed. Tschuck.): *εἰκάζει δὲ Πλάτων μετὰ τοὺς κατακλυσμοὺς τρία πολιτείας εἴδη συνίστασθαι, πρῶτον μὲν τὸ ἐπὶ τὰς ἀκρωρείας, ἁπλοῦν τε καὶ ἄγριον, δεδιότων τὰ ὕδατα ἐπιπολάζοντα ἀκμὴν ἐν τοῖς πεδίοις, δεύτερον δὲ τὸ ἐν ταῖς ὑπωρείαις, θαῤῥούντων ἤδη κατὰ μικρόν, ἅτε δὴ καὶ τῶν πεδίων ἀρχομένων ἀναψύχεσθαι, τρίτον δὲ τὸ ἐν τοῖς πεδίοις· λέγοι δ' ἄν τις καὶ τέταρτον καὶ πέμπτον, ἴσως καὶ πλείω* cet. Ceterum in his nostro praeivit *Homerus* Iliad. XX, 215:

Κτίσσε δὲ Δαρδανίην, ἐπεὶ οὔπω Ἴλιος ἱρὴ
Ἐν πεδίῳ πεπόλιστο, πόλις μερόπων ἀνθρώπων,
Ἀλλ' ἔθ' ὑπωρείας ᾤκουν πολυπίδακος Ἴδης.

περιβόλους — αἱμασιώδεις. Περίβολος, ambitus, est septum cuiusvis generis (vid. *Matthaei* ad Nemes. p. 336.); Theaet. p. 197. C. E. adeo columbarium sic dicitur. *Αἱμασιὰ* vero proprie est sepes spinas habens (Dornenzaun), v. *Eustath.* ad Hom. Odyss. ω. 226. *Suid.* et *Aegid. Menag.* Amoenit. Iur. c. 33.; deinde etiam maceriam significat s. murum ex lapidibus siccis et temere collectis compositum (quem nos dicimus Steinwall), vid. *Salmas.* Observatt. ad Ius Att. et Rom. c. XIII. p. 355. sq. et *Schäfer.* ad Long. Pastoral. p. 352. sq. Similiter Lex. MS. in Bast. not. ad Gregor. Corinth. p. 511: *Πλάτων εἶπε περιβόλους αἱμασιώδεις τινὰς ἢ τοὺς ἐκ λίθων ἄνευ πηλῶν κατεσκευασμένους, ἢ τοὺς ὑπὸ ἀκανθῶν πεφραγμένους.* Schol. Ruhnk. p. 225: *αἱμασιαὶ τροχοὶ* (i. e., *τείχη*) *κυρίως ἠκανθωμένοι.* Igitur *περίβολος αἱμασιώδης* simpliciter est septum murale vel maceria instar muri munimenta praebens (*τειχῶν ἐρύματα* epexegesi inservit).

τῶν οἰκήσεων τούτων cet. Satis perspicue haec reddidit *Cornarius*: dum maiores hae habitationes ex minoribus et primis augescunt, singulas parvas adesse, quae secundum genus habent et antiquissimum principem et suas quasdam proprias consuetudines, eo quod seorsum habitent, alias ab aliis genitoribus ac educatoribus susceptas. *μειζόνων αὐξανομένων ἐκ τῶν ἐλαττόνων*: crescentibus adeo, ut maiores e minoribus fiant. Adiectivum *μειζόνων* proleptice positum est (vid. *Schäfer.* ad

Theocrit. p. 215. et ind. Gregor. Corinth. p. 1047.), et praecipue verbum αὐξάνεσθαι ita poni solet, velut Protagor. 327. B: οὗτος ἂν ἐλλόγιμος ηὐξήθη, ubi v. *Heindorf.* p. 527. — ἀφ' ἑτέρων ὄντων τῶν cet.: alia ab aliis (tradita), videlicet genitoribus atque educatoribus, vel alia ab aliis, (iique sunt eorum genitores et educatores). Mox pro ἀνδρικῶν *Böckhius* scribi volebat ἀνδρικωτέρων, quia *Ficinus* verterit *e fortioribus*; at genuina eius translatio habet: „modestiores quidem a modestis, *e fortibus* fortiores." Membrorum quidem aequalitas postulat ἀνδρικωτέρων, sed huiusmodi negligentiae haud dedecent scriptorem nostrum.

καὶ κατὰ τρόπον. *Ficinus* haec ita vertit: „et in ceteris omnibus prout singuli filios aut nepotes erudierunt: quorum ritus quasi leges proprias ad maiorem habitationem ferunt." Κατὰ τρόπον, quod Cornarius vertit *pro more*, est *recte*, *ut par est*, vid. I, 8. Cod. Voss. κατὰ τρόπους.

τὰς αὐτῶν ἀναιρέσεις. Vocem ἀναιρέσεις *Ficinus* praetermisit, *Cornarius* vero vertit *abrogationes*, quod sonat quidem vox ἀναίρεσις, sed huius loci sensus repudiat. Scribere possis ἀνευρέσεις: quae (int. νόμιμα et ἔθη) ipsi excogitarunt (hoc est enim ἀνευρίσκειν, Latin. *invenire*) et sanxerunt, sed malim αἱρέσεις; αἵρεσις enim omne, quod eligimus vel elegimus, h. e., quod sequimur, significat, ut studium, vivendi genus, mores, al. Vid. *Budaeus* et *Stephan.* h. v. — Mox in ἀποτυπουμένους imago a sigillo sumta est, quod in cera imprimitur. Theaet. 191. D: ἐς τοῦτο (τὸ κήρινον ἐκμαγεῖον), ὅ τι ἂν βουληθῶμεν μνημονεῦσαι, ὧν ἂν ἴδωμεν ἢ ἀκούσωμεν ἢ αὐτοὶ ἐννοήσωμεν — ἀποτυποῦσθαι. Cf. *Philo* T. I. p. 10. ed. Pfeiff. *Plotin.* Ennead. III, 6. p. 306. C. et *Petav.* ad Themist. Orat. XXI. p. 501.

P. 94. ὑστέρους, post illas, h. e., ultimo loco. *Stephano* post vel ante ἑκάστοις deesse videbatur vox πρώτους propter sequens ὑστέρους, quod *Ficinus* confirmat vertens: in primis placere, aliorum vero leges loco secundo; sed de suo etiam illud *in primis* addere potuit. Ἀρέσκειν per se est *probari*, ubi de legibus, actis, al. sermo est (sic *Xenoph.* Hist. Graec. II, 3. 17. III, 1. 13. al.). Et ex hoc verbo ad ὑστέρους aliud petendum est, v. c. τάττειν vel simile quodpiam.

Cap. IV.

οἰκήσουσι. *Ficinus:* „in hac civilis disciplinae mutatione convivent;“ male in translatione a Grynaeo correcta *convivunt.* Mox de *οὕτω τε καὶ ταύτῃ* vid. ad I, 5.

Κτίσσε δὲ Δαρδανίην cet. Iliad. XX, 216. sq., ubi de Dardano, Iovis ex Electra filio, Dardaniae conditore (v. *Heyn.* Excurs. VI. ad Virgil. Aen. III. et ad Apollodor. III, 12. 1.) poeta loquitur. In Homeri libris scribitur *πολυπίδακος* a *πολυπίδαξ.*

κατὰ θεόν πως εἰρημένα: Haec et illa, quae de Cyclopibus dixit poeta, *divinitus quodammodo* et *vere* protulit. *Κατὰ φύσιν*, ita ut *naturâ*, h. e., *per se* et *revera* est, I, 11. 642. A. XI, 4. 918. B. vid. ad Phaedr. p. 314. Sic *φύσει* VI, 19. p. 777. D: *ὁ φύσει καὶ μὴ πλαστῶς σέβων τὴν δίκην.* X, 5. p. 892. C: *σχεδὸν ὀρθότατα λέγοιτ' ἂν εἶναι διαφερόντως φύσει.* Ceterum *λέγει* — *εἴρηκε* — *εἰρημένα* offendere non debent; nam sic verba dicendi creberrime repetuntur, ut c. 9. p. 689. E: *καθάπερ εἴπομεν ἄρτι λελεγμένα.* C. 11. p. 692. E: *πολλὰ δὲ λέγων ἄν τις — ὀρθῶς ἂν λέγοι.* C. 12. p. 693. D: *ἐξ ὧν (πολιτειῶν) τὰς ἄλλας γεγονέναι λέγων ἄν τις ὀρθῶς λέγοι.* IV, 4. 709. B: *λέγοντα εὖ λέγειν.* VI, 19. 777. E. VII, 7. p. 797. C: *τούτου πόλει λώβην οὐκ εἶναι μείζω φαῖμεν ἂν ὀρθότατα λέγοντες.* VIII, 2. p. 830. A. IX, 4. p. 857. E. X, 14. p. 906. E. XII, 14. p. 968. E. Similiter VII, 10. p. 803. B: *ἴσως μέντ' ἄν τίς μοι τοῦτ' αὐτὸ ὑπολαβὼν ὀρθῶς ὑπολάβοι.* C. 14. p. 810. C: *ἢ τί ποθ' ὑμῖν ὁ νομοθέτης χρῆσθαι προστάξας ὀρθῶς ἂν τάξειε;* VIII, 8. p. 841. E: *τάχ' ἂν ἄτιμον αὐτὸν τῶν ἐν τῇ πόλει ἐπαινῶν νομοθετοῦντες ὀρθῶς ἂν δόξαιμεν νομοθετεῖν.* VII, 3, p. 791. C: *γιγνόμενον γίγνοιτ' ἄν.* XII, 14. p. 968. C: *τίς δὲ ὁ τρόπος ἡμῖν γιγνόμενος ὀρθῶς γίγνοιτ' ἄν, τουτὶ δὴ — ἐρευνῶμεν.* al.

P. 95. *ἐνθεαστικόν.* Haec vox, quum et orationis cohaerentiam turbet et ab usu Platonico aliena sit, merito suspecta erat *Böckhio* p. 164. de glossemate. Accedit, quod *Proclus* in Polit. p. 395: *θεῖον γὰρ οὖν δὴ καὶ τὸ ποιητικὸν ὂν γένος*, p. 368: *θεῖον τὸ ποιητικὸν γένος ἀποκαλῶν*, et in Tim. I. p. 20: *θεῖον γὰρ οὖν δὴ καὶ τὸ ποιητικόν ἐστι γένος, ὡς ἐν ἄλλοις εἶπεν αὐτός*, vocem *ἐνθεαστικόν* ignorat, uno loco in Polit. p. 401. excepto, ut Böckhius bene observavit. *Ficinus* *ἐνθεαστικόν* expressit: „divinum enim poetarum genus est: *diis agitur*, et sacros concinnat hymnos. Unde vera passim cum Musis atque Gratiis tangere solent.“ *Heindorfius* (Specim. Coniect. in Plat. p. 31.) *τὸ ποιητικόν* loco

suo turbatum habebat, et vel sic reponendum: *θεῖον γὰρ οὖν δὴ τὸ ποιητικὸν καὶ ἐνθεαστικὸν ὂν γένος*, vel *τὸ ποιητικόν*, utpote ex glossematis annotatione natum, eiiciendum esse censebat. Sed *τὸ ποιητικόν*, si quid aliud, genuinum est, et voce *ἐνθεαστικὸν* exterminata, sensus existit orationis cohaerentiae convenientissimus: scilicet etiam poetarum genus divinum est (non solum genus vatum et legislatorum, ut Minos, Epimenides, Lycurgus, al.); quocirca in carminibus suis (*ὑμνῳδοῦν*), Gratiis ac Musis adiutricibus ipsisque adspirantibus, semper vera assequuntur. Oratio ipsa poeticum quendam colorem habet; ex quo tamen per se colligi non debet, verba a poeta aliquo sumta esse.

προέλθωμεν. Cod. Voss. *προέλθωμεν· ἔτι τοίνυν ἐπελθόντος ἡμῖν μύθου — σημήνει ἔτι.* Deinde *οὐκοῦν χρή*, sine interrogationis signo, Cliniae assignatum, in marg. vero adscriptum est *οὔκουν*. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *οὔκουν*. Bene *Cornarius* vertit: „ulterius itaque pergemus in eo sermone, qui nunc nobis incidit; fortassis enim aliquid de nostra voluntate declarabit. Nonne ita oportet?" — *ἡμετέρας περὶ βουλήσεως* (vulgo *πέρι*) est: de eo, quod volumus, de quaestione a nobis proposita.

κατῳκίσθη — Ἴλιον: Ilium conditum est, deductis colonis a montis iugis in campi planitiem, quum Dardania ad Idae radices exstructa fuisset (urbs enim in planitie condita tertia erat civitatis forma), vid. *Heyn.* ad Homer. Il. XX, 216. sq. *Κατοικίζειν* proprie de colonis ponitur, qui habitatum deducuntur et collocantur; tunc ipsa urbs *κατοικίζεσθαι* dicitur, quae vel incolis frequentatur vel aliquo in loco conditur; hinc *εἰς μέγα πεδίον* et *ἐπὶ λόφον τινὰ οὐχ ὑψηλόν.* Sic c. 5. p. 683. A: *ἥκει γὰρ ἐπὶ τὴν εἰς Λακεδαίμονα κατοίκισιν αὐτήν.* Polit. II, 11: *κατοικίσαι γε αὐτὴν τὴν πόλιν εἰς τοιοῦτον τόπον — σχεδόν τι ἀδύνατον.*

παντάπασί τινα μακρὸν — χρόνον. *Τινά* pro *τι*, quod vulgo legitur, scribendum esse iam *Stephanus* monuerat, et illustravit hunc pronominis *τίς* usum, quo in temporis et numeri notatione adiectivo apponitur, *Böckhius*, citans locum cap. 2. p. 678. B: *ἐν παμπόλλῳ τινὶ χρόνῳ.* Supra 682. *ἐν πολλοῖς τισὶ χρόνοις.* C. 6. p. 686. A: *χρόνον τινὰ ἂν πολὺν μένειν.* C. 14. p. 698. D: *ἐν τινὶ βραχεῖ χρόνῳ.* IV, 4. p. 711. B: *οὐδέ τινος παμπόλλου χρόνου.* VII, 22. p. 821. E: *οὐδέ γέ τινος χρόνου παμπόλλου.* Adde cap. 5. p. 683. A: *τετάρτη τις — αὕτη πόλις.* XI, 14. p. 937. C: *ὑπὲρ ἥμισυ — τινές.* Cf. *H. Stephan.* App. de dialect. Attic. p. 79.

D. Heins. Lectt. Theocrit. c. II. p. 295. et *Koen.* ad Gregor. Corinth. p. 7. sq. ed. Schäfer. — Ceterum haec verba *Δῆλον οὖν — πάθους Ficinus* Atheniensis orationi annectit, Bas. 1. et 2. vero hic, ut in praegressis, Megillum loqui faciunt. Mox passiva verbi *κατοικεῖν* (habitari, incoli) significatio satis frequens est, ut supra c. 1. p. 677. C: *τὰς ἐν τοῖς πεδίοις πόλεις καὶ πρὸς θαλάσσῃ κατοικούσας* (habitatas, h. e., sitas). Vid. ad I, 3.

καὶ κατὰ θάλασσαν δέ; καὶ — δέ, praeterea, adeo, vid. ad I, 9.

ἀνάστατον ἐποίησαν, delerunt, everterunt. Sic *ἀνάστατον ποιεῖν* de urbibus et regionibus usurpatur, ut ap. *Herodot.* I, 155. 177. *Thucyd.* VI, 76. VIII, 24. *Isocrat.* Panegyr. c. 27. 35: *τὴν δὲ Μαντινείων πόλιν, εἰρήνης ἤδη γεγενημένης, ἀνάστατον ἐποίησαν.* C. 48. de Graecis Troiam evertentibus: *ὥςτε μὴ πρότερον παύσασθαι πολεμοῦντας, πρὶν τὴν πόλιν ἀνάστατον ἐποίησαν τοῦ τολμήσαντος ἐξαμαρτεῖν. Xenophont.* Hist. graec. VI, 5. 35. Memor. Socrat. IV, 2. 29. *Aeschin.* adv. Ctesiph. T. III. p. 471. *Aelian.* V. H. III, 43. al. Etiam hoc verbum proprie de incolis ponitur, qui surgere (de sede), h. e., migrare coguntur, h. e., qui sedibus pelluntur et exterminantur (sic *ἀνάστατοι Sophocl.* Trachin. 39. Cf. *Wesseling.* ad Diodor. Sicul. XI, 1. p. 403. T. I.); tunc, ut verba habitandi, ad urbem, quae evertitur, vel regionem, quae vastatur, transfertur.

P. 96. *Καὶ μάλα.* Haec, sicut praegressa, Ficinus, Lov. Bas. 1. 2. et Stephanus Megillo assignant; solus liber Aldinus, quem recte Cornarius secutus est, Cliniae ea tribuit.

τὰ τῶν πολιορκούντων — οἴκοι, accusativus hic absolutus est: circa res domesticas cuiusque obsidentium, h. e., in patria et domo obsidentium. *Cornarius*: „Nonne in hoc decennali tempore, quo Ilium expugnabatur, multa mala domi singulis, qui essent in obsidione, acciderunt ex seditiosis iuvenibus?" *Περί* est *propter*, ut XII, 4. p. 948. B: *Ῥαδαμάνθυος δὲ περὶ τὴν λεγομένην κρίσιν τῶν δικῶν ἄξιον ἄγασθαι.* X, 2. ubi v. not. Qua significatione alias dativo iungitur, v. *Fischer.* ad Weller. T. III. P. II. p. 216. — Ceterum de seditionibus ac turbis post bellum Troianum in Graecia excitatis vid. *Strabo* III, 223. Maius etiam momentum habuit ad statum veteris Graeciae mutandum Pelopidarum (in primis Eurysthei) et Heraclidarum bellum. Hyllus enim, Herculis filius, a Pelopidis expulsus, quum in Dorida ad Aegi-

mium regem confugisset, Heraclidae cum Doribus se coniunxere, eorumque auxilio adiuti tandem (a. 1104. vel 1210. a. Chr.) Temenus, Cresphontes et Aristodemus in Peloponnesum redierunt. Sortitione deinde facta Temenus Argos, Aristodemi filii (Eurysthenes et Procles) Spartam et Cresphontes Messenen obtinuerunt. Vid. infra c. 5. p. 683. D. *Diodor. Sicul.* IV, 58. *Apollodor.* Biblioth. II, 8. ubi v. Heyn. Observatt. p. 200. sq. *Pausan.* IV, 3. *Meurs.* de regno Lacedaem. c. VI. in Gronov. Thesaur. ant. graec. T. V. p. 2232. sq. *Larcher.* Chronol. Herodot. c. 15. 16. T. VI. et *Manso* in Spart. T. I. P. I. p. 39. sq. P. II. p. 60. sq.

τοὺς τότε φυγάδας. Cod. Voss. τὰς τότε φυγάς.

ὑμεῖς, ὦ Λακεδαιμόνιοι. Inepta haec ad Lacedaemonios, uno Megillo praesente, orationis conversio videri possit; quocirca vel ὦ Λακεδαιμόνιε vel ὑμεῖς οἱ Λακεδαιμόνιοι, quod *Böckhius* coniecit, scribendum esse suspiceris. Sed nihil tentandum. Similiter enim c. 12. p. 696. A: δίκαιον μήν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, τοῦτό γε τῇ πόλει ὑμῶν ἀποδιδόναι.

CAP. V.

ταῖς μίθαις. Cod. Voss. τοῖς μύθοις. Mox λαβὴν ἀποδίδωσιν est ansam dat, qua apprehendatur et denuo arripiatur; vid. ad Phaedr. p. 251.

κατοίκισιν — κατῳκίσθαι. Ald. et Lov. κατοίκισιν, Bas. 1. 2. et Stephan. κατοίκησιν. Etiam *Cornarius:* devenit nempe ad ipsam in Lacedaemone constructionem, quam vos et Cretam recte dixistis velut fraternis legibus habitari. Nihil vero frequentius est vocum κατοίκισις et κατοίκησις permutatione. Sic lib. XII, 14. fin. ἐπὶ τὴν τῆς πόλεως κατοίκισιν, ubi vulgo κατοίκησιν scribitur. Εἰς Λακεδαίμονα pro genitivo positum est propter propriam verbi κατοικίζειν notionem, de qua vid. ad c. 4. Mox, quod vulgo scribitur κατοικεῖσθαι, mutavimus in κατῳκίσθαι; nam κατοικεῖσθαι hoc loco, ubi de urbe condenda et instituenda sermo est, locum habere nequit. Locus, quem *Böckhius* p. 167. affert, ex Aristotel. Polit. II, 5: φησὶ γὰρ δεῖν ἴσας εἶναι τὰς κτήσεις τῶν πολιτῶν· τοῦτο δὲ κατοικιζομέναις μὲν εὐθὺς οὐ χαλεπὸν ᾤετο ποιεῖν, τὰς δὲ κατοικουμένας ἐργωδέστερον μέν, ὅμως δὲ τάχιστ' ἂν ὁμαλισθῆναι, is igitur nihil probat; τὰς κατοικουμένας, quae iam habitantur s. extant, ibi recte habet, in nostrum vero locum, ubi ὡς ἀδελφοῖς νόμοις sequitur et Lacedaemonis constitutio consideratur,

κατοικεῖσθαι non quadrat. Accedit, quod Graeci verbum eiusdem significationis cum nomine coniungere amant, ut βοήθειαν βοηθεῖν, al., vid. *Fischer.* ad Weller. T. III. P. I. p. 422. sq. Idcirco κατοίκισιν — κατῳκίσθαι et sensus et linguae ratio postulant. Hinc etiam in sequentibus κατοικισμῶν — κατοικίσεσιν — κατοικιζόμενον — κατῳκισμένον — κατῳκίσθη — κατοίκισις (c. 6.), al.

καὶ Κρήτην. Pendent haec verba e vocibus ὡς ἀδελφοῖς νόμοις: fraternis legibus, h. e., iisdem plane (ὡς, v. III, 1.) legibus ac Cretam. *Kai* enim cum verbis similitudinem indicantibus coniunctum est *atque*, *ac* (als), vid. *Duker.* ad Thucyd. VII, 71. *Valckenar.* ad Herodot. VII, 50. p. 534. Ἀδελφός, geminus, par, similis, ut c. 7. p. 687. E: ἐν παθήμασιν ἀδελφοῖς ὢν τοῖς γενομένοις Θησεῖ. VII, 15. p. 811. E: ἀλελφά που τούτων τῶν λόγων. c. 21. p. 820. C: ἐν οἷς αὖ πολλὰ ἁμαρτήματα ἐκείνων ἀδελφὰ ἡμῖν ἐγγίγνεται τῶν ἁμαρτημάτων. Vid. *Valckenar.* ad Callimach. fragm. p. 160. virr. doct. ad Gregor. Corinth. p. 569. et nostra ad Phaedr. p. 386. — Mox τετάρτη cum πόλις coniunge: αὕτη (haec, sc. urbs, h. e., ita) ἥκει τετάρτη τις πόλις cet. In praegressis Cod. Voss. δὴ τοσόνδε, in marg. vero τοσόνδε. Ad διεξελθόντες int. αὐτόν, τὸν λόγον: orationem persequentes per —. Male *Ficinus* et *Cornarius* absolute ceperunt διεξελθόντες; ille quidem vertens: „dum per disciplinas civiles — transveheremur," et hic: „per respublicas aliquas — transgressi." Διεξελθεῖν λόγον quavis fere pagina in libris Platonicis occurrit. Deinde ante ἐθεασάμεθα particula, ut solet, omissa est explicans, velut *nempe*, vid. ad I, 4.

κατοικίσεσιν. Sic Cod. Voss.; vulgo κατοικήσεσιν, vide supra adnotata. Ἐξ ἀλλήλων ἐχομένας: ex se invicem aptas, a se invicem profectas, quemadmodum supra exposuit, ex prima eaque patrum familias gubernatione, quam δυναστείαν vocavit, imperium manasse legibus constitutum, ἀριστοκρατίαν τινὰ ἢ καί τινα βασιλείαν; deinde vero civitates exortas esse seditionis ac turbarum plenas (ut graecas urbes ante Heraclidarum Dorumque imperium in Peloponneso). — ἐν χρόνου τινὸς μήκεσιν ἀπλέτοις. ἄπλετος est immensus, ut Sophist. p. 246. C: ἄπλετος μάχη (ubi v. Fischer. not. 10. p. 60.), vel innumerabilis, ut h. l. Cf. interpp. ad Moer. p. 24., ubi *Piersonus* laudat Archestrat. ap. Athen. p. 29. C: χρόνον διὰ μῆκος ἄπλατον. De τινός vid. ad Cap. 4.

εἴ τι ξυνεῖναι δυνάμεθα. *Stephanus*, quia ante ταῦτα cum libris veteribus interpunxerat, vel ἔτι scribendum vel ἀχαρι-

τόν ἐστι supplendum esse censebat (similiter *Ficinus* interposuit: „satis nobis factum putabimus"); sed neutro opus est; apodosis sunt verba ταῦτα δή — λεκτέον; δή enim in apodosi centies adhibetur, ut sit *tum* (*dann*, *so*); vid. exempla collecta in Lexic. Xenophont. V. I. p. 654. Similiter *Cornarius* verba cepit, vertens: „ex quibus omnibus si intelligere possumus — haec sane rursus velut ab initio nobis dicenda sunt." Ξυνεῖναι, aoristus, est i. q. praesens ξυνιέναι (quocum saepissime permutatur, vid. *Taylor*. ad Demosth. pro coron. p. 245. T. I. *Reisk*. Appar. crit. in Demosth. T. III. p. 590. et *Fischer*. ad Weller. T. II. p. 482.). Epinom. 4. p. 979. B: καὶ πᾶς ἂν ἱκανὸς γίγνεσθαι (ἔδοξε) καὶ ξυνεῖναι τὰ λεγόμενα καὶ ποιεῖν. Cratyl. p. 414. D: ποιοῦσι μηδ' ἂν ἕνα ἀνθρώπων ξυνεῖναι, ὅ τί ποτε βούλεται τὸ ὄνομα. *M. Antonin.* V, §. 6: ἐὰν δὲ θελήσῃ συνεῖναι, τί ποτέ ἐστι τὸ λεγόμενον, μὴ φοβοῦ, μὴ παρὰ τοῦτο παραλίπῃς τι ἔργον κοινωνικόν. Ubi v. *Gatacker*. De hoc verborum ex ἵημι compositorum aoristo vid. *Dorvill*. ad Charit. p. 278., qui tamen p. 467. συνεῖναι pro συνιέναι positum reprobat. — Mox Cod. Voss. ἀπεργάζοιτ' pro ἀπεργάζοιντ', et *Heindorfius* ad Cratyl. p. 137. illud reponendum esse iubet, sed vid. ad I, 7. adnotata.

P. 97. μακράν, int. ὁδόν. *Ficinus*: „longum ipse hac de causa iter facerem." Mox pro βραχύ, quod libri veteres omnes exhibent, *Stephanus* scripsit βραχεῖ' propter ἡμέρα; sed βραχύ (int. τί) magis est significans; solet enim adiectivum, si eminentiore significatione est vel pondus habet, per se quasi poni, h. e., substantivi sui genus non sequi, sed in neutro poni. Qui exempla in re notissima quaerit, is adeat *Fischer*. Animadv. ad Weller. T. III. P. I. p. 310 sq. — Ceterum verba Εἰ γοῦν — τῶν νῦν εἰρημένων citantur a *Theophilo* ad Autolyc. III, 18. p. 330.

ἢ ἐκ θερινῶν — τρεπομένου: quamvis dies fere solstitialis sit, quo sol ad metam altissimam delatus (ad tropicum cancri) ultra non progreditur, sed ad brumam (i. e., brevissimam diem, v. *Salmas*. Exercitatt. Plin. in Solin. T. I. p. 175. F.) s. tropicum capricorni (metam humillimam) convertitur. Propria sunt in hac re vocabula τροπή et τρέπεσθαι, vid. *Salmas*. Exercitatt. Plin. T. I. p. 502. F. Similiter VI, 15. p. 767. C: μετὰ θερινὰς τροπάς. XI, 2. p. 915. D: ἧς μέσος ὁ μήν, ἐν ᾧ τρέπεται θερινὸς ἥλιος εἰς τὰ χειμερινά. XII, 2. p. 945. E: κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον, μετὰ τροπὰς ἡλίου τὰς ἐκ θέρους εἰς χειμῶνα. Cf. *Davis*. ad Cicer. de nat. Deor. II, 7.

διανείμαντας. Accusativus, Atticorum more, post dativum illatus, ut VI, 6. p. 758. C: πόλει — ἐρωτήσασαν. 8. p. 760. E: ἑκάστῳ τὴν ἐπιμέλειαν εἶναι — ταφρεύοντάς τε — καὶ ἀποσκάπτοντας. VII, 6. p. 796. C: τοῖς δέ που παισὶν — ποιουμένους. IX, 4. p. 858. E: ἀλλὰ αἰσχρὸν δὴ — ποιηταῖς, περὶ βίου τε καὶ ἐπιτηδευμάτων κακῶς θέσθαι γράψαντας. C. 14. p. 877. A: μετάστασιν δὲ εἰς τὴν γείτονα πόλιν αὐτῷ γίγνεσθαι, διὰ βίου καρπούμενον ἅπασαν τὴν αὑτοῦ κτῆσιν. X, 15. p. 910. A. XI, 5. p. 920. E. XII, 5. p. 950. B. c. 13. fin. Vid. ad Sympos. p. 243. *Wesseling.* ad Herodot. p. 16, 12. et *Iacobs* Animadv. in Athen. p. 97. — Ad verba τρεῖς πόλεις cf. *Isocrat.* Panathen. p. 270. Coray.

Προκλῆς. Sic Cod. Voss. Vulgo *Πατροκλῆς* scribitur, quod quidem nomen saepenumero cum *Προκλῆς* perperam confusum reperitur, vid. *Keuchen.* et *Staver.* ad Cornel. Nep. vit. Agesil. c. 1. (p. 201. ed. Lugd. Bat. 1667). *Palmer.* Exercitatt. ad aut. graec. p. 186. *Spanhem.* ad Iulian. Orat. I. p. 129. *Coray* ad Isocrat. T. II. p. 267. (qui bene monet *Πατροκλῆς* natum esse e *Προ̄κλῆς*, quippe quae linea non solum contractionem, verum etiam nomen proprium indicet) et *Tzschuckius* ad Strab. VIII. p. 188. 194. T. III. et X. p. 285. T. IV. De re ipsa, vid. *Manso* in Sparta T. I. P. I. p. 59 sq.

Πῶς γὰρ οὔ. Male haec et sequentia *Τί μήν* in Ald. et Stephan. Cliniae tribuuntur, quum causa nulla adsit, cur personae mutentur, imo, quoniam de regno Laconico agitur, res ipsa poscat, ut Atheniensis inprimis cum Megillo sermonem conferat. Megilli nomen exhibent Ficinus, Lovan. Bas. 1. 2. et Cornarius.

ἢ νῦν δὴ μέν cet. Laudat haec verba *Suidas*, omisso *μέν*, v. *νῦν δή*. Genus dicendi *νῦν δὴ μέν — νῦν δ'* illustrat *Böckhius* p. 168. Euripidis exemplo Hippol. 233:

> Νῦν δὴ μὲν ὄρος βᾶσ' ἐπὶ θήρας
> Πόθον ἐστέλλου· νῦν δ' αὖ ψαμάθοις
> Ἐπ' ἀκυμάντοις πώλων ἔρασαι.

P. 98. *γέγονε δέ.* Vulgo *δή.* *Ficinus:* „facta *vero* haec sunt." — *βασιλεῖαι τρεῖς*, reges trium civitatum ex Heraclidarum genere; hinc sequitur *οἳ μέν* (reges), cui respondet *οἳ δέ* (*οἱ ἀρχόμενοι*), i. e., cives. Saepenumero abstractum nomen, quod dicitur, pro concreto ponitur, ut V, 10. 740. A. IX, 16. p. 880. D: δικαστήριον δὲ γιγνέσθω τοῖς τοιούτοις στρατηγοὶ καὶ ταξίαρχοι. cet. X, 15. p. 908. D. XI, 2. p. 915. D: εἰς δὲ ξενικὴν

παράδοσιν. ib. 916. B: πλὴν τῆς ἱερᾶς. C: μὴ τυγχανέτω ἀναγωγῆς τοῦ τοιούτου τῆς πράσεως. XII, 5. p. 950. D: δημοσίᾳ δ' ἔστω κηρυξιν ἢ πρεσβείαις ἢ καί τισι θεωροῖς. Vid. *Casaubon.* ad Athen. I, 9. p. 30. *Dorvill.* ad Charit. p. 476. ed. Lips. et *Sturz.* de dialect. macedon. p. 53.

ἐμπεδούντων: si constanter servarent reges iusiurandum vel promissa. Ἐμπεδοῦν, ratum habere, firmiter servare vel observare, praecipue de iureiurando et promissis ponitur. Sic VII, 23. p. 823. A: τὸν δὲ ἄκρον πολίτην μηδὲν ἧττον ταῦτα ἐμπεδοῦν, ἢ τὰ ταῖς ζημίαις ὑπὸ νόμων κατειλημμένα. Phaedr. 241. A: οὐθ' ὅπως τὰ — ὁρκωμόσιά τε καὶ ὑποσχέσεις ἐμπεδώσει, ἔχει. Cf. *Xenophont.* Cyropaed. IV, 2. 8. V, 1. 21. VIII, 8. 2. Agesil. I, 12. al.

τό γε μέγιστον, id quod maximi momenti est, v. *Fischer.* ad Weller. T. I. p. 342 sq. Mox pro τὰς δύο Ald. Lov. Bas. 1. et 2. τοὺς δύο scribunt, quod *Stephanus* recte in τὰς δύο mutavit; τοὺς e vocis βοηθοὺς terminatione ortum est. — Deinde ὑγιᾶ pro ὑγιῆ scripsimus, ut V, 7. p. 735. B. et IX, 4. p. 857. E. Vid. *Thom. Mag.* p. 864. *Dorvill.* ad Charit. p. 418. Lips. et *Koen.* ad Gregor. Corinth. p. 163. ed. Schäf.

P. 99. εἰς ῥαστώνην τῆς θέσεως τῶν νόμων: quod haud parvum momentum habet ad leges facilius scribendas, s. quo vel maxime legum scribendarum negotium levatur. Similiter IV, 10. p. 720. C: καὶ ῥαστώνην οὕτω τῷ δεσπότῃ παρασκευάζει τῶν καμνόντων τῆς ἐπιμελείας, h. e., et ita domino suo aegrotorum curationem levat (faciliorem reddit). X, 12. p. 903. E: ἧπερ ἂν ἔχοι λόγον ῥαστώνη ἐπιμελείας θεοῖς τῶν πάντων, ταύτῃ μοι δοκῶ φράζειν, i. e., hac ratione mihi videor dicere, qua deum omnibus facillime prospicere consentaneum est. VI, 20. 779. B. al.

CAP. VI.

ἡ μεγίστη τῶν μέμψεων, ut c. 9. p. 689. D: ἡ καλλίστη καὶ μεγίστη τῶν ξυμφωνιῶν. c. 16. p. 702. C: ἡ πλείστη τῆς Κρήτης. Vid. ad Polit. I, 2. Mox αὐτοῖς, quod ad τοῖς νομοθέταις spectat, abundanter interpositum est, ut solet, vid. I, 1. — Pro ἄλλαις Cod. Voss. ἀλλήλαις, in marg. tamen ἄλλαις adpictum.

κινεῖν τὰ ἀκίνητα, non movenda movere, proverbialiter dicitur, qui res sacras violat, pacta mutat, cet., omnino qui vel nefaria vel impossibilia tentat. Sic VIII, 9. p. 843. A: νομίσας τὰ ἀκίνητα κινεῖν ἀληθῶς τοῦτο εἶναι. Cf. V, 8. p. 736. C. XI, 1.

p. 915. B. Theaet. 181. A. *Plutarch.* Amator. p. 756. A. al. Vid. *Erasmi* Adag. Chil. I. Cent. VI. p. 181 sq.

χρεῶν ἀποκοπάς, aeris alieni rescissiones, i. e., remissiones, seu novas tabulas (quum nomina in tabulis expensorum mutabantur, h. e., aut plane delebantur, ut creditores debitoribus omne debitum condonarent, aut pars de summa demebatur; quod quidem si publica auctoritate fiebat, omnes omnium tabulae erant mutandae et aliter scribendae, vid. *Ernesti* Clav. Ciceron. v. tabula). Sic V, 8. init. *Plutarch.* vit. Solon. p. 86. D: πρῶτον Σόλωνος ἦν, ὡς ἔοικε, σόφισμα, τὴν τῶν χρεῶν ἀποκοπὴν σεισάχθειαν ὀνομάσαντος. Vid. *Meurs.* in Solon. c. XII. Gronov. Thesaur. ant. gr. T. V. p. 2018 sq. Ceterum χρεῶν ἀποκοπαί et γῆς ἀναδασμοί frequenter coniunguntur, ut ap. *Isocrat.* Panathen. p. 433. ed. Francof., *Andocid.* de myster. p. 42. T. IV. *Demosthen.* de foed. Alex. p. 215. adv. Timocrat. p. 746. al. — Praegressum ὡς est *nam*, *scilicet*, vid. II, 5. Mox pro ἦν exspectabas εἶναι, sed solent Graeci orationem sic variare, ut ab obliqua in rectam et contra transeant; ut I, 6. p. 630. E. Vid. *Dorvill.* ad Charit. p. 89. et 347. *Hermann.* ad Eurip. Hecub. 1253. et *Heindorf.* ad Protagor. p. 510 sq. *Cornarius* vertit: „At Doriensibus et hoc ita bene et citra indignationem extabat, ut et agros absque omni ambiguitate dividerent, et magnum ac antiquum aes alienum non haberent."

ἡ κατοίκισις. Sic bene Ald. et Stephan.; male Lov. Bas. 1. et 2. κατοίκησις. Etiam *Ficinus* vertit: „constitutio illa et legislatio." Mox οἴκησις est gubernatio s. rei publicae administratio, igitur civitas; ab οἰκεῖν, quod est διοικεῖν, administrare, vid. ad I, 3. Deinde τὸ τῆς ὑμετέρας πόλεως est i. q. ἡ ὑμετέρα πόλις, vid. ad I, 8. Ad ῥᾴδιον vero intell. τί, vid. ad II, 1.

P. 100. καὶ σώφρονα. Particulam καί, quae vulgo desideratur, iam *Stephanus* inserendam esse monuerat. *Ficinus* quoque: senili quodam modestoque ioco. — ἀλύπως. Lib. I, 11 λόγοις τε ἀλλήλους παραμυθουμένους τὴν ὁδὸν ἅπασαν οὕτω μετὰ ῥᾳστώνης διαπερᾶναι. Ubi vid. not.

Τίνα οὖν ἂν σκέψιν cet. Cod. Voss. Τί οὖν —. Sequens ἢ τούτων est ἢ τὴν περὶ τούτων: quamnam igitur pulcriorem de legibus quaestionem instituere possimus, quam eam de illis (legibus), quae has urbes (doricas, inprimis Lacedaemonem) ornarunt? Vid. ad II, 11. — Paulo post iterum κατοικίσεων pro

κατοικήσεων scripsimus, de quo etiam *Stephanus* et *Böckhius* monuerant. Deinde *περί* scripsimus pro *πέρι*, quod in libris omnibus comparet; verba enim ita cohaerent: *ἢ περὶ τίνων εὐδοκιμωτέρων τε καὶ μειζόνων κατοικίσεων πόλεων σκοποίμεθ' ἄν. Κατοικίσεις πόλεων* sunt civitatum constitutiones (*κατοικίζειν* est enim non solum civitatem condere, sed etiam constituere). Nos igitur haec ita redderemus: *oder welche berühmteren und grösseren Staatsverfassungen könnten wir wohl betrachten?*

ἀντὶ τούτων, prae his, h. e., his praestantiores, vid. ad Phaedr. p. 390.

οἱ περὶ τὸ Ἴλιον οἰκοῦντες τότε. Praecipua belli Troiani causa traditur fuisse Pelopis, Tantali filii, expulsio, qui, ab Ilo, Troiae rege, Asiam relinquere coactus, in Elidem se contulit; vid. *Pausan.* II, 22. Cf. *Herodot.* I, 3 sq. II, 120. al. Atque hanc ulturi iniuriam Pelopidae dicuntur bellum Troianis intulisse Quae de Assyriorum et Nini imperio hic traduntur, ea discrepant quidem ab *Herodoti* narratione (I, 95.), cum iis vero concinunt, quae *Diodorus Siculus* II, 22. e Ctesia refert; quod bene monuit *de Geer* in diatrib. in Platon. Polit. p. 175. — In libris editis *τότε* ab *οἰκοῦντες* separatum et cum *πιστεύοντες* coniunctum est, sensu adversante; intelliguntur enim populi Troianam terram illo tempore incolentes, quo tres illae civitates doricae in Peloponneso constitutae sunt. Quae de Nini imperio et bello, quod Troiani denuo excitaverint, narrantur, vel potius significantur, ea fabulis tantopere obscurata sunt, ut, quid veri in his narrationibus insit, diiudicare nequeamus. Mox *τὸ ἔτι σωζόμενον σχῆμα* est: splendor imperii, dum adhuc florebat s. incolume erat. *σχῆμα* est splendor s. dignitas, vid. *Wernsdorf.* ad Himer. p. 51 sq. — Pro *μικρόν* scripsimus *σμικρόν*. Ante *καθάπερ* intell. particulam *nam* s. nempe, vid. ad I, 4. — *τὸν μέγαν βασιλέα*, Persarum regem, ut Men. p. 78. D. Gorg. p. 470. E. Charm. 158. A. Lys. 209. D. Alcibiad. I. p. 120. A. Euthydem. 274. A. Apolog. 40. D. Vid. *Herald.* Advers. II, 15. *Gottleber.* ad Menex. p. 47. *Zeun.* ad Xenoph. Cyrop. I, 5. 2. *Hoogev.* ad Viger. p. 83. ed. Herm. — Deinde *ἐδέδισαν* plusquamperf. (a *δίω, δείω*, i. q. *δείδω*) imperfecti vim habet, quia perfect. *δέδια* praesentis potestate adhibetur. Sic Phaedr. 251. A: *εἰ μὴ ἐδεδίει* (timeret) *τὴν τῆς σφόδρα μανίας δόξαν, θύοι ἂν ὡς ἀγάλματι καὶ θεῷ τοῖς παιδικοῖς.* Similiter illud *ἐπεφύκει* in Cratyl. p. 387. B. capiendum est. Sensus est: nam, quemadmodum nunc Persarum regem timemus, sic illo tem-

pore Assyriorum, secunda Troiae expugnatione offensorum, potestatem réformidabant Graeci. De forma ἐδέδισαν vid. *Phrynich.* Eclog. p. 76. et *Fischer.* ad Weller. T. III. P. I. p. 70. — τὸ δεύτερον pro ἡ δευτέρα, vid. ad I, 8. Est enim proprie secunda vice facta (eversio), ut τὸ πρῶτον III, 14. p. 699. A. τὰ πρῶτα *Demosth.* Olynth. II. p. 20. Vid. *Hoogev.* ad Viger. p. 22. *Fischer.* ad Weller. T. III. P. I. p. 217. *Musgrav.* ad Sophocl. Oedip. Colon. 1711. Ceterum primo ab Hercule, et secundo ab Argivis capta dicitur Troia fuisse.

πρὸς δὴ ταῦτα πάντα, propter haec omnia (ut πρὸς ταῦτα, *propterea;* vid. *Hermann.* ad Viger. p. 817.); sc. ut Graeci, si barbari, velut Assyrii, iniuriam ipsis inferrent, se defendere possent.

ὑπὸ βασιλέων ἀδελφῶν, a Temeno, Cresphonte et Procle Eurystheneque, Aristodemi filiis; vid. supra p. 683. D. Mox in Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ὡς ἐδόκει legitur; *Stephanus* ὥς eiecit, *Ficinum*, ut videtur, secutus, qui vertit: „exercitus a fratribus, Herculis filiis, tunc regnantibus optime atque ornatissime factus videbatur et multo melius instructus, quam qui Troiam obsedit."

ἔπειτ' αὖ τὸ στρατόπεδον. Sic Ald. et Lov.; Bas. 1. 2. et Stephan. αὐτό. *Ficinus* αὐτό non expressit, vertens: „deinde hunc exercitum illi — virtute praestare." Pro ἡττᾶσθαι deinde cum *Böckhio* ἡττῆσθαι scripsimus, ut *Ficinus* vertit: „hos enim vicisse, illos ab istis fuisse superatos, a Doris (Doribus) Achivos." Sic et *Cornarius* vertit. Respicitur vero clades, quam Heraclidae s. Dores in Peloponnesum reversi Achivis attulerunt. Deinde pro ταύτῃ (*hoc consilio*), quod respondet praegresso οὕτως, Cod. Voss. τοιαύτῃ. *Ficinus:* „nonne sic illos cogitasse istaque de causa sic se praeparasse credimus?"

P. 101. κεχρημένους εἶναι. Exspectabas participium, infinitivus vero positus est, ac si praecesserit: ἐνθυμουμένους (secum reputantes) πολλῶν δὲ — κεκοινωνηκέναι, ὑπὸ γένους δὲ διακεκοσμῆσθαι — πρὸς τούτοις δ' ἔτι κεχρημένους εἶναι. Mox pro ὅπερ *Stephanus* scribi volebat οὗπερ — νῦν δὴ σμικροῦ cet., sine causa. Deinde μέχρι ταυνῦν Ald. Lov. Bas. 1. 2. et Cod. Vindob. (v. *Bast.* Epist. crit. Append. p. 38.). *Stephanus* scripsit τοῦ νῦν. Ταυνῦν pro simplice νῦν ponitur, ita ut articuli nulla remaneat significatio; quocirca recte cum μέχρι coniungitur. — ἐπεί, alioqui (nisi reipublicae constitutio in Argiva et Messenia civitatibus dissoluta

iam fuisset) animus in unum conspirans invictam (ἀνυπόστατον, ut *Xenoph.* Mem. IV, 4. 14. Cyropaed. VIII, 1. 3.) reddidisset earum potestatem. ἐπεί, quanquam, alioqui, ut VI, 14. IX, 13. Sophist. 217. B. Parm. 128. E. al. vid. *Budaei* Comm. Gr. ling. p. 856. *Alberti* Observ. in N. T. p. 341. et *Fischer.* ad Plat. Euthyphr. p. 34. Verba εἰς ἕν pertinent ad γενομένη (coniuncta) et ad ξυμφωνήσασα.

CAP. VII.

Σχολῇ, minime, nullo modo, vid. *Perizon.* ad Aelian. V. H. IX, 24. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. σχολῄ. Mox pro ἄλλο haud dubie ἄλλοσε scribendum est: minime, si quis aliorsum spectet (h. e., alibi exemplum quaerat probae vel pravae civitatis), leges vel civitates inveniet tam pulcra servantes et rursus ea evertentes, h. e., si quis leges et civitates spectare cupiat de optima constitutione deturbatas, invenire nullas poterit praeter nostras. Verba εἰ ἀμελήσεις τούτων epexegesi inserviunt: nempe si has (nostras) neglexerit, h. e., praeterierit. Cod. Voss. ἀμελήσει.

ἐμβεβήκαμεν. Sic Cod. Voss. et *Ficinus*, qui vertit: „Feliciter ergo in sufficientem hanc considerationem incidisse videmur." Vulgo ἐμβεβλήκαμεν, quod haud dubie praegresso τοῦτο originem suam debet; ἐμβάλλειν vero εἰς σκέψιν s. λόγον dubito an dicatur, etsi λόγον ἐμβάλλειν satis frequens sit; contra ἐμβαίνειν εἰς σκέψιν, λόγον, al. tritum est. Τοῦτο est *idcirco, igitur,* ut ταῦτα (III, 9. IV, 6.) pro διὰ ταῦτα; ὅ pro δι' ὅ (*Valcken.* ad Eurip. Phoeniss. 157.), al. Sic Apolog. Socrat. c. 17: καὶ τοῦτο πῶς οὐκ ἀμαθία ἐστὶν αὕτη ἡ ἐπονείδιστος ἡ τοῦ οἴεσθαι εἰδέναι, ἃ οὐκ οἶδεν; Vid. *Koen.* ad Gregor. Corinth. p. 11. *Ernesti* ad Xenoph. Memor. III, 3. 14. et III, 6. 13. et *Bast.* Epist. crit. p. 75.

Ἆρ' οὖν est *profecto* (vid. II, 4.), et rectius interrogationis signum post διανοηθῶσι, ut infra post λόγον, deletur. Sensus est: Omnibus profecto hoc insciis accidit, ut aliquid pulcrum futurum et mira quaedam effecturum fuisse putent, si recte eo usi fuissent homines; et sic etiam de hoc, quod nunc exploramus, fortasse iudicabimus, idque falso. Particulae μέν post οἰόμενοι respondet δέ in τὸ δὲ νῦν γε, pro participio autem, quod respondeat praegresso οἰόμενοι, modus finitus διανοούμεθα positus est, propterea quod verba τὸ δὲ νῦν γε ἡμεῖς novam quasi ordiuntur orationem. De τάχ' — ἴσως vid. I, 5.

P. 102. *ἀποβλέψας.* Sine causa *Stephanus* ἀποβλέψαντι scribi volebat; participium enim sic poni solet absolute, ut sit fere: quum respicerem exercitum illum (de quo vid. supra Cap. 6. p. 685. D.). Sic III, 12. p. 694. A: ἐλευθερίας γὰρ ἄρχοντες μεταδιδόντες αρχομένοις καὶ ἐπὶ τὸ ἴσον ἄγοντες, μᾶλλον φίλοι τε ἦσαν στρατιῶται στρατηγοῖς cet., ubi nominativi participii pro genitivis, qui dicuntur, consequentiae positi sunt, vid. *Valcken.* ad Eurip. Phoeniss p. 102 sq. Lib. VII, 15. p. 811 C: νῦν γὰρ ἀποβλέψας πρὸς τοὺς λόγους — ἔδοξαν δ' οὖν μοι παντάπασι ποιήσει τινὶ προσομοίως εἰρῆσθαι. C. 19. p. 817. D: ἐπιδείξαντες τοῖς ἄρχουσι πρῶτον τὰς ὑμετέρας παρὰ τὰς ἡμετέρας ᾠδάς, ἂν μὲν τὰ αὐτά γε ἢ καὶ βελτίω τὰ παρ' ὑμῶν φαίνηται λεγόμενα, δώσομεν ὑμῖν χορόν. Cf. Apolog. 21. C. *Xenophont.* Cyrop. VI, 1. 18. al. Atticum hoc Grammatici schema dicunt, vid. *Lesbonax* p. 183. ed. Ammon. Valckenar. Cf. *Matthiae* Grammat. graec. p. 818. *Boissonad.* ad Philostr. p. 324. et nostra ad Phaedr. p. 269. et ad Polit. VIII, 15. — Pro διαλεγόμεθα *Ficinus* videtur διελεγόμεθα legisse, quum verterit: „de quo modo sermo habitus est." — παραπεσεῖν cet. est: admirabile s. eximium bonum Graecos nacturos fuisse, si quis, ut dixi, bene eo (exercitu) tunc usus fuisset. Παραπίπτειν est, ut constat, casu contingere, offerri; igitur παραπίπτει μοὶ τοῦτο est: hoc nanciscor. *Xenoph.* de vectigal. V, 8: νῦν δέ γε διὰ τὴν ἐν τῇ Ἑλλάδι ταραχὴν παραπεπτωκέναι μοι δοκεῖ τῇ πόλει, ὥστε καὶ ἄνευ πόνων — ἀνακτᾶσθαι τοὺς Ἕλληνας.

ἐχόντως νοῦν, i. e., νουνεχόντως s. νουνεχῶς, prudenter. Sic *Isocrat.* ad Philipp. p. 80. Areopag. p. 148. 151. de Pac. 61. et Panathen. p. 278. ed. Coray. — ὡς — εὐδαιμονοίη, i. e., ὡς εὐδαιμονῆσαι αυτον οἴεται.

πῶς — τοῦ καιροῦ πως ἂν ἔτυχον: quomodo id, quod commodum s. utile fuisset, nancisci potuissent. Τοῦ καιροῦ τυχεῖν, ut in Alcibiad. II. p. 148. A., est id facere vel consequi, quod opportunum, i. e., commodum ac consentaneum est. Minus recte *Ficinus* vertit: „quo pacto — feliciter usi occasione essent." Mox αὐτούς τε pro αὐτούς γε cum *Böckhio* scripsimus, ut Lys. 210. B: ἀλλ' αὐτοί τε ἐλεύθεροι ἐσόμεθα ἐν αὐτοῖς καὶ ἄλλων ἄρχοντες. Plura alia excitavit *Böckhius* p. 168 sq. Etiam *Ficinus* vertit: „ita ut *et* ipsi liberi essent, et alios quos vellent subiugarent."

μῶν οὐ τούτων χάριν ἐπιθυμοῖεν ἄν. Haec verba sensu commodo carent. *Ficinus* vertit: „Annon omnia huius gratia cupiebant?“ *Cornarius:* „Nonne horum gratia cuperent?“ Verba, ut nunc leguntur, nonnisi hunc, si quid video, sensum habere possent: nonne horum (int. τῶν ἐκγόνων) causa id (int. facere, quicquid placuerit) cupivissent? Quod quam ineptum sit, non est, quod pluribus demonstremus. Ni fallimur, ἐπιθυμοῖεν e praegressa oratione: ὅ τι ἐπιθυμοῖεν cet. natum est, et genuina scriptura erat ἐπαινοῖεν, referendum illud ad orationis initium: ὁ τὸν ἔπαινον τοῦτον — τιθέμενος; ὁ τιθέμενος enim collective positum est, quocirca recte pluralis ἐπαινοῖεν sequitur, vid. ad I, 10. Sensus est: nonne unusquisque, qui aliquid laudat, propterea id laudat, quod putat, per hoc ipsum, si recte eo usi essent homines, fieri potuisse, quod pro optimo habet? Sic v. c., qui exercitum illum Heraclidarum laude afficiunt, propterea (τούτων χάριν s. πρὸς τοῦτο βλέποντες) eum laudant, quod, si recte eo usi fuissent duces, commoda eum, quae pro maximis habent, universis Graecis allaturum fuisse existimant. Ceterum Ald. Bas. 1. et 2. ἐπιθυμειεῖεν ἄν.

P. 103. ἔστι κοινόν cum Ald. Lov. Bas. 1. et 2. scripsimus pro ἐστὶ κοινόν, quod in Stephan. et Bip. extat. Deinde ante πρεσβῦται in Cod. Voss. deest καί; idem εὐχοίμεθα et in marg. ἂν ἀναγκαίως.

ξυνευχοίμεθ' ἄν. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ξυνευχόμεθ' ἄν; tunc vero ἄν delendum esset, ut *Ficinus* vertit: amicis etiam haec *precamur*, quae ipsi quoque sibi precarentur? „Pro ταὐτα,“ *Böckhius* adnotat, „malit fortasse aliquis ταυτά, eadem.“ Sed recte ταὐτα habet, si καί vel aliud quid similitudinem indicans interpositum est, ut h. l. praepositio ξύν in ξυνευχοίμεθ'. Sic etiam εἰ σοὶ ξυνδοκεῖ, ὅπερ ἐμοί (Protagor. p. 34. B. Phaedon. 64. C. Polit. IV, 434. A. al.), δοκεῖ καὶ ἐμοὶ ταὐτα (*Xenoph.* Anab. II, 3. 9. II, 4. 5. V, 1. 3.) al.

πολλὰ — ἀπεύξαιτ' ἄν. Πολλά est *multum*, h. e. *vehementer, valde*, ut XI, 3. p. 916. E: πολλὰ ζημιοῦνταί τε καὶ ζημιοῦσιν ἑτέρους. *Xenoph.* Cyrop. III, 2. 14: πολλὰ μὲν ἐπαινέσαντες, πολλὰ δὲ δεξιωσάμενοι τὸν Κῦρον ᾤχοντο οἴκαδε. Vid. *Wetsten.* ad Marc. III, 12. et Lexic. Xenophont. V. III. p. 616. Similiter *multa* Latinis usurpatur, v. *Passerat.* ad Propert. III, 12. 4. *Davis.* ad Cicer. de divinat. I, 20. et *Cort.* ad Sallust. Catilin. XXVII,

3. 45. Post ἀπεύξαιτ' ἂν vero, ut solet post verba negandi, negatio μηδαμῶς infertur, ad quam verbum praegressi contrarium (ut h. l. εὔχεσθαι) intelligendum esse viri docti statuunt, vid. *Kypk.* ad Luc. XX 27. XXII, 34. *Perizon.* ad Aelian. V. H. III, 43. et *Schweighaeuser.* ad Athen. T. I. p. 69 sq.

Ὅταν ἀνόητος. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ὅτ' ἀνόητος, quod *Stephanus* recte in ὅταν mutavit. Primam vocis ἀνόητος syllabam αν absorpsisse apparet.

Καὶ ὅταν γε cet. Sensus est: non solum dico, patrem, quae filius insipienter precatus fuerit, ea deprecaturum esse, sed etiam filius haec, quae pater insipiens precetur. De fabula *Thesei*, qui iratus Hippolytum filium perdidit, quum ter optandi a Neptuno patre habuisset potestatem (*Cicero* de nat. deor. III, 31.), vid. *Eurip.* Hippol. 887 seq. *Cicero* de Offic. I, 10. *Hygin.* fab. 47. et *Meurs.* Thes. c. XXI. Gronov. Thesaur. ant. graec. X. p. 540 seq. Cf. Legg. XI, 11. p. 931. B.

P. 104 εὐκταῖον, i. q. εὐκτόν (*Pollux* V. p. 546.), saepius legitur, a viris autem doctis passim fere tentatum. Sic *Aeschyl.* Agamemn. 1396. Theb. 729. *Eurip.* Orest. 208. Med. 170. *Lucian.* T. I. p. 197. *Liban.* T. I. p. 790. C. al. *Pierson.* ad Moer. p. 137. et *Böckhius* scribi volebant εὐκτέον; sed obstat et vocis εὐκταῖος usus et *Herodian.* MS. (ap. *Bast.* Epist. crit. p. 217 sq.): τὰ διὰ τοῦ εον θετικὰ διὰ τοῦ ε ψιλοῦ γράφεται, οἷον ποιητέον — πλὴν τοῦ εὐκταῖον καὶ ἀπευκταῖον. Bene *Cornarius* vertit: „videris enim mihi dicere, non hoc optandum esse neque urgendum, ut voluntatem cuiusque omnia sequantur, sed potius ut voluntas cuiusque sapientiam." — Ante μᾶλλον Codd. Voss. et Paris. habent μηδέν, et in marg. πολύ, quam scripturam *Stephanus* memoravit. Mox ὅπως νοῦν ἕξει: id oportet precari eoque niti, ut rationem habeat s. sapientiam nanciscatur.

CAP. VIII.

καὶ νομοθέτην. Vulgo καὶ abest; sed interponendum esse, et sensus docet (vid. de vocum πολιτικός et νομοθέτης coniunctione lib. I, 4.) et *Ficinus* suadet vertens: „Quin etiam quod civilis vir legumque lator." Sic etiam c. 10: ταῦτ' — ἔχομεν ἐπιτιμᾶν τοῖς τε πάλαι πολιτικοῖς λεγομένοις καὶ νομοθέταις καὶ τοῖς νῦν. — Mox τὸ σφῷν pro τὸ σφωΐτερον, ut I, 6: σοῦ τὴν μὲν ἐπιχείρησιν, ubi v. not.

τὸ δ' ἐμὸν ἔλεγον. Laudantur haec a *Stobaeo* Serm. XLI. p. 261. v. 47. ubi ἑπομένοις pro ἑπομένης scribitur. Τὸ δ' ἐμὸν est i. q. ἐγὼ δέ, vid. ad I, 11. De sententia, vid. I, 6.

ἥκει δή. Sic Cod. Voss. et *Ficinus:* „eodem iam oratio nostra revertitur;" δή est enim i. q. ἤδη, v. Hesych. et Lexic. Xenophont. V. I. p. 654. Vulgo ἥκει δέ. Mox pro vitioso εἴθ' scripsimus cum *Böckhio* εἰ δ'; εἰ δέ, int. βούλεσθε, *sin minus* s. *sin aliter*; vid. *Heindorf.* ad Euthydem. p. 345. et *Böckh.* p. 171.

ὅτι δή φημι cet. Libri omnes cum Ficino post γίγνεσθαι punctum habent; tunc ὅτι δή esset *scilicet*, *nempe.* Sed sensus postulat, ut ὅτι sit: *quod igitur attinet ad hoc*, *quod dico* —; tunc σπουδάζοντα δ' εἴ με τιθέναι βούλεσθε apodosis est. Sic ὅτι positum est in Phaedon. p. 115. D. *Xenophont.* Cyrop. VIII, 3. 16. Oecon. VI, 11. Cf. not. ad Polit. I, 23. p. 352. B. De particula δέ, in apodosi adhibita, vid. ad III, 2. Ad νοῦν μὴ κεκτημένον persona intelligenda est indefinita (nostrum *man*), vid. ad I, 7. Sic VII, 5. 795. B: μαθὼν μὴ μαθόντος.

βασιλειῶν. Sic bene *Böckhius* pro βασιλέων scribendum esse monuit. Supra 684. A: βασιλεῖαι τρεῖς βασιλευομέναις πόλεσι τριτταῖς ὤμοσαν ἀλλήλαις ἑκάτεραι cet. Participia οὖσαν et διεφθαρμένα pro infinitivis posita sunt, vid. ad I, 11. Pro διεφθαρμένα facile corrigi possit διεφθαρμένας (int. τὰς βασιλείας); tamen neutrum recte habet (vid. ad I, 14.), praesertim praegresso διανοήματος. Mox ad νῦν repete τά; post χρόνον vulgo interpungitur.

P. 105. ὅ γε ἐλευθέρως ἐπαινῶν. Sic pro ἐπαίνων, quod sensu caret, e scriptura, quam *Stephanus* memorat, cum *Casaubono* (ad Theophrast. c. 2. p. 31. Fisch.) reposuimus. Egregie, ut solet, summus ille vir, quem ut heroa in his litteris veneramur, hunc locum ita cepit: *verbis quidem te, hospes, laudare grave et odiosum sit, at nos re ipsa te vehementer laudabimus. Ad singula enim tua verba summo studio animos mentesque nostras admovebimus: quo maxime pacto homo liber, laudetur annon, declarare solet.* In his ἐλεύθερος, quod vulgo legitur, expressit; sed rectius scribi ἐλευθέρως, ut *Cornarius* vertit: „in qua re is qui liberaliter aut secus laudat, maxime sit conspicuus," facile intelligitur. Sensus ut perspicuus fieret, verba ἐπαινῶν ἢ μή interpungendo a reliqua oratione seiunximus. Participium ὁ ἐπαινῶν sequitur verbum καταφανής ἐστι, utpote verbum declarandi,

pro coniunctione et modo finito: εἰ (utrum) ἐπαινεῖ ἢ μή. Fugit scriptura ἐπαινῶν *Matthiae*, virum eruditissimum, in Gramm. graec. p. 451., ἐλεύθερος ἐπαίνων ita capientem: liberalis in laudando, et ante μή interponentem ὁ.

Ἄριστ', ὦ Κλεινία — λέγεις. Haec a Megillo proferri, non ab Atheniensi, *Böckhius* censebat, cui adversatur sequens λέγε μόνον, quod Atheniensem antea locutum esse declarat. Ποιῶμεν est: *agedum faciamus, de quo loqueris*, i. e., ego quidem dicam, vos vero attente auscultabitis. Ad quae Clinias respondet: *Sane hoc faciemus, quantum deus hoc nobis tribuerit* (τοῖς σοῖ λεγομένοις ἐπακολουθεῖν, quod non solum est sequi, sed etiam assequi, percipere).

CAP. IX.

Φαμὲν δή νυν. Vulgo φαμὲν δὴ νῦν, vid. ad I, 5. Mox πειρατέον cum accusativo coniunctum, de quo vid. ad I, 11.

τὴν δ' ἄγνοιαν. Vulgo ἄνοιαν; sed ἄνοια voci νοῦς opponitur (ut X, 8. p. 897. B: νοῦν μὲν προςλαμβάνουσα ἀεὶ θεῖον — ἀνοίᾳ δὲ ξυγγενομένη cet.), ἄγνοια vero (i. e., ἀμαθία, imperitia, insipientia, vid IX, 7. p. 863. C. Cf. *Böckh.* p. 173.) voci φρόνησις. Sic etiam *Ficinus* vertit: ignorantiam quam maxime auferre. Atque centies inter se permutata reperiuntur ἄνοια et ἄγνοια (ut infra, I, 2. VII, 5. p. 794. D. c. 21. p. 819. D. Vid. *Valckenar.* ad Herodot. p. 469. 66. *Lennep.* ad Phalar. Epist. p. 215 sq.), et a veteribus ipsis ἄγνοια pro ἄνοια usurpatur, ut a *Polyb.* I, 68. II, 6. al. Vid. *Wesseling.* ad Diodor. T. I. p. 566. et *Schweighaeuser.* ad Polyb. T. V. p. 359.

μὴ φιλῇ τοῦτο, h. e., ὅταν τις, ὃ καλὸν ἢ ἀγαθὸν αὐτῷ δοκεῖ εἶναι, μὴ φιλῇ, vel: ὅταν τις τὸ καλὸν ἢ ἀγαθὸν εἶναι αὐτῷ δόξαν μὴ φιλῇ. — ὅπερ, i. e., τοῦτό ἐστιν, ὅπερ cet. Bene *Cornarius*: „nam pars ipsius, quae dolore et voluptate afficitur, quasi populus et multitudo civitatis est." Mox Ald. Lov. et Bas. 1. vitiose ἀρχικωνοῖς. De ἄγνοιαν (vulgo ἄνοιαν) vide supra dicta.

P. 106. ταυτὸν δὴ καί, et itidem s. pariter singuli hominis. Cod. Voss. et Euseb. Praep. Ev. XII. p. 581 ταυτόν, καὶ δὴ καὶ ἑνὸς ἀνδρός, quod *Böckhius* p. 174. probabat, particulam τέ post πόλεως pendere existimans. Sed bene habet vulgata scriptura; ταυτόν est κατὰ ταυτόν, similiter, pariter, et praegresso τέ

respondet *καί: πόλεώς τε — καὶ ταυτὸν δὴ ἑνὸς ἀνδρός.* De *καί*, quod sic transponi solet, vid. ad II, 3.

ἐμοῦ καταμανθάνετε. Verba intelligendi s. percipiendi cum genitivo personae coniungi solent, ut Phileb. p. 51. C: *εἴ μου μανθάνεις.* Gorg. p. 488. C: *οὐδὲ γάρ τοι τότε οἷός τ' ἦν μαθεῖν σοῦ, τί ποτε λέγεις.* p. 517. C: *ἀγνοοῦντες ἀλλήλων ὅ τι λέγομεν.* Vid. ad Polit. III, 7. p. 394. C.

Τοῦτο μὲν τοίνυν cet. Citantur haec ab *Euseb.* Praep. Evang. XII, 8. p. 581. et *Theodor.* Therapeut. Serm. I. p. 470. D. T. IV. — *τοῖς ταῦτ' ἀμαθαίνουσι:* iis, qui hac, quam dixi, ignorantia laborant. *Ficinus* similiter vertit: civibus, qui hoc modo ignorant. *Ταῦτα* (*κατὰ ταῦτα*) est i. q. *οὕτως*, hac ratione, ut c. 15. p. 700. D: *ταῦτ' ἤθελεν ἄρχεσθαι τῶν πολιτῶν τὸ πλῆθος.* IV, 6. 714. D: *Ταῦτ' ἄρ' — τοῖς δὴ ταῦτα κεκοσμημένοις.* *Xenophont.* Cyropaed. I, 3. 5: *οὐκ ἀχθόμενοι ταῦτα περιπλανώμεθα.* Accedit, quod *ἀμαθαίνειν* (i. q. *ἀμαθὴς εἶναι*) absolute ponitur, ut IX, 7. p. 863. C: *ὅταν ἀμαθαίνῃ τις μὴ μόνον ἀγνοίᾳ ξυνεχόμενος, ἀλλὰ καὶ δόξῃ σοφίας.* Polit. VII, 15. al. Vana igitur est *Böckhii* coniectura, *εἰς ταῦτα* scribentis et verba infra posita laudantis: *ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον ἀμαθαίνων εἰς ταῦτα ἑκάστοτε φανεῖται;* in his enim *εἰς ταῦτα* est respectu ad haec (conservanda), int. domum et urbem, nostro autem loco ad *ἀμαθίαν* illam *πλημμελεστάτην* (hinc *οἱ ταῦτ' ἀμαθαίνοντες* sunt: qui ita insipientes sunt, qui hac ignorantia laborant) scriptor spectat, de qua in praegressis exposuit. Ceterum Codd. Voss. et Paris. *ταῦτα* (sic et Theodoret.) *μανθάνουσι,* quam scripturam mendosam etiam *Stephanus* affert.

ἀμαθίαιν. Theodoret. *ἀγνοοῦσιν, κἂν — λογιστικοὶ ὦσι — πάντα κομψὰ — πρὸς αὔξησιν* (pro *τάχος*). *Ficinus:* „quae ad ornamentum et acumen ingenii spectant;“ ut legisse videatur *πρὸς αὔξησίν τε καὶ τάχος.*

τοὺς δὲ τοὐναντίον ἔχοντας. Excitavit haec *Stobaeus* Serm. XLI. p. 265. 53. Theodoret. *τούτους* pro *τούτων — σοφοὺς προσρητέον, κἂν — ἐπίστανται* (ut Stob.) — *ἐγχειριστέον* (sic, pro *δοτέον*). *Τὸ λεγόμενον,* ut in proverbio est, quod proverbii loco dici solet. Sic IV, 3. p. 708. D: *καθ' ἕνα εἰς ταυτὸν τὸ λεγόμενον ξυμφυσῆσαι.* X, 2. p. 887. B: *οὐδεὶς γὰρ ἡμᾶς τὸ λεγόμενον ἐπείγων διώκει.* C. 4. p. 890. D: *πᾶσαν τὸ λεγόμενον φωνὴν ἱέντα.* XII, 14. p. 968. E. Epinom. 4. p. 979. C.

988. B. Vid. ad Polit. II, 6. Proverbium ipsum *μήτε νεῖν μήτε γράμματα* (neque natare neque litteras) *ἐπίστασθαι* de iis usurpatur, qui ne primis quidem disciplinae elementis imbuti sunt. *Diogenian.* Proverb. VI, 56: *μήτε νεῖν μήτε γράμματα, ἐπὶ τῶν ἀμαθῶν· ταῦτα γὰρ ἐκπαιδόθεν ἐν ταῖς Ἀθήναις ἐμάνθανον* (*τὸ μὲν διὰ τοὺς νόμους, τὸ δὲ διὰ τὰς ναυμαχίας*, Anonym. ad Aphthon.). Cf. *Sueton.* August. 64. Caligul. 54. ubi v. interpp. *Erasmi* Adag. p. 117. et *S. Petit.* legg. Attic. p. 239. ubi Solonis lex citatur.

εἶδος; οὐκ ἔστιν. Sic Stob. In Cod. Voss. post *εἶδος* punctum, in reliquis libris vel interrogatio vel comma extat. Male Ficinus, Lov. Bas. 1. et 2. verba *οὐκ ἔστιν* Cliniae tribuunt. Sic, quam *Böckhius* iam laudavit, Epistol. VII. p. 329. A: *λεχθέντων δὲ τούτων τίς ἂν ἦν μοι πρὸς ταῦτα εὐσχήμων ἀπόκρισις; οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἦλθον* cet. De hoc interrogationis usu vid. ad I, 5. — De *εἴπομεν — λελεγμένα* vid. ad III, 4.

CAP. X.

P. 107. *Ἄρχοντας δὲ δὴ καὶ ἀρχομένους* — In Sermones suos transscripsit hunc locum *Stobaeus*, Serm. XLII. p. 295. v. 33., ubi *καὶ οἰκίαις ὡσαύτως* legitur.

τό τε πατρὸς καὶ μητρός, int. *ἀξίωμα*: ratio de patre et matre, scilicet his gubernationem convenire, et in universum genitores imperare debere natis. *Ἀξίωμα* est sententia pronuntiata, ratio (Grundsatz, Maxime), et genitivi *πατρὸς καὶ μητρός* sensu obiectivo (vid. ad I, 12.) positi sunt; est enim ratio, quae de parentibus s. circa parentes pronuntiatur, non quam parentes pronuntiant. *Ficinus* haec ita vertit, ac si legerit *πατέρα καὶ μητέρα*: „nonne prima dignitatis recta ratio erit, ut pater ac mater et simpliciter genitores ubique natis imperent?"

Τούτῳ δέ γε ἑπόμενον. Sic Stob. et Stephan., reliqui libri *τοῦτο* exhibent. Mox pro *ἀγεννῶν* scripsimus *ἀγενῶν*; voci enim *γενναῖος*, si de natalibus ac genere agitur, *ἀγενής* opponitur, vid. *Dorvill.* ad Charit. p. 310. et *Fischer.* ad Euthyphr. p. 9. Deinde ante *πέμπτον* Stob. habet *καί*. *Ficinus* quoque simpliciter vertit: „Quinta, ut potentiores dominentur." Ceterum cf. IV, 6. p. 714. E.

κατὰ φύσιν. Respicitur Pindari locus in fragm. p. 76.

T. III. ed. Heyn., ut bene iam vidit *Fraguerus* in Hist. Acad. Inscript. T. III. p. 163 sq. Sic et lib. IV, 6. 714. E: καὶ ἔφαμέν που, κατὰ φύσιν τὸν Πίνδαρον ἄγειν δικαιοῦντα τὸ βιαιότατον ὡς φάναι. Cf. X, 4. p. 890. A. Gorg. p. 484. B. et Protagor. p. 337. D. In ipso Pindari fragmento (Νόμος, ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων, ἄγει Δικαιῶν τὸ βιαιότατον ὑπερτάτᾳ Χειρί. Vid. *Valcken.* Herodot. III, 38. et not. ad Pind. fragm. l. l.) verba κατὰ φύσιν non leguntur, eaque interponenda esse *Böckhius* p. 175. censebat, *de Geer* vero (diatrib. in Polit. p. 22.) abhorrere illa a dictione poetica iudicabat. Ni fallor, φύσει, quod Plato, alii verbis κατὰ φύσιν interpretantur, genuinum est, quod loci a *Böckhio* laudati, praesertim ille Gorgiae: ὡς τούτου ὄντος τοῦ δικαίου φύσει, confirmant. Significatur enim lex illa naturalis, quae violentiae favet, et opponitur civili, quae iustitiae ac virtuti omnia tribuit. Verba Pindari tunc ita explico: ὁ νόμος, φύσει δικαιῶν (i. e., ὁ νόμος τῆς φύσεως), ἄγει τὸ βιαιότατον ὑπερτάτᾳ χειρί: lex naturae maximam infert violentiam suprema (invicta) manu, h. e., et potentissima et violentissima est.

ἡγεῖσθαί τε καὶ ἄρχειν. Sic Stob. et Cod. Voss. Vulgo τὲ abest.

τὴν τοῦ νόμου cet. Vulgo post κατὰ φύσιν δὲ interpungitur, sed verba τὴν τοῦ νόμου — πεφυκυῖαν epexegesi inserviunt praegressi τοῦτο: scilicet legis imperium in voluntarios, non in vi subactos (βίαιον) s. ut quod imperium sit legis, idque in voluntarios, non in subactos. Ἀρχὴ cum duplice genitivo positum est, uno subiecti, quod dicitur (τοῦ νόμου), altero obiecti (ἑκόντων); vid. ad Polit. I, 3. Pro ἑκόντων Stob. ἐχόντων, et mox εἰς σκλῆρον pro κλῆρον.

P. 108. ἀπιόντα, discedentem, redundat fere. Graeci vero eiusmodi verba interponere amant, quae rem vel actionem uberius adumbrant, ut h. l.: eum vero, qui sorte repellatur, discedere et imperari sibi pati. Mox τὸ δικαιότατον est i. q. simplex δικαιότατον, vid. ad I, 6. — Deinde ῥᾳδίως est *temere, parum caute*, ut VII, 8. p. 799. D: ῥᾳδίως οὕτω (*sic temere, Horat.* Od. II, 11. 14.) C. 19. p. 817. C: ῥᾳδίως γε οὕτως. Vid. *Heindorf.* ad Charmid. p. 108. — πρὸς ἄρχοντας, *circa regentes*, h. e., ἀξιώματα τοῦ ἄρχειν, *rationes regendi.* Mox Cod. Voss. καὶ ὅτι pro καὶ ὅσα. *Ficinus:* „quot circa imperantes dignitates considerantur et quomodo inter se opposita sunt." *Cornarius:* „quot

sunt principum dignitates et quot contrario modo inter se habent.“

ἁμαρτόντες. Hoc, quod *Stephanus* iam vulgatae scripturae *ἁμαρτάνοντες* praetulit, Cod. Voss. suppeditavit.

τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς — πλέον. Vid. ad Polit. II, 17. ibique citatis adde *Polyb.* V, 32: *οἱ μὲν γὰρ ἀρχαῖοι τὴν ἀρχὴν ἥμισυ τοῦ παντὸς εἶναι φάσκοντες, μεγίστην παρῄνουν ποιεῖσθαι σπουδὴν ἐν ἑκάστοις ὑπὲρ τοῦ καλῶς ἄρξασθαι· δοκοῦντες δὲ λέγειν ὑπερβολικῶς, ἐλλειπέστερόν μοι φαίνονται τῆς ἀληθείας εἰρηκέναι· θαῤῥῶν γὰρ ἄν τις εἴποι, οὐχ ἥμισυ τὴν ἀρχὴν εἶναι τοῦ παντός, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ τέλος διατείνειν* cet. Cf. etiam *Beroaldi* Annot. Append. c. 3. in Gruter. Thes. Crit. T. I. p. 313. — Ante *ὁπόταν* intell. particulam: nempe, scilicet; vid. ad I, 4. Mox veteres libri *ἡγησάμενον* exhibent, quod *Stephanus* in *ἡγήσατο* mutavit, sine causa; cohaeret enim participium cum praegressis *τὸν Ἡσίοδον — λέγοντα* (nos haec cum antecedentibus ita connecteremus: *indem er nehmlich dafür hielt* cet.). Post *ὂν Stephanus* interpungi iubebat, ut verba ita cohaererent: *τότε τὸ μέτριον, ἄμεινον ὄν, ἡγήσατο πλέον τοῦ ἀμέτρου, χείρονος ὄντος.* Ceterum *τὸ μέτριον* sensu, qui dicitur, morali positum est (vid. ad Phaedr. p. 324.); hinc *ἄμετρον* et *ἄμεινον ὂν χείρονος.* Cf. IV, 8. init.

Τὸ μὲν εἰκός; μὲν positum est, non sequente *δέ*, vid. ad II, 8. *Τὸ* ad *εἰκός* pertinet, quod est pro *εἰκός μέν ἐστι* (vid. ad I, 6.), et *τὸ πολὺ* (*κατὰ τὸ πολύ*) est *maximam partem* (vid. *Hoogev.* ad Viger. p. 22. ed. Herm.), ut VII, 10. p. 804. B. al.

ἔσχον τὸ πλεονεκτεῖν: vitio s. cupiditate laborabant leges datas migrandi et maiorem auctoritatem assequendi, quam quae legibus erat. *Πλεονεκτεῖν* saepenumero est *plura capere habere* s. *appetere*, h. e., *violenter agere, vim alicui rei inferre.* Hinc Suidas *πλεονεκτῶ· ἀδικῶ*, et Pollux VIII, 7: *ἀδικεῖν — πλεονεκτεῖν — παρανομεῖν, βιάζεσθαι.* Sic *Xenophont.* Cyropaed. I, 3. 18. II, 2. 20. al. De verbo *ἔχειν* (aliqua re, sc. mala, laborare) vid. ad Phaedr. p. 262.

ἀμουσίαν τὴν πικράν: odiosam illam ac detestabilem inscitiam. Mox *περὶ* ad *τῆς γενέσεως* trahendum est, vid. I, 10.

CAP. XI.

P. 109. *Ἐάν τις μείζονα διδῷ* cet. Transscripsit haec *Stobaeus* Serm. XLI. p. 266. v. 11. Mox ad v. *δεῖ* in Codd.

Voss. et Paris. adpictum est πίπτει; sed gravius est δεῖ, ut Polit. III, 22: θέοντες ἤδη τότε ἐγγύτατα ὀλέθρου. Deinde Ald. et Lov. πρὸς τόν, vitiose. Aoristi, qui sequuntur, διέφθειρε et ἠφάνισε, id, quod indicant, vel certo vel subito fieri significant. Sic IV, 7. p. 716. B. X, 12. p. 904. D: μετέβαλε τόπον ἅγιον ὅλον — ὅταν δὲ τἀναντία, ἐπὶ τἀναντία μεθιδρύσατο τὸν αὐτῆς βίον. XII, 3. p. 945. D: ταύτῃ πᾶσα ἀρχὴ διεσπάσθη — καὶ — ταχὺ διώλεσαν. Plura collegimus exempla ad Platonis Politiam V, 10. p. 462. C. Cf. *Heindorf.* ad Phaedon. p. 78.

ὡς οὖν δὴ τὸ τότε γενόμενον. Vulgo articulus τό abest, sensu adversante, qui hic est: prout igitur de eo, quod tunc factum est, satis certo et accurate coniicere licet, haec eius ratio videtur fuisse. Mox ad κηδόμενος int. ἐστί, ut VIII, 4. 833. A: ἡ δ' ἐν ταῖς ξυμπλοκαῖς — δεομένη. Vid. *Schwebel.* et *Schäfer.* ad L. Bos. Ellips. gr. p. 608.

P. 110. φύσις τις ἀνθρωπίνη: *Lycurgus*, qui rempublicam temperavit quodammodo consilio publico duodetriginta senum (hinc γερουσία, γερωνία s. γεροντία, senatus, v. Hesych. v. γερωνία, ubi cf. interpp.) constituendo, cuius summa erat et dignitas et auctoritas. Vid. *Herodot.* VI, 57. *Polyb.* VI, 8. *Nic. Crag.* de republ. Laced. II, 3. p. 109. s. *Meurs.* Misc. Lacon. II, 4. in Gronov. Thesaur. antiq. graec. T. V. p. 2363. sq. et *Manso* in Sparta T. I. P. I. p. 95. sq. P. II. p. 380. sq. Epist. VIII. p. 354. B: δυνατὸν δέ, ὡς ἔδειξεν ἔργῳ σοφὸς ἀνὴρ καὶ ἀγαθὸς Λυκοῦργος, ὃς ἰδὼν τὸ τῶν οἰκείων γένος ἐν Ἄργει καὶ Μεσσήνῃ ἐκ βασιλέων εἰς τυράννων δύναμιν ἀφικομένους καὶ διαφθείραντας ἑαυτούς τε καὶ τὴν πόλιν, ἑκατέρους ἑκατέραν, δείσας περὶ τῆς αὐτοῦ πόλεως ἅμα καὶ γένους φάρμακον ἐπήνεγκε τὴν τῶν γερόντων ἀρχὴν καὶ τὸν τῶν ἐφόρων δεσμόν, τῆς βασιλικῆς ἀρχῆς σωτήριον. *Plutarch.* vit. Lycurg. p. 42. D: πλειόνων δὲ καινοτομουμένων ὑπὸ τοῦ Λυκούργου, πρῶτον ἦν καὶ μέγιστον ἡ κατάστασις τῶν γερόντων, ἥν φησιν ὁ Πλάτων, τῇ τῶν βασιλέων ἀρχῇ φλεγμαινούσῃ μιχθεῖσαν καὶ γενομένην ἰσόψηφον, εἰς τὰ μέγιστα σωτηρίαν ἅμα καὶ σωφροσύνην παρασχεῖν. Cf. id. in Num. p. 64. D. De re ipsa, vid. *Aristotel.* Polit. II, 4. et *Cicero* de legib. III, 7. — φλεγμαίνουσαν. Sic Polit. II, 13. p. 372. E: εἰ δ' αὖ βούλεσθε, καὶ φλεγμαίνουσαν πόλιν θεωρήσωμεν, ubi praecedit: ἡ μὲν οὖν ἀληθινὴ πόλις δοκεῖ μοι εἶναι, ἣν διεληλύθαμεν, ὥσπερ ὑγιής τις; φλεγμαίνειν enim, φλέγμα et φλεγμονή, inflammatio et tumor, morbum in universum quoque significant (vid. Tim. p. 85. B. Cf. *Casaubon.* et *Schweighaeus.* ad Athen. T.

I. p. 98.), et sensu translato, vitiosum illum alicuius rei statum, in quo omnia fervent, dissoluta ac perturbata sunt. Similiter *Synesius* de regno p 22. B: φλεγμαίνει μέρη τινὰ τῆς ἀρχῆς ὥσπερ σώματος. — Vulgo ἔτι a φλεγμαίνουσαν commate disiungitur, vitiose. — ἰσόψηφον, aequalem in suffragiis ferendis s. paris auctoritatis.

ὁ δὲ τρίτος σωτήρ, tertius servator, proverbialis locutionis speciem prae se fert; notum est enim τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι, de quo vid. ad Polit. IX, 9. p. 583. B. Ceterum secundum *Herodotum* (I, 23.) Lycurgus ipse et senatum et ephoros instituit, eumque secutus est auctor Epist. Platonic. l. l., *Aristoteles* vero (Polit. V, 11.), *Pausanias* (III, 11.), *Plutarchus* (vit. Lycurg. p. 43. E.), alii Theopompum regem (circa 130. post Lycurg.) hunc magistratum constituisse memoriae produnt. Vid. interpp ad Herodot. l. l. *N. Crag.* de republ. Lac. II, 4. p. 122. sq. *Meurs.* Miscell. Lacon. II, 4. Gronov. Thes. T. V. p. 2362. sq. *Manso* in Sparta T. I. P. I. p. 243. sq. Ephori autem quinque, quorum annuus erat magistratus, regiae potestati ita oppositi erant, ut apud Romanos tribuni consulibus, vid. *Cicero* de legib. III, 7. ubi v. Görenz. p. 335. et *Valer. Maxim.* IV, 1. extern. 8. Antiquitus quidem circumscripta eorum potestas erat, sed paulatim, ut fieri solet, adeo crevit, ut postremo tyrannica fieret. Lib. IV, 5. p. 712. D: τὸ γὰρ τῶν ἐφόρων θαυμαστὸν ὡς τυραννικὸν ἐν αὐτῇ γέγονε. Cf. *Aristotel.* Polit. II, 4. (c. 3. §. 10. Schneid.) *Crag.* l. l. p. 130. sq. et *Manso* l. l. p. 355. sq. P. II. p. 377. T. III. P. I. p. 214. 261. sq.

ἔτι σπαργῶσαν, adhuc exsultantem et luxuriantem quasi; σπαργᾶν enim proprie de luxuriante humorum impetu usurpatur, vid. *Ruhnken.* ad Tim. p. 234. — ψάλιον (vulgo ψάλλιον. Vid. *Stephan.* Thesaur. T. IV. p. 698. E. *Oudendorp.* ad Thom. M. v. ψάλλιον et *Pierson.* ad Moer. p. 420.) proprie annulus s. torques est ferreus vel catenula ferrea, quae equi mentum substringit, tunc in genere frenum; vid. *Pierson.* l. l. *Weisk.* ad Xenophont. T. VI. p. 156. Respexit hunc locum *Plutarchus* in vit. Lycurg. p. 43. E: οὕτω τὸ πολίτευμα τοῦ Λυκούργου μίξαντος, ὅμως ἄκρατον ἔτι τὴν ὀλιγαρχίαν καὶ ἰσχυρὰν οἱ μετ' αὐτὸν ὁρῶντες σπαργῶσαν καὶ θυμουμένην, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, οἷον ψάλιον ἐμβάλλουσιν αὐτῇ τὴν τῶν ἐφόρων δύναμιν, ἔτεσί που μάλιστα τριάκοντα καὶ ἑκατὸν μετὰ Λυκοῦργον, πρώτων τῶν περὶ Ἔλατον ἐφόρων καταστάθέντων ἐπὶ Θεοπόμπου βασιλεύοντος. Similiter ψάλιον ἐμβάλλειν usur-

pavit *Maxim. Tyr.* Dissert. XI. p. 121. Commode praeterea *Ruhnkenius* ad Tim. l. l. excitavit veterem poetam ap. *Cicer.* de orat. III, 41: *nam exsultantem te et praefidentem tibi Repriment validae legum habenae, atque imperii insistent iugo.* Pertinet huc etiam *Valer. Maxim.* l. l.: Theopompus igitur legitimis regnum vinculis constringendo, quo longius a licentia retraxit, hoc propius ad benevolentiam civium admovit. *Plutarch.* Lycurg. p. 58. B: ἡ γὰρ τῶν ἐφόρων κατάστασις οὐκ ἄνεσις ἦν, ἀλλ' ἐπίτασις τῆς πολιτείας, καὶ δοκοῦσα πρὸς τοῦ δήμου γεγονέναι σφοδροτέραν ἐποίησε τὴν ἀριστοκρατίαν.

ἐγγὺς τῆς κληρωτῆς ἀγαγ. δυνάμ.: prope ad potestatem sorte lectam s. designatam (eam) ducens, h. e., sorte fere eligendam eam constituens. Ephori enim, ut popularis magistratus, ex tenuioris fortunae hominibus legebantur, vid. *Aristotel.* Polit. II, 7. et *Crag.* l. l. p. 124. Igitur etiam in hoc oppositi erant ephori regibus, quorum hereditaria potestas erat.

ξύμμικτος γενομένη cet. *Aristotel.* Polit. II, 7: δεῖ γὰρ τὴν πολιτείαν τὴν μέλλουσαν σώζεσθαι πάντα βούλεσθαι τὰ μέρη τῆς πόλεως εἶναι, καὶ διαμένειν ταυτά· οἱ μὲν οὖν βασιλεῖς διὰ τὴν αὐτῶν τιμὴν οὕτως ἔχουσιν, οἱ δὲ καλοὶ κἀγαθοὶ διὰ τὴν γερουσίαν (ἆθλον γὰρ ἡ ἀρχὴ αὕτη τῆς ἀρετῆς ἐστιν), ὁ δὲ δῆμος διὰ τὴν ἐφορείαν· καθίσταται γὰρ ἐξ ἁπάντων. Cf. et c. 4. (c. 3. §. 11. Schneid.), ubi sententiam c. 11. propositam reprobat, civitatem veram esse conflatam e democratia et tyrannide. *Archyt.* ap. Stob. Serm. XLI. p. 258.: δεῖ δὲ τὸν νόμον τὸν κάῤῥονα καὶ τὰν πόλιν ἐκ πασᾶν σύνθετον εἶναι τᾶν ἄλλαν πολιτειᾶν, καὶ ἔχεν τι δαμοκρατίας, ἔχεν τι ὀλιγαρχίας, ἔχεν τι βασιλείας καὶ ἀριστοκρατίας, ὥσπερ καὶ ἐν τᾷ Λακεδαίμονι· τοὶ γὰρ μὲν βασιλέες τᾶς μοναρχίας, τοὶ δὲ γέροντες τᾶς ἀριστοκρατίας, τοὶ δὲ ἔφοροι τᾶς ὀλιγαρχίας, ἱππαγρέται (vid. *Xenophont.* resp. Lac. IV, 3. *Crag.* de republ. Lac. II, 14. *Meurs.* Misc. Lacon. p. 117.) δὲ καὶ κόροι τᾶς δαμοκρατίας. Cf. *Hippodam.* ap. Stob. Serm. XLI. p. 251. v. 2. et *Menander* rhet. cap. πῶς δεῖ ἀπὸ ἐπιτηδεύσεων τὰς πόλεις ἐγκωμιάζειν, ubi hunc Platonis locum ante oculos habuit. Eodem nomine *Polybius* VI, 3. sq. Laconicam rempublicam laudat eamque solam civitatem esse perfectam dicit, quae e monarchia, aristocratia et democratia temperata sit: δῆλον γάρ, ὡς ἀρίστην μὲν ἡγητέον πολιτείαν τὴν ἐκ πάντων τῶν προειρημένων ἰδιωμάτων συνεστῶσαν· τούτου γὰρ τοῦ μέρους οὐ λόγῳ μόνον, ἀλλ' ἔργῳ πεῖραν εἰλήφαμεν, Λυκούργου συστήσαντος πρώτου κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον τὸ Λακεδαιμονίων πολιτευ-

μα. Cf. idem VI, 10. *Tacitus* Annal. IV, 33: „Nam cunctas nationes et urbes populus aut primores aut singuli regunt; delecta ex his et conflata (sic enim emendaverim codicis scripturam *consciata*. Ernestius de coniectura edidit *consociata*.) reipublicae forma laudari facilius, quam evenire, vel, si evenit, haud diuturna esse potest.“ De Romanae reipublicae constitutione vid. *Ernesti* in Acroasi p. 192. sq. (Ruhnken. Valcken. et aliorum ad Ernesti Epist. ed. Tittmann.).

μέτρον ἔχουσα, iustum modum habens, h. e., temperata et moderata. Mox αὐτή pro αὕτη scripsimus, quod *Ficinus* expressit vertens: et ipsum quidem servatum est et salutis aliorum causa fuit. Monuit de hoc etiam *Stephanus*.

ἐπεὶ ἐπί γε cet. Aristodemi filiis, Procli et Eurystheni, Lacedaemon sorte obtigit, Temeno Argos et Cresphonti Messene (vid. c. 5.); igitur de ipsis his civitatibus, quas Heraclidarum duces sortiti sunt, hic agitur, non de factione, nescio qua, Aristodemi, quod Ficinus vult. Ἐπί est *quod attinet ad* — (i. q. ὅσον γε ἐπὶ Τημένῳ, vid. *Fischer*. ad Weller. T. III. P. II. p. 235.): opera Temeni et Cresphontis, ut qui legum ferendarum nondum periti fuerint (igitur civitatem servare non potuerint), ne Lacedaemon quidem servari potuisset (nedum cognatae civitates, Argos et Messene, quae deterioris erant conditionis), h. e. nisi Lacedaemon a Lycurgo tam egregie constituta fuisset, fieri non potuisset, ut servaretur, quum pristini eius cognatarumque urbium duces et legislatores adhuc rudes fuerint rationis civilis. Bene *Cornarius* vertit: „alioqui per Temenum et Cresphontem et eos, qui tunc erant legislatores, quicunque tandem illi erant, neque Aristodemi portio unquam servata fuisset.“

μετριάσαι, quum vulgo neutralem, quam dicimus, habeat significationem (ut Polit. X, 5: μετριάσει δέ πως πρὸς λύπην), h. l. active est *temperare* s. *compescere*, ut infra μετριάσαι τὰς ἀρχάς. *Cornarius*: „alioqui nunquam putassent iuvenilem animum accepto principatu, ex quo tyrannis fieri posset, iureiurando ad moderationem se redacturos esse.“

τὴν μενοῦσαν. Vulgo τὴν μὲν οὖσαν, quod, quum sensu careat, in μενοῦσαν (duraturam) mutandum esse, primus docet adspectus. Similiter *Böckhius* scribi volebat μένουσαν, ut in marg. Cod. Paris. Mox ταῦτα *Stephanus* in τοῦτο mutari iubebat, sed recte ταῦτα habet, etsi singulare γενόμενον sequitur, ut V, 9. p.

739. A: τόδ' ἐστὶν ὀρθότατα. ταῦτα ἀδύνατον Parmen. p. 160. A. Phaedon. c. 35. p. 5. C. Vid. ad I, 13. *Iacobs* Animadv. in Athen. p. 85. sq. *Schäfer.* ad Dionys. Halicarn. p. 11. et virr. doct. ad Gregor. Corinth. p. 130. — ὡς ὄντων ἡμῶν, pro ἡμῶν ὡς ὄντων, vid. ad I, 13.

P. 111. τόδε λέγω τὸ πρῶτον μὲν ἐκείνων cet., pro ἐκείνων μέν (ut μέν referatur ad μίαν, cui opponitur: τὼ δὲ δύο); τὸ πρῶτον vero trahendum est ad τόδε. Sic μέν saepenumero pronomini praeponitur, ut. V, 6. 734. A: ἐν μὲν τῷ - ἐν δὲ τῷ —. XI, 7. Phaedr. p. 263. B: ἐν μὲν ἄρα τοῖς cet. Theaet. p. 167. E: ἐν μὲν τῷ παίζῃ. *Isocrat.* de pac. p. 186: ὅσοι οἱ μὲν τοὺς τοιούτους ἀποκτείναντες. al. Vid. *Reiz.* de accent. inclin. p. 13. 69. *Hermann.* ad Viger. p. 699. *Matthiae* Gramm. graec. p. 400.

διεφθαρμένω. Cod. Voss. διεφθαρμένα. Sed vid. ad I, 13. Mox ἡ μέν est Messene. ἐπαμύνειν αὐτῇ, Graeciam defendere contra barbaras gentes. Deinde ἡ περὶ τὸ Ἄργος est i. q. τὸ Ἄργος, vid. ad III, 1.

πολλὰ δὲ λέγων cet. Verba ita cohaerent: λέγων ἄν τις τὰ τότε περὶ ἐκεῖνον τὸν πόλεμον γενόμενα, πολλὰ οὐδαμῶς εὐσχήμονα κατηγοροίη ἂν τῆς Ἑλλάδος: propter ea, quae illo tempore facta sunt, Graeciae multa obiici possunt, quae ipsi dedecori sunt, ut, qui eam defendere suscipiat, frustra id faciat, h. e., propter illa Graeci multo magis reprehendi, quam defendi possunt.

διαπεφορημένα καὶ ξυμπεφορημένα: direpta (ut in praeda fit) et congesta s. comportata (h. e., confusa et perturbata). Verba κακῶς διεσπαρμένα (male disseminata et dispersa s. dissipata) cum κατοικεῖται coniungenda sunt, ita ut participia διαπεφορημένα et ξυμπεφορημένα modum, quo ita factum sit, indicent: apud Persas omnia dispersa et dissipata sunt, propterea quod Persae omnia diripuerunt ac comportarunt. Res enim, quae temere comportantur, simul dissipantur, quia omnia cum omnibus confunduntur. De κατοικεῖται vid. ad I, 3.

τὸ παρόν. Sic *Stephanus* correxit id, quod vulgo legebatur, τὸ παράπαν, praeeunte *Ficino*, qui vertit: „quale est, quod nunc exposuimus." Similiter IV, 3. p. 708. A: τὸ δὲ δὴ παρὸν ἡμῖν λέγε.

P. 112. ὑμᾶς. Cod. Voss. ἡμᾶς, vitiose. Ceterum notanda est haec pronominis a verbo, unde pendet, seiunctio, de qua traiectione vid. ad I, 4.

Πειρασόμεθα. Vulgo πειρασώμεθα, *Ficinus* vero: „*conabimur* ita facere." Mox πρὸς ὅ τι referendum ad στοχάζεσθαι, quod et cum genitivo et cum πρός coniungitur (ut XII, 11. p. 962. D: πρὸς πολλὰ στοχαζόμενον.), simul vero βουλόμενος respicit, ita ut πρὸς ὅ τι βουλόμενος — στοχάζεσθαι sit: τί βουλόμενος (quo consilio, qua de causa s. quomodo) ἔμελλες λέγειν, τὸν νομοθέτην δεῖν πρὸς τοῦτο (τὸ περὶ τῆς φιλίας, h. e., τὴν φιλίαν) στοχάζεσθαι.

CAP. XII.

δὴ νυν. Vulgo δὴ νῦν; vid. ad I, 5.

εἰσὶ διαπεποικιλμέναι, varie sunt compositae. Sic IX, 6. p. 863. A: καὶ τὸ τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων ὡς ἐν τούτοις διαπεποίκιλται.

ἢ ἔδει, μόνον. Vulgo male interpungitur, quum μόνον ad τὸ μοναρχικόν et τὸ ἐλεύθερον referri oporteat, ita ut μειζόνως ἢ ἔδει epexegesi inserviat: solum, igitur magis, quam par est. Mox *οὐδετέρα* pro οὐδέτερα, quod sensu caret, scripsimus, *Ficinum* secuti, qui vertit: „*neutra* mediocritatem servitutis libertatisque servavit."

οὕτως πως, h. e., modum illum s. monarchiae et democratiae temperationem habuerunt, quae apud Persas in monarchiam, apud Athenienses vero in democratiam meram degeneravit. — Ad ea, quae de Persis in sequentibus exponuntur, vid. *Spanhem.* ad Iulian. Orat. I. p. 81.

P. 113. *ἄρχοντες μεταδιδόντες* cet. nominativi sunt absoluti, vid. ad III, 2. Post ἄρχοντες in libris omnibus male interpungitur, quum ἐλευθερίας ad μεταδιδόντες pertineat.

τοὺς εἰς τὶ δυναμένους ξυμβουλεύειν. Cod. Voss. εἴς τι servavit, unde scripsimus εἰς τί, quia pronomen (non solum personale) post praepositionem accentum amittere nequit. Vulgo εἴ τι. Εἰς τί est aliqua in re; εἰς est enim saepenumero i. q. περί, ut *Diodor. Sic.* XI, 50: εἰς οὐδὲν ἕτερον ἢ τὸ παρὸν λέγειν, ubi v. Wesseling. Mox παρείχετο cet. est: communem facultatem prudentiae in medium afferebat, suam prudentiam cum aliis communicabat. Male vir doctus quidam παρείχετο ad regem retulit; tunc enim παρεῖχε esse deberet.

ἐπέδωκεν αὐτοῖς. Sic *Stephanus* egregie vidit legendum

esse pro ἀπέδωκεν. Ἐπιδιδόναι (ἐπίδοσιν λαμβάνειν s. ἔχειν) est proficere, incrementum capere (vid. *Graev.* ad Lucian Pseudosoph. §. 6. T. IX. p. 475. Bip.), ut quavis fere pagina in Platone occurrit. *Stephanus* vertit: *tunc igitur illis omnia progressus habuerunt* (in rebus omnibus promoverunt) *propter libertatem amicitiamque et mentis* (prudentium consiliorum) *communionem.* Verbi ἐπέδωκε subiectum, quod dicitur, πάντα est, sicut sequentis ἀπώλετο, quod plane penderet, nisi ἐπέδωκε praecederet, quia πάντα tunc accusativus esse deberet.

διανοηθέντες, cogitantes s. cogitando, h. e., vultisne, ut divinationem quandam cogitatione fingamus, qua utamur? Mox verba ita intelligenda, ac si scriptum sit: τοῦτο φέρει σκέψιν ἡμετέραν (de ἡμῖν dativo vid. ad I, 1.) εἰς s. ἐπὶ τοῦτο, ἐφ' ὅπερ ὡρμήκαμεν.

Μαντεύομαι cet. Quae hic de Cyro traduntur, abhorrentia illa a Cyri imagine, quam Xenophon in Cyropaedia adumbravit, hominibus, qui in fabulis fingendis sibi placebant, occasionem dederunt simultatem quandam inter philosophos illos comminiscendi (vid. *Athen.* XI. p. 377. T. IV. et *Aul. Gell.* Noct. Attic. XIV, 3.), quos bene iam repudiavit *Böckhius* in Comment. de simultate, quae Platoni cum Xenophonte intercessisse fertur (Berolin. 1811. 4.), p. 28. sq. — Pro φιλόπολιν Athenaeus l. l. exhibet φιλόπονον (v. *Schweighaeus.* Animadv. in Athen. T. VI. p. 313.); deinde ap. Gellium l. l. scribitur παιδείας δ' οὐκ ὀρθῶς ἧφθαι τὸ παράπαν: *institutionem vero non recte tetigisse in omne,* quod haud dubie μνημονικὸν est ἁμάρτημα. Pro οὐχ ἧφθαι Athen. οὐδὲ ἧφθαι. Deinde οἰκονομίᾳ δ' οὐδέν; nihil quidem frequentius est repetito δέ post μέν (v. Lexic. Xenophont. V. I. p. 625.), tamen τέ recte habet, vid. ad I, 9. Οὐδέν vero vide ne vitiosum sit; equidem malim οὐδέ, *ne — quidem.* Ceterum ineptus est auctor Epistol. Platonic. IV. p. 320. D. ita scribens: ὡς οὖν ὑπὸ πάντων ὁρώμενος παρασκεύαζου τόν τε Λυκοῦργον ἐκεῖνον ἀρχαῖον ἀποδείξων καὶ τὸν Κῦρον, καὶ εἴ τις ἄλλος πώποτε ἔδοξεν ἤθει καὶ πολιτείᾳ διενεγκεῖν. Iis porro, quae de principum educatione traduntur, non bene consentiunt, quae in Alcibiade I. p. 154. ed. nostr. (121. C. D. E. Steph. Cf. *Spanhem.* ad Iulian. Orat. I. p. 131.) leguntur, quo quidem suspicio nostra confirmatur iam diu mente concepta, Alcibiadem non solum secundum, verum etiam primum a Socratico philosopho conscri-

ptum esse, qui Xenophontem vel Xenocratem magis quam Platonem secutus fuerit.

P. 114. *οὖσαν σκληράν*. Quae verba inter *οὖσαν* et *σκληράν* vulgo interposita leguntur, alienum esse additamentum, quilibet de hac re monitus perspiciet. *Περσικήν* videlicet margini appingebatur, quo significaretur, de Persica h. l. educatione agi; reliqua vero: *ποιμένων ὄντων Περσῶν* et *τραχείας χώρας ἐκγόνων* nihil aliud nisi verborum, quae sequuntur, *ποιμένας* et *σκληράν*, interpretamenta sunt. — *Persis* aspera erat et montosa, vid. *Herodot.* I, 71. IX, 122. *Xenoph.* Cyropaed. I, 3. 3. *Arrian.* Exped. Alex. V, 4. *Plutarch.* Apophthegm. p. 172. E. al.

τῆς λεγομένης, quae dicitur s. vulgo existimatur. Vid. *Hoogev.* ad Viger. p. 15. ed. Herm. — *ἀνεπιπλήκτῳ*. Suidas: *ἀνεπίπληκτος· ἄμεμπτος, ᾧ οὐδεὶς ἐπιπλήττει ἁμαρτάνοντι*; igitur reprehensionis expers, h. e., liber et dissolutus. Pro *τροφῇ* vero, ni fallor, scribendum est *τρυφῇ*, ut in sequentibus *τρυφῆς μεστοί* — *παιδείᾳ διατρυφώσῃ* — *τρυφώσῃ παιδευθεὶς παιδείᾳ*, al.

παραλαβόντες, int. *τὴν ἀρχήν*, imperium accipientes, h. e., succedentes s. successores. Sic Critias p. 109. D: *τὰ δὲ ἔργα διὰ τὰς τῶν παραλαμβανόντων φθορὰς καὶ τῷ μήκει τῶν χρόνων ἠφανίσθη*. Mox *αὐτός* est rex, Cambyses, ut solet usurpari. Historia ipsa satis nota ex Herodoto, aliis.

μανίας. Sic Cod. Voss. et *Ficinus* vertens: „ipsi quasi amentem contemserunt." Vulgo *μωρίας*. De re, cf. *Herodot.* III, 14. sq. Ceterum duos fuisse Magos, qui imperium Persicum occupaverint, tradunt *Herodotus* III, 61. *Iustin.* I, 9. *Orosius* II, 8. *Cedren.* p. 118, 54. al.; *Valerius Maxim.* IX, 2. extr. 6. et *Ammian. Marcell.* XXIII, 22. septem commemorant; imo septem erant nobiles Persae, qui contra Magos illos duos coniurationem fecerunt (v. *Herodot.* III, 70. sq. *Strabo* XV. T. VI. p. 237. *Iustin.* I, 9. §. 19. al.); ex quo perspicitur, numerum coniuratorum Persarum et Magorum scriptores illos confudisse. In coniuratis erat Darius Hystaspis filius, qui ad Persas imperium retulit; v. *Herod.* III, 84. sq. *Iustin.* I, 10. al.

διὰ Δαρείου καὶ τῶν ἑπτά est per Darium sexque reliquos coniuratos, proprie per septem illos, quorum unus erat Darius, *διὰ Δαρείου ἑβδόμου αὐτοῦ*. Vide quae *Dorvill.* ad Charit. p. 104. excitavit. *Valckenarius* ad Herodot. III, 86. p. 242. scribi

iubebat καὶ τῶν ἕξ. Mox ἕβδομος est cum sex aliis, ut VI, 1: δέκατος αὐτός. Vid. *Dorvill.* ad Charit. p. 103. sq. *Hoogev.* ad Viger. p. 73. et *Hermann.* p. 717.

P. 115. ἑπτὰ μέρη τεμόμενος: in septem partes dividens (accusativus verbis dividendi iungitur, ut V, 8. p. 737. E: γῆ δὲ καὶ οἰκήσεις ὡσαύτως τὰ αὐτὰ μέρη διανεμηθήτων. sq. c. 14. p. 745. B. VIII, 12. p. 847. E. al. Vid. ad Phaedr. p. 331. *Schäfer.* ad L. Bos. Ellips. p. 683. al.). Epist. VII. p. 332. A: Δαρεῖον δὲ ἑπταπλασίως φαυλότερος ἐγένετο, ὃς οὐκ ἀδελφοῖς πιστεύσας οὐδ' ὑπ' αὐτοῦ τραφεῖσι, κοινωνοῖς δὲ μόνον τῆς τοῦ Μήδου τε καὶ εὐνούχου (vid. *Iac. Nic. Loënsis* Miscell. Epiphyll. I, 21.) χειρώσεως, διένειμέ τε μέρη μείζω ἕκαστα Σικελίας πάσης ἑπτά, καὶ πιστοῖς ἐχρήσατο τοῖς κοινωνοῖς καὶ οὐκ ἐπιτιθεμένοις οὔτε αὐτῷ οὔτε ἀλλήλοις, ἔδειξέ τε παράδειγμα, οἷον χρὴ τὸν νομοθέτην καὶ βασιλέα τὸν ἀγαθὸν γίγνεσθαι· νόμους γὰρ παρασκευάσας ἔτι καὶ νῦν διασέσωκε τὴν Περσῶν ἀρχήν. *Herodotus* vero III, 89. in viginti provincias (satrapias) Persarum regnum a Dario divisum esse tradit; vid. *Heeren.* in libr. Ideen über die Politik, den Verkehr u. den Handel der vorn. Völk. d. a. W., T. I. p. 185. sq. Ceterum *Valckenarius* ad Herodot. III, 89. p. 243: „Prior Platonis locus atque integra ista disputatio Κύρου παιδείᾳ fuit opposita Xenophontis, quem virum optimum, ut et alios e Socratis palaestra, oderat Plato." Sed vid. *Böckhii* commentat. l. l.

ἐνέδει. Sic Cod. Voss. pro ἐνέδυ, quod sensu caret. Τὸν δασμὸν εἰς τὸν νόμον ἐνδεῖν, tributum lege includere, est lege constituere et definire. Similiter *Ficinus*: „distributionemque, quam Cyrus Persis pollicitus fuerat, lege complexus est." De Persarum tributis vid. *Herodot.* I, 192. III, 90. al. Cf. *Heeren.* l. l. p. 551. sq. — προσαγόμενος, sibi concilians, v. *Pollux* IV, 9. Sic *Xenoph.* Memor. Socr. III, 4. 9: ξυμμάχους καὶ βοηθοὺς προσάγεσθαι. — Mox Bas. 2. προσεκτήσαντο.

ἴσως τὸ Κύρου κακὸν οὐκ ἔμαθες. Vulgo ἴσως, ὃς τοῦ Κύρου cet., in quo ὃς iam *Stephanum* offenderat, qui ὡς scriptum malebat; sed ὃς haud dubie e postrema vocis ἴσως syllaba natum est, ἴσως vero (profecto, *sicher*, *gewiss*, v. *Locell.* ad Xenoph. Ephes. p. 188. et *Schäfer.* ad Long. p. 357. al.) cum sequentibus coniungi oportet. Sensus est: Cyri infortunium prorsus te fugerit necesse est; alioqui filium tuum non ita educavisses, ut Cyrus Cambysem educavit. Opinari etiam possis, ὡς loco suo motum

esse, et hanc fuisse genuinam scripturam: ἴσως τὸ Κύρου κακὸν οὐκ ἔμαθες, ὃς ἐθρέψω Ξέρξην ἐν τοῖς αὐτοῖς ἤθεσιν, ἐν οἷςπερ Κῦρος Καμβύσην. Et facile postrema verbi ἔμαθες syllaba pronomen ὃς absorbere potuit. Attamen δέ (i. e., ἀλλά, vid. II, 10.) gravius est: sed tam insipiens fuisti, ut Xerxem eadem ratione educares, qua Cyrus Cambysem educaverat. Ipsa vero oratio abrupte ab exclamatione exordiens animi nonnihil commoti indicium est.

ἐκ γε τοσούτου, int. χρόνου. Mox Cod. Voss. ἐγγέγονεν. Deinde pro τύχης scripsimus τύχῃ, quod *Stephanus* quoque reponendum esse censuit. Similiter *Ficinus* vertit: „neque fortunam fuisse causam arbitror, sed vitam malam." De verbis *τὰ πολλά*, plerumque, vid. ad I, 10.; deinde de coniunctivo post οὐ μή (X, 7. al.) vid. ad Polit. I, 15. — *καί* — *δέ*, atque etiam, vid. ad I, 9.

βασιλείᾳ καὶ ἰδιωτείᾳ. Cod. Voss. ἰδιωτείᾳ καὶ βασιλείᾳ; sed chiasmus est, vid. ad I, 3.

καὶ τροφήν. *Cornarius* corrigebat ἀρχήν, Ficinum, ut videtur, secutus vertentem: „quod paupertati — nullos excellentes honores *munerave* praebetis." Sed τροφή, quod educationem universamque vivendi rationem significat, praegressis melius respondet: ἐκ ταύτης τῆς τροφῆς. Sensus est: apud vos neque divites neque pauperes singulari vel vivendi ratione vel honore gaudent; quocirca fieri non potest, ut luxuria mores corrumpat et ipso potiatur imperio. — Verbis τὸ θεῖον ὑμῖν significatur Lycurgus, φύσις illa ἀνθρωπίνη μεμιγμένη θείᾳ τινὶ δυνάμει, ut p. 691. E. dicitur. — *παρὰ θεοῦ*, Apollinem puta, vid. ad I, 1.

οὐδ' ἀρετῆς, int. τιμὰς ὑπερεχούσας δεῖ εἶναι; propter praegressum vero ἀρετῆς pro ἀρετῇ positum est ἀρετῆς. Quam quidem explicandi rationem, licet aliquanto durior sit, tamen in nostrum scriptorem quadrare existimo.

Πῶς τοῦτο cet. In Ald. Lov. Steph. et Bip. male haec et quae sequuntur Cliniae assignantur, recte vero in Ficini versione et Basil. 1. 2. Megillo; praecedit enim ὦ Λακεδαιμόνιοι.

CAP. XIII.

P. 116. *Πῶς γάρ;* Vulgo scribitur Πῶς γὰρ οὔ, quod sensui adversatur; πῶς γὰρ οὔ est enim καταφατικόν, contra πῶς γάρ ἀποφατικόν (negans); vid. *Hemsterhus.* ad Lucian. Tim. T. I.

p. 330. Bip. *Stephanus* scribi volebat *Πῶς γὰρ ἄν*, quod Cod. Voss. exhibet; sed ἄν incommodum est, quum optativus non praecedat.

μεμονωμένη. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. μεμονωμένη, vitiose. *Ficinus* quoque: „temperantia, si ab omni alterius virtutis genere in alicuius animo destituta sit, honorandane iure est an contra?“

μετρίως, *bene*, *recte*, ut I, 7. p. 634. D: εἴπερ καὶ μετρίως κατεσκεύασται τὰ τῶν νόμων. Vid. *Heindorf*. ad Cratyl. p. 62. Mox ὁποτερονοῦν e cod. Voss. reposuimus pro ὁποτεροῦν. Etiam *Ficinus* vertit: „alterutro enim illorum concesso.“ In sqq. vulgo ἔμοιγ' οὖν δοκεῖς scribitur, quod *Stephanus* in ἔμοιγ' ἂν δοκεῖς mutavit; pro δοκεῖς vero praeterea scribendum esse ἐδόκεις, bene *Böckhius* monuit, praeeuntibus *Ficino* („inconcinne, ut arbitror, respondisses“) et *Cornario* („si enim alterutrum ex his, quae interrogaui, dixisses, inconcinne mihi *videreris* dixisse“). Παρὰ μέλος, inconcinne, absone (similiter nostrates: *ungereimt*), ut Critias p. 106. B. Lucian. Eunuch. §. 2. T. I. p. 586. ed. Schmied. Vid. *Erasmi* Adag. p. 336. ed. Colon. Ad γεγονὸς ἂν εἴη int. ὅτι οὐδέτερον, ὧν ἤρου, εἶπον.

πρόσθημα, ὧν. Vulgo ὧν deest, quo sensus perit; quocirca *Cornario* verba τιμαί τε καὶ ἀτιμίαι videbantur ex margine irrepsisse in orationem; sed ὧν interposito, quod Cod. Voss. praebet, verba recte habent; πρόσθημα ὧν τιμαί (i. e. πρόσθημα τούτων, ὧν τιμαί τε καὶ ἀτιμίαι εἰσί) dicitur temperantia, quia addi s. accedere debet iis, in quae τιμή vel ἀτιμία cadit, h. e., cuius accessione res probandae, abscessione (absentia) reprobandae sunt. Huc enim spectat Atheniensis oratio, ut probet, temperantiam esse eam virtutem, quae ceteras perficiat adeo, ut sine ipsa vera virtus cogitari non possit; eandem quoque esse id, quod per se spectatum neque honestum neque inhonestum sit (de quo nihil pronuntiari possit: ἀλόγου σιγῆς ἄξιον et quod nihil fere sit, οὐκ ἄξιον λόγου; sic IV, 4. p. 719. A. B. al.), iis vero rebus, ad quas accedat, dignitatem afferat, et earum, a quibus absit, turpitudinis causa sit. Igitur honor vel ignominia non in ipsam temperantiam cadunt, sed in res, in quibus temperantia vel inest vel deest. Scilicet temperantia per se nihil esse potest, quia semper aliquid subesse oportet, quod temperetur; et rei temperatae riteque constitutae forma atque habitus id ipsum est, quod temperantia vocatur.

P. 117. μάλιστ' ἂν τιμώμενος: si maxima aestimatione

digna censetur, rectissime ea digna censebitur; satis frequens orationis amplificatio, de qua vid. ad III, 4. Mox *τὸ δεύτερον δευτέρως* *Ficinus* bene vertit: „et quod secundo loco prodest, secundo honorandum.“

πειραθῶμεν, διατεμεῖν. Ante *διατεμεῖν* cogitatione supplenda est particula explicans, velut *nempe*, vid. ad I, 4.

Λέγομεν τοίνυν cet. Transscripsit haec *Stobaeus* Serm. XLI. p. 266. v. 14., ubi pro eo, quod vulgo scribitur *διανέμειν*. *ΚΛ.* Ὀρθῶς. *ΑΘ.* Ἔστι δὲ ὀρθῶς sic legitur, ut reposuimus. Etiam *Ficinus* vertit: „Oportere itaque dicimus civitatem — recte honores et opprobria distribuere. Recta autem distributio est, ut“ cet. Quod *Stephanus* recte monuit sequendum esse. Ad ὀρθῶς int. *διανέμειν*, ut solet verbum omitti, si adverbium repetitur, v. c. Enthyphr. p. 2. D: καὶ φαίνεταί μοι — ἄρχεσθαι ὀρθῶς· ὀρθῶς (sc. ἄρχεσθαι) γάρ ἐστι, τῶν νέων πρῶτον ἐπιμεληθῆναι. Hipparch. p. 227. C. al. Vid. *Heusd.* Specim. crit. in Plat. p. 6. et ad II, 10. Mox *τὰ — λεγόμενα* est quae dicuntur s. sic dicta.

ἡ Περσῶν περὶ διάσκεψις τῆς πολιτείας. Cohaerent verba sic: ἡ διάσκεψις περὶ τῆς πολιτείας Περσῶν, de qua verborum traiectione vid. ad I, 4 et 10. Vulgo *πέρι* scribitur.

*ἐπὶ *** ἔτι.* Stephanus aut post ἐπί aliquid deesse (ut πολύ vel simile quid) aut ἐπί expungendum esse opinabatur. Ni fallor, vel regis, veluti Xerxis, nomen excidit (ut in praegressis ἐπὶ Κύρου, ἐπὶ Καμβύσου, al.), vel ἡμῶν (ut sit *nostra aetate, nostris adhuc temporibus*); sic enim C. 14. init.: Τὰ μὲν δὴ περί γε Περσῶν, ὡς οὐκ ὀρθῶς τανῦν διοικεῖται — τέλος ἐχέτω.

P. 118. *ἡγῶνται.* Sic Cod. Voss., quam scripturam etiam *Stephanus* memorat. Vulgo ἡττῶνται, ἔσεσθαι σφίσιν ἀναστάτους. Viam monstravit ad veram lectionem orationisque distinctionem inveniendam *Ficinus*, qui vertit: „quibus corruptis principes quoque non subditis ac populo, sed proprio imperio consulunt. Quin etiam saepe *exigui sui commodi* gratia funditus everti civitates gentesque amicas igne absumi non curant.“ Igitur ἀλλ᾽ ἀρχῆς cum praegressis coniungenda sunt et repeti oportet βουλεύεται; principum deinde rationem agendi omniaque ex ipsorum commodis aestimandi describunt verba ἀναστάτους μὲν πόλεις cet., causa vero continetur his: ἄν τε καὶ σμικρὸν πλέον — ἡγῶνται

ἔσεσθαί σφισιν. Ad ἀναστάτους autem excidisse suspicor ποιοῦσι (vid. III, 4.), ut post ἔθνη interpungatur commate, et verba φίλια πυρὶ καταφθείραντες (int. αὐτάς vel αὐτά, τὰ ἔθνη) epexegesi inserviant. Πλέον εἶναι est prodesse (vid. ad Phaedr. p. 386.); itaque hoc sibi volunt verba: si vel exiguam inde utilitatem ad se esse redundaturam existiment.

ἀνηλεῶς. Sic pro ἀνελεῶς iam scriptum extat in Lexic. Basil. (a. 1572. fol.) et *Stephani* Thesaur. T I. p. 1177 C., ubi Budaeus citatur in epist. poster. Hesych. ἀνηλεῶς, ἀνοίκτως, ἀσπλάγχνως. Cf. Pollux I, 125. VI, 12. 13. Cod. Voss. ἀνελεήτως.

ἀμαθαίνειν. *Ficinus* ita vertit, ac si scriptum invenerit μαίνεσθαι vel μωραίνειν: *praeterea et insanire coguntur, quum re ipsa praedicent* cet. Sed recte habet ἀμαθαίνειν; cf. quae supra c. 8. de ἀμαθίᾳ s. ἀγνοίᾳ illa πλημμελεστάτη exposita sunt. Ἀμαθαίνειν ἀναγκάζονται λέγοντες est: eo insipientiae procedunt (redacti sunt), ut dicant cet. Mox ἔργοις, i. q. ἔργῳ, re s. re vera, oppositum est verbis τὰ λεγόμενα, et quia pondus habet, coniunctioni ὅτι praepositum legitur. Sic Phaedr. c. 56: ψυχὴ ὅσα pro ὅσα ψυχή, al. Vid. ad Phaedr. p. 368.

CAP. XIV.

περί γε. Sic Cod. Voss. Vulgo περί τε. Verba ipsa ita capienda sunt: res Persarum s. quod ad res Persarum attinet, — cui respondet sequens: τὰ δὲ περὶ τὴν τῆς Ἀττικῆς αὖ πολιτείαν, Atticam vero civitatem —. De praepositione περί cum articulo coniuncta vid. ad I, 8. et III, 1. Mox pro μέτριον, quod sensum non habet, scripsimus μέτρον, quam scripturam *Stephanus* memorat et *Ficinus* expressit; μέτρον ἔχειν satis frequenter apud nostrum reperitur, ut supra p. 692. A. VIII, 5. p. 836. A. XII, 8. p. 957. A. 9. p. 959. A. D. al. Nisi μέτρον scribas, legendum erit τὸ μέτριον, ut p. 693. E: οὐδεμία τὰ μέτρια κέκτηται τούτων. Post ἐχούσης e Cod. Voss. ἀρχῆς interposuimus, quo libri editi carent. Verba deinde ὑφ' ἑτέρων, quoquo te vertas, explicare non poteris. *Stephanus* vertit: *sub aliorum potestate sive sub aliorum dominatu.* Sed quinam sunt illi alii? Haud dubie ipsi imperantes; at quid ineptius cogitari potest, quam imperium sub imperantibus? Accedit insolita praepositionis ὑπό cum ἀρχή coniunctio, quum usus postulet ἀρχή τινος. Ne multa, pro ὑφ' ἑτέρων scribendum esse puto ὑμετέρας; opponitur enim Spartana civitas, utpote rite moderata s. temperata (μέτρον ἔχουσα, c. 11. p. 692. A.) tam

monarchiae, qualis erat Persarum, quam democratiae, qualis Atheniensium descripta est (p. 693. D.). Et nihil fere dubitationis de hac scriptura relinquitur, si locum c. 11. inspicimus: *καὶ παρὰ δὲ τοῦτον τὸν λόγον ἡ βασιλεία π α ρ' ὑ μ ῖ ν, ἐξ ὧν ἔδει* (e monarchia et democratia) *ξύμμικτος γενομένη καὶ μ έ τ ρ ο ν ἔ χ ο υ σ α, σωθεῖσα αὐτὴ σωτηρίας τοῖς ἄλλοις γέγονεν αἰτία.* Sic etiam p. 693. E: *Ἡ μὲν τοίνυν τὸ μοναρχικόν, ἡ δὲ τὸ ἐλεύθερον ἀγαπήσασα μειζόνως, ἢ ἔδει, μόνον, οὐδετέρα τὰ μέτρια κέκτηται τούτων, αἱ δὲ ὑ μ έ τ ε ρ α ι ἥ τε Λακωνικὴ καὶ Κρητικὴ μᾶλλον* cet. Igitur hoc dicere voluit scriptor, etiam (*αὖ*) meram democratiam haud paulo deteriorem esse habendam moderata illa civitate, qualis Spartana fuerit.

ἡ μ ῖ ν γ ά ρ cet. Citatur hic locus ab *Aristide* Orat. Plat. II. p. 282. T. II. ed. Iebb., ubi post *γάρ* interpositum legitur *καί*.

P. 119. *ἐ κ τ ι μ η μ ά τ ω ν*, ex quatuor censibus; *τίμημα* est enim census aestimatio, et *τιμήματα* census s. divitiae; v. Thom. Mag. p. 854. Hinc *πολιτεία ἀπὸ τιμημάτων* Polit. VIII, 5. (vid. *Wesseling.* ad Diodor. Sic. XVIII, 18. T. II. p. 271.), et *ἐκ τιμημάτων ἔχουσα τοὺς ἄρχοντας* ib. c. 6. p. 553. A. *Xenoph.* Mem. Socr. IV, 6. 12: *ὅπου ἐκ τιμημάτων (ἀρχαὶ καθίστανται) πλουτοκρατίαν.* Solonem vero constat Atheniensem populum ex censu in classes quatuor divisisse, in *πεντακοσιομεδίμνους, ἱππεῖς, ζευγίτας* et *θῆτας*, vid. *Aristotel.* Polit. II, 10. *Plutarch.* Solon. vit. p. 87. F. *Pollux* VIII, 10. §. 129. *S. Petit.* Legg. Attic. p. 201 sq. — Mox Aristid. *τοῖς τε νόμοις — τότε μέγεθος.* Ad *α τ ά λ ο υ* int. *Περσικοῦ.*

φ ό β ο ν ἄ π ο ρ ο ν. Sic Aristid. pro *ἄπειρον.* *Ἄ π ο ρ ο ν* eleganter dicitur, quod oppugnari non potest, igitur cui resistere non possumus, inexpugnabile (*unüberwindlich, unwiderstehlich*). Sic *αἰσχύνη ἄπορος* Lib. IX, 12. p. 873. C. *Herodot.* III, 52: *ὡς ἄ π ο ρ ό ν τι τὸ κακὸν εἴη τοῦ παιδὸς καὶ ἀ ν ί κ η τ ο ν.* Apolog. p. 74: *οὗτοι πάντες ἀπορώτατοί εἰσιν.* Quam quidem vocis *ἄπορος* significationem, ut sexcenta alia, frustra quaesiveris in Lexicis graecis. Passim vero *ἄπορος* et *ἄπειρος* inter se permutantur. — Mox pro *τοῖς τότε ἄρχουσι* Aristides habet *τοῖς τε ἄρχουσι*; nec *Ficinus* particulam *τότε* expressit.

Δ ά τ ι ς. Datim solum commemorant Plato, ut Menex. p. 37. ed. Gottleb., et *Plutarchus* vit. Aristid. p. 321. A.; *Herodotus* VI, 94. *Cornel. Nep.* vit. Miltiad. c. 4. al. socium ei adiungunt Arta-

phernem. Ceterum uberius haec tractantur in Menexeno l. l., ubi v. Gottleber. *Herodot.* l. l. ἐντειλάμενος δὲ ἀπέπεμπε ἐξανδραποδίσαντας Ἀθήνας καὶ Ἐρέτριαν, ἄγειν ἑωϋτῷ ἐς ὄψιν τὰ ἀνδράποδα. Causa belli diverse traditur, vid. interpp. ad Cornel. Nep. l. l.

ξυνάψαντες γάρ cet. Quod post γάρ legitur, ἄρα *Valckenarius* ad Herodot. III, 149. praetermisit, probante *Böckhio* p. 193; *Heindorfius* vero Specim. coni. in Plat. p. 32. in ἅμα mutari volebat, idem tamen vir doctissimus postea confirmavit in not. ad Protagor. p. 484., ubi inter alia laudat haec Platonica: Polit. IV. p. 438. A: πάντες γὰρ ἄρα τῶν ἀγαθῶν ἐπιθυμοῦσιν. Sympos. p. 205. B: ἀφελόντες γὰρ ἄρα τοῦ ἔρωτός τι εἶδος ὀνομάζομεν. Sic et Protag 315. D: ἐπεδήμει γὰρ ἄρα Πρόδικος ὁ Κεῖος. Ceterum iisdem paene verbis haec narrantur in Menex. p. 37: ἐπὶ τὰ ὅρια ἐλθόντες τῆς Ἐρετρικῆς οἱ στρατιῶται αὐτοῦ, ἐκ θαλάσσης εἰς θάλασσαν διαστάντες ξυνάψαντες τὰς χεῖρας, διῆλθον ἅπασαν τὴν χώραν, ἵν' ἔχοιεν τῷ βασιλεῖ εἰπεῖν, ὅτι οὐδεὶς σφᾶς ἀποπεφευγὼς εἴη. Σαγηνεύειν est cohibere et quasi everriculo (s. indagine) capere, vid. *Valcken.* ad Herodot. l. l. Locum nostrum, memoria lapsus Herodoto eum tribuens, *Strabo* X. p. 687. T. IV. p. 30. respexit: τὴν μὲν οὖν ἀρχαίαν πόλιν κατέσκαψαν Πέρσαι, σαγηνεύσαντες, ὥς φησιν Ἡρόδοτος, τοὺς ἀνθρώπους τῷ πλήθει, περιχυθέντων τῶν βαρβάρων τῷ τείχει. Vid *Gottleb.* ad Menex. c. 10. p. 38.

πλήν γε Λακεδαιμονίων. Cf. *Herodot.* VI, 106. *Isocrat.* Panegyr. c. 24. et *Menex.* p. 38. Variae afferuntur causae, cur Lacedaemonii sero venerint; *Herodotus* l. l. dies festos, Hyacinthia, in causa fuisse memorat (v. *Valcken.* ad VII. p. 601.), *Iustinus* II, 9. quatridui religione eos impeditos fuisse scribit (cf. *Oros.* II, 8. Etenim secundum legem Lycurgi, quam *Lucianus* de Astrolog. §. 25. T. I. p. 597. Schmied. attingit, ante plenilunium ad pugnam exire Lacedaemoniis non licebat. Cf. *Herodot.* VI, 106. *Pausan.* I, 28. 4.). Mox λεγόμενον, quod vulgo cum ἴομεν connectitur, ab eo disiunximus, ut sit: vel si quid aliud, quod refertur, eos impedivit, h. e., vel si quid aliud ipsos impedivisse dicitur. Deinde οὖν orationem redorditur, v. *Valcken.* Opusc. philol. T. II. p. 306. Pro ὕστερον Cod. Voss. ὕστεροι.

διὰ τὸ Μαραθῶνι γενόμενον. Cod. Voss. ἐν addit, sed praepositio in hac structura omitti solet, ut ἡ Μαραθῶνι μάχη, *Eupol.* ap. Longin. XVI. §. 3. *Demosthen.* π. συντάξ. p. 172. et adv. Aristocr. p. 686: Μιλτιάδην τὸν ἡγούμενον Μαραθῶνι. De

fals. legat. p. 441: οἱ Μαραθῶνι καὶ Σαλαμῖνι. *Aristid.* T. II. p. 175. Cf. *Wernsdorf.* ad Himer. p. 58. *Gottleber.* ad Menex. p. 59. et *Schäfer.* ad Lamb. Bos. Ellips. graec. p. 698.

P. 120. Ἄθω — διορυττόμενον cet. Quantopere Graeci Xerxis copias resque gestas oratione exaggeraverint et in suam ipsi laudem tantum non fabulis exornaverint, inter omnes constat. Sic *Lysias* epitaph. T. V. p. 94: ζεύξας μὲν τὸν Ἑλλήσποντον, διορύξας δὲ τὸν Ἄθω. *Isocrat.* Panegyr. c. 25: πρὶν ἔξευρε καὶ συνηνάγκασεν, ὃ πάντες θρυλλοῦσιν, ὥστε τῷ στρατοπέδῳ πλεῦσαι μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεῦσαι δὲ διὰ τῆς θαλάττης, τὸν μὲν Ἑλλήσποντον ζεύξας, τὸν δὲ Ἄθω διορύξας. *Aeschines* contra Ctesiph. T. III. p. 522: οὐχ ὁ μὲν τῶν Περσῶν βασιλεὺς ὁ τὸν Ἄθω διορύξας, ὁ τὸν Ἑλλήσποντον ζεύξας cet. *Iustinus* II, 10: fiducia virium, veluti naturae ipsius dominus, et montes in planum deducebat, et convexa vallium aequabat, et quaedam maria montibus sternebat. Hinc *Lucianus* irrisor rhet. praec. §. 18. T. II. p. 299: καὶ ἀεὶ ὁ Ἄθως πλείσθω καὶ ὁ Ἑλλήσποντος πεζευέσθω. Cf. *Diodor. Sic.* XI, 2. p. 404 sq. *Voss.* ad Pompon. Mel. II, 2. et *Spanhem.* ad Iulian. Orat. T. I. p. 194 sq.

οὐδέ. Sic scripsimus pro οὔτε, quod, quo referatur, nihil habet. Monuit de hoc etiam *Böckhius.* Mox Cod. Voss. τὸ πρότερον pro τὸ πρῶτον. *Ficinus:* „primo illorum ingressu."

οὐδεὶς τότε ἐβοήθησεν. Alii tamen Plataeenses tradunt Athenienses auxilio iuvasse, et *Herodotus* quidem VI, 108. πανδημεὶ eos opitulatum venisse scribit, *Cornel. Nep.* vit. Miltiad. c. 5. et *Iustinus* II, 9. mille misisse militum memoriae produnt.

χιλίων καὶ ἔτι πλειόνων. Classis Persarum mille et ducentarum navium longarum traditur fuisse, v. *Isocrat.* Panegyr. c. 26. 27. 33. Panath. 56. *Cornel. Nep.* Themistocl. vit. c. 2. *Aeschylus* vero Pers. 339. *Herodot.* VII, 59. *Plutarch.* Themistocl. vit. p. 119. B. al. mille ducentarum et septem navium eam fuisse referunt. Vid. *Stanlei.* ad Aeschyl. l. l.

μόνην δ' οὖν. Scripturam μόνην Cod. Voss. debemus. Vulgo scribitur μόνον δ' οὖν βλέψαντες — μαχομένους. ἐπὶ δὲ τῆς ἐλπίδος cet., in quibus coniungenda male disiuncta, disiungenda vero coniuncta reperimus. Confirmatur scriptura nostra *Ficini* verbis: „unam vero salutem quamvis tenuem dubiamque solummodo videbant. Nam cum respicerent — hac spe evecti, in se

ipsis ac diis tantum invenerunt sibi refugium fore." Ad βλέψαντες int. γάρ, nempe, scilicet, quod centies sic omittitur. Ald. ἄπορον μόνον δ' οὖν· βλέψαντες. Lov. ἄπορον. μόνον δ' οὖν. βλέψαντες. Bas. 1. et 2: ἄπορον. μόνον δ' οὖν βλέψαντες. Mox δὲ post ἐπὶ offendere non debet; solet enim interponi in oratione interrupta, ut supra ὕστερον δ' οὖν ἀφίκοντο. VI, 21. 780. A. Vid. ad Polit. VII, 15. p. 811. C. et *Schäfer.* ad Gregor. Corinth. p. 3. — ἐπὶ ἐλπίδος ὀχεῖσθαι, *spe vehi*, est i. q. ὑπὸ ἐλπίδος ἄγεσθαι (Phaedon. p. 282.), *spe duci;* vid. *Hemsterhus.* ad Lucian. T. I. p. 216. Bip. *Porson.* ad Eurip. Orest. 68. et *Wyttenbach.* ad Phaedon. p. 227. — Verbis ἐξ ἀπόρων Cod. Voss. adiicit καὶ τότε. Deinde Aristid. αὐτοῖς — αὐτούς — ἐποίει — ὅτε — ᾧ δουλεύοντες τοῖς ἔμπροσθεν — καὶ ἧ.

ἧς ὁ δοῦλος. Sic scribendum esse pro ἧς ὁ δειλός, primo statim adspectu videmus. Accedit, ut *Ficinus* vertat: „quo quisquis afficitur, liber est et interritus." Emendationem illam etiam *Heusdius* Specim. crit. in Plat. p. 112. (ubi pluribus hanc sententiam exemplis illustravit), *Heindorfius* Specim. coniect. in Plat. p. 32. et *Faehsius* in Syllog. lectt. p. 383. proposuerunt. Praeterea *Heindorfius* ante τότε interponi iubebat τό, propter praegressa: ὁ φόβος ὁ τότε παρών; sed obstat particula μή ante δέος posita. Ceterum abstractum ὅν, int. φόβον, pro concreto positum est; significantur enim ipsi Athenienses, quorum animis verecundia legum illa, quam pudorem (αἰδῶ) nuncupat, insita erat. Vid. ad III, 5.

CAP. XV.

πρὸς γάρ σέ. Sic Ald. Lov. Bas. 1. et 2. Vitiose *Stephanus* scripsit πρὸς γάρ σε. Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. πατρῴων, quod *Stephanus*, tacite, ut solebat, Ficinum secutus, in πατέρων mutavit. Φύσις tunc esset ingenium (v. *Valcken.* diatrib. in Eurip. p. 76. B.), h. e., *nativa virtus*, et κοινωνός (cum dativo coniunctum, quod rarioris usus est) *particeps.* Sed hoc neutiquam satisfacit. Ni fallor, scribendum est: κοινωνὸν δή (scilicet: ut qui — fueris, vid. *Marcland.* ad Eurip. Suppl. 521.) τῶν πατρῴων φύσει (int. ὄντα): ut qui rerum patriarum (rerum a maioribus nostris gestarum) naturalis sis socius (propter hospitium videlicet Atheniensibus cum Megilli familia intercedens; vid. ad I, 11. p. 642. B.). Pro πατρῴων vero malim πατρίων scribere, quia πατρῷα plerumque dicuntur, quae ad patrem spectant, πάτρια ve-

esse, et hanc fuisse genuinam scripturam: ἴσως τὸ Κύρου κακὸν οὐκ ἔμαθες, ὃς ἐθρέψω Ξέρξην ἐν τοῖς αὐτοῖς ἤθεσιν, ἐν οἷσπερ Κῦρος Καμβύσην. Et facile postrema verbi ἔμαθες syllaba pronomen ὃς absorbere potuit. Attamen δέ (i. e., ἀλλά, vid. II, 10.) gravius est: sed tam insipiens fuisti, ut Xerxem eadem ratione educares, qua Cyrus Cambysem educaverat. Ipsa vero oratio abrupte ab exclamatione exordiens animi nonnihil commoti indicium est.

ἐκ γε τοσούτου, int. χρόνου. Mox Cod. Voss. ἐγγέγονεν. Deinde pro τύχης scripsimus τύχη, quod *Stephanus* quoque reponendum esse censuit. Similiter *Ficinus* vertit: „neque fortunam fuisse causam arbitror, sed vitam malam." De verbis τὰ πολλά, plerumque, vid. ad I, 10.; deinde de coniunctivo post οὐ μή (X, 7. al.) vid. ad Polit. I, 15. — καί — δέ, atque etiam, vid. ad I, 9.

βασιλείᾳ καὶ ἰδιωτείᾳ. Cod. Voss. ἰδιωτείᾳ καὶ βασιλείᾳ; sed chiasmus est, vid. ad I, 3.

καὶ τροφήν. *Cornarius* corrigebat ἀρχήν, Ficinum, ut videtur, secutus vertentem: „quod paupertati — nullos excellentes honores *munerave* praebetis." Sed τροφή, quod educationem universamque vivendi rationem significat, praegressis melius respondet: ἐκ ταύτης τῆς τροφῆς. Sensus est: apud vos neque divites neque pauperes singulari vel vivendi ratione vel honore gaudent; quocirca fieri non potest, ut luxuria mores corrumpat et ipso potiatur imperio. — Verbis τὸ θεῖον ὑμῖν significatur Lycurgus, φύσις illa ἀνθρωπίνη μεμιγμένη θείᾳ τινὶ δυνάμει, ut p. 691. E. dicitur. — *παρὰ θεοῦ*, Apollinem puta, vid. ad I, 1.

οὐδ' ἀρετῆς, int. τιμὰς ὑπερεχούσας δεῖ εἶναι; propter praegressum vero ἀρετῆς pro ἀρετῇ positum est ἀρετῆς. Quam quidem explicandi rationem, licet aliquanto durior sit, tamen in nostrum scriptorem quadrare existimo.

Πῶς τοῦτο cet. In Ald. Lov. Steph. et Bip. male haec et quae sequuntur Cliniae assignantur, recte vero in Ficini versione et Basil. 1. 2. Megillo; praecedit enim ὦ Λακεδαιμόνιοι.

CAP. XIII.

P. 116. *Πῶς γάρ;* Vulgo scribitur Πῶς γὰρ οὔ, quod sensui adversatur; πῶς γὰρ οὔ est enim καταφατικόν, contra πῶς γάρ ἀποφατικόν (negans); vid. *Hemsterhus.* ad Lucian. Tim. T. I.

p. 330. Bip. *Stephanus* scribi volebat Πῶς γὰρ ἄν, quod Cod. Voss. exhibet; sed ἄν incommodum est, quum optativus non praecedat.

μεμονωμένη. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. μεμονωμένῃ, vitiose. *Ficinus* quoque: „temperantia, si ab omni alterius virtutis genere in alicuius animo destituta sit, honorandane iure est an contra?"

μετρίως, *bene*, *recte*, ut I, 7. p. 634. D: εἴπερ καὶ μετρίως κατεσκεύασται τὰ τῶν νόμων. Vid. *Heindorf*. ad Cratyl. p. 62. Mox ὁποτερονοῦν e cod. Voss. reposuimus pro ὁποτεροῦν. Etiam *Ficinus* vertit: „alterutro enim illorum concesso." In sqq. vulgo ἔμοιγ' οὖν δοκεῖς scribitur, quod *Stephanus* in ἔμοιγ' ἂν δοκεῖς mutavit; pro δοκεῖς vero praeterea scribendum esse ἐδόκεις, bene *Böckhius* monuit, praeeuntibus *Ficino* („inconcinne, ut arbitror, respondisses") et *Cornario* („si enim alterutrum ex his, quae interrogaui, dixisses, inconcinne mihi *videreris* dixisse"). Παρὰ μέλος, inconcinne, absone (similiter nostrates: *ungereimt*), ut Critias p. 106. B. Lucian. Eunuch. §. 2. T. I. p. 586. ed. Schmied. Vid. *Erasmi* Adag. p. 336. ed. Colon. Ad γεγονὸς ἂν εἴη int. ὅτι οὐδέτερον, ὧν ἤρου, εἶπον.

πρόσθημα, ὧν. Vulgo ὧν deest, quo sensus perit; quocirca *Cornario* verba τιμαί τε καὶ ἀτιμίαι videbantur ex margine irrepsisse in orationem; sed ὧν interposito, quod Cod. Voss. praebet, verba recte habent; πρόσθημα ὧν τιμαί (i. e. πρόσθημα τούτων, ὧν τιμαί τε καὶ ἀτιμίαι εἰσί) dicitur temperantia, quia addi s. accedere debet iis, in quae τιμή vel ἀτιμία cadit, h. e., cuius accessione res probandae, abscessione (absentia) reprobandae sunt. Huc enim spectat Atheniensis oratio, ut probet, temperantiam esse eam virtutem, quae ceteras perficiat adeo, ut sine ipsa vera virtus cogitari non possit; eandem quoque esse id, quod per se spectatum neque honestum neque inhonestum sit (de quo nihil pronuntiari possit: ἀλόγου σιγῆς ἄξιον et quod nihil fere sit, οὐκ ἄξιον λόγου; sic IV, 4. p. 719. A. B. al.), iis vero rebus, ad quas accedat, dignitatem afferat, et earum, a quibus absit, turpitudinis causa sit. Igitur honor vel ignominia non in ipsam temperantiam cadunt, sed in res, in quibus temperantia vel inest vel deest. Scilicet temperantia per se nihil esse potest, quia semper aliquid subesse oportet, quod temperetur; et rei temperatae riteque constitutae forma atque habitus id ipsum est, quod temperantia vocatur.

P. 117. μάλιστ' ἂν τιμώμενος; si maxima aestimatione

digna censetur, rectissime ea digna censebitur; satis frequens orationis amplificatio, de qua vid. ad III, 4. Mox *τὸ δεύτερον δευτέρως Ficinus* bene vertit: „et quod secundo loco prodest, secundo honorandum."

πειραθῶμεν, διατεμεῖν. Ante *διατεμεῖν* cogitatione supplenda est particula explicans, velut *nempe*, vid. ad I, 4.

Λέγομεν τοίνυν cet. Transscripsit haec *Stobaeus* Serm. XLI. p. 266. v. 14., ubi pro eo, quod vulgo scribitur *διανέμειν*. *ΚΛ.* Ὀρθῶς. *ΑΘ.* Ἔστι δὲ ὀρθῶς sic legitur, ut reposuimus. Etiam *Ficinus* vertit: „Oportere itaque dicimus civitatem — recte honores et opprobria distribuere. Recta autem distributio est, ut" cet. Quod *Stephanus* recte monuit sequendum esse. Ad *ὀρθῶς* int. *διανέμειν*, ut solet verbum omitti, si adverbium repetitur, v. c. Enthyphr. p. 2. D: *καὶ φαίνεταί μοι — ἄρχεσθαι ὀρθῶς· ὀρθῶς* (sc. *ἄρχεσθαι*) *γάρ ἐστι, τῶν νέων πρῶτον ἐπιμεληθῆναι.* Hipparch. p. 227. C. al. Vid. *Heusd.* Specim. crit. in Plat. p. 6. et ad II, 10. Mox *τὰ — λεγόμενα* est quae dicuntur s. sic dicta.

ἡ Περσῶν περὶ διάσκεψις τῆς πολιτείας. Cohaerent verba sic: *ἡ διάσκεψις περὶ τῆς πολιτείας Περσῶν*, de qua verborum traiectione vid. ad I, 4 et 10. Vulgo *πέρι* scribitur.

*ἐπὶ *** ἔτι.* Stephanus aut post *ἐπὶ* aliquid deesse (ut *πολὺ* vel simile quid) aut *ἐπὶ* expungendum esse opinabatur. Ni fallor, vel regis, veluti Xerxis, nomen excidit (ut in praegressis *ἐπὶ Κύρου, ἐπὶ Καμβύσου*, al.), vel *ἡμῶν* (ut sit *nostra aetate, nostris adhuc temporibus*); sic enim C. 14. init.: *Τὰ μὲν δὴ περί γε Περσῶν, ὡς οὐκ ὀρθῶς τανῦν διοικεῖται — τέλος ἐχέτω.*

P. 118. *ἡγῶνται.* Sic Cod. Voss., quam scripturam etiam *Stephanus* memorat. Vulgo *ἡττῶνται, ἔσεσθαι σφίσιν ἀναστάτους.* Viam monstravit ad veram lectionem orationisque distinctionem inveniendam *Ficinus*, qui vertit: „quibus corruptis principes quoque non subditis ac populo, sed proprio imperio consulunt. Quin etiam saepe *exigui sui commodi* gratia funditus everti civitates gentesque amicas igne absumi non curant." Igitur *ἀλλ᾽ ἀρχῆς* cum praegressis coniungenda sunt et repeti oportet *βουλεύεται*; principum deinde rationem agendi omniaque ex ipsorum commodis aestimandi describunt verba *ἀναστάτους μὲν πόλεις* cet., causa vero continetur his: *ἄν τι καὶ σμικρὸν πλέον — ἡγῶνται*

ἔσεσθαί σφισιν. Ad ἀναστάτους autem excidisse suspicor ποιοῦσι (vid. III, 4.), ut post ἔθνη interpungatur commate, et verba φίλια πυρὶ καταφθείραντες (int. αὐτάς vel αὐτά, τὰ ἔθνη) epexegesi inserviant. Πλέον εἶναι est prodesse (vid. ad Phaedr. p. 386.); itaque hoc sibi volunt verba: si vel exiguam inde utilitatem ad se esse redundaturam existiment.

ἀνηλεῶς. Sic pro ἀνελεῶς iam scriptum extat in Lexic. Basil. (a. 1572. fol.) et *Stephani* Thesaur. T I. p. 1177 C., ubi Budaeus citatur in epist. poster. Hesych. ἀνηλεῶς, ἀνοίκτως, ἀσπλάγχνως. Cf. Pollux I, 125. VI, 12. 13. Cod. Voss. ἀνελεήτως.

ἀμαθαίνειν. *Ficinus* ita vertit, ac si scriptum invenerit μαίνεσθαι vel μωραίνειν: *praeterea et insanire coguntur, quum re ipsa praedicent* cet. Sed recte habet ἀμαθαίνειν; cf. quae supra c. 8. de ἀμαθίᾳ s. ἀγνοίᾳ illa πλημμελεστάτη exposita sunt. Ἀμαθαίνειν ἀναγκάζονται λέγοντες est: eo insipientiae procedunt (redacti sunt), ut dicant cet. Mox ἔργοις, i. q. ἔργῳ, re s. re vera, oppositum est verbis τὰ λεγόμενα, et quia pondus habet, coniunctioni ὅτι praepositum legitur. Sic Phaedr. c. 56: ψυχὴ ὅσα pro ὅσα ψυχή, al. Vid. ad Phaedr. p. 368.

CAP. XIV.

περί γε. Sic Cod. Voss. Vulgo περί τε. Verba ipsa ita capienda sunt: res Persarum s. quod ad res Persarum attinet, — cui respondet sequens: τὰ δὲ περὶ τὴν τῆς Ἀττικῆς αὖ πολιτείαν, Atticam vero civitatem —. De praepositione περί cum articulo coniuncta vid. ad I, 8. et III, 1. Mox pro μέτριον, quod sensum non habet, scripsimus μέτρον, quam scripturam *Stephanus* memorat et *Ficinus* expressit; μέτρον ἔχειν satis frequenter apud nostrum reperitur, ut supra p. 692. A. VIII, 5. p. 836. A. XII, 8. p. 957. A. 9. p. 959. A. D. al. Nisi μέτρον scribas, legendum erit τὸ μέτριον, ut p. 693. E: οὐδεμία τὰ μέτρια κέκτηται τούτων. Post ἐχούσης e Cod. Voss. ἀρχῆς interposuimus, quo libri editi carent. Verba deinde ὑφ' ἑτέρων, quoquo te vertas, explicare non poteris. *Stephanus* vertit: *sub aliorum potestate sive sub aliorum dominatu*. Sed quinam sunt illi alii? Haud dubie ipsi imperantes; at quid ineptius cogitari potest, quam imperium sub imperantibus? Accedit insolita praepositionis ὑπό cum ἀρχῇ coniunctio, quum usus postulet ἀρχή τινος. Ne multa, pro ὑφ' ἑτέρων scribendum esse puto ὑμετέρας; opponitur enim Spartana civitas, utpote rite moderata s. temperata (μέτρον ἔχουσα, c. 11. p. 692. A.) tam

monarchiae, qualis erat Persarum, quam democratiae, qualis Atheniensium descripta est (p. 693. D.). Et nihil fere dubitationis de hac scriptura relinquitur, si locum c. 11. inspicimus: καὶ παρὰ δὲ τοῦτον τὸν λόγον ἡ βασιλεία π α ρ' ὑ μ ῖ ν, ἐξ ὧν ἔδει (e monarchia et democratia) ξύμμικτος γενομένη καὶ μ έ τ ρ ο ν ἔ χ ο υ σ α, σωθεῖσα αὐτὴ σωτηρίας τοῖς ἄλλοις γέγονεν αἰτία. Sic etiam p. 693. E: Ἡ μὲν τοίνυν τὸ μοναρχικόν, ἡ δὲ τὸ ἐλεύθερον ἀγαπήσασα μειζόνως, ἢ ἔδει, μόνον, οὐδετέρα τὰ μέτρια κέκτηται τούτων, αἱ δὲ ὑ μ έ τ ε ρ α ι ἥ τε Λακωνικὴ καὶ Κρητικὴ μᾶλλον cet. Igitur hoc dicere voluit scriptor, etiam (αὖ) meram democratiam haud paulo deteriorem esse habendam moderata illa civitate, qualis Spartana fuerit.

ἡ μ ῖ ν γ ά ρ cet. Citatur hic locus ab *Aristide* Orat. Plat. II. p. 282. T. II. ed. Iebb., ubi post γάρ interpositum legitur καί.

P. 119. ἐ κ τ ι μ η μ ά τ ω ν, ex quatuor censibus; τίμημα est enim census aestimatio, et τιμήματα census s. divitiae; v. Thom. Mag. p. 854. Hinc πολιτεία ἀπὸ τιμημάτων Polit. VIII, 5. (vid. *Wesseling*. ad Diodor. Sic. XVIII, 18. T. II. p. 271.), et ἐκ τιμημάτων ἔχουσα τοὺς ἄρχοντας ib. c. 6. p. 553. A. *Xenoph*. Mem. Socr. IV, 6. 12: ὅπου ἐκ τιμημάτων (ἀρχαὶ καθίστανται) πλουτοκρατίαν. Solonem vero constat Atheniensem populum ex censu in classes quatuor divisisse, in πεντακοσιομεδίμνους, ἱππεῖς, ζευγίτας et θῆτας, vid. *Aristotel*. Polit. II, 10. *Plutarch*. Solon. vit. p. 87. F. *Pollux* VIII, 10. §. 129. *S. Petit*. Legg. Attic. p. 201 sq. — Mox Aristid. τοῖς τε νόμοις — τότε μέγεθος. Ad α τ ά λ ο υ int. Περσικοῦ.

φ ό β ο ν ἄ π ο ρ ο ν. Sic Aristid. pro ἄπειρον. Ἄ π ο ρ ο ν eleganter dicitur, quod oppugnari non potest, igitur cui resistere non possumus, inexpugnabile (*unüberwindlich*, *unwiderstehlich*). Sic αἰσχύνη ἄπορος Lib. IX, 12. p. 873. C. *Herodot*. III, 52: ὡς ἄ π ο ρ ό ν τι τὸ κακὸν εἴη τοῦ παιδὸς καὶ ἀ ν ί κ η τ ο ν. Apolog. p. 74: οὗτοι πάντες ἀπορώτατοί εἰσιν. Quam quidem vocis ἄπορος significationem, ut sexcenta alia, frustra quaesiveris in Lexicis graecis. Passim vero ἄπορος et ἄπειρος inter se permutantur. — Mox pro τοῖς τότε ἄρχουσι Aristides habet τοῖς τε ἄρχουσι; nec *Ficinus* particulam τότε expressit.

Δ ά τ ι ς. Datim solum commemorant Plato, ut Menex. p. 37. ed. Gottleb., et *Plutarchus* vit. Aristid. p. 321. A.; *Herodotus* VI, 94. *Cornel. Nep*. vit. Miltiad. c. 4. al. socium ei adiungunt Arta-

phernem. Ceterum uberius haec tractantur in Menexeno l. l., ubi v. Gottleber. *Herodot.* l. l. ἐντειλάμενος δὲ ἀπέπεμπε ἐξανδραποδίσαντας Ἀθήνας καὶ Ἐρέτριαν, ἄγειν ἑωϋτῷ ἐς ὄψιν τὰ ἀνδράποδα. Causa belli diverse traditur, vid. interpp. ad Cornel. Nep. l. l.

ξυνάψαντες γάρ cet. Quod post γάρ legitur, ἄρα *Valckenarius* ad Herodot. III, 149. praetermisit, probante *Böckhio* p. 193; *Heindorfius* vero Specim. coni. in Plat. p. 32. in ἅμα mutari volebat, idem tamen vir doctissimus postea confirmavit in not. ad Protagor. p. 484., ubi inter alia laudat haec Platonica: Polit. IV. p. 438. A: πάντες γὰρ ἄρα τῶν ἀγαθῶν ἐπιθυμοῦσιν. Sympos. p. 205. B: ἀφελόντες γὰρ ἄρα τοῦ ἔρωτός τι εἶδος ὀνομάζομεν. Sic et Protag 315. D: ἐπεδήμει γὰρ ἄρα Πρόδικος ὁ Κεῖος. Ceterum iisdem paene verbis haec narrantur in Menex. p. 37: ἐπὶ τὰ ὅρια ἐλθόντες τῆς Ἐρετρικῆς οἱ στρατιῶται αὐτοῦ, ἐκ θαλάσσης εἰς θάλασσαν διαστάντες ξυνάψαντες τὰς χεῖρας, διῆλθον ἅπασαν τὴν χώραν, ἵν' ἔχοιεν τῷ βασιλεῖ εἰπεῖν, ὅτι οὐδεὶς σφᾶς ἀποπεφευγὼς εἴη. Σαγηνεύειν est cohibere et quasi everriculo (s. indagine) capere, vid. *Valcken.* ad Herodot. l. l. Locum nostrum, memoria lapsus Herodoto eum tribuens, *Strabo* X. p. 687. T. IV. p. 30. respexit: τὴν μὲν οὖν ἀρχαίαν πόλιν κατέσκαψαν Πέρσαι, σαγηνεύσαντες, ὥς φησιν Ἡρόδοτος, τοὺς ἀνθρώπους τῷ πλήθει, περιχυθέντων τῶν βαρβάρων τῷ τείχει. Vid *Gottleb.* ad Menex. c. 10. p. 38.

πλήν γε Λακεδαιμονίων. Cf. *Herodot.* VI, 106. *Isocrat.* Panegyr. c. 24. et *Menex.* p. 38. Variae afferuntur causae, cur Lacedaemonii sero venerint; *Herodotus* l. l. dies festos, Hyacinthia, in causa fuisse memorat (v. *Valcken.* ad VII. p. 601.), *Iustinus* II, 9. quatridui religione eos impeditos fuisse scribit (cf. *Oros.* II, 8. Etenim secundum legem Lycurgi, quam *Lucianus* de Astrolog. §. 25. T. I. p. 597. Schmied. attingit, ante plenilunium ad pugnam exire Lacedaemoniis non licebat. Cf. *Herodot.* VI, 106. *Pausan.* I, 28. 4.). Mox λεγόμενον, quod vulgo cum ἴομεν connectitur, ab eo disiunximus, ut sit: vel si quid aliud, quod refertur, eos impedivit, h. e., vel si quid aliud ipsos impedivisse dicitur. Deinde οὖν orationem redorditur, v. *Valcken.* Opusc. philol. T. II. p. 306. Pro ὕστερον Cod. Voss. ὕστεροι.

διὰ τὸ Μαραθῶνι γενόμενον. Cod. Voss. ἐν addit, sed praepositio in hac structura omitti solet, ut ἡ Μαραθῶνι μάχη, *Eupol.* ap. Longin. XVI. §. 3. *Demosthen.* π. συντάξ. p. 172. et adv. Aristocr. p. 686: Μιλτιάδην τὸν ἡγούμενον Μαραθῶνι. De

fals. legat. p. 441: οἱ Μαραθῶνι καὶ Σαλαμῖνι. *Aristid.* T. II. p. 175. Cf. *Wernsdorf.* ad Himer. p. 58. *Gottleber.* ad Menex. p. 59. et *Schäfer.* ad Lamb. Bos. Ellips. graec. p. 698.

P. 120. Ἄθω — διορυττόμενον cet. Quantopere Graeci Xerxis copias resque gestas oratione exaggeraverint et in suam ipsi laudem tantum non fabulis exornaverint, inter omnes constat. Sic *Lysias* epitaph. T. V. p. 94: ζεύξας μὲν τὸν Ἑλλήσποντον, διορύξας δὲ τὸν Ἄθω. *Isocrat.* Panegyr. c. 25: πρὶν ἐξεῦρε καὶ συνηνάγκασεν, ὃ πάντες θρυλλοῦσιν, ὥςτε τῷ στρατοπέδῳ πλεῦσαι μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεῦσαι δὲ διὰ τῆς θαλάττης, τὸν μὲν Ἑλλήσποντον ζεύξας, τὸν δὲ Ἄθω διορύξας. *Aeschines* contra Ctesiph. T. III. p. 522: οὐχ ὁ μὲν τῶν Περσῶν βασιλεὺς ὁ τὸν Ἄθω διορύξας, ὁ τὸν Ἑλλήσποντον ζεύξας cet. *Iustinus* II, 10: fiducia virium, veluti naturae ipsius dominus, et montes in planum deducebat, et convexa vallium aequabat, et quaedam maria montibus sternebat. Hinc *Lucianus* irrisor rhet. praec. §. 18. T. II. p. 299: καὶ ἀεὶ ὁ Ἄθως πλείσθω καὶ ὁ Ἑλλήσποντος πεζευέσθω. Cf. *Diodor. Sic.* XI, 2. p. 404 sq. *Voss.* ad Pompon. Mel. II, 2. et *Spanhem.* ad Iulian. Orat. T. I. p. 194 sq.

οὐδέ. Sic scripsimus pro οὔτε, quod, quo referatur, nihil habet. Monuit de hoc etiam *Böckhius.* Mox Cod. Voss. τὸ πρότερον pro τὸ πρῶτον. *Ficinus:* „primo illorum ingressu.“

οὐδεὶς τότε ἐβοήθησεν. Alii tamen Plataeenses tradunt Athenienses auxilio iuvasse, et *Herodotus* quidem VI, 108. πανδημεὶ eos opitulatum venisse scribit, *Cornel. Nep.* vit. Miltiad. c. 5. et *Iustinus* II, 9. mille misisse militum memoriae produnt.

χιλίων καὶ ἔτι πλειόνων. Classis Persarum mille et ducentarum navium longarum traditur fuisse, v. *Isocrat.* Panegyr. c. 26. 27. 33. Panath. 56. *Cornel. Nep.* Themistocl. vit. c. 2. *Aeschylus* vero Pers. 339. *Herodot.* VII, 59. *Plutarch.* Themistocl. vit. p. 119. B. al. mille ducentarum et septem navium eam fuisse referunt. Vid. *Stanlei.* ad Aeschyl. l. l.

μόνην δ' οὖν. Scripturam μόνην Cod. Voss. debemus. Vulgo scribitur μόνον δ' οὖν βλέψαντες — μαχομένους. ἐπὶ δὲ τῆς ἐλπίδος cet., in quibus coniungenda male disiuncta, disiungenda vero coniuncta reperimus. Confirmatur scriptura nostra *Ficini* verbis: „unam vero salutem quamvis tenuem dubiamque solummodo videbant. Nam cum respicerent — hac spe evecti, in se

ipsis ac diis tantum invenerunt sibi refugium fore." Ad *βλέψαντες* int. *γάρ*, nempe, scilicet, quod centies sic omittitur. Ald. *ἄπορον μόνον δ' οὖν· βλέψαντες.* Lov. *ἄπορον. μόνον δ' οὖν. βλέψαντες.* Bas. 1. et 2: *ἄπορον. μόνον δ' οὖν βλέψαντες.* Mox *δὲ* post *ἐπὶ* offendere non debet; solet enim interponi in oratione interrupta, ut supra *ὕστερον δ' οὖν ἀφίκοντο.* VI, 21. 780. A. Vid. ad Polit. VII, 15. p. 811. C. et *Schäfer.* ad Gregor. Corinth. p. 3. — *ἐπὶ ἐλπίδος ὀχεῖσθαι*, *spe vehi*, est i. q. *ὑπὸ ἐλπίδος ἄγεσθαι* (Phaedon. p. 282.), *spe duci;* vid. *Hemsterhus.* ad Lucian. T. I. p. 216. Bip. *Porson.* ad Eurip. Orest. 68. et *Wyttenbach.* ad Phaedon. p. 227. — Verbis *ἐξ ἀπόρων* Cod. Voss. adiicit *καὶ τότε.* Deinde Aristid. *αὐτοῖς — αὐτοὺς — ἐποίει — ὅτε — ᾧ δουλεύοντες τοῖς ἔμπροσθεν — καὶ ᾗ.*

ᾗς ὁ δοῦλος. Sic scribendum esse pro *ᾗς ὁ δειλός*, primo statim adspectu videmus. Accedit, ut *Ficinus* vertat: „quo quisquis afficitur, liber est et interritus." Emendationem illam etiam *Heusdius* Specim. crit. in Plat. p. 112. (ubi pluribus hanc sententiam exemplis illustravit), *Heindorfius* Specim. coniect. in Plat. p. 32. et *Faehsius* in Syllog. lectt. p. 383. proposuerunt. Praeterea *Heindorfius* ante *τότε* interponi iubebat *τό*, propter praegressa: *ὁ φόβος ὁ τότε παρών;* sed obstat particula *μή* ante *δέος* posita. Ceterum abstractum *ὄν*, int. *φόβον*, pro concreto positum est; significantur enim ipsi Athenienses, quorum animis verecundia legum illa, quam pudorem (*αἰδῶ*) nuncupat, insita erat. Vid. ad III, 5.

CAP. XV.

πρὸς γάρ σέ. Sic Ald. Lov. Bas. 1. et 2. Vitiose *Stephanus* scripsit *πρὸς γάρ σε.* Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *πατρῴων*, quod *Stephanus*, tacite, ut solebat, Ficinum secutus, in *πατέρων* mutavit. *Φύσις* tunc esset ingenium (v. *Valcken.* diatrib. in Eurip. p. 76. B.), h. e., *nativa virtus*, et *κοινωνός* (cum dativo coniunctum, quod rarioris usus est) *particeps.* Sed hoc neutiquam satisfacit. Ni fallor, scribendum est: *κοινωνὸν δή* (scilicet: ut qui — fueris, vid. *Marcland.* ad Eurip. Suppl. 521.) *τῶν πατρῴων φύσει* (int. *ὄντα*): ut qui rerum patriarum (rerum a maioribus nostris gestarum) naturalis sis socius (propter hospitium videlicet Atheniensibus cum Megilli familia intercedens; vid. ad I, 11. p. 642. B.). Pro *πατρῴων* vero malim *πατρίων* scribere, quia *πατρῷα* plerumque dicuntur, quae ad patrem spectant, *πάτρια* ve-

ro, quae ad maiores patriamque universam pertinent. Vid. interpp. ad Lucian. Soloecist. §. 5. *Hutchinson.* ad Xenophont. Anab. VII. p. 575. Oxon. et *Fischer.* ad Weller. T. III. P. I. p. 256.

P. 121. *εἰ τὰ — προσήκοντα.* Sic *Stephanus* correxit vulgatum *εἴ τι. Τὰ προσήκοντα* est i. q. *ἃ προσήκει*, vid. ad Phaedr. p. 379. ibique excita is adde Legg. VI, 22. init. *τὸ κατεπεῖγον.* VII, 17. p. 814. A: *τοὺς φυλάξοντας.* X, 8. p. 898. C: *ἡ περιάγουσα.* *Antiphon* de Herod. nece orat. T. VII. p. 752: *ἄλλως τε καὶ ἐὰν μὴ ᾖ ὁ τιμωρήσων* (h. e. *ὃς τιμωρήσει*). p. 762. et 763: *καὶ μὴ ἔστιν ὁ τιμωρήσων.* *Andocid.* adv. Alcibiad. p. 119. T. IV: *ἐπεὶ διὰ τὸν πλοῦτον ἔχει πολλοὺς τοὺς βοηθήσοντας.* *Demosthen.* Philipp. I. p. 45: *εἰσὶ γάρ, εἰσὶν οἱ πάντ' ἐξαγγέλλοντες ἐκείνῳ.* al. *Προσήκειν πρός τι* vel *τινί* est pertinere ad aliquid, haud alienum esse ab aliqua re, ut *Aeschin.* adv. Ctesiph. p. 428. T. III: *καὶ παρέξονται νόμον οὐδὲν προσήκοντα τῇδε τῇ γραφῇ.* Sensus igitur est: considerate, num ea dicamus, quae coniuncta sint cum legum dandarum ratione. Similiter *Ficinus* vertit: „considerate, si, quae ad legum lationem pertinent, dicimus."

οὐ λέγω δ' ἕνεκα, i. e., *ἕνεκα δὲ τούτου, ὃ* (i. e., *περὶ οὗ*) *λέγω.* *Stephanus* recte exponit: *non enim haec confabulandi gratia dico, sed ad confirmandum id, de quo sermo est institutus.* Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ita scribunt: *διεξέρχομαι. οὐ λέγω δ' ἕνεκα, ὁρᾶτε γάρ*, et sic *Cornarius* cum Ficino vertit. *Ὁρᾶτε γάρ, ἐπειδή*, *ipsi enim videtis, quandoquidem*, est: *ut ipsi videtis* (hucusque exposita ad rationem civilem pertinere), *quum* cet. Pro *ἄγουσι* *Stephanus* monet legi quoque *ἀγαγοῦσι.* Deinde *τὸν — λεγόμενον*, int. *λόγον*, legi idem vir doctus memorat.

διῃρημένη γὰρ τότε ἦν cet. Cod. Voss. *γὰρ δὴ τότε.* De variis poesis Graecorum lyricae generibus vid. lib. nostr, qui inscribitur *Grundriss der Philologie* p. 1 o sq. Ceterum ex his verbis *S. Petitus* Legg. Attic. p. 153. hanc Solonis legem finxit: *τὴν μουσικὴν κατ' εἴδη ἑαυτῆς διαιρεῖσθαι καὶ οὐκ ἐξεῖναι ἄλλῳ εἰς ἄλλο καταχρῆσθαι μέλους εἶδος: musica in sua genera distribuitor, eaque ne invicem permutantor.*

Διονύσου γένεσις. De dithyrambo vid. libr. laud. p. 94. ibique laudatis adde *Phot.* Biblioth. Cod. 239. p. 986. 10. *Tzetz.* Schol. in Lycophr. V. I. p. 252. ed. Müller. et *Timkowsky* in Beckii Act. Semin. Reg. V. I. p. 205 sq.

νόμους τε αὐτὸ τοῦτο ὄνομα, hoc ipso nomine, igitur eodem, quo leges, vid. IV, 12. p. 722. E. ubi leges dicuntur veri *νόμοι* et carminibus opponuntur. Cf. VII, 8. p. 799. E. Sensus est: etiam carmina quaedam *νόμους* appellabant. Scilicet *νόμος* proprie dicebatur modus ac numerus praescriptus a musico, deinde ipsa carmina, praecipue in Apollinem, *νόμοι* vocabantur, vid. lib. nostr. p. 102. et *Wernsdorf.* ad Himer. p. 571 sq. Veteres porro constat, quum litterarum adhuc expertes essent, leges, in tabulis nondum descriptas, cantasse, ne earum obliviscerentur. *Aristotel.* Problem. XIX, 28: *διὰ τί νόμοι καλοῦνται, οὓς ᾄδουσιν; ἢ ὅτι, πρὶν ἐπίστασθαι γράμματα, ᾖδον τοὺς νόμους, ὅπως μὴ ἐπιλάθωνται· ὥσπερ ἐν Ἀγαθύρσοις ἔτι εἰώθασι.* Cf. *Aelian.* V. H. II, 39. et *Bentlei.* dissert. de Phalar. epist. in Opusc. philol. p. 361. ed. Lips. Itaque factum est, ut legibus et cantibus unum idemque nomen imponeretur. — In Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ante *αὐτό* extat *ἄν*, quod, quum locum hic habere non possit, et ex prima vocis *αὐτό* syllaba haud dubie natum sit, merito *Stephanus* exterminavit.

κιθαρῳδικούς. Eximie enim *νόμοι* dicebantur citharoedorum cantus, vid. IV, 12. p. 722. D. VII, 8. p. 799. E. *Procl.* in Tim. II. p. 108. *Archytas* ap. Stob. Serm. XLI. p. 270. 6: *καὶ τὰ τῶν κιθαρῳδῶν δὲ ᾄσματα νόμοι.*

ἄλλῳ. Cod. Voss. *ἄλλο.* Sed *εἰς* est *instar, pro*, ut IX, 8. p. 867. B: *εἰς εἰκόνα ἄμφω θεῖναι.* Vid. *Ruhkopf.* ad Senec. T. IV. p. 145.

οὐ σύριγξ ἦν, i. e., sibilus s. explosio; *σύριγξ* enim, pastoritia fistula (v. *Cicer.* Epist. ad Attic. I, 3. Clav. Cicer. h. v. *Muret.* Var. Lectt. I, 19. et *Salmas.* ad Solin. p. 156.) sibilans pro ipso sibilo ponitur; hinc *συρίττειν*, sibilo eiicere s. exsibilare. Recte vertit *Cornarius:* „auctoritas autem cognoscendi haec — non in sibilo posita erat neque in quibusdam a Musis alienis multitudinis vociferationibus." *Τὸ κῦρος* est: id, quod auctoritatem s. potestatem habebat, penes quod erat arbitrium harum rerum, h. e., neque ex sibilo s. explosione, neque ex multitudinis applaudentis clamore haec aestimabantur. *Τὸ κῦρος* (i. q. *τὸ κύριον*) cum genitivo *τούτων*, sequente infinitivo *γνῶναι*, coniunctum est, ut ap. *Demosthen.* adv. Aristocrat. p. 689. T. I: *τότε μὲν τῷ κυρίῳ τῶν φόρων γενομένῳ τάξαι Ἀριστείδῃ οὐδεμιᾷ δραχμῇ πλείω τὰ ὑπάρχοντα ἐγένετο.*

P. 122. *δεδογμένον.* Hanc scripturam *Stephanus*, nescio e quo libro, affert pro *δεδομένον*, quod sensu caret. *δεδογμένον ἦν*, decretum erat, pervulgati est usus. Mox pro *αὐτοῖς Stephanus* malebat *αὐτῆς*, sed *αὐτοῖς* recte habet, quum oppositum sit *παισὶ δὲ καὶ παιδαγωγοῖς* cet. Ceterum *γίγνεσθαι περὶ παίδευσιν* esse in disciplina tradenda versari s. occupatum esse, et h. l., disciplinae praeesse, vix monere attinet. Qui exempla quaerit, is adeat *Vigerum* p. 656.

ῥάβδου κοσμούσης ἡ νουθέτησις est admonitio per virgam vel baculum castigantem et in ordinem redigentem. Respexit haec *Pollux* III, 153. p. 348.

ταῦτ' est *κατὰ ταῦτα*, hac ratione, ita, vid. ad c. 9. Sine causa *Heindorfius* Spec. coniectur. p. 32. scribi volebat *τούτων οὕτω τεταγμένων*. *Ταῦτ'* et *οὕτω* posita sunt *ἐκ παραλλήλου*, vid. ad I, 5. Mox *ἄρχοντες ἐγίγνοντο* (i. q. *ἦρχον*, vid. II, 11.: auctores erant s. incipiebant a musicae artis legibus discedere.

ὑπ' ἀγνοίας. Vulgo *ἀνοίας*, vid. ad c. 8. De re ipsa, cf. II, 5 sq. Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *μουσικήν*. *Ficinus*: „asserentes, eam quidem nullam rectam in se normam habere, sed audientis voluptate — rectissime iudicari.“ *Μουσικῆς καταψευδόμενοι* est: de musica falsa dicentes s. existimantes, ut leg. VII, 22. p. 821. B: *καταψευδόμεθα — θεῶν*. XII. init. *καταψευδόμενος τῆς πόλεως*. Epist. III. p. 319. D. Phaedon. p. 358. Polit. II, 20. p. 381. D. al.

ἐν αὐτῇ, int. *τῇ μουσικῇ*, quod petendum e voce praegressa *μούσαις*.

ἦρξε, incepit, h. e., originem duxit s. exorta est ex musica omnium in omnibus sapientiae opinio et insolentia. Pro *ξυνεφέσπετο* Cod. Voss. *ξυνεφέπετο*, forma vulgari pro poetica illa, quae prosae quoque orationis auctoribus nonnunquam frequentatur. Sic Epinom. 6. p. 982. D: *οὕτω τοῖς ἄφροσι ξυνεφέσπετο τὸ πλῆθος*. *Thucyd.* I, 60: *ἐθελονταὶ ξυνέσποντο*. VII, 57: *αστύνομοι ξυνέσποντο*. Similiter *ἐπίσπεσθαι* ap. *Xenophont.* Cyropaed. IV, 5. 52. reperitur, al.

λίαν ἀποτετολμημένης, ex libertate nimium ausa, nimis dissoluta, in nimiam licentiam progressa. Similiter active legitur hoc verbum ap. *Plutarch.* vit. Galb. p. 1064. D: *διὰ τὴν ὀλιγότητα τῶν ἀποτετολμημένων*. *Stephanus* Thesaur. T. III. p. 1586.

B. non satis recte scribit: „affertur et ἀποτετολμημένη ἐλευθερία pro libertas in extremam licentiam redacta. Fortasse melius aliquis verterit: libertas ad extremam et desperatam audaciam seu confidentiam deducta."

CAP. XVI.

P. 123. *Τιτανικὴν φύσιν.* *Cicero* de legib. II, 2. §. 5: „Noster vero Plato Titanum e genere statuit eos, qui, ut illi coelestibus, sic hi adversentur magistratibus." — Mox ante *ἐπὶ τὰ αὐτὰ — ἀφικομένους — μὴ λῆξαί ποτε* intell. *ὥστε* (vid. ad II, 8.), quod *Stephanus* excidisse opinabatur. *Ficinus* vertit: „unde ad priscam illam tyrannicamque revoluti naturam eadem illa iterum patiemur duraque secula rursus degemus, nec malorum finem ullum reperiemus." — De interrogatione *τίνος δὴ — χάριν* cet. vid. ad I, 5.

ἀναλαμβάνειν, currentem reprimere, proprie de equo usurpatur, ut ap. *Xenophont.* de re equestr. III. 5: *δεῖ γε μὴν εἰδέναι, καὶ εἰ ἀφεθεὶς εἰς τάχος ἀναλαμβάνεται ἐν βραχεῖ καὶ εἰ ἀποστρέφεσθαι ἐθέλει.* VIII, 7: *χρὴ γάρ, ὁρμῶντος μὲν ἐξαίφνης ἵππου, προνεύειν — ἐν σμικρῷ δὲ ἀναλαμβανομένου, ἀναπίπτειν.* Idcirco *Pollux* I, 205: *ἀναλαμβάνειν (τὸν ἵππον), ὅπερ καὶ ὑπολαμβάνειν καλεῖται καὶ κατέχειν καὶ ἠρεμίζειν καὶ ἀνέχειν.* Ad orationem translatum, est sermonem restringere vel reprimere, disputationem resumere, retractare, vid. *Wyttenbach.* ad Plutarch. de ser. num. vind. p. 72.

ἀχάλινον — τὸ στόμα, ut *γλῶσσα ἀχάλινος* dicitur, quae sibi temperare nequit, *Eurip.* Bacch. 385. (vid. *Iacobs.* in Antholog. graec. T. II. P. I. p. 124.). Similiter Protagor. p. 338. A: *ἀλλ' ἐφεῖναι καὶ χαλάσαι τὰς ἡνίας* (habenas effundere, vid. *Ruperti* ad Iuvenal. XIV, 230.) *τοῖς λόγοις.* — Pro *ἑκάστοτε* Censor in Ephemerid. liter. Halens. 1805. n. 20. scribi volebat *ἕκαστον*, sine causa; subiectum est persona indefinita (man), vid. ad I, 7.

ἀπό τινος ὄνου πεσεῖν. Cod. Voss. *ἀπὸ νοῦ*, ut Schol. Aristoph. ad Nub. 1276. p. 107. ed. Küster. (Hermann. p. 218.), *Suidas* T. I. p. 288. et *Mich. Apost.* IV, 1. Sed recte habet *ἀπὸ*

ὄνου πεσεῖν, ab asino delabi s. cadere, quod de iis usurpatur, qui inconsulte quid agunt et imperite; quanquam, ut bene iam *Erasmus* (Adag. Chil. I. Cent. VII. p. 200.) observavit, in graeco proverbio faceta quaedam similitudo inest cum illis: ἀπὸ νοῦ (quod inprimis ex Aristoph. Nub. 1275. perspicitur, vid. Erasm. l. l.); quo quidem etiam factum est, ut saepius inter se permutarentur ἀπ' ὄνου et ἀπὸ νοῦ. De proverbio ἀπ' ὄνου πίπτειν praeterea cf. *Beroald.* ad Apulei. Asin. aur. I. p. 21. ed. Lugd. 1614. T. I. et *Iacobs.* ad Antholog. graec. V. II. P. II. p. 518. Τινός est *forte*, *etwa*, vid. ad I, 12. Ceterum hunc locum reddidit *Erasmus* l. l.: „mihi sane videtur sermo velut equus undiquaque restringendus, ne tanquam os habens effrene, impetu abreptus iuxta proverbium ab asino tanquam a mente excidat." Quae *Grynaeus* in Ficini translationem intulit.

τίνος δὴ χάριν ἕνεκα. Sic libri omnes editi pariter atque scripti (vid. *Bast.* ad Gregor. Corinth. p. 33.). *Böckhius* p. 197. alterutrum esse delendum censebat, duas praepositiones contendens „nunquam iungi ἐκ παραλλήλου, nisi quarum alterutra possit absque casu scribi, ita ut adverbii teneat locum: quod neque χάριν potest neque ἕνεκα." (Vid. *Hermann.* ad Viger. p. 808. n. 363.) Et in viri illius sententiam discessit *Bastius* l. l., qui ἕνεκα pro glossa habet. Bene contra *Hermannus* in Mus. Antiquit. stud. V. I. Fasc. I. p. 202. provocavit ad illud ἀπὸ βοῆς ἕνεκα (*Thucyd.* VIII. 92.) vel ἕνεκεν (*Xenophont.* Hist. graec. II, 4. 31.); de quo v. *Wyttenbach.* ad Eclog. histor. p. 414.

πολιτείας — ἐπέσκοποῦμεν: civitates s. imperia consideravimus (int. Persicum et Atheniense), liberrimum et maxime regale eligentes. *Ficinus* vertit: „propterea duas gubernationum species in medium adduximus;" unde cum *Böckhio* suspicari possis, legendum esse δύο εἴδη πολιτείας. Et sane excidisse videtur aliquid, v. c. δύο vel ἐκείνας (civitates supra dictas, Persicam et Atheniensem). Quanquam coniicere etiam possis, πολιτείας e margine irrepsisse; hac enim voce omissa, nihil ad sensum desiderabis: Τούτων ἕνεκα δή, τήν τε δεσποτικωτάτην προελόμενοι καὶ τὴν ἐλευθερικωτάτην, ἐπεσκοποῦμεν νυνί, πότερα τούτων ὀρθῶς πολιτεύεται: hanc igitur ob causam liberrimum et maxime regale imperium elegimus, ut videremus, utrum recte administretur, h. e., utrum utri praeferendum videatur. Et πολιτείας facile e prae-

gresso ἡ νομοθετουμένη πόλις (i. e., civitas) suppletur, vid. ad I, 6. In his igitur sine librorum MSS. auxilio nihil certi statuere possumus. — Ceterum νυνί cum praeterito coniunctum observa, quum Grammatici νῦν quidem tribus temporibus, νυνί vero praesenti duntaxat iungi tradant, vid. *Eustath.* ad Il. β'. p. 124. Odyss. σ'. p. 1840. *Ammon.* p. 99. Etymol. M. p. 608. *Hesych.* *Thom. M.* al.

λαβόντων — ἑκατέρων. Vulgo λαβόντες — ἑκατέρας, quod neminem interpretum offendisse, satis mirari non possum, quum aperte mendosum sit. Primum enim ἑκατέρας et τῶν μέν — τῶν δέ sibi adversantur; deinde λαβόντες (quod esset ponentes s. statuentes, relatum ad κατείδομεν) et ἀγαγόντων, quomodo cohaereant, non perspicio. Offendere praeterea possit τῶν μέν — τῶν δέ pro τῆς μέν — τῆς δέ, sed quum in sequentibus repetatur τῶν μέν — τῶν δέ, nolim haec tentare; nam etsi proprie de civitatibus agitur, tamen pluralis τῶν et οὔτε τοῖς οὔτε τοῖς recte habet, quum per synthesin, quae dicitur, genus mutetur, ac si de *civibus* sermo sit, vid. ad II, 4. Restant igitur illa ἑκατέρας et λαβόντες, illud sequentibus τῶν μέν — τῶν δέ, et hoc participio ἀγαγόντων adversans. Iam quum illa ἐπὶ τὸ ἄκρον ἀγαγόντων ἑκατέρων τῶν μὲν δουλείας cet. nonnisi ita sensum, quem orationis cohaerentia postulat, nanciscantur, ut cives pro civitatibus positos intelligas, etiam praegressa λαβόντες αὐτῶν — τῶν μέν — τῶν δέ ita capiantur necesse est. Idcirco λαβόντες, quod ad εἴπομεν referendum esset, in λαβόντων et ἑκατέρας in ἑκατέρων esse mutandum existimo. Hac demum ratione omnia optime cohaerent: λαβόντων δὲ αὐτῶν ἑκατέρων (int. πολιτῶν, pro: πολιτειῶν λαβουσῶν cet.) μετριότητά τινα (i. e. ὅτε ἑκάτεροι, cives utriusque civitatis, Persicae et Atheniensis, μέτρον s. τὸ μέτριον εἶχον), τῶν μὲν (cives imperio Persico subditi) τοῦ δεσπόζειν (i. e., ἐν τῷ δεσπόζειν), τῶν δὲ (cives reipublicae Atheniensis, τοῦ ἐλευθεριάσαι, κατείδομεν, ὅτι τότε διαφερόντως ἐν αὐταῖς (ταῖς πολιτείαις, licet masculinum praecesserit, ac si de civibus sermo sit) ἐγένετο εὐπραγία, ἐπὶ δὲ τὸ ἄκρον ἀγαγόντων (ἄγειν, int. ἑαυτόν, est proficisci, ire, venire, igitur h. l. progredi s. procedere; v. *Zeun.* ad Viger. p. 186.) ἑκατέρων, τῶν μὲν (intellige Persico regno subiectos) δουλείας (sc. ἐπὶ τὸ ἄκρον: ad summam servitutem), τῶν δὲ (int. Athenienses) τοὐναντίον (i. e., ἐλευθερίας, ad summam libertatem), οὐ ξυνήνεγκεν οὔτε τοῖς οὔτε τοῖς (neque his neque illis. Similiter IV, 23. p. 784. C: ἡ μὴν ἀδυνατεῖν τὸν καὶ τὸν βελτίω ποιεῖν. IX,

12. p. 874. C: τῷ κτείναντι τὸν καὶ τόν. al.). Haec postrema ad sensum recte vertit *Cornarius:* „si vero ad summum utraque adducta esset servitutis altera, contraria libertatis, neutri hoc conducere." Pro ἀγαγόντων Cod. Paris. ἀγαθόν τῶν. γρ. ἀγαγόντων.

P. 124. περιλιπεῖς. Cod. Voss. περιλειπεῖς, vitiose. Περιλιπής est i. q. περίλοιπος, superstes.

τίς ποτ' ἂν ἔλεγχος γίγνοιτο cet. Ecquae reprehensio erit, in quam incurramus, sc. quod non sufficienter res in quaestionem vocatae a nobis expositae sint, h. e., nonne nobismet ipsis videbimur satisfecisse? Pro vitioso ὑμᾶς, quod libros omnes occupavit, e cod. Voss. recepimus ἡμᾶς, quod *Ficinus* quoque expressit.

πρὸς οἰωνόν τινα ποιοῦμαι: hoc, quod provincia mihi demandata est coloniam deducendi et quod vos conveni, pro augurio fere (s. omine fausto) habeo. Pro πρός (insolentius est enim ποιεῖσθαι πρός, nec exemplum huius locutionis me invenisse memini) suspicetur fortasse quispiam, scribendum esse ὡς: hoc quasi pro augurio s. omine quodam habeo. — De verbis ἡ πλείστη τῆς Κρήτης vid. ad III, 6.

ἡμᾶς ἀρέσουσι. Cod. Voss. ἀρέσκουσι, sed rei convenientius futurum est. Ceterum ἀρέσκειν etiam quarto casui iungitur, ut VII, 15. p. 811. E. c. 22. init. Polit. VIII, 557. B. Vid. *Maittair.* de dialect. p. 105. *Spanhem.* ad Aristoph. Plut. 353. *Koen.* ad Gregor. Corinth. p. 66. ed. Schäfer. *Fischer.* ad Weller. T. III. P. I. p. 410. *Heindorf.* ad Cratyl. p. 29. et *Matthiae* Gramm. graec. p. 512.

ἑτέρωθεν, aliunde, pro ἑτέρωθι, alibi (h. e., alius urbis), positum est, ut solent praepositiones et adverbia motum significantia permutari cum his, quae commorationem indicant.

ξυστησώμεθα. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. συστησόμεθα. Sensus vero coniunctivum postulat, ut *Ficinus* quoque vertit: „collectis undique legibus oratione condamus ab initio civitatem."

P. 125. Οὐ πόλεμόν γε ἐπαγγέλλεις. Οὐ πόλεμον ἀγγέλλειν s. ἐπαγγέλλειν, noto proverbio, is dicitur, qui rem lae-

tam nuntiat, vid. *Erasm.* Adag. p. 527. et nostra ad Phaedr. p. 270.

προόσαντες, molestum, incommodum. Hesych. *προσάντης*, *σκληρός*, *ἐναντίος*, *δυσχερής*, *ἐχθρός*, *ἀηδής*.

Εὖ λέγεις, *καὶ μήν*. Vulgo verba *Εὖ λέγεις* Cliniae et *Καὶ μὴν* — *ἐμοῦ* Megillo tribuuntur. Veram orationis distributionem servavit *Ficinus* vertens: „*MEG.* Probe dicis: ego quoque paratus sum." De *τὰ παρ᾽ ἐμοῦ* vid. ad I, 11.

LIBER QUARTUS.

CAP. I.

P. 128. ὅ τι δεήσει καλεῖν, int. ὄνομα, vid. ad II, 1. Deinde ad τοῦτο μὲν γάρ (int. ὄνομα) e sequentibus repete προςθείη vel ex hoc verbo aliud supple, velut θεῖτο (ὄνομα τίθεσθαι est enim nomen imponere s. dare), ut verbis ἢ ποταμοῦ τινός — τῇ πόλει nova quasi oratio contineatur, quemadmodum *Ficinus* vertit: *id enim forsan aut coloniae auctor dabit aut locus. Vel etiam fluvii aut fontis aut deorum, qui ea in regione sunt, alicuius civitatem novam suo cognomine nuncupabit.* Praeterea notanda est amplificatio orationis in verbis ἐπωνυμία — προςθείη τὴν αὐτῶν φήμην pro: ποταμός τις ἢ κρήνη ἢ θεῶν τις τῶν ἐν τῷ τόπῳ προςθείη τὴν ἑαυτοῦ ἐπωνυμίαν (i. e., ὄνομα). Mox verba τόδε δέ cet. transscripsit *Eusebius* Praep. Ev. XII, 48. p. 617. B. Pro περὶ αὐτῆς Bas. 1. 2. τὴν αὐτῆς, vitiose; deinde ταννῦν pro τὰ νῦν.

κατὰ ταῦτα αὐτῆς, int. χωρία, in hac ipsius regione, sc. ad mare versus. Hinc sequitur ταύτῃ, hac parte, in hac regione. Verba per se perspicua miror interpretibus difficultatem attulisse. Euseb. exhibet κατ' αὐτῆς, quod *Stephanus* merito reprobat. *Vigerus* ad Euseb. p. 59. adnotat: „forte: κατὰ ταυτὰ αὐτῆς vel brevius κατ' αὐτήν.“ Sine causa. *Ficinus* simpliciter vertit: „*Portus vero suntne prope? an mare illud penitus importuosum?*“ *Cornarius* autem recte *ea parte* habet, αὐτῆς vero praetermisit. Mox Euseb. οὖν αὕτη pro οὖν ἐστὶ ταύτῃ. Etiam in Cod. Voss. deest ἐστί, quod salvo sensu abesse potest.

Τί δὲ περὶ αὐτὴν ἡ χώρα, πότερα cet. Sic libri veteres; *Stephanus* vero interpunxit: Τί δέ; περὶ αὐτὴν ἡ χώρα. Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. γείτων δὲ αὐτῆς, Euseb. αὐτῇ, quod *Stephano* rectius videbatur esse; sed γείτων et genitivo et dativo iungitur (v. *Thom. Mag.* h. v.), ut *Xenoph.* Anabas. III, 2. 3: ὡς γείτων εἴη τῆς Ἑλλάδος. Pronomen vero αὐτῆς etiam ad πλησίον referri potest, ut verba construenda sint: πλησίον δὲ αὐτῆς ἆρ'

ἔσται τις πόλις γείτων, i. e., urbs quae, eam ipsam ob causam, quod propinqua est, illius vicina nominari possit. Solent enim saepenumero nomina apponi, id ipsum significantia ideoque amplificantia quodammodo, quod in verbis praegressis iam latet.

ἐξοίκησις. Revocavimus lectionem librorum, quos inspeximus, omnium praeter unum Stephanianum, in quo ἐξοίκισις scribitur (quod *Ficinus* videtur confirmare vertens: „prisca enim quadam hominum inde facta expulsione magno temporis spatio iacet regio desolata“). Ἐξοίκισις est enim expulsio, ἐξοίκησις vero demigratio; et Magnetum h. l. significatur demigratio (Cf. VIII, 12. p. 848. D.), quos sedibus suis expulsos esse, ecquis memoriae prodidit? Idcirco non est, quod a veteri scriptura ἐξοίκησις discedamus.

P. 129. Τί δ' αὖ πεδίων cet. Genitivi sunt absolute positi, vid. ad I, 14. *Ficinus* vertit: „Quo ad campos autem montesque et silvas pertinet, quo pacto disposita est;“ ut hos genitivos ad praegressa videatur retulisse. — Pro τί δ' αὖ Cod. Voss. τί δαί.

ὅλη. Euseb. ὅλη. *Ficinus* videtur ὅλης legisse, quum vertat: „similis est reliquae totius Cretae naturae.“ *Cornarius:* „tota similis est natura reliquae Graeciae (sic).“ Mox *Ficinum* secuti, vertentem: „Asperam igitur ipsam potius et silvestrem, quam campestrem esse dicis?“ post λέγοις interrogationis signum posuimus.

ἀνίατος, i. q., ἀνήκεστος, proprie est, qui sanari nequit, tunc in universum cui nihil opis ferri potest, igitur perditus, ut h. l.: non tamen ea erit, quae adiuvari non possit in virtute acquirenda, h. e., non tamen adeo perdita erit, ut virtutem capere non possit.

ἐπιθαλασσία cet. *Strabo* VII. §. 9. T. II. p. 368: καὶ Πλάτων δὲ ἐν τῇ πολιτείᾳ τὴν θάλατταν ὡς πονηροδιδάσκαλον φεύγειν οἴεται δεῖν ὅτι πορρωτάτω τοὺς εὖ πολιτευομένους, καὶ μὴ οἰκεῖν ἐπ' αὐτῇ. *Salmasius* Excercitatt. Plin. in Solin. T. I. p. 432.: „ideo fugiebant mare et quam longissime poterant ab littoribus et portubus sese amovebant Hesseni, ne puritati ac tranquillitati vitae, quam sectabantur, maritima commercia nocerent, quae subdolos mores cum mercibus et mille offucias invehunt et fallendi decipiendique artes.“

ὅμως δὲ ἀγαπητὸν καὶ τοῦτο: boni tamen consulendum s. praeclare cum ea agi putandum est, quod a mari remota erit (urbs). Verba deinde πρόσοικος cet. excitat *Stobaeus* Serm. XLI. p. 266. 25., ubi scribitur θαλάττῃ. Mox γὲ μήν est attamen, vid. ad I, 5. et in voce ἁλμυρόν impuritatis notio inest, vid. ad Phaedr. p. 275.

παλίμβολα cet. Παλίμβολος proprie dicitur, qui in contrarium (huc atque illuc, in utramque partem; nota est haec vocis πάλιν significatio in compositis verbis) vertitur s. flectitur. Male, si quid video, Harpocration, quem *Ruhnken.* ad Tim. p. 205. sequitur, explicat: ὁ πολλάκις ἐπ' ἐμπολῇ μεταβεβλημένος, παλίμπρατος; rectius *Erasmus* Adag. p. 454: „qui facile in diversum revolvitur," et Timaeus Lexic. Plat. πολυμετάβολος καὶ ἐπὶ μιᾷ γνώμῃ μὴ μένων. Qui verò in contrarium s. huc atque illuc flectitur (s. se flectit), homo est varius atque mutabilis; idcirco etiam homo versutus et fallax παλίμβολος audit. Exempla collegit *Ruhnken.* ad Tim. l. l. — Deinde Euseb. αὐτήν pro αὑτήν, mendose; in praegressis vero vulgo ἑαυτήν vitiose scribitur pro αὐτήν (τὴν πόλιν); subiectum est enim ἡ θάλασσα.

ὡς οὐκ ἂν πολύφορος. Bene vertit *Ficinus:* „cumque silvosa sit et aspera, licet omnia ferat, non tamen abunde omnia; nam si esset ad omnia ferax et fecunda" —. Mox ex Eusebio pro ἀργύρου reposui ἀργυροῦ, propter νομίσματος, quod adiectivum efflagitat, et pro ἀντεπίμπλατ' e cod. Voss. ἀντεμπίμπλαιτ'; iam praegressa παρεχομένη ἂν optativum postulant. Stob. ἀντεμπίμπλατ' ἄν. — De verbis ἀνθ' ἑνὸς ἓν vid. ad I, 14. p. 647. B.

P. 130. ναυπηγησίμης ὕλης. Genitivi e particula πῶς pendent, ut solent particulae πῶς, ὅπως, ὡς, al. construi. Sic IX, 5. p. 860. C: πῶς — ξυμφωνίας. XI, 3. p. 917. B: ὡς — καθαρότητός τε καὶ ἁγνείας cet. Sic et V, 2: ὡς δ' αὕτως τιμήσεως. Sophist. 254. C: πῶς ἔχει δυνάμεως Vid. *Bergler.* ad Alciphr. p. 327. *Wesseling.* ad Diodor. Sic. T. II. p. 628. *Valckenar.* ad Herod. p. 492. — Pro τότε Ald. Lov. Bas. 1. et 2. τό, τε.

Καὶ ταῦτα cet. In Ald. haec verba male Cliniae assignantur, cui Atheniensis refert: Τί δή; μιμήσεις; Ceterum verba nonnihil confusa ita coniunge: καὶ ταῦτα τῆς φύσεως οὐκ ἂν κακῶς ἔχοι τῇ πόλει: etiam haec, quae naturae debet, haud incommoda regioni erunt. Ἔχειν cum adverbio etiam dativo iungitur, ut *Xenophont.* Cyropaed. VII, 2. 3: πάντα μοι καλῶς ἕξει. Vid. Lexic.

Xenophont. V. II. p. 444. Mox μιμεῖσθαι cum duplici accusativo positum τοὺς πολεμίους et μιμήσεις, quia μιμήσεις πονηρὰς idem est quod ἐν πονηροῖς; solent enim verba cum nominibus cognatae significationis coniungi; vid. exemplorum nubem in *Fischer*. Animad. ad Weller. T. III. P. I. p. 422 sq.

CAP. II.

ὡς πρός ἕν τι βλέποιεν. Respexit ad haec *Clemens Alexandr.* Strom. I, 25. T. I. p. 419. Pott. 349. B. Sylb. — De ἕν τι vid. ad I, 8. *Φύλαττέ με* est: observa s. custodi me, int. si forte quid dicam, quod supra expositis repugnet. — Mox Cod. Voss. ἐλεγέτην, in marg. ἐλέγετον. Pronomen αὐτό cum τοῦτο coniungendum: *hoc ipsum*.

τὸ δ' ὅτι, i. e., τοῦτο δέ, ὅτι πρὸς μέρος — βλέποι, σχεδὸν οὐ πάνυ ξυνεχώρουν καλῶς ἔχειν. Male *Stephanus* verba ita resolvit: εἶπον ὡς καλῶς μὲν ἔχοι, ὅτι εἰς ἀρετὴν βλέποι — οὐ ξυνεχώρουν δέ, ὅτι πρὸς μέρος —.

ἀντιφυλάξατε: eadem severitate, quam in legibus vestris diiudicandis adhibui, observate me in legibus nunc a me proponendis, si quid constituam, quod vel ad virtutem non pertineat vel ad virtutis tantummodo partem aliquam spectet. Pronomen μοί ad ἑπόμενοι pertinet, et τῆς παρούσης νομοθεσίας absolute positum est: *quod attinet ad* — s. *circa* (vid. ad I, 14.).

ὅτῳ ἂν ξυνεχῶς — μόνον. Vulgo scribitur τούτων τῶν ἀεὶ καλῶν τι — μόνῳ (Ald. Lov. Bas. 1. et 2. νόμων), in quo quid sibi velit τούτων τῶν ἀεὶ καλῶν, non perspicio, quum de uno solo, quod semper bonum et honestum esse dicitur, de virtute, in praegressis sermo sit, et huic bono opponantur quodammodo, quae externa bona nuncupantur. Locus corruptus est vocis καλόν in καλῶν mutatione; καλῶν enim scripto et particula ἀεί ad καλῶν relata, ut τούτων τῶν interponeretur, ratio grammatica flagitabat. Cod. Parisin. exhibet: ὅτῳ ἂν συνεχῶς τοῦ τῶν ἀεὶ καλῶν τι ξυνέπηται μόνῳ. γρ. Ὅτῳ ἂν συνεχῶς ἀεὶ καλῶν τι ξυνέσπηται (bene; vid. ad III, 15.) μόνον. Posteriorem si sequaris scripturam, uno καλῶν mutato in καλόν, sensum, quem orationis cohaerentia requirit, invenies: hanc enim solam legem recte poni existimo, quae instar sagittarii semper ad id tendat, quod nihil nisi pulcri quid (καλόν τι μόνον) continuo comitatur, h. e., cui nihil aliud nisi honesti s. pulcri quid propositum est. Ὅτῳ ἂν ξυνεχῶς — ξυν-

ἑσπηται: quod continuo comitatur, h. e., cui coniunctum est (*ξυνεχὲς ᾖ*) pulcri quid et quod comitatur s. sequitur honestas, i. e., quod cum honestate aliqua coniunctum est. Rectius fortasse *μόνον* ad praegressa *ὃς ἂν* — *στοχάζηται τούτου* refertur; quanquam etiam verbis *καλόν τι* (solum pulchri quid, h. e., nihil aliud nisi honesti quid) iunctum sensum commodum habet. Male in praegressis *Ficinus τοῦτον* ad legislatorem retulit, quum ad *νόμον* pertineat, ita ut *τίθεσθαι* passive capiatur; vid. ad I, 6. — *Δίκην τοξότου στοχάζηται*, ut XI, 12. p. 934. B: *πρὸς πάντα τὰ τοιαῦτα βλέποντας τοὺς νόμους τοξότου μὴ κακοῦ στοχάζεσθαι δίκην.* — Ad verba *ἄνευ τῶν προειρημένων* (int. virtutem et honestatem s. pulcrum) suppl. *ὄντα*: si eo carent (int. *τὰ ἄλλα ξύμπαντα*), quod diximus, virtute et honesto.

οἷον (*φράσω* — *ὑμῖν*). Ald. Lov. et Bas. 1. *οἷον φράσω γάρ, ὅτι*, Bas. 2. *οἷον φράσω γάρ, οὔτι τι* — *ἡμῖν*. Quod recepimus, iam *Stephanus* reposuerat, Ficino praeeunte, ut qui verterit: „Quale illud fuit. Dicam enim, non tamen praeteritae iniuriae memorandae studio." Verba *φράσω* — *ὑμῖν* (non enim dicturus sum eo consilio, ut acceptae iniuriae memoriam repetam, h. e., iniuriam illatam vobis obiiciam) parenthesi inclusimus, quod itidem *Stephanus* suaserat. Deinde *γάρ* post *Μίνως Ficinus* praetermisit; et sane offendit, nisi dicas, *γὰρ δή*, *etenim* (vid. *Viger*. p. 492. sq.), orationem, parenthesi interruptam, redintegrare. Res, quae respicitur, satis nota est, vid. *Diodor. Sic.* IV, 60. sq. *Apollodor.* Biblioth. III, 15. *Ovid.* Metam. VII, 456. sq. al. De Minois copiis navalibus v. *Meurs.* Cret. III, 3. et *Wesseling.* ad Diodor. Sic. IV, 60.

μονίμων. Sic *Ficinus* pro *νομίμων* legit vertens: *nam pro terrestribus firmisque copiis navales factae*, et *Plutarchus* vit. Philopoem. p. 363. F.: *ὅπως αὐτῷ μὴ λάθωσιν, ἀντὶ μονίμων ὁπλιτῶν, κατὰ Πλάτωνα, ναῦται γενόμενοι καὶ διαφθαρέντες, ἄπρακτοι ἐκ τῆς Ἀσίας καὶ τῶν νήσων ἀπελθεῖν ἑκουσίως.* Opponuntur videlicet milites *statarii* (*μένοντες ἐπιφερομένων πολεμίων*, ut paulo post dicuntur) *levibus* illis navalibus, qui, naves celeriter relinquentes, incursionem faciunt, simulac vero hostes irruunt, ad naves recurrunt. — Male in libris post *εἰς τὰς ναῦς* interpungitur, quum post *δρομικῶς* distinguendum sit; verba enim *εἰς τὰς ναῦς* coniungi debent cum *πάλιν ἀποχωρεῖν*, et *ἀποπηδῶντας* est *desilientes*, int. e navi in terram. Ceterum *πρίν*, etiam sine *ἤ*, est *priusquam*, **h. e.,** *potius quam*. Sic v. c. Epistol. VII. p. 325. A:

πᾶν δὲ παρακινδύνευσε παθεῖν πρὶν ἀνοσίων αὐτοῖς ἔργων γενέσθαι κοινωνός.

ἀλλ' εἰκαίας. Cod. Voss. εἰκυῖας. Infinitivus γίγνεσθαι referendus ad πρὶν ἐθισθῆναι; quocirca pro γίγνεσθαι αὐτοῖς exspectabas ποιεῖσθαι; ἀλλὰ vero spectat ad δοκεῖν μηδὲν αἰσχρὸν ποιεῖν. *Εἰκαίας*, *quaslibet*, quascunque fortuito et temere excogitare possunt. Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἀπολλῦναι, vitiose.

φιλεῖ ξυμβαίνειν. Sic Cod. Voss. pro φασί, quod haud dubie e praegresso ὥς φασι natum est. Ξυμβαίνειν h. l. non est contingere, ut *Ficinus* et *Cornarius* ceperunt, sed *evenire* s. *consequi*. Mox coniunctim πολλακισμυρίων scripsimus, de quo etiam *Stephanus* monuit.

P. 132. *αὐτῷ*, *apud ipsum*, ut de scriptore usurpari solet, vid. *Toup.* ad Longin. IX, 10. p. 278. Weisk. — *κατεχομένων.* *Κατέχειν* est *premere* s. *urgere*, ut IX, 4. p. 858. A. Locus *Homeri* est in Iliad. XIV, 96. sq. ubi ἑλκέμεν — ἐπικρατέουσί περ ἔμπης — πόλεμον — ἀλλ' ἀποπαπτανέουσι (ut Cod. Voss. Sed *Ficinus*: „atque inde volabunt;" vid. Eustath. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἀλλ' ἀποπτανέουσι. Vid. *Heynii* Observatt.) — et ὄρχαμε λαῶν pro οἷ' ἀγορεύεις.

πεντηκονταρχίας: praefectura navis actuariae quinquaginta remorum; πεντηκόντορος (int. ναῦς) est enim navis actuaria, quae quinquaginta remis agitur, vid. *Pollux* I, 82. 119. Suid. Harpocrat. al. Ante παντοδαπῶν Cod. Voss. habet καί, ut *Ficinus* quoque vertit: „nam cum arte gubernatoria et quinquaginta virorum principatu et remigio *virorumque* et vilium hominum opere res navalis geratur." Quod viam nobis monstravit ad emendationem, quam recepimus, inveniendam. *Διά* enim, quod vulgo ante κυβερνητικῆς legitur (Ald. Lov. Bas. 1. et 2. διακυβερνητικῆς scribunt), ante παντοδαπῶν posuimus pro καί illo in Cod. Voss. Hac demum ratione sensus emergit perspicuus. Ceterum de nautis, ut de vilissimo et incultissimo hominum genere, noster loquitur, ut solent veteres, vid. *Heindorf.* ad Phaedr. p. 239.

τῆς σωτηρίας. Ald. Lov. et Bas. 1. τὴν σωτηρίαν. De pugnis maritimis ad Salamina et Artemisium et terrestri illa ad Plataeas, in qua Mardonius dicitur interfectus esse, vid. *Herodot.* VIII, 1. sq. *Diodor. Sicul.* XI, 31. *Iustin.* II, 13. sq. al. Cf. *Mangei.* ad Philon. adv. Flacc. p. 541. T. II.

P. 133. *πρὸς πολιτείας ἀρετήν.* Sic omnes libri; solus Stephanianus commate post *πολιτείας* distinguit. *Ficinus* quoque: „verum spectantes nunc civilis disciplinae virtutem, et regionis naturam et legum ordinem consideramus." Paulo post Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *ἀρχόμεσθα* pro *ἐρχόμεσθα.*

CAP. III.

ὡς ὄχλου τινὸς cet. *Cornarius* vertit: „utrum ex universa Creta qui volet, utpote magna in singulis civitatibus turba redundante, aut iuxta alimenti ex terra rationem." Similiter *Ficinus:* „utrum quicunque velint ex tota Creta, quasi magna in singulis civitatibus turba superfluat? An ad ipsius agri vires electi." Sed primum viri docti non adverterunt comparativum *πλείονος*, cui respondet *ἢ κατὰ* (quam pro alimentis, h. e., quam ut terrae fruges ad omnes alendos sufficiant: de praepos. *κατὰ* vid. *Rittershus.* ad Oppian. Cyneget. II, 521.); deinde opponi Cretenses veteres Graecis; quocirca sequitur: *οὐ γάρ που τὸν βουλόμενόν γε Ἑλλήνων ξυνάγετε.* Ex his patet, *πότερον*, non sequente *ἢ* (an) positum, simpliciter s. affirmative, non dubitanter interrogare, et verba *ὡς ὄχλου — γεγενημένου* (quippe quum multitudo — sit) explicationis causa adiecta esse. Idcirco post *ἐθέλων* interrogationis signum posuimus, quod libri editi post *τροφήν* habent. Mox *στρατόπεδον*, ut vernaculum *Heer*, est i. q. *πλῆθος* s. *ὄχλος.*

ἔοικε γίγνεσθαι. Sic libri, quos inspicere nobis licebat, omnes legunt praeter Stephanianum, in quo *γενήσεσθαι* extat, quod *Stephanus* sine causa reposuit, quum praesens post verba, quae rem dubitanter significant, ut *οἴεσθαι, δοκεῖν, ἐοικέναι*, al., saepissime pro futuro ponatur, vid. exempl. collect. ad Viger. p. 211. sq. ed. Herm. Mox post *λέγεις* infertur *φράζεις*, ut Sophist. 217. E: *σοῦ λέξαντος, ὡς εἶπες*, ubi v. *Heindorf.* p. 276. Cf. ad III, 4. — Deinde libri, excepto Stephan., *εὐδοκιμοῦντα* et *ἀπῳκηκώς*, vitiose. De *Gortyna* Cretica vid. *Plin.* Hist. Nat. IV, 12. *Pompon. Mel.* II, 7. et de Arcadica *Plin.* Hist. Nat. IV, 6. *ταύτης* est notae s. celebris illius, ut constat.

ἓν γένος: scilicet nisi una gens cet. Verba *φίλον παρὰ φίλων* explicationi inserviunt praegressorum *ἓν γένος ἀπὸ μιᾶς ἰὸν χώρας. Heindorfius* ad Protagor. p. 603. pro asyndeto orationem habuit.

P. 134. *στενοχωρίᾳ*, angustia loci, ut Theaet. p. 195. A: *ἐὰν*

δὲ πρὸς πᾶσι τούτοις ἐπ' ἀλλήλων ξυμπεπτωκότα ἢ ὑπὸ στενοχωρίας. *Aelian.* V. H. II, 61. III, 23. al. Sic στενοχωρεῖν, angustum reddere, vid. *Dorvill.* ad Charit. p. 429. *Kypk.* Observatt. sacr. T. II. p. 248. et *Hemsterhus.* ad Lucian. Nigrin. p. 52. Deinde πολιορκεῖσθαι sensu translato est inopia premi, urgeri et vexari, ut solent, qui obsidentur. Sic *Xenophont.* Cyropaed. VI, 1. 15: τὰ μὲν ἐπιτήδεια πλείω ἕξουσιν, ὁπότεροι ἂν πλείω δύνωνται λαβόντες ἀποτίθεσθαι, πολιορκήσονται δέ, ὁπότεροι ἂν ἥττους ὦσι. Cf. Memor. Socr. III, 1. §. 13. §. 17. Alcibiad. II. p. 142. A: ὑπὸ τῶν συκοφαντῶν πολιορκούμενοι πολιορκίαν οὐδὲν ἐλάττω τῆς ὑπὸ τῶν πολεμίων διετέλεσαν. Mox ἄρδην non est simul, ut interpretes vertunt, sed *prorsus*, παντελῶς, et κρείττονι, *cui impar erat.*

ῥᾴω κατοικίζεσθαι. Cod. Paris. ῥᾴω κατοικίζεσθαι τῇδε; in marg. εὐρ. τε νομοθετεῖσθαι.

τὸ δ' ἐνίοτε; δὲ in his oppositum est praegresso οὐκ εὐπετῶς ἀνέχεται, ut sit i. q. ἀλλά, vid. *Raphel.* ad Hebr. IV, 15.

τὸ δὲ ξυμπνεῦσαι cet. Sic *Aristotel.* Polit. V, 3: στασιωτικὸν δὲ καὶ τὸ μὴ ὁμόφυλον, ἕως ἂν συμπνεύσῃ. Mox pro ξυμφυσῆσαι Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ξυμφῦσαι. Illud iam in Budaei Comment. L. Gr. Lexic. Bas. (a. 1572.) Stephani Thesaur. al. legitur, idemque *Cornarius* coniecit in Eclog. IX. p. 120. Imago sumta est a iugo equorum vel boum, in unum quasi conspirantium; hinc est in universum consentire vel concorditer aliquid facere. — Καθ' ἕνα est *coniunctim*, ut V, 10. p. 739. D. Sic *Xenoph.* de Lacedaem. republ. IV, 5: χωρὶς δ' ἑκάτεροι ἀσκοῦσιν, ὅπως ἀεὶ κράτιστοι ἔσονται, ἐὰν δέ τι δέῃ, καθ' ἕνα ἀρήξουσι τῇ πόλει παντὶ σθένει. — τὸ λεγόμενον, ut in proverbio est, vid. ad III, 9. Mox χρόνου πολλοῦ trita ellipsis est, quae vulgo suppletur verbis ἔργον ἐστὶ vel δεῖ. Sic lib. V, 2. p. 730. A: πολλῆς οὖν εὐλαβείας. 7. p. 735. C: σπουδῆς τῆς μεγίστης τῷ νομοθέτῃ διερευνᾶσθαι. VII, 22. p. 821. E: οὐδέ γέ τινος χρόνου παμπόλλου. Similiter *Euripid.* Phoeniss. 726: ἀλλὰ τοῦθ' ὁρῶ πολλοῦ πόνου, ubi *Valckenarius* p. 272. δεόμενον supplet.

ἀλλ' ὅμως. Codd. Voss. et Paris. ἀλλ' ὄντως. In hoc praeterea γρ. οὕτως. γρ. ὅμως. Notanda est coniunctio verbi singularis ἐστὶ cum plurali οἰκισμοί, de qua vid. ad Polit. II, 6. p. 363. A. et ad Phaedr. p. 370. — Bas. 2. πολέμων pro πόλεων.

CAP. IV.

ἐπαινῶν. Cod. Voss. ἐπανιών, sed ἐπαινῶν respicit verba praegressa: ἀλλ' ὅμως ἐστὶ νομοθεσία καὶ πόλεων οἰκισμοὶ πάντων τελεώτατον πρὸς ἀρετὴν ἀνδρῶν. Praepositio περί proprie verbo convenit σκοπῶν; quocirca ἐπαινῶν quasi est: *legislatores cum laude memorans.* Bas. 1. ἐρεῖ. Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. πάντων, quod leniore correctione in πάντως mutari possit. Quanquam *Ficinus* quoque vertit: ita paene omnia humana se habere videntur.

ὡς οὐδείς ποτε ἀνθρώπων cet. Transscripsit haec *Stobaeus* Serm. XLI. p. 266. 40. Post λοιμῶν delevimus particulam τέ, ut verba ita cohaereant: frequenter etiam morbi cogunt novi quid statuere, pestilentia scilicet incidente. *Πολλά*, Latinor. *multum*, est i. q. πολλάκις, frequenter, ut ap. *Xenophont.* Cyrop. I, 5. 14. Anab. IV, 3. 2. VII, 6. 36. De venat. VI, 14. al. Vid. *Bergler.* ad Aristoph. Equit. 409. et *Heindorf.* ad Phaedon. p. 22. Cf. de τὰ πολλά adnotata ad I, 10. *Καινοτομεῖν* vero, res novas moliri, novare, absolute solet construi, ut II, 3. p. 656. E. Epinom. p. 985. C. al. Deinde pro εἰπεῖν *Heindorfius* Specim. coniect. p. 32. coniecit εἰπών, sine causa; αἴξειειν ἂν εἰπεῖν est: *adduci fortasse poterit* (Budaeus: *eum impetus subire possit*), *ut dicat.* Pro θνητῶν Cod. Voss. θνητόν. Sed *Ficinus* quoque; „mortalium neminem." In praegressis vero ἀκαιρίαι quoque legi *Stephanus* memorat. Ceterum sententia, omnia humana e fortuna suspensa esse, celebratissima est apud veteres. *Herm. Trismeg.* in Poem. c. 12. §. 5: εἱμαρμένης γὰρ πάντα τὰ ἔργα, ὦ τέκνον. καὶ χωρὶς ἐκείνης οὐδέν τι τῶν σωματικῶν οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακὸν γενέσθαι συμβαίνει· εἵμαρται δὲ καὶ τὸ κακὸν ποιήσαντα τὸ παθεῖν· καὶ διὰ τοῦτο δρᾷ, ἵνα πάθῃ ὃ πάσχει, ὅτι ἔδρασε. Cf. *Plin.* H. Nat. II, 7. *Senec.* Epist. 98. de provid. 5. al. Vid. *Elmenhorst.* ad Minuc. Felic. Octav. p. 42. (99. ed. Ouzel.). Contra *Iuvenal.* Satyr. X, 365:

Nullum numen habes, si sit prudentia: nos te
Nos facimus, Fortuna, Deam coeloque locamus.

P. 135. *τόδ' ἔστι* — Ἔστι est *licet*: hoc bene videri potest dicere, qui circa navigationem cet. hoc (omnia e fortuna esse suspensa) sumit. Idcirco in sequentibus quoque cum libris veteribus ἔστι scripsimus. Subiectum est persona indefinita. Mox pro ὁμοίως legi quoque ὅμως Stephanus refert.

Ὡς θεὸς μὲν πάντα cet. Laudant haec *Iulian.* ad Themist. p. 257. sq. ed. Spanhem. *Hierocl.* de provident. in Phot. Biblioth. Cod. 251. p. 1389. 18. et *Stob.* Serm. LVIII. p. 380. 28. Cf. *Themist.* Orat. XXXIII. p. 385. C. ubi v. Harduin. p. 550.

τρίτον ξυγχωρῆσαι. Cod. Voss. *τούτοις συγχωρῆσαι· τρίτον ἦν ἐπ. τέχν.* Ceterum similiter noster lib. X, 4. p. 888. E: *λέγουσί πού τινες, ὡς πάντα ἐστὶ τὰ πράγματα γιγνόμενα καὶ γενόμενα καὶ γενησόμενα τὰ μὲν φύσει, τὰ δὲ τέχνῃ, τὰ δὲ διὰ τύχην.* Cf. *Iulian.* Orat. I. p. 25. D. ubi v. Spanhem. p. 181. et *Wyttenbach.* Bibl. Crit. V. II. P. I. p. X. — Mox *ξυλλαβέσθαι* est *adiuvare*, *opem ferre*, ut VI, 1. 752. A. Phaedr. 237. A. Theag. 129. E. *Xenoph.* Mem. Socr. II, 6. 28. 37. Oeconom. XIII, 10. al. Vid. *Boissonad.* ad Philostrat. p. 385. et *Bast.* Epist. crit. Append. p. 41. *Ficinus* vertit: „gubernatoriam habeas necne." *Cornarius:* „gubernatoriam suscipere."

καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις. Vulgo ἐν abest, quo carere oratio non potest. Etiam *Ficinus* vertit: „nonne et in aliis eadem ratio?" Mox pro *δεῖ* Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *δή*, et pro *μέλλει* Cod. Voss. *μέλλοι.* — *ἀληθείας ἐχόμενον*, verum, vid. ad VII, 20.

δύναιτο — ὃ παρόν. Libri editi *ὀρθῶς τι παρόν;* egregie *ὃ* ante *παρόν* *Stephanus* coniecit interponendum esse, ut sit i. q. *οὗ παρόντος.* Sensus est: nonne artis peritus recte, ut aliquid praesto sit et per se (*διὰ τύχης*, quod arti opponitur) iam extet, optabit vel postulabit, quo dato nulla alia re nisi arte ad opus perficiendum indigeat? *Ficini* aeque ac *Cornarii* translatio a sensu orationis abhorret. *Böckhius* in Min. p. 104. corrigebat *δύναιτο ὀρθῶς, τί παρόν:* „nonne qui in singulis, quas dixi, rebus artem habeat, etiam rite ea precari et petere a diis poterit, quae, modo contigerint fortuna, indigeant sola arte, ut ad bonum eventum adducantur." Tunc *τί* pro *ὅ τι* positum esse deberet, sensus vero neutiquam melior existeret, quam qui in Ficini et Cornarii verbis inest. Pro *παρόν* Cod. Voss. *παρ' αὐτῷ*, et pro *ἐπιδέοι* *Heindorfius* Specim. coniect. p. 33. *ἔτι δέοι* scribi iussit, sed lib. X, 9. p. 899. D: *εἴτε ἐπιδέον*, quae ut rariora notanda sunt.

P. 136. *ὃ λαβὼν ἕξεις ὥστ'.* Particula *ὥστε* abundat, ut IX, 13. p. 875. A: *ἱκανὴ φύεται ὥστε γνῶναι.* Epinom. 4. p. 978. B: *τὸ γὰρ ἓν δὴ καὶ δύο γέγονε πόθεν ἡμῖν ὥστ' ἐννοῆσαι.* Vid. ad Phaedr. p. 314. ibique citatis addantur Polit. IV. p. 433. B. IX. p. 578. C. *Schäfer.* ad Sophocl. Oedip. Colon. 1350. T. II. p. 324.

sq. et *Heindorf.* ad Protagor. p. 565. sq. Sensus est: quidnam vis tibi demus, quod accipiens (s. quo accepto, h. e., simpliciter *quo*) possis posthac per te civitatem perfecte constituere? — ἐκ τῶν λοιπῶν est *posthac, porro.* Perperam *Ficinus* vertit *ex reliquis*, ut *Cornarius* quoque fecit. Sequens ἔστιν (vulgo ἐστὶν scribitur) est *licet*, h. e., *recte dici potest.* Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. φράζομεν. Deinde ante τοῦ νομοθέτου interposui τό, quod sensus postulat. *Ficinus*: „an legumlatoris responsio afferri debet?" Deinde libri editi φράζομεν (Steph. φράζωμεν) τοῦτο; ἢ γάρ; quod sensum non habet, quem orationis cohaerentia requirit. Quocirca scripsimus: ἆρα τὸ τοῦ νομοθέτου (id quod legislator dicet s. respondebit; ut τό cum genitivo personae usurpari constat) φράζωμεν; τοῦτο (int. ὀρθῶς ἔστιν εἰπεῖν, quod e praegressis repeti oportet)· ἢ γάρ; Similis orationis brevitas ante ἢ γάρ reperitur lib. II, 4. p. 658. D: τὸ μετὰ τοῦτο· ἢ γάρ; al. Deinde male in Ald. Lov. et Stephan. post Τόδε puncto distinguitur, cum pertineat ad φήσει. Bas. 1. et 2. Τόδε τυραννουμένην — πόλιν φήσει. Paulo post pro τυραννουμένη *Cornarius* corrigebat τοῦ τυράννου; sed τυραννουμένη sensu medio est i. q. τυραννικῇ. Ad τὴν δημώδη e praegressis repet. φράζειν δοκεῖ.

προσαναγκάζων, probans, argumentis evincens, hanc φρόνησιν esse σωφροσύνην. Sic προσαναγκάζειν et ἀναγκάζειν Platoni frequentantur, ut Politic. 284. B. Cratyl. 432. C. Theaet. 153. C. 196. B. al. Similiter ἀνάγκη Theaet. 162. A. Cf. *Fischer.* ad Anacr. p. 140. et *Iacobs.* ad Anthol. graec. V. III. P. I. p. 76. Bas. 1. et 2. προσαναγκάζω τὸ σωφρονεῖν. Mox verba ita cohaerent: ὅπερ εὐθὺς παισὶ καὶ θηρίοις ξύμφυτον ἐπανθεῖ, τοῖς μὲν (i. e., ὥστε τοὺς μὲν — τοὺς δέ —) ἀκρατῶς ἔχειν πρὸς τὰς ἡδονάς, τοῖς δὲ ἐγκρατῶς. Bene *Ficinus* vertit: „sed eam ipsam affectionem, quae in bestiis et pueris illico innata, ut alii ad voluptatem proniora, continentiores alii nati esse videantur." — Deinde ad verba μονούμενον — οὐκ ἄξιον εἶναι λόγου vid. III, 12. p. 696. D.

Ταύτην — τὴν φύσιν. Articulus τήν, quem Ald. Lov. Bas. 1. et 2. habent, male in Stephan. et Bip. omissus est. Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. male αὐτόν pro αὐτόν.

P. 157. εἰ τύραννος cet. Ald. Bas. 1. et 2. falso haec verba Atheniensi tribuunt. Iam *Ficinus* rectam secutus est orationis distributionem vertens: „Cl. Quid ais? Numquid esse illud as-

seris, si tyrannus — iuvenis sit." Ante φῇς omissum est πότερον, vid. ad II, 11.

ΑΘ. Εὐτυχὴς, πρόσθες cet. Vulgo scribitur μεγαλοπρεπὴς, εὐτυχὴς, πρόσθες cet. *Stephanus* correxit: εὐτυχὴς. ΑΘ. Πρόσθες cet. Sed εὐτυχὴς orationi Atheniensis esse annectendum, iam praegressa p. 709. E. docere debebant; namque eaedem tyranni virtutes h. l. repetuntur, quae supra memorantur, εὐτυχὴς vero h. l. adiicitur idque ab Atheniensi; hinc πρόσθες. Sensus: (εἰ γένοιτο) εὐτυχὴς, πρόσθες, μὴ κατ' ἄλλο, ἀλλὰ τὸ cet.: adde, si felix erit, et quidem hac sola in re, quod cet. Pro κατ' ἄλλο *Stephanus* legi quoque monet καί τι ἄλλο. Mox ad *ἅπερ* int. ἀπεργάζεται s. ἀπεργάζεσθαί αὐτον χρή.

ὅσῳ δ' ἐναντίον: Bas. 1. et 2. ὅσῳ δ' ἐναντίων ἐναντίως, vitiose. *Ficinus:* atque contra quo pauciora, eo facilius.

μετὰ νομοθέτου γε ἄκρου. Cod. Voss. δέ. Male haec verba in Ald. Atheniensi assignantur.

ἐκ τινὸς δημοκρατίας. De pronomine τινός, quod *fere* sonat, ita ut propemodum abundet, vid. ad I, 12. Mox pro κοινῇ *Stephanus* memorat legi quoque κοινῇ. *Ficinus* vulgatam scripturam expressit: „et ei potentia quaedam communis cum illis contingit, qui plurimum in civitate possunt; ubi autem paucissimi quidem numero sunt, potentia vero summi — ibi celer et facilis fieri mutatio solet." Cum praegressis cf. *Aristotel* Polit. II, 4. (c. 3. §. 11. Schneid.).

P. 138. *ὑμεῖς δέ.* Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἡμεῖς, vitiose. Mox iidem libri Οὐδ' εἴγε, quod *Stephanus* recte in Οὐδέ γε mutavit.

μεταβαλεῖν. Bas. 1. et 2. μεταβαλεῖ. Paulo post Ald. Lov. Bas. 1. et 2. μὴ δὲ νῦν — μὴ δ' αὖθις, mendose. Mox *ὀλίγον δὴ τὸ γεγονός* cet. est: et quod raro intra tam longum tempus factum est s. evenit. Deinde in verbis *ὅταν δὲ ξυμβῇ* latet relativum pronomen ὅ: quod vero si contigerit, ei civitati, in qua evenit, innumera bona affert; sic solent particulae relativa pronomina supprimere, vid. ad I, 10. Nisi malis statuere, structuram verborum mutatam esse, indicativo ἀπεργάζεται pro participio posito.

P. 139. *μεγάλαις τισὶ δυναστείαις:* in dominationibus vel regiis vel oligarchicis, ubi vel divitiae vel generis nobilitas plurimum valent. Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *τὸ σωφρονεῖν*, mendose. Paulo post cum libris veteribus scripsimus *ἔστι τις;* *Stephanus* male *ἐστί τις* reposuit, ac si *ἐστί* copula sit.

χαλεπὸν ὄν, pro *εἶναι*, vid. ad I, 11.

τῇ πόλει σοι. Sic Ald. Lov. Bas. 1. 2. et Cod. Voss.; temere et audacter *Stephanus* scripsit *σῇ*, vid. ad I, 1. Mox *παῖδα πρεσβῦται* refertur ad *πλάττειν τῷ λόγῳ*, ut *Cornarius* cepit vertens: „conemur adaptando civitati tuae, quemadmodum puerum senes, sermone leges efformare." *Ficinus* vero ita vertit, ac si legerit *παιδί*: „sed conemur iam civitati tuae rem omnem accommodantes tanquam seniores pueris leges oratione confingere." *Πλάττειν*, fingere (bilden), ad institutionem et disciplinam transfertur, quocirca cum *παιδεύειν* saepius coniunctum reperitur, ut lib. II, 12. p. 671. B. Cf. VII, 1. p. 789. E: *πλάττειν οἷον κήρινον, ἕως ὑγρόν*. Polit. II, 17. p. 377. A. Gorg. 483. E. Cratyl. 414. D. Tim. p. 88. C.

CAP. V.

Θεὸν δή cet. *Cicero* de legib. II, 3. §. 7: A Iove Musarum primordium — Quia nunc itidem ab eodem et a ceteris diis immortalibus sunt nobis agendi capienda primordia.

P. 140. *Οἷον δή τι λέγειν βουληθείς, φράζ'* cet. Vulgo *Οἷον δή τι λέγειν βουληθείς, φράζ' ἔτι σαφέστερον*, quod et sensui et sermonis consuetudini adversatur. Post *οἷον* sermonis graeci ratio postulat *τί*, ut Theaet. 206. E: *οἷον τί λέγεις, ὦ Σώκρατες;* 208. C: *οἷον τίνα τινὸς ἔχεις μοι λόγον εἰπεῖν*. Deinde scribere possis *λέγεις; βουληθεὶς* (i. e., *εἰ βούλει* s. *ἐὰν βουληθῇς*) *φράζ'* cet., ut *Ficinus* vertit: declara, *si placet*, quod dicere velis. *Stephanus* corrigi volebat *ἐβουλήθης* sive *ἠβουλήθης*; hoc vero si velis, participium retinere poteris, intellecto *εἷς* s. *εἶ* (vid. *Hermann.* ad Viger. p. 756. et *Schäfer.* ad L. Bos. Ellips. p. 608.). Sic c. 12. p. 722. D: *τί δὲ ταῦτ' εἴρηκα; τόδ' εἰπεῖν βουληθείς, ὅτι* cet. Interrogatio vero nobis aptior videbatur esse. Ceterum *οἷον* est velut, exempli gratia, et ad accusativos *δημοκρατίαν τινὰ* (*etwa*, vid. ad I, 12) *ἢ ὀλιγαρχίαν* cet. supplere potes: *εἰ λέγεις* (*ob du z. B. oder nehmlich die Demokratie etwa — meinst*). Mox post v. *ἡμεῖς* in libro Bipont. *ἂν* excidit, quod libri reliqui omnes ha-

bent. Deinde pro ἐθέλοι (sic Cod. Voss.) vulgo ἐθέλῃ, sensu adversante; etenim ἐθέλῃ si scribas, ἄν ad πότερος pertinet, non ad verbum: quicunque vestrum prior mihi respondere velit; sensus vero postulat: uter vestrum prior respondere volet s. responsurus est (ἀποκρίνασθαι ἐθέλοι ἄν).

τὸ γὰρ τῶν ἐφόρων cet. Vid. ad III, 10. p. 692. A., et de circumlocutione ad I, 8. Mox Cod. Voss. et libri veteres *καί τις* pro *καίτοι*. *Ficinus* vero: „nonnunquam tamen."

τὸ τοῦ δεσπότου — κράτος: secundum dominatoris potentiam, h. e., a dominatione quaelibet denominatur, s. a dominatoris potentia nomen accipit. Accusativi τὸ κράτος et τὸ ὄνομα, ut solent, verbo nominandi iuncti sunt, vid. ad II, 1. — *τοῦ τοιούτου — ἐπονομάζεσθαι*, a tali denominari, ut V, 9. p. 738. B: ὥντινων ἐπονομάζεσθαι θεῶν ἢ δαιμόνων. Denique pro ἀληθοῦς τοῦ e cod. Voss. recepimus ἀληθῶς, expuncto τοῦ; etiam *Stephanus* ἀληθῶς legi malebat. In eodem Cod. Voss. τόν ante νοῦν reperitur, quo carere possumus.

CAP. VI.

P. 141. *ἄριστα οἰκεῖται.* Praestantem hanc scripturam debemus Cod. Voss., eamque Stephanus quoque memorat. Vulgo ἀριστοκρατεῖται, quod ex interpretamento fluxit, quum ἄριστα οἰκεῖσθαι idem sonare librarii putassent, quod ἀριστοκρατεῖσθαι; sed urbs ἄριστα dicitur οἰκεῖσθαι, quae optime (non ab optimatibus) administratur et in universum cuius status optimus est. Sic III, 16. p. 702. A: πῶς ποτ' ἂν πόλις ἄριστα οἰκοίη. Vid. ad I, 3. Et sensus hoc postulat; dicere enim vult scriptor, civitatum recentiorum (τῶν νῦν) optimam esse imitationem s. simulacrum felicis illius, quae Saturno rege floruerit.

Σφόδρ' ἄν cet. Veteres libros, Ficinum et Cornarium secuti Cliniae haec tribuimus; male in Stephan. Megillo assignantur. Mox de ὀρθότατά γε δρῶν vid. ad Phaedr. p. 263. ibique citatis addatur leg. VIII, 7. p. 839. D: Ὀρθῶς γε σὺ λέγων. X, 10. 901. A: Ὀρθότατά γε εἰπών. Hipparch. p. 231. C: οὐκ ἀδίκως γε σὺ ἀπορῶν. De iusto p. 375. A: καλῶς γέ σοι δοκοῦν. Ceterum nota sunt, quae de *Croni* (Saturni) regno aureaque aetate veteres tradiderunt, ex *Hesiod.* Opp. v. 111. sq. *Virgil.* Aen. VIII, 319. sq. *Ovid.* Fast. I, 235. sq. al. *Croni* vero regnum saepius a Platone memoratur, ut Politic. p. 269. A. 271. C. Gorg. 523. A. Hip-

parch. 229. B. al. — Praeterea ἔχουσά ἐστι pro ἔχει, ut c. 8. p. 718. C: Ἔστι — κείμενα. V, 7. p. 735. D: ἔχον ἂν εἴη. IX, 5. p. 859. E: μετέχον ἐστί. 860. E: εἰ δὴ ταῦτα οὕτως ἔχοντά ἐστι. X, 7. p. 895. E: ἔστι που δίχα διαιρούμενον. c. 15. p. 909. B: ὅς ἂν ὄφλων εἶναι δόξῃ. XI, 4. p. 919. B: ταῦτά ἐστι — ἁμαρτανόμενα. C. 12. p. 932. E: κακουργοῦσά ἐστι. XII, 11. p. 963. A: πάνθ' ἡμῖν τὰ τῶν νόμων βλέποντ' εἶναι. B: τὸν δὲ πολιτικὸν ἐλέγχοντες ἐνταῦθ' ἐσμὲν νῦν. al. Sic etiam verbi γίγνεσθαι circumlocutioni inservit εἶναι, ut V, 2. p. 729. B: τὸ δ' ἔστιν οὐκ ἐκ τοῦ νῦν παρακελεύσματος τοῖς νέοις γιγνόμενον. VI, 19. p. 776. C: ὡς οὐκ εὖ γεγονυῖά ἐστιν. C. 21. init. ἔστωσαν γεγονότες. C. 22. p. 782. A. X, 15. p. 909. E: ταῦτα δὲ γιγνόμενα τῶν τοιῶνδε χάριν ἔστω. Similem verbi γίγνεσθαι usum ad II, 11. notavimus.

ᾗπερ προσῆκόν ἐστι. Cod. Voss. εἴπερ προσήκων ἐστί.

γιγνώσκων cet. Transscripsit haec verba *Iulian.* ad Themist. p. 258. A., ubi οὐδαμῇ ante οὐδεμία extat. Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. μεσοῦσθαι, vitiose. Etiam *Ficinus* vertit: „nullam hominis naturam res humanas ita gubernare posse, ut — lascivior superbia iniustitiaque non repleatur." Post ἐφίστη Iulian. interponit τότε. E cod. Voss. βασιλέας τε καί pro βασιλέας γε καί recepimus. In sequentibus rex pastori comparatur, quo nihil frequentius est; cf. Politic. 268. B. 271. C. Critias 109. B. Polit. I, 18. ubi v. not. Ante οἷον intelligenda est particula: *scilicet quod nunc facimus — ita* (ταὐτόν) *etiam deus genus nobis praefecit praestantius.* Verbis deinde οὐ βοῦς — ποιοῦμεν — τινάς praegressa οἷον νῦν ἡμεῖς δρῶμεν explicantur.

P. 142. ταὐτὸν δὴ καὶ ὁ θεὸς φιλάνθρωπος ὢν cet. Sic Iulianus, assentiente Cod. Voss., qui tamen post θεός partic. ἄρα interponit, quae otiosa est. *Ficinus* quoque: „similiter deus homines amans generi nostro — praefecit." Vulgo scribitur: ταὐτὸν ἄρα καὶ ὁ θεὸς δὴ καὶ φιλάνθρωπος ὤν, ubi δή, loco suo motum, post θεός positum est, ἄρα vero (quod haud dubie particulae δή interpretamentum est) et καί ante φιλ. otiosa sunt. Mox ἐπιμελόμενον pro ἐπιμελούμενον scripsimus; servavit atticam illam formam Iulianus; vid. ad Phaedr. p. 288. Deinde Iulian. αἰδῶ δὴ καὶ ἀφθονίαν, Cod. Voss. εὐνομίαν pro ἐλευθερίαν, quod in marg. adpictum est.

λέγει δή. Iulian. δέ (*Ficinus*: hic *utique* sermo.) — ὅσων πόλεων — ἄρχει — ἀνάψυξις. Postremum (*recreatio. Ficinus:*

„quies") non statim repudiandum est; sic enim ἀναψυχή lib. XI, 4. p. 919. A. Sympos. 176. A. al. Attamen multis nominibus praestat ἀνάφυξις, *effugium*, *evitatio*. Mox in Bas. 1. et 2. μηχανῇ deest. Deinde Iulian. ὀνομάζοντας — ἡ δημοκρατία — ἔχουσιν. Posterius etiam Cod. Voss. habet et *Ficinus* videtur confirmare vertens: „nam si homo unus — voluptati — deditum animum habeat." Sed rectius est ἔχουσα; ad ἄνθρωπος vero εἷς pertinet verbum ἄρξει. Verbis autem praegressis διανομὴν — νόμον vocis νόμος derivatio a verbo νέμειν (a suum cuique tribuendo, ut *Cicero* dicit de legib. I, 6.) respicitur.

στέγουσαν δὲ οὐδέν, nihil continentem; imago, id quod πληροῦσθαι iam significat, a vasis sumta est perforatis, quae aquam non continent, sed per rimas vel foramina transmittunt, h. e., quae repleri non possunt, quia omnia statim sibi elabi sinunt. Cf. Polit. IX, 11. p. 586. B. ubi v. not. X, 14. p. 621. A: οὗ τὸ ὕδωρ ἀγγεῖον οὐδὲν στέγει. Gorg. 493. C: τὴν δὲ ψυχὴν κοσκίνῳ ἀπείκασε τὴν τῶν ἀνοήτων ὡς τετρημένην, ἅτε οὐ δυναμένην στέγειν δι' ἀπιστίαν τε καὶ λήθην.

ἀνηνύτῳ, perpetuo et insatiabili. Ἀνήνυτον est enim proprie, quod ad finem non perducitur, h. e., vel *perpetuum*, ut h. l., lib. XI, 14. p. 936. C: εὐχαῖς ἀνηνύτοις. Gorg. 507. E: κακὸν ἀνήνυτον. Phaedon. c. 34. p. 84. A. al., vel *irritum*, μάταιον, ut leg. V, 7. 735. B: μάταιος — ὁ πόνος καὶ ἀνήνυτος. VI, 21. p. 780. E: ἀνήνυτα ποιοῦντα. (Similiter in Polit. VI, 2. pro ἀνόνητα δὲ πονῶν scribendum esse iudico ἀνήνυτα δὲ πονῶν.) Sophist. 264. B: ἀνήνυτον ἔργον ἐπιβαλλοίμεθα. al. Verba ἀνηνύτῳ καὶ ἀπλήστῳ κακῷ νοσήματι ξυνεχομένην fere ambigua sunt. *Cornarius* κακῷ pro adiectivo videtur habuisse, ita vertens: „inexplebili malo morbo occupata." *Heindorfius* vero Specim. crit. p. 33. κακῶν scribi iubebat. Nisi κακῷ pro glossa habeas, ἀνηνύτῳ καὶ ἀπλήστῳ κακῷ erit: *perpetuo et inexplebili malo* (quo insatiabilis voluptatum appetitio significatur); νοσήματι vero explicationis gratia substantivo κακῷ tunc appositum esset, ita ut adiectivi fere partes ageret: perpetuo (insanabili) et inexplebili malo eoque morbo, h. e., morboso s. instar morbi vexante. Vid. ad Sympos. 209. ibique citatis adde *Dorvill.* ad Charit. II, 4. *Fischer.* ad Weller. T. III. P. I. p. 292. sq. et *Ruperti* ad Sil. Italic. ind. substant. p. 176. et var. lectt. p. 40.

ἤ τινος ἰδιώτου. Iulian. πόλεως ἢ ἰδιώτου. Deinde ὁ τοι-

οὗτος, quod ad *ἄνθρωπος εἶς* spectat, omittit. *Δή* post *ἄρξει* orationem interruptam, ut solet, redintegrat: *si igitur talis homo reget* —. Mox ante *ὅ* vulgo colon extat; sed cum sequentibus haec verba esse coniungenda patet.

P. 143. *ταύτῃ δεῖν.* *Ταύτῃ* e cod. Voss. recepimus pro *ταύτην*: refertur ad *τὸ ξυμφέρον;* ad *δεῖν* vero, nisi verbum excidit, petendum e praegresso *βλέπειν* generalius aliquod, cui accusativus *τὸ ξυμφέρον* conveniat, velut *σκοπεῖν* (*δεῖν τοὺς νόμους τὸ ταύτῃ ξυμφέρον σκοπεῖν*, scil. *ὅπως* cet.). Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. mendose scribunt *ἄρξῃ*.

Ὧδε· τίθεται cet. Sic Ald. et Lov., ut *Ficinus* quoque vertit: „*Athen.* Sic accipe: leges, ut aiunt," cet. et *Cornarius:* „*Athen.* Hoc modo: leges" cet. Bas. 1. 2. et Steph. male scribunt: *Λέγ' ἔτι σαφέστερον ὧδε. ΑΘ. Τίθεται* cet. Pro *δέ που* e cod. Voss. *δήπου* reposuimus.

ἢ τὸ ξυμφέρον: *ἢ πρὸς τὸ ξυμφέρον, ut duret* (*τοῦ μένειν*, vid. ad I, 9.). De praepositione omissa vid. ad II, 5. Genitivus *τῆς ἀρχῆς* e voce *ξυμφέρον* pendet, ut dativus *ἑαυτῷ* pro genitivo positus sit (vid. ad I, 1.). In alia omnia discesserunt interpretes. Pro *τυραννίδα* legi quoque *τύραννον Stephanus* refert. Sic vero *Ficinus*: „vel tyrannum;" haud dubie propter *ἑκόντα* et *ἑαυτῷ*, sed vide de hac synthesi ad II, 4.

Ταῦτ' ἄρ' cet. *Ταῦτα* est vel *κατὰ ταῦτα* (*sic*, vid. ad III, 9.), ut h. l., vel *διὰ ταῦτα*, *propterea, idcirco*, ut VI, 1. p. 751. D. VIII, 2. p. 830. D: *καὶ ταῦτα δὴ φοβηθεὶς αὐτῶν ὁ νομοθέτης τὰ πρὸς ἀλλήλους γυμνάσια μὴ φαίνηταί τισι γελοῖα* cet. Sympos. 174. A: *ταῦτα δὴ ἐκαλλωπισάμην*. Protag. 310. E: *ἀλλὰ αὐτὰ ταῦτα* (hanc ipsam ob causam) *καὶ νῦν ἥκω παρὰ σέ*. al. Vid. *Koen.* ad Gregor. p. 11. (39. ed. Schäf.) *Brunck.* ad Eurip. Hecub. 13. et Aristoph. Nub. 319. *Fischer.* ad Weller. T. III. P. II. p. 175. — Ante *ταύτῃ* in Ald. Lov. Bas. 1. et 2. deest *καί*, quod *Stephanus* recte interposuit. De *ταῦτα* — *οὕτω* — *ταύτῃ* vid. ad I, 5. Sic VII, 13. p. 807. A: *κατὰ ταῦτα οὕτως οἴκαδε πορεύεσθαι.*

τῶν ἀξιωμάτων. Vulgo *ἀδικημάτων*, quod sensu caret; locus, qui hic respicitur, lib. III, 9. p. 690. A., docet, sine ulla controversia legendum esse *ἀξιωμάτων;* idque etiam *Schulthessius* in transl. vernac. p. 452. reponendum esse vidit. Mox *ἀγεννῶν* scripsimus pro *ἀγεννῶν*, vid. ad III, 10. Deinde Ald. Lov. Bas. 1. et 2. mendose exhibent *ἦν*, *ἀλλ' εἰ μεμνήμεθα.*

καὶ δὴ καὶ ἐν cet. Ἀξίωμα respicitur, quod loco citato quintum est: τὸν κρείττονα (supra τὸ κρατοῦν, quod suum ipsum commodum respiciens leges dat et secundum has, quid iustum sit, definit) μὲν ἄρχειν, τὸν ἥττω δὲ ἄρχεσθαι, quam quidem secundum Pindarum legem esse naturae violentam monet. Mox quae Pindarus de lege dixit (vid. III, 10.), ὁ νόμος ἄγει τὸ βιαιότατον, ea ipsi Pindaro tribuuntur, quemadmodum, quod quis fieri vel factum esse statuit, id ipse facere saepenumero dicitur, vid. *Petav.* ad Synes. p. 19. *Küster.* ad Suid. T. II. p. 2. D. *Hemsterhus.* ad Thom. Mag. p. 187. sq. et nostra in libr. de Platon. Phaedro p. 135. Sensus igitur est: et diximus, ex Pindari sententia legem s. iustum ex naturae ratione definitum esse violentissimum (ἄγειν τὸ βιαιότατον, vid. ad III, 10.), h. e., ius esse summam violentiam. Verba ὡς φάναι significant, praegressa ἄγειν δικαιοῦντα τὸ βιαιότατον ipsius esse Pindari verba. Mirum in modum *Ficinus*, *Cornarius*, *Serranus* et *Schulthessius* a vero orationis sensu aberrarunt. — Mox Ald. Lov. et Bas. 1. πότεροι.

CAP. VII.

P. 144. τά τε πράγματα. Revocavimus omnium librorum scripturam, quam Cod. Voss. confirmat, temere a Stephano in τά γε mutatam; particulae τέ enim respondet in sequentibus δέ, vid. ad I, 4. Mox ξυμπάσης — τοῦ κοινοῦ est: *ob communem universae civitatis salutem s. utilitatem.* Sic τὸ κοινόν (i. e., τὸ κοινὸν ὄφελος, vid. *Boissonad.* ad Philostrat. p. 607. sq.) lib. IX, 13. p. 875. A: οὐ τὸ ἴδιον, ἀλλὰ τὸ κοινὸν ἀνάγκη μέλλειν. Saepius vero τὸ κοινόν (Latinorum *commune*, vid. *Heins.* ad Ovid. Metamorph. XII, 7.) est *universa civitas*, ut XI. p. 928. D: τὸ δὲ κοινὸν τῆς πόλεως ἕτερον νομοφύλακα — καθιστάτω. XII, 4. p. 948. E: τὸν τὰς ἀρχὰς τῷ κοινῷ καθιστάντα δι' ὅρκων. Criton. c. 11: ἐλθόντες οἱ νόμοι καὶ τὸ κοινὸν τῆς πόλεως. *Xenoph.* Cyropaed. I, 5. 4. 7. V, 5. 6. al. Vid. *Spanhem.* Orb. roman. p. 293. Lips.

στασιωτείας. Cod. Voss. στασιώτας ἀλλ' οὐ πολίτας, ut *Ficinus* videtur legisse. Sed recte habet scriptura vulgata; intell. νόμους. Similiter VIII, 3. p. 832. C: τούτων γὰρ δὴ πολιτεία μὲν οὐδεμία, στασιωτεῖαι δὲ πᾶσαι λέγοιντ' ἄν.

λέγεται δὲ τοῦδ' ἕνεκα. Laudat haec *Stobaeus* Serm. XLII. p. 296. 4., ubi recte scribitur τοῦδ'; vulgo enim τοῦ δ'.

οὐδέν, post οὔθ' positum est pro τί, et ἄλλο est *praeterea*

(*sonst*), vid. ad I, 15. Sic οὐδὲν V, 4. p. 732. A: ὅθεν οὐκ εἰδότες — οὐδέν. *Demosthen.* adv. Timocrat. p. 498: οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἄκων οὐδὲν ἔθηκεν ὀρθῶς ἔχον. Epistol. I. prope fin. μηδὲ ποιήσητε τοιοῦτο μηδέν. — Deinde Ald. Lov. Bas. 1. et 2. εἴη pro ᾖ, et Stob. ᾖ sine τέ.

τῶν νόμων ὑπηρεσίαν, ministerium, h. e., administrationem legum. Vulgo τῶν θεῶν, quod ab hoc loco alienum est. Sequentia: τοὺς δ' ἄρχοντας λεγομένους νῦν ὑπηρέτας νόμοις ἐκάλεσα postulant id, quod reposuimus, ut bene iam vidit *Schulthessius*. — παντὸς μᾶλλον, *prorsus*, vid. ad Phaedr. p. 225. De sententia, vid. *Heusd.* Specim. crit. p. 113. — ἀμβλύτατα αὐτὸς αὑτοῦ, vid. ad I, 14.

P. 145. Τί δὴ τὸ μετὰ ταῦτα, int. θῶμεν vel tale quid; vid. ad II, 2.

Ἄνδρες τοίνυν, φῶμεν πρὸς αὐτούς. Primum adverti oportet hyperbaton, quod, quum saepius viros doctissimos fugerit, paulo accuratius explicare haud abs re esse puto. Verba ita posita sunt pro Φῶμεν τοίνυν πρὸς αὐτούς· Ἄνδρες cet. Sic VI, 16. 773. A: Ὦ παῖ, τοίνυν φῶμεν. X, 10. p. 899. D: Ὦ ἄριστε δή, φῶμεν, pro Φῶμεν δή cet. Phaedr. p. 258. A: Ἔδοξέ που, φησὶν αὐτὸ τὸ ξύγγραμμα cet. pro Φησί που αὐτὸ τὸ ξύγγραμμα· ἔδοξε τῇ βουλῇ cet. (*Heindorfius* et *Schleiermacherus* in errorem me induxerant, ut verba esse corrigenda putarem). Sic et Hipp. Mai. p. 299. A: μανθάνω ἂν ἴσως φαίη, ubi vulgo μανθάνω ἄν, ἴσως φαίη, scribitur, linguae legibus adversantibus, *Heindorfius* vero scripsit μανθάνω, ἂν ἴσως φαίη, quod linguae usui repugnat (alios locos, ubi ἂν hyperbaton facit, excitavit ad Phaedon. p. 135.); quocirca sine interpunctione hoc et alia id genus legenda et scribenda sunt, ut unam quasi efficiant enuntiationem. Contra ubi particulae, ut τοίνυν, ποῦ, al., verbo suo praepositae et aliis vocibus subiectae leguntur, interpunctio recte habet. — Ceterum nobilissimum hoc prooemium est et a veteribus saepenumero vel excitatum vel imitatione expressum. Ipsum vero Platonem veteres legum latores respexisse, e *Zaleuci* et *Charondae* fragmentis ap. Stobaeum Serm. XLII. p. 279. et 289. coniicere possis. Vid. *Heynii* Opuscul academ. V. II. p. 19. sq. Conferendi autem sunt cum loco nostro *Sophocles* ap. Clement. Alexandr. Strom. II. p. 418. B. (T. I. p. 499. Potter.), et cf. 609. D. Cohort. ad gent. p. 60. Pott. *Aristoteles* de mundo c. 7. *Plutarchus* de exil. p. 601. A. adv. Colot. p.

1124. F. *Iustin. Mart.* Cohort. ad Graec. c. 25. p. 25. E. *Origenes* adv. Cels. VI, 15. T. I. p. 640. F. ed. Paris. Eiusd. Philosoph. §. 9. T. I. p. 896. C. *Eusebius* Praep. Ev. XI, 13. p. 531. A. *Suidas* T. III. p. 125. et *Cedrenus* Histor. comp. p. 159.

ὥσπερ καὶ παλαιὸς λόγος. Schol. Ruhnk. p. 226: *θεὸν μὲν τὸν δημιουργὸν σαφῶς, παλαιὸν δὲ λόγον λέγει τὸν Ὀρφικόν, ὅς ἐστιν οὗτος·*

Ζεὺς ἀρχή, Ζεὺς μέσσα, Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται,
Ζεὺς πυθμὴν γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος.

Καὶ ἀρχὴ μὲν οὗτος ὡς ποιητικὸν αἴτιον, τελευτὴ δὲ ὡς τελικόν, μέσσα δὲ ὡς ἐξίσου πᾶσι παρών, κἂν πάντα διαφόρως αὐτοῦ μετέχῃ. Sic etiam in Orphic. fragm. ap. *Euseb.* Praep. Evang. XIII, 12. (Orphic. ed. Hermann. p. 451.) v. 35:

Ἀρχὴν αὐτὸς ἔχων καὶ μέσσατον ἠδὲ τελευτήν.

Cf. *Wyttenbach.* ad Plutarch. de ser. num. vind. p. 73. sq. *Ὁ παλαιὸς λόγος* Iustino est Mosis lex. – Ceterum in Origen. Philosoph. l. l. pro *δη* legitur *δέ*, ap. Plutarch. vero adv. Colot. l. l. *δή* voci *ὥσπερ* subiectum est. *Euseb.* l. l. *Cyrillus* contra Iulian. III. p. 80. D. et *Theodoret.* Therapeut. VI. p. 565. C. pro *ὥσπερ* scribunt *ὡς*. Post *ἀρχήν* abest *τέ* ab Euseb. XV, 5. p. 798. D. Cyrillo, Iustino, Clem. Alexandrino et Theodoreto. — *ὄντων* abest ab Origene Philosoph. l. l., Iustino et Clemente Alex. — pro *ἁπάντων* scribitur *πάντων* ap. Iustin. et Clement. Stobaeus Eclog. Phys. T. I. p. 192. (Heer.): *μέσην τῶν ὄντων ἔχων.* — *εὐθείᾳ.* Ald. Lov. Bas. 1. 2. Stephan. *εὐθεῖαν*, ut *Antonin.* X. §. 11. ubi *εὐθεῖαν περαίνειν* et *εὐθεῖαν περαίνοντι ἕπεσθαι τῷ θεῷ* legimus; similiter *Eurip.* Med. 385: *τὴν εὐθεῖαν* (int. *ὁδόν*); igitur *τὴν εὐθεῖαν περαίνει* est: rectam viam ingreditur, h. e., recta via progreditur. Contra *εὐθείᾳ* habent Cod. Voss. Schol. Ruhnken. l. l. *Aristotel.* de mund. c. 7. *Plutarch.* locis citatis, *Euseb.* Praep. Ev. XV, 5. p. 798. C. Orat. de laud. Constant. p. 665. C. (Hist. eccles. ed. Aug. Taur., ubi cod. Buket. *εὐθέα*, ut ap. Plutarch. ad princip. indoct p. 781. F. Schol. Arat. Phaenom. 14. Origeni cod. Regius et Basil.), Theodoret. l. l. et Procl. Theolog. Platon. VI, 9. p. 362. sq. Ap. *Hierocl.* p. 544. D. (in Eusebii Demonstrat. Evang. ed. Colon.) legitur *τὸ μὲν τῶν ὅλων δεσπόζον τε καὶ ἡγεμονοῦν εὐθέως περαίνει* (vulgo *παραινεῖ*) *περιπορευόμενον*. *Ficinus: recta* peragit, et *Irenaei* interpres contra Haeres. III, 25. p. 224. ed. Massuet.: „et deus quidem, quemadmodum et vetus sermo est, initium et finem et medietates omnium

quae sunt habens, *recte* perficit secundum naturam circumiens; hunc autem semper consequitur iustitia ultrix in eos, qui deficiunt a lege divina." Pro περιπορευόμενος Origen. παραπορευόμενος, mendose. Ceterum similiter *Euripid.* Troad. 896:

> Ζεύς, εἴτ' ἀνάγκη φύσεος, εἴτε νοῦς βροτῶν,
> Προσηυξάμην σε· πάντα γάρ, δι' ἀψόφου
> Βαίνων κελεύθου, κατὰ δίκην τὰ θνήτ' ἄγεις.

τῷ δ' ἀεὶ ξυνέπεται cet. *Plutarch.* de exil. l. l. τῷ δὲ ἕπεται, adv. Colot. τῷ δ' ἕπεται. Mox Origen. ἀπολελειμμένων. Ante κεκοσμημένος e cod. Voss. Clement. Origen. Theodoret. et Cedren. recepimus καί. Sic *Ficinus* quoque: „humilis subsequitur *atque* compositus."

εἰ δέ τις. Sic Theodoret. et Cedren. pro ὁ δέ τις; nec aliter *Plutarchus* de Isid. et Osir. p. 360. C. legit: εἰ δέ τινες ἐξαιρεθέντες ὑπὸ μεγαλαυχίας, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, ἅμα νεότητι καὶ ἀγνοίᾳ (ap. Plutarch. ἀγνίᾳ, mendose) φλεγόμενοι τὴν ψυχὴν μεθ' ὕβρεως cet. Pro ἀγνοίᾳ, quod reposuimus, vulgo ἀνοίᾳ scribitur; ἄγνοια melius iuventuti convenit; de harum vocum permutatione vid. ad III, 8. Deinde pro φλεγόμενος e cod. Voss. et Theodoret. φλέγεται recepimus. Pro ὡς Euseb. ὥστε et Theodoret. ὡς δήγε. — πάνθ' ἅμα. Euseb. πάντα ὁμοῦ. Theodoret. ἅμα πάντα.

Δῆλον δή cet. Verba ita construenda sunt: δῆλον δὴ τοῦτό γε, δεῖ (i. e. ὅτι s. ὡς δεῖ) πάντα ἄνδρα διανοηθῆναι, ὡς ἐσόμενον (τινὰ) τῶν ξυνακολουθησάντων τῷ θεῷ. *Cornarius* bene vertit: „Manifestum est, quemvis virum cogitare oportere, ut ex eorum numero sit, qui deum sequuntur." Post διανοεῖσθαι, ut omnino post verba cogitandi, ὡς cum participio infinitivi circumlocutionem facit, ut VI. p. 755. A: ὡς ἄρξων διανοηθήτω. C. 9. p. 763. A. C. 12. 765. E. al. Et in verbo διανοεῖσθαι consilii et studii cuiusdam notio simul latet (est nostrum: *auf etwas denken*). Genitivus vero saepenumero ita ponitur, ut τὶς vel εἷς intelligi debeat; sic VI, 9. al. Vid. *Viger.* de idiotism. p. 63 sq. *Perizon.* ad Aelian. V. H. I, 32. Sine causa vero pro δεῖ *Heindorfius* ad Theaet. p. 337. scribi iubebat δεῖν; vid. ad Phaedr. p. 394. Et multo gravius esse δεῖ illud abruptum, per se intelligitur.

CAP. VIII.

P. 146. *Τίς οὖν δὴ πρᾶξις* cet. Respexerunt ad h. l. *Clemens Alexandr.* Strom. II. p. 418. C. (T. I. p. 499. Pott.) et

V. p. 594. C. (p. 704. T. II.) et *Eusebius* Praep. Ev. XIII, 13. p. 672. A. In Ficini libro etiam praegressa *Δῆλον δή* cet. Atheniensis orationi annexa sunt. Mox *ἕνα* est i. q. *τινά*, vid. ad Polit. VI. p. 494. E. Mox pro *ὅτι* Clem. *ὅτ' ἄν*, Euseb. *ὅταν*. Deinde Clem. et Eus. *ὁ δὲ θεός*.

ἤ πού τις — ἄνθρωπος. 'Respicitur Protagorae dictum: *πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπον εἶναι, τῶν μὲν ὄντων ὡς ἔστι, τῶν δὲ μὴ ὄντων ὡς οὐκ ἔστιν.* Cf. Theaet. p. 152. A. Cratyl. 386. A. *Sext. Empir.* Pyrrh. Hypot. I, 32. §. 216. ubi v. Fabric. et *Diogen. Laert.* IX, 51. ubi v. Menag. — Pro *τῷ τοιούτῳ* Clem. *τῷ θεῷ*.

ὁ μὲν σώφρων ἡμῶν cet. Vid. *Clement.* Strom. V. p. 594. Similiter *Charondas* ap. Stob. Serm. XLII. p. 289. 47: *μηδεὶς δ' ἔστω αναιδής, αλλὰ σωφρονείτω ἕκαστος, ὡς τούτῳ τευξόμενος θεῶν ἵλεων καὶ σωτηρίας· οὐδεὶς γὰρ κακὸς θεοφιλής.* Pro *ἄδικος Faehsius* p. 384. legi volebat *ἄθεος*, non advertens, haec proxime praecedentia: *ὅμοιος γὰρ* respicere, igitur ab homine incontinente ac insipiente ea abiudicari, quae in deo eximia sunt.

τῷ μὲν ἀγαθῷ θύειν cet. Vid. *Gatacker.* Advers. Miscell. II, 1. in Opp. crit. p. 333. et *Mangei.* ad Philon. de monarch. 1. T. II. p. 220. In praegressis pro *λόγων* Bas. 2. *λόγον*. Pro *δή* Ald. Lov. Bas. 1. 2. et Cod. Voss. *δεῖ*, quod *Ficinus* quoque videtur legisse vertens: „quod bonum virum decet sacrificare diis et interesse divinis; nempe illos persequi orationibus — pulcherrimum." *Cornarius* nostram secutus scripturam est: „quod bono quidem sacrificare et cum diis conversari et preces — praestare pulcherrimum — est."

παρὰ δὲ μιαροῦ cet. Cf. Polit. II, 7. III, 4. *Plautus* Rudent. Prolog. 22:

Atque hoc scelesti in animum inducunt suum,
Iovem se placare posse donis, hostiis,
Et operam et sumtum perduunt; id eo fit, quia
Nihil ei acceptum est a periuris supplicii.

Cicero de Legib. II, 16: „donis impii ne placare audeant deos, Platonem audiant, qui vetat dubitare, qua sit mente futurus deus, quum vir nemo bonus ab improbo se donari velit." Cf. Legg. X, 1. *Philo* de sacrificant. T. II. p. 253. 18. *Porphyr.* de abstinent. II, 15. al.

τό γε ὀρθόν, pro simplice *ὀρθόν*, vid. ad I, 6. Verba *μάτην — ἐγκαιρότατος* *Suidas* excitat v. *μιαρά*, ubi *θεῶν* et *εὐκαιρότατος* scribitur.

βέλη δὲ αὐτοῦ καὶ οἷον — ἔφεσις. Nominativi sunt absoluti (vid. ad III, 2.): *quod vero attinet ad* — s. *de sagittis vero et scopi illius contentione* s. *appetitione sagittarum ope*. *Αὐτοῦ* (int. *τοῦ σκοποῦ*) refertur ad *ἔφεσις*; de qua traiectione vid. ad I, 4. Bas. 2. pro *αὐτοῦ* exhibet *αὐτά*, quod vulgatae praeferendum videri possit, sed *αὐτά* (ipsae sagittae) non quadrat, quum sagittae nihil aliud nisi instrumenta sint, quibus scopum assequi tentamus. Si quid mutandum esset (nulla tamen correctione locus mihi videtur indigere), equidem pro *αὐτοῦ* scriberem *αὐτόσε* (i. e. *πρὸς αὐτόν, τὸν σκοπόν*), referendum illud ad *φέροιτο*. Dativus *τοῖς βέλεσιν* instrumenti index est, vid. ad I, 7. Pro *ἔφεσις* Cod. Paris. *ἄφεσις*, quod *τῶν βελῶν* flagitaret. Denique *λεγόμενα — φέροιτο* positum est pro *φερόμενα* (i. e. *φέρεσθαι*) *λέγοιτο*. Sic Gorg. 452. A: *Σὺ δὲ τίς ὢν ταῦτα λέγεις;* 453. B: *εἴπερ τις ἄλλος ἄλλῳ διαλέγεται βουλόμενος εἰδέναι* cet. p. 483. D: *οἷς δεῖ χρώμενον ὁμιλεῖν ἐν τοῖς ξυμβολαίοις τοῖς ἀνθρώποις*. Legg. VIII, 13. p. 849. C: *ὠνεῖσθαι παρ' ἄλλων κτωμένοις*.

τιμὰς τὰς μετ' Ὀλυμπίους cet. Haec appositioni, quae dicitur, inserviunt ad *ἄρτια καὶ δεύτερα καὶ ἀριστερά*. Diis coelestibus et tutelaribus dextra et imparia, inferis vero sinistra et paria esse offerenda ponit, haud dubie Pythagoreorum rationes secutus. Sic enim *Porphyr.* vit. Pythag. p. 197. ed. Cantabr. *καὶ τοῖς μὲν οὐρανίοις θεοῖς περιττὰ θύειν, τοῖς δὲ χθονίοις ἄρτια*. Cf. *Plutarch.* vit. Num. p. 69. E. Imparem videlicet numerum veteres ut praestantissimum, divinum, immortalem, omnium potentissimum maximeque propitium venerabantur, vid. *Plin.* Hist. Nat. XXVIII, 5. et *Servius* ad Virgil. Eclog. V, 66. VIII, 67: numero deus impare gaudet; ubi vid. *I. H. Voss.* T. II. p. 426. Cf. *Rittershus.* ad Porphyr. p. 55. *Turneb.* Advers. XXVII, 25. *Coel. Rhodigin.* Lectt. Ant. XXII, 29. *Meurs.* denar. Pythagor. c. II. in Gronov. Thes. ant. graec. T. IX. p. 1346. — Respexit hunc locum *Plutarchus* de Isid. et Osir. p. 361. A: *ὅθεν ὁ μὲν Πλάτων Ὀλυμπίοις θεοῖς τὰ δεξιὰ καὶ περιττά, τὰ δ' ἀντίφωνα τούτων δαίμοσιν ἀποδίδωσιν*. Haud dubie Plutarchus a daemonologia serioris temporis in errorem se induci passus est, ut crederet Platonem de daemonibus loqui (quod cum illis in Pythag. aur. carm. v. 3. consentiret: *τούς τε καταχθονίους σέβε δαίμονας, ἔννομα ῥέζων*), quum

diserte ille apposuerit θεοῖς, et a diis ipsis in sequentibus distinguantur daemones.

P. 147. ὀργιάζοι τ' ἄν. Vulgo ὀργιάζοιτ'. Ὀργιάζεσθαι sacra dicuntur, quae peraguntur, ὀργιάζειν vero est rem divinam facere, colere, cet., ut legg. X, 15. p. 910. C: ὀργιάζοντα πλὴν τὰ δημόσια. Phaedr. 250. C. 252. E. al. Hinc paulo post ὀργιαζόμενα (sacrata s. dicata) passive legimus. *Stephanus* Thesaur. gr. ling. T. III. p. 1431. D: „Plato vero ὀργιάζεσθαι accepit non solum pro institui et rite celebrari, sed etiam active pro rem divinam facere; idque in uno eodemque loco, nimirum lib. 4. de leg.“ Attamen ὀργιάζοι ἄν scriptum mallem.

γονέων δὲ μετὰ ταῦτα cet. Leguntur haec in Stob. Serm. LXXVII. p. 457. 6., ubi falso Aristoxeno adscripta sunt, ut bene monuit *Mahne* in diatrib. de Aristoxeno p. 105. Cf. *Schäfer*. Melet. critic. p. 70. — Pro ὡς θέμις Ficinus videri possit οἷς θέμις legisse, quum verterit: „quibus fas est, prima et maxima debita, omnium antiquissima debitorum, persolvere.“ Sed tunc νομίζειν δέ incommodum esset. Ὡς est *utpote*: quum ius fasque sit, maxima, quae parentibus debemus, ipsis persolvere. Pro ἀποτἰνειν Ald. Lov. Bas. 1. et 2. mendose ἀποτείνειν. Mox ante νομίζειν punctum comparet, quod nexum orationis solvit. Ad ἀποτίνειν ὀφείλοντα int. persona indefinita (man), quae in verbis quoque κέκτηται et ἔχει latet, vid. I, 7. 12. Mox χρεῶν πάντων πρεσβύτατα (ut quae et aetate et dignitate antiquissima sint; nota vocis πρέσβυς significatione) appositioni inserviunt ad τὰ πρῶτά τε καὶ μέγιστα ὀφειλήματα.

πρὸς τὸ παρέχειν, ad praebendum, h. e., ut praebeas. Mox ἀρχόμενον, incipientem (int. persona indefinita), est: *inde a*, h. e., *primo*. Vid. ad Alcibiad. I. p. 299. Participia ἀποτίνοντα et ἀποδιδόντα cohaerent cum verbis πρὸς τὸ παρέχειν: ut praebeas ipsis et corporis et animi bona — solvens s. rependens mutua data s. fenore quasi accepta (δανείσματα), ita ut studia pristinosque dolores ac labores, quos pro filio sustinuerunt (ὑπερπονούντων), pueris mutuos datos (ἐπὶ νέοις δανεισθείσας), reddas senibus (παλαιοί sunt γέροντες, v. *Stephan.* Thesaur. T. III. p. 23. G.), in senectute valde indigentibus. Particulam δέ, quae vulgo post ἀποδιδόντα legitur, expunximus, quia orationem turbat, quae ita cohaeret: ἀποτίνοντα δανείσματα, ἐπιμελείας τε καὶ — ὠδῖνας — δανεισθείσας ἀποδιδόντα παλαιοῖς. Participium igitur ἀποδιδόντα praegresso

ἀποτίνοντα explicationis causa subiectum est (*ita ut, dum scilicet*, vel aliud quid), quo nihil frequentius. Sic VII, 16. p. 813. A: ἃ δὴ καθιερωθέντα ἔφαμεν δεῖν, ταῖς ἑορταῖς ἕκαστα ἁρμόττοντα, ἡδονὴν εὐτυχῇ ταῖς πόλεσι παραδιδόντα (ita ut simul voluptatem — praebeant), ὠφελεῖν. Cf. *Boissonad.* ad Philostrat. p. 331. — κεχρημένος est victu egens, indigens, ut ap. Homer. et Hesiod. (Opp. v. 476. et 491.); cf. *Stephan.* Thesaur. T. IV. p. 622. C. Ceterum in Ald. et Steph. ante ἀποδιδόντα punctum extat, et in eod. post ψυχῆς colon comparet. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. iterum mendose scribunt ἀποτείνοντα.

κούφων — λόγων. Sic lib. XI, 13. p. 935. A: ἐκ λόγων, κούφου πράγματος. *Plutarchus* utrumque locum in rem suam vertit de ira cohib. p. 456. C: διὸ κουφοτάτου πράγματος, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, λόγου βαρυτάτην ζημίαν τίνουσιν. De garrulit. p. 505. C: ἐπεσπάσαντο κουφοτάτου πράγματος, λόγων, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, βαρυτάτην ζημίαν. Sympos. II. p. 634. F: οὗτοι μὲν οὖν κατὰ Πλάτωνα κουφοτάτου πράγματος, λόγων, βαρυτάτην ζημίαν ἔτισαν. De cap. ex inimic. utilit. p. 90. C. al. *Synes.* Epist. 67. p. 211. B: κουφοτάτου πράγματος, λόγου.

δίκης Νέμεσις ἄγγελος. Cf. *Mesomedis* hymn. in Nemes. v. 2. et 17. Antholog. graec. T. III. p. 6 sq. et vid. *Dorvill.* ad Charit. p. 616. Mox Stob. θυμουμένοις γε οὖν — ἀποπιμπλᾶσθαι, quocirca *Iacobsius* (Animadv. in Stob. p. 277.), quem fugerat haec Platonis esse verba, legi iubebat ἀποπιμπλᾶσθαι — ἐᾶν. Ceterum nota sunt ἀποπιμπλάναι, πληρῶσαι, al. θυμόν, Latinor. animum explere (ut *Virgil.* Aen. II, 586. al.), pro satisfacere irae vel cupiditati, satiare animum, iracundiam, al. Vid. *Valckenar.* ad Eurip. Hippolyt. 1327.

μήτ' ὑπεραίροντα. Participium accusativo casu positum est, ac si praecedat ταφὴν ποιεῖσθαι δεῖ vel ταφὴν εἶναι δεῖ, ὑπεραίροντα (absolute: *indem man weder überschreitet;* vid. ad Phaedr. p. 269.). Pro τῶν εἰθισμένων ὄγκων e Stobaeo reposui τὸν εἰθισμένον ὄγκον, ut *Ficinus* vertit: „neque consuetam magnitudinem oportet excedere, neque minora illis facere, quae maiores genitoribus suis struebant.“ Deinde e Cod. Voss. ante τοὺς ἑαυτῶν γεννήτας interposui εἰς, quod *Stephanus* quoque coniecit.

τὰς δὲ αὖ — ἐπιμελείας τὰς κόσμον φερούσας (anniversarias curas in honorem defunctorum) omnia complectitur,

quae in honorem defunctorum institui solebant, ut ludos funebres, sacrificia, laudationes, al. *Τῶν ἤδη τέλος ἐχόντων* est i. q. *τῶν τελευτησάντων*. Sic V., 10: *ὅσους ἂν ἤδη τέλος ἔχῃ*. VI, 15. 772. E: *τέλος δὲ σχόντος*. VII, 10. 801. A: *ὁπόσοι τέλος ἔχοιεν τοῦ βίου*. VII, 10. p. 801. E: *τῶν πολιτῶν ὁπόσοι τέλος ἔχοιεν τοῦ βίου*. Verba ipsa ita construe: *ὡςαύτως τε αὖ τὰς κατ' ἐνιαυτὸν ἐπιμελείας τῶν ἤδη τέλος ἐχόντων τὰς κόσμον φερούσας ἀποδιδόναι.*

τῷ δὲ μὴ παραλείπειν cet. Bene ad sensum *Cornarius* vertit: „et hoc maxime ipsos honorare, ut perpetuam ipsorum memoriam exhibere non omittamus et sumtum a fortuna datum moderate in languentes faciamus.“ Verba *τῷ δὲ μὴ παραλείπειν μνήμην ἐνδελεχῆ παρεχόμενον* ita capienda sunt: et eo, quod nunquam omittas (sc. hos defunctis debitos honores), ita ut memoriam eorum perennem ac continuam facias, maxime ipsos colere debes. Particula enim *δέ* respondet praegresso *τάς τε αὖ*.

P. 148. Post *δαπάνης* expunximus *τέ*, quod in libris editis reperitur, quia orationis cohaerentiam turbat. Stobaeus exhibet: *τὸ δὲ μὴ παραλείπειν — τοῦτο μάλιστ' ἀεὶ πρεςβεύειν, δαπάνης τῆς διδομένης* cet. — *κεκμηκόσι*, *defunctis*, ut lib. XI, 8. p. 927. B: *τὰς τῶν κεκμηκότων ψυχάς*. Vid. *Pollux* III, 106. ubi cf. Iungermann. et *Schweighaeuser*. ad Athen. XV. p. 75. T. VIII. Ceterum de infinitivis *ἀποδιδόναι* et *πρεςβεύειν* vid. ad I, 11. Mox *τὴν ἀξίαν* est dignam mercedem, h. e., praemium. Vid. *Stephan.* Thesaur. T. I. p. 480. C.

ἃ δὲ πρὸς ἐκγόνους cet. Impedita est verborum structura: *ἃ δὲ* (i. e., *κατὰ ταῦτα δέ, ἅ:* quod vero ad ea attinet, quae cet.) *πρὸς ἐκγόνους — ἀποτελοῦντα τὸν ἑαυτοῦ βίον κοσμεῖν δεῖ* (quod ad ea attinet, quae erga liberos — faciendo s. quae liberis — praestando suam ipse vitam hilari animo ornare debet), *τῶν νόμων ἡ διέξοδος τὰ μὲν* (partim) *πείθουσα, τὰ δὲ — κολάζουσα τὴν πόλιν μακαρίαν ἀποτελεῖ:* de iis, quae liberis, civibus et hospitibus praestantes vitam nostram ornare debemus, leges, haec constituentes, civitatem reddent beatam. Post *ξενικά* in libris editis exhibetur *πρὸς θεῶν*, quod ab hoc loco alienissimum est; namque non de deorum cultu, sed de officiis, quae liberis, civibus et hospitibus praestanda sunt, h. l. disseritur. *Πρὸς θεῶν* haud dubie voci *θεραπεύματα* adscriptum erat a librario, qui in locorum illorum in Alcibiade I. et Euthyphr., ubi

de θεραπείᾳ τῶν θεῶν agitur, recordationem forte incidisset. Ξενικὰ θεραπεύματα sunt θεραπεύματα τῶν ξένων, officia, quae peregrinis et hospitibus praestantur, et in universum cura, quae in peregrinos confertur, ut V, 2. p. 730. A: ἁμαρτημάτων ξενικῶν (i. e., περὶ ξένους) et c. 3. p. 730. B: ξενικὰ — ὁμιλήματα. — Φαιδρυνάμενον vel per se capere possumus, ut sit *laeto, hilari animo*, vel ad βίον referre, ut sit: *vitam exhilarare atque ornare* s. *honestare* (κοσμεῖν). *Ficinus* interponit *demonstrabit*; vertit enim: „quae vero — operari quisque debeat — legum ipsarum tractatio demonstrabit." Et sane si liber vetus praeberet δείξει (quod propter διέξοδος facile excidere poterat) καὶ τὰ μὲν πείθουσα — τὴν πόλιν — εὐδαίμονα ἀποτελεῖ, id sine ulla controversia esset amplectendum. Mox ἅπερ — ἐν σχήματι νόμου ἀναρμοστεῖ λεγόμενα est: quae legis forma s. ut leges commode s. apte dici non possunt. Deinde vulgo προσενέγκοντα scribitur, sed sensus postulat προσενεγκόντα, quod vetus liber, ut Stephanus scribit, praebet. Προφέρειν δεῖγμα, proponere s. exhibere specimen, est: in medium proferre.

ΚΛ. Ἔστι δέ cet. Haec verba, quae in libris omnibus, quos inspicere nobis licet, Atheniensis orationi annexa leguntur, ab ea separavimus et Cliniae dedimus, ita ut Atheniensis ad Cliniae interrogationem his respondeat: Οὐ πάνυ ῥᾴδιον cet. Vulgo ne interrogationis quidem signum post κείμενα comparet.

CAP. IX.

εἰς τὸ — εὐμενέστερον. Verba paulo impeditiora ita cohaerent: εἰς τὸ μᾶλλον ἡμερώτερον (int. τινά, man ἀκούειν, περὶ ὧν ἂν παραινῇ (τὰ λεχθέντα), μὴ — λαβόμενα (i. e., εἰ μὴ λαμβάνεται): *visa mihi sunt eo conducere s. id efficere, ut sedatius ac benevolentius audiantur, quae praecipiunt, nisi in animum rudem incidant* (proprie: animum rudem nanciscantur). Post μᾶλλον vulgo reperitur δ', haud dubie ab iis interpositum, qui μᾶλλον non cum comparativo cohaerere, sed *potius* sonare existimassent; sed μᾶλλον cum comparativo haud infrequens est. Sic *Isocrat.* Archidam. p. 135. Coray: πολὺ γὰρ μᾶλλον κρεῖττον. Depermutat. p. 317: πολὺ ἂν μᾶλλον δικαιότερον ἐπιεικὴς εἶναι δοκοίην, ἢ ζημιωθείην. Legg. VI, 21. p. 781. A: λαθραιότερον μᾶλλον καὶ ἐπικλοπώτερον. Vid. interpp. ad Thom. Mag. p. 596. *Valckenar.* ad Herodot. p. 171. *Fischer.* ad Weller. T. II. p. 137 sq. et *Heusd.* Specim. crit. in Plat. p. 118. Similiter Latini vocem *magis* com-

parativis nonnunquam iungunt, v. *Bernecc.* et *Vorst.* ad Iustin. III, 2. 7. — *Μὴ — λαβόμενα* referenda sunt ad *τὰ λεχθέντα*, quae itidem in sequentt. subiectum sunt verborum *ἀπεργάσεται* et *φησίν* (quod dicunt s. pronuntiant, sc. *τὰ λεχθέντα*). Deinde *εὐμενέστερον γιγνόμενον* causam indicat sequentis *εὐμαθέστερον*; igitur est: eo quod benevolentior factus est (is qui verba illa audivit). Sic c. 12: *διὰ τὴν εὐμένειαν εὐμαθέστερον τὴν ἐπίταξιν — δέξηται.* Aliquanto negligentiores fuerunt interpretes in his verbis reddendis. Ceterum *Heindorfius* Specim. coniect. in Plat. p. 33. corrigebat: *περὶ ὧν ἂν παραινῇ μὴ — λαβόμενα, μᾶλλον δὴ ἡμερώτερον* cet.

P. 149. *ἀνιδιτί.* Schol. Ruhnk. p. 226: *ἀνιδρωτί, ὡς ἐν τῷ Διογενιανῷ.* Formatum est a verbo *ἰδίειν*, h. e., *ἱδροῦν*, v. *Ruhnken.* ad Tim. p. 147. De *Hesiodi* versibus celebratissimis vid. ad Phaedr. p. 379. *Λεία*, ut in Polit. II, 7: *λείη μὲν ὁδός.* Vulgo ap. Hesiod. *ἔργ.* 286. scribitur *ὀλίγη — ὁδός.* Mox pro *ἵκηται* (*Ficinus:* perventum est) Cod. Voss. *ἵκηαι*, quod etiam in vulgatis Hesiodi exemplis legitur, et pro *πέλει* idem Cod. *φέρειν.*

Καὶ καλῶς — λέγοντι. In Ald. et Lov. haec Atheniensis orationi annexa, sequentia vero ita disposita sunt: *ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν. ΑΘ. Ὁ δὲ προάγων* cet. Verba *ὁ προάγων λόγος* cet. sonant: *procedens oratio quid effecerit*, h. e., *quorsum spectet.*

ὃ ἂν — φίλον. In libris veteribus *ἂν* deest, quod recte *Stephanus* interposuit, *Ficino* praeeunte, qui vertit: „*quaecunque sibi placent.*" Mox optativus *εἰδεῖεν* pro infinitivo positus est, ut solet praegresso verbo dicendi, cogitandi, al. vel oratione obliqua adhiberi. Sic VI, 7. p. 759. D: *ἐνιαυτὸν δὲ εἶναι — τὴν ἱερωσύνην ἑκάστῳ· ἔτη δὲ μὴ ἔλαττον ἑξήκοντα ἡμῖν εἴη γεγονὼς ὁ μέλλων — ἁγιστεύειν.* Polit. IV, 1: *οἱ γὰρ ὀφθαλμοί, κάλλιστον ὄν, οὐκ ὀστρείῳ ἐναληλιμμένοι εἶεν.* ubi vid. adnotata. Particulam vero *ἂν* ante *εἰδεῖεν* expungi linguae consuetudo iubet; *οὐ γὰρ εἰδεῖεν* est: *nescire enim* (poetas, int. dicebas), *οὐ γὰρ ἂν εἰδεῖεν* vero sonaret: *nescirent enim*, quod sensui adversatur. *Ἂν* videlicet, loco suo motum, verbo *εἰδεῖεν* apponebatur, quum ad *ὅ* (ubi in libris veteribus desideratur) pertineat.

P. 150. *Ποῖα τάδε;* Cod. Voss. *ΚΛ. Ποῖα; ΑΘ. Τάδε· παλαιός —.* Sed bene iam *Stephanus* monuit, retinendam esse vulgatam scripturam; *τάδε* enim respicit praegressum *εἰ τάδε λέγοιμεν πρὸς αὐτόν.*

ποιητὴς — οὐκ ἔμφρων. De mentis incitatione divina, qua poeta inflammatur, vid. quae *Müllerus* ad Ion. p. 56 sq. collegit et nostra ad Phaedr. p. 281 sq. Poeta est vates; idcirco, ut Pythia in tripode sedebat oracula fundens (vid. *Diodor. Sic.* XVI, 26. *Servius* ad Virgil. Aen. III, 360. *Barnes.* ad Eurip. Ion. 463.), ita poeta Musae tripode insidere dicitur. — *ποιῶν*, faciens, est exhibens, repraesentans; vid. ad II, 5. Mox post νομοθέτῃ vulgo τοῦτο legitur, quod sensui repugnat; ita enim verba cohaerent: οὐκ ἔστι (h. e., *licet*) τῷ νομοθέτῃ δύο (int. λόγους) ποιεῖν περὶ ἑνός. Accedit quod *Ficinus* τοῦτο ignorat vertens: „legislatori autem non licet duo quaedam diversa de uno in lege loqui." Quem quidem Stephanus, in libro veteri deesse τοῦτο adnotans, videtur significasse.

οὔσης γὰρ ταφῆς cet. Transscripsit haec *Stobaeus* Serm. CXXII. p. 615., ubi scribitur εἰ μὲν γυνή μοι, ut in Cod. Voss. Etiam *Ficinus*: „si uxor mihi ditissima esset." Vulgo μοί abest. Verba deinde ἐν τῷ ποιήματι quid hic sibi velint, non assequor; haud dubie ab iis interposita sunt, qui, quum in praegressis de poesi sermo fuerit, etiam h. l. eam respici putassent, τὸ ἐπαινεῖν de carmine, intelligentes. Sed sepulturae exemplo illustrare vult scriptor sententiam suam de legum lationis et poesis differentia, et illius esse dicit, omnia definite ac simpliciter pronuntiare, poetarum vero proprium, de una et eadem re vel persona varia et diversa in medium proferre. Ni fallor, genuina scriptura erat ἐν τῷ γράμματι, quod librarii, ad ἐπαινοίην referentes, quasi de poeta, ut in praegressis, agatur, glossa ἐν τῷ ποιήματι interpretabantur. *Γράμμα*, i. q. γραμματεῖον, est codicillus, testamenti tabulae; sensus tunc esset convenientissimus: si in codicillo s. tabellis sepulturam suam (h. e. quomodo sepeliri cuperet) mandaret s. praescriberet. Mox ad *τὸν καταδεᾶ* int. τάφον, sepulturam uxoris suae; et ad *τὸν αὐτόν* int. μέτριον τάφον. Denique ἤ est *alioqui*, vid. ad II, 12.

CAP. X.

Προσαγορεύοι — φράζοι — τρέποιτο e cod. Voss. reposuimus pro προσαγορεύῃ — φράζῃ et τρέπηται; deinde ἄν inseruimus, quod abesse nequit, et προσδιδῷ in προσδιδοίη mutavimus. *Ficinus*: „utrum . nihil tale in legum exordio *dicet* — sed statim — *exponet* — *vertet*." Cod. Voss. μηδ' ἕν.

P. 151. *ἀναμιμνησκόμεθα δὲ* cet. *Stephanus* scribi iubebat *δή*, ut haec verba cohaererent cum antecedentibus *καθάπερ ἰατρὸς δέ τις* cet.: quemadmodum duo medicorum genera sunt, quorum alterum hac ratione, alterum illa nobis mederi solet (h. e., sicuti medicus unus, nulla persuasione et adhortatione adhibita, sanat aegrotos, alter vero illas adhibet), sic cet. Etiam *Ficinus* vertit: „Afferamus autem in medium modos medendi duos, quibus alii medici aliter curare consueverunt, ut, quemadmodum pueri medicum orant, ut modo quodam facillime (sic) eos curet, ita et nos legum latorem.“ *Cornarius* corrigebat: *ἢ καθάπερ ἰατρός τις, ὁ μὲν οὕτως, ὁ δὲ ἐκείνως ἡμᾶς εἴωθεν ἑκάστοτε θεραπεύειν, καὶ αὐτὸς οὕτω ποιήσει:* „aut quemadmodum medicus quispiam, alius hoc modo, alius illo nos subinde curare solet, ita etiam ipse faciet?“ In quo *ποιήσει* praegressis *προσαγορεύοι* cet. non responderet; ipse quoque sensus non is est, quem orationis continuatio poscit. Hoc enim dicere scriptor voluit: quemadmodum duo medicorum genera sunt, sic etiam duae legum dandarum rationes, severior altera (quae, nulla persuasione et admonitione utens, statim facienda praescribit et delictis poenas irrogat), altera mitior; utramque igitur rationem consideremus, legislatorem orantes, ut mitiorem illam adhibeat. Sed mutato *δέ* in *δή* non persanari locum apparet. Offendit *καθάπερ ἰατρὸς δέ τις*, quod cum interrogatione praegressa non cohaeret. Ni fallor, ante *καθάπερ ἰατρὸς* cet. Cliniae interrogatio (v. c. *Πῶς τοῦτο λέγεις;* vel simile quid) excidit, quam Atheniensis verba excipiunt: *Καθάπερ ἰατρὸς δέ τις ὁ μὲν οὕτως, ὁ δὲ* (vulgo *ὁδ'* mendose scribitur) *ἐκείνως εἴωθεν ἑκάστοτε θεραπεύειν:* dico, duplicem esse rationem legum condendarum, sicuti duo sunt medicorum genera. Utramque vero rationem recordemur s. consideremus, ut a legis latore mitiorem illam expetamus, sicuti pueri a medico eam expetunt. Pro *δέ τις* vero tunc *γέ τις* scriberem; *γέ* enim in responsis affirmat et explicat, ut sit fere *videlicet;* vid. ad III, 1. Nominativus vero *ἰατρὸς — τίς*, sequente *ὁ μὲν — ὁ δέ*, pro genitivo *ἰατρῶν* positus est, vid. virr. doct. ad Viger. p. 5. *Τὶς* vero est i. q. forte, fere (*etwa*): ut hoc exemplo utar. Vid. ad I, 12.

ΚΛ. Οἷον δή τι λέγομεν; Vulgo scribitur: *ἑαυτούς. οἷον δή τι λέγομεν· εἰσί που* cet., quod sensum commodum non habet; accedit, quod post *οἷον* scribi *τί* sermonis usus iubet, vid. ad c. 5. p. 712. C. Quocirca haec interrogative legenda et Cliniae tribuenda sunt. Optime tunc habent, quae sequuntur: *Εἰσί που — φα-*

μέν. Deinde verbis Ἐάν τέ γ' — παῖδας describuntur ὑπηρέται illi τῶν ἰατρῶν, et ad κτῶνται repete ἐάν: sive liberi sunt si e servi, dummodo non per se suoque ingenio, ut liberi, sed e praeceptis dominorum (medicorum) suorum et experientia artem medicam didicerint. Κατὰ φύσιν, natura sua, per se s. proprio et studio et experientia.

Ἔτι δούλων. Bas. 2. ὅπῃ. Mox in Bas. 1. et 2. articulus ante δοῦλοι deest. De sententia ipsa, vid. *Weisk.* ad Xenoph. Mem. IV, 2. 5.

προστάξας coniungendum cum αὐθαδῶς, quod posterius illustratur verbis καθάπερ τύραννος. Vulgo male αὐθαδῶς cum οἴχεται coniungitur. De verbis ῥαστώνην — τῆς ἐπιμελείας vid. ad III, 5.

P. 152. διχῇ — ἀποτελῶν: sanationi et praescriptioni adiungens persuasionem et admonitionem (c. 11: τὸ πείθειν τε ἅμα καὶ ἀπειλεῖν); contra μοναχῇ est τῷ ἀπειλεῖν μόνον χρώμενος, ut infra dicitur.

Πολύ που διαφέρον. Hoc pro διάφορον e cod. Voss. reposuimus. Similiter *Ficinus:* „multum praestat." Sic V, 2. p. 729. C: παιδεία γὰρ νέων διαφέρουσά ἐστιν — οὐ τὸ νουθετεῖν. VI, 21. al.

CAP. XI.

Φέρε δὴ πρὸς θεῶν cet. Leguntur haec ap. *Stobaeum* Serm. XLII. p. 296. 25. Mox pro περὶ γενέσεως *Stephanus* scribi volebat παρὰ γενέσεως. Sane offendit praepositio περί, quum simplex genitivus sufficiat, praesertim sequente πόλεων πέρι. Igitur nisi περί ante γενέσεως expungi velis, abundanter dixeris genitivo appositum esse, vid. ad III, 1. Πόλεων πέρι est *quod ad urbes attinet.* Deinde post Γαμικοί pro δέ e cod. Voss. recepimus δή. *Ficinus:* „Quare, si nuptiales primum leges ponantur" cet. Mox δέ post γαμεῖν, ne forte δεῖ legendum esse suspiceris, recte habet; solemne est enim in rebus enumerandis, et h. l. unam quasi ex legum serie proponi significat. Etiam infinitivus in legibus pronuntiandis pro imperativo frequentatur, vid ad I, 11.

P. 153. τῇδε δὲ καὶ τῇδε ἀτιμίᾳ, i. e., ἀτιμίᾳ δὲ τῇδε καὶ τῇδε. Vulgo δέ abest. *Ficinus* vero „dedecore autem tali quodam vel tali." Ceterum tempus coniugium ineundi diverse a vete-

ribus finitur, vid. Polit. V, 9. ubi v. not. et *Aristotel.* Polit. VII, 16. (c. 14. §. 3. 6. Schneid.). Cf. infra VI, 23. fin.

μέχρι τῶν πέντε καὶ τριάκοντα. Haec verba, quae in Ald. Lov. Bas. 1. et 2. desunt, recte *Stephanus* e Ficini et Cornarii translationibus revocavit.

ἔστιν ᾗ, est *quomodo*, h. e., *quodammodo.* Sic VIII, 1. p. 828. D: κοινωνία γὰρ ψυχῇ καὶ σώματι διαλύσεως οὐκ ἔστιν ᾗ (*nullo modo*) κρεῖττον. — ἀθανασίας, vid. VI, 17. p. 773. E. Sympos. 208. A. *Rudolphi* ad Ocell. Lucan. p. 293 sq. — τὸ γὰρ γενέσθαι κλεινὸν cet. v. Sympos. p. 33. 73 sq. ed. nostr.

πειθόμενος μὲν οὖν. Sic Stob. et Cod. Voss. Vulgo μὲν abest.

τὴν μοναυλίαν, coelibatum, ut contra συναυλία (*Aristot.* Polit. VII, 16. c. 14. §. 7. Schneid.) contubernium, i. e., coniugium. Mox Stob. μετέχοι δέ et ὧν ἄν (sic et Cod Voss., quod placet). Ceterum pronomen ὧν nominis vel pronominis, quo refertur, casum sequitur, ut infra c. 12. 723. D.: ἀπ' ἐκείνων — ὧν εἴπες. VII, 14. 809. C. al. *Isocrat.* Evag. p. 198. Coray: ἂν μή τις αὐτὰς διοικῇ τοιούτοις ἤθεσιν, οἵοις Εὐαγόρας μὲν εἶχεν. Panathen. p. 269: ταῖς δόξαις, αἷς ἔχουσιν. *Demosthen.* Olynth. I. p. 17: ὑπὲρ τῶν πολλῶν, ὧν καλῶς ποιοῦντες ἔχουσι. Orat. II. p. 23: ποιητὰς αἰσχρῶν ᾀσμάτων, ὧν εἰς τοὺς συνόντας ποιοῦσιν ἕνεκα τοῦ γελασθῆναι. De Chersones. p. 93: ἐκ τῆς ἐπιστολῆς δεῖ σκοπεῖν, ἧς ἔπεμψε πρὸς ὑμᾶς. al. Vid. *Fischer.* ad Weller. T. III. p. 337 sq. De καὶ — δέ vid. ad I, 9.

παρ' ἐκεῖνον τὸν νόμον: iuxta illam legem, ita ut ambae comparari inter se possint, vel ita ut legem cum lege comparare possis. Subiectum est persona indefinita.

τῷ μήκει τὸ μακρότατον: id quod longitudine s. ambitu maxime prolixum s. altero prolixius erit, h. e., quae prolixior erit legum scribendarum ratio, propterea quod in ea persuasio et severa praescriptio coniunctae erunt. Sic emendavimus id, quod vulgo, sensu contrario, legitur: τὸ σμικρότατον, et, quum sensus τὸ μακρότατον postulet, in orationis contextum emendationem recipere haud dubitavimus. Ex μακρότατον factum est μικρότατον, quod in atticum σμικρότατον transiit. Interpretes omnes τὸ σμικρότατον reddiderunt.

Πρὸς — τρόπον cet. Laconibus quidem convenit s. Laconum quidem proprium est, breviora semper praeferre. De *πρὸς τρόπον* vid. ad II, 3. et de Laconum breviloquentia vid. ad I, 11. Mox *μήν*, praegresso *δέ*, est *tamen*, ut c. 12. p. 723. A: *ὄντως μὲν εἶναι πειστικὸν, προοιμίου μὴν τοῦ περὶ λόγους δύναμιν ἔχειν*. II, 8. p. 663. E: *καλὸν μὲν ἡ ἀλήθεια — ἔοικε μὴν οὐ ῥᾴδιον εἶναι πείθειν*. III, 3. p. 630. C. ubi v. not. IV, 4. p. 709. B. VII, 18. p. 815. C. IX, 6. p. 862. A. X, 12. p. 903. C. Theaet. p. 142. B. Sophist. 253. E. al.

καὶ δὴ καί. In Bas. 2. alterum *καί* excidit. Mox *τούτου γὰρ ἡ πόλις ἡ — διανοουμένη* est i. q. *τούτου γὰρ ἡ πόλις ἐστίν, ἢ νῦν — διανοεῖται:* quae talibus uti legibus cogitat (*διανοεῖσθαι* est enim Latinorum *cogitare*, nostrum *gedenken*), h. e., quae talibus s. his usura legibus est.

CAP. XII.

P. 154. *ἐῤῥήθη νῦν δή*. Sic Cod. Voss. et *Cornarius:* „at in nunc relatis legibus non duplo solum alterae alteris ad usus virtutem praestant, sed, velut nunc dictum est, duplicium medicorum genus rectissime appositum est.“ Vulgo *νῦν δή* cum sequentibus connexum scribitur. *Νῦν δή* est *ἀρτίως*, *paulo ante* s. *supra*, ut c. 12. p. 723. E: *τὰ νῦν δὴ λεχθέντα*. IX, 6. init. X, 10. p. 900. C. al. Vid. *Graev.* ad Lucian. Soloecist. T. II. p. 629. et *Ruhnken.* ad Tim. p. 186. Sensus est: quae in legibus dicta sunt, ea non solum huc spectant, ut alteram leges scribendi rationem esse meliorem probent, verum etiam exemplum duorum medicorum a nobis propositum illustrant.

ὡς ἐξόν cet., i. e., nam quum liceat utrisque, persuasione ac vi, uti, altera (vi) solummodo utuntur. Vulgo ante *ὡς* comma comparet et ante *καθ' ὅσον* interponitur *καί*, quod orationis cohaerentiam turbat, quum verba *ἐξόν — ὄχλον* unum efficiant effatum. Quocirca recte iam *Stephanus καί*, quod a libris vett. quoque abesse memorat, exterminandum esse censuit. *Ficinus:* „ad turbam disciplinae expertem quoad possunt altero solum utuntur.“ Bene deinde in Ald. Lov. Bas. 1. et 2., quos secuti sumus, post *ὄχλον* interpungitur. In praegressis Cod. Voss. *τούτῳ* pro *τούτῳ* exhibet.

κεραννύντες τὴν μάχην. Quid *μάχην* hic sibi velit, assequi nequeo. *Ficinus* et *Cornarius* verbo *minas* reddiderunt, quod

quomodo μάχη significare potest? Exspectabas τὴν ἀνάγκην, necessitatem (quam nos dicimus *Zwang*), πειθοῖ oppositam, τῇ βίᾳ vero respondentem. E facile ex ἀνάγκην, α vel κ oblitterato (ut scriberetur *NAΓKHN* vel *ANAKHN*) nasci potuit μάχην. Mox ad ἀκράτῳ — βίᾳ int. χρώμενοι νομοθετοῦσι; participium enim χρώμενοι e praegresso κεραννύντες petendum est.

ὦ μακάριοι. Sic Cod. Voss. et *Ficinus*: „o viri beati." Vulgo ὦ μακάριε; in praegressis autem Megillus et Clinias verba fecerunt. Deinde pro οὐ e Cod. Voss. et *Ficino* („quod fieri *nusquam* videmus") reposuimus οὐδαμῇ.

οὐδὲν ἄλλ' ἤ, vid. ad I, 5.

προοίμια. *Cicero* de legib. II, 7. §. 16: „habes legis prooemium: sic enim appellat Plato." Mox de interrogatione τί δὲ ταῦτ' εἴρηκα; vid. ad I, 5. Deinde post λόγων e Cod. Voss. interseruimus μέν, cui respondet δέ in verbis τῶν δὲ ὄντως νόμων ὄντων, ubi leges, carminibus oppositae, itidem νόμοις dictis, veri s. proprii dicuntur νόμοι, vid. III, 14. p. 700. B. ibique adnotata. Pro πάντων καὶ ὅσων vero videndum, annon καὶ πάντων, ὅσων scribi oporteat, ut sit: *orationis et omnium, quorum vox particeps est* (h. e., quae vocis ope geruntur), *prooemia sunt*. Ceterum προοίμιον proprie est praecentio, quod praeludium vocant (pauca illa, quae citharoedi, antequam legitimum carmen inchoarent, canebant, emerendi favoris gratia, ut *Quintiliani* verbis utar, Instit. Orat. IV 1. 2. Cf. *Aristot.* Rhetor. III, 14. *Wesseling.* ad Diodor. Sic. T. II. p. 531. Vox enim derivatur ab οἴμη, cantu.); deinde hymnus ipse hoc nomen invenit (vid. *Menag.* ad Diog. Laert. VIII, 57. et *Spanhem.* ad Callimach. Hymn. in Iov. v. 1. *Villoison.* ad Apollonii Lex. Homer. p. 592 sq.). Ad orationem vero translatum significabat principium s. exordium ac praefationem, specialiter quoque insinuationem (vid. Auct. ad Herenn. I, 4. 6. *Cicer.* Invent. I, 17. *Quintil.* IV, 1. med.); ita denique factum est, ut, quidquid exspectationem, spem, al. movet, id prooemium diceretur, vid. *Hemsterhus.* ad Lucian. Somn. §. 3. et *Dorvill.* ad Charit. V, 2. Egregie illustratur τοῦ προοιμίου notio verbis apposi is οἷόν τινες ἀνακινήσεις; ἀνακινεῖν enim athleta dicitur, qui manus et brachia concutiendo ad certamen se praeparat s. pugnam praeludit (ut ap. *Rutil.* I, 257.). Sic *Aristotel.* Rhetor. III, 14. fin.: οὐδὲν γὰρ προεξαγκωνίσας οὐδὲ προανακινήσας εὐθὺς ἄρχεται. Vid.

P. Victor. ad h. l. p. 709. — Ceterum cf. cum his *Seneca* Epistol. 94. T. III. p. 202. Ruhk.

P. 155. *ἐξήνεγκεν εἰς τὸ φῶς.* Sic Polit. V, 9: *μὴ εἰς φῶς ἐκφέρειν κύημα μηδέν.* ubi v. not. Legg. VII, 1. 788. C. IX, 9. p. 869. C: *τοὺς εἰς φῶς τὴν ἐκείνου φύσιν ἀγαγόντας.* (Sic et Phaedr. p. 261. D. Tim. 91. D. al.) Infra 724. A: *πρὸς τὸ φῶς ἐπανάγειν.* Similiter Latini *in lucem proferre*, h. e., in medium afferre, conferre s. proferre. Etiam simpliciter *ἐκφέρειν* usurpatur VI, 5. ubi vid. not., ut *ἄγειν* VI, 21. p. 781. A. C. VII, 1. al. — Mox Cod. Voss. *ὡς οὐκ ὄν.*

ὡς ὄντος, int. *φύσει*, et hoc pro *εἶναι φύσει*, *revera esse* (int. legis quoque prooemium). De *ὡς* cum genitivo participii vid. ad I, 1.

οἵ τέ γε δή. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *δέ.* Mox ad *εἶναι — διπλοῖ* e praegresso *σημαίνει* (*ἡ νῦν διατριβή*) petendum est *κατεφάνησαν*, ut infra sequitur *κατεφάνη.* Sic etiam in sequentibus: *ὃ δὴ* (scilicet) *τυραννικὸν — ἐῤῥήθη — τοῦτ' εἶναι νόμος* (int. *ἐφάνη* s. *κατεφάνη*) *ἄκρατος.* Mox *ὑπὸ τοῦδε* est *propterea* (*ὑπό* est enim saepenumero i. q. *διά* c. accusativo, v. *Fischer.* ad Weller. T. III. P. II. p. 276.). Respiciuntur autem inprimis verba c. 10: *οὐ πρότερον ἐπέταξε* (*ὁ ἐλεύθερος ἰατρός*), *πρὶν ἄν πῃ ξυμπείσῃ.* De particula *μήν* vid. ad c. 11. Verba deinde *τοῦ περὶ λόγους* apposita sunt, ut prooemium legis a reliquis, v. c. in musica, discernatur. Ceterum conferenda cum his sunt illa *Ciceronis* in legib. II, 6. §. 14.

εἰρῆσθαί μοι κατεφάνη: mihi apparuit, h. e., ex iis, quae exposui, elucet. Verba *εἰρῆσθαι* et *εἶπεν* sunt *ἀόριστα*, h. e., non solum quod factum est indicant, sed etiam quod fit et futurum est.

προσαγορεύοιτο εἶναι. Abundanter, ut constat, *εἶναι* verbis appellandi adiungi solet, v. *Reiz.* ad Viger. p. 737 sq. et *Heindorf.* ad Theaet. p. 344.

ἀμοίρους αὐτούς. Cod. Voss. *αὐτῶν.* Ad verba *καὶ καθ' ἕκαστον ᾗ διοίσουσιν ἑαυτῶν* int. *δηλοῦν* vel simile verbum e praegressis eliciendum. *Cornarius:* „et in singulis exponere, quatenus inter se differant, quantum sane nunc duae illae relatae leges differebant.“ Sed hoc mihi nondum satisfacit; inepta est enim

sententia; quasi legis latoris esse possit, in singulis, quas scribit, legibus admonere et exponere, quantum leges differant, quibus prooemium adiungatur, ab his, quae nuda praeceptione contineantur. Ni fallor, ἢ mendosum est et vel expungendum vel scribendum ἕνα, ut sit καθ' ἕκαστον ἕνα s. καθ' ἕνα ἕκαστον, ut *Demosth.* Olynth. II. p. 25: καθ' ἕνα αὐτῶν ἕκαστον ἐν μέρει. Philipp. III. p. 116: καθ' ἕνα ἕκαστον. Orat. IV. p. 143: προϊεμένους καθ' ἓν ἕκαστον. Pro coron. p. 230. Leg. IX, 1. init. καθ' ἓν ἕκαστον. XI, 6. 923. B: τὸ ἑνὸς ἑκάστου. Tunc pro τέ post πάντων legerem γέ, affirmativa illa significatione (ut Latinorum *quidem*). His correctis sensus existit optimus: hoc subiicio s. addo, legislatorem omnibus quas scribat legibus prooemia oportere praeponere, et (int. hoc si fecerit, s. tunc) leges singulae tantum a se ipsis different, quantum illae supra positae (sc. de matrimonio) differebant, h. e., tanto praestabunt, quanto illae supra prolatae. *Διαφέρειν ἑαυτοῦ*, a se ipso differre, est semet ipsum superare (ut nostrates dicunt: *sich selbst übertreffen*) s. sibi ipsi praestare; Graeci enim rem vel hominem sibimet ipsi comparant (vid. ad I, 14.). *Καθ' ἕκαστον ἕνα*, int. νόμοι, leges singulae, unaquaque per se spectata, est simpliciter: unaquaeque lex (omnibus suis numeris et partibus expleta erit). Verba deinde ὅσον νῦν δὴ τὼ λεχθέντε διηνεγκάτην, quantum leges (de matrimonio) supra prolatae differebant, est: quantum in legibus supra propositis alteram ab altera differre, h. e., quanto alteram alteri praestare intelleximus; quibus lex significatur, cui prooemium praepositum erat, simplici praescriptioni praestitisse.

P. 156. πάσης ἀρχόμενον νομοθεσίας. Persona intelligenda est indefinita (man), vid. ad I, 7. Monui, ne quis τόν interserendum esse suspicetur.

οὐ γὰρ σμικρόν cet.: lex enim ipsa res est maximi momenti, quae prooemio illustretur necne, magnopere refert. Οὐδ' ὀλίγον διαφέρον (ἐστί), nec parvi refert. Mox ante ᾄσματος recte *Stephanus* desiderabat praepositionem ἐπί. Καίτοι πέφυκέ γε cet.: *etsi haec omnia per se prooemium admittunt.* Deinde ὧν — εἴπες, vid. ad c. 11.

ἀμεινόνων — δευτέρων: quum meliora sint, quae iterum fiunt s. repetuntur. Schol. Ruhnken. p. 226: παροιμία λεγομένη μὲν ἐπὶ τῶν θυομένων ἐκ δευτέρου, τῶν προτέρων ἀπαισίων ὀφθέντων δηλαδή. μετῆκται δὲ ἐκ τούτων καὶ ἐπὶ τῶν λεγομένων δεύτερον τῶν

αὐτῶν, ὁπόταν μὴ κατὰ γνώμην ἡμετέραν προβαίνῃ τὰ πρότερα. Cf *Hesych.* T. I. p. 329. Simile est illud *δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι.*

τῶν μετὰ θεούς, daemonum et heroum, vid. c. 8. p. 717. B. Sic V, 1: *τοὺς τούτοις ἑπομένους.*

P. 157. *ὡς χρὴ* cet. Verba ita cohaerent: *ἀλλὰ μὴν μετά γε ταῦτα προσῆκόν τ' ἐστι καὶ κοινότατον* maxime commune, h. e., et dicentis et audientium magnopere referens) *τὸν λέγοντα καὶ τοὺς ἀκούοντας ἀναπεμπαζομένους, ὡς χρὴ — ἴσχειν, ἐπηβόλους γίγνεσθαι παιδείας*, h. e., *ἀναπεμπάζεσθαι, ἵνα ἐπήβολοι παιδείας γίγνωνται.* *Ἀναπεμπάζεσθαι*, proprie ruminare s. ruminari, h. e., cibum ad rumen revocare et denuo mandere, est *in memoriam revocare, recolere;* vid. *Ruhnken.* ad Tim. p. 33 sq. Ceterum *Stephanus* adnotat legi quoque *χρὴ τὰ περὶ τὰς ἑαυτῶν*, quod placet; *τὰ περὶ τὰς — ψυχάς, σώματα,* cet. esset: quomodo animus cuiusque, corpus et opes ad studium et remissionem se habere debeant; namque *τά* cum *περί* esset nota illa nominis circumlocutio. De voce *ἐπήβολος* vid. ad II, 10. p. 666. D.

LIBER QUINTUS.

CAP. I.

P. 160. *Ἀκούοι δὴ πᾶς* cet. Haec *Stobaeus* transscripsit Serm. XLI. p. 261. 30., ubi *ὥςπερ νῦν τά — ἐν τῷ βίῳ* pro *τῶν αὑτοῦ — διττὰ παρὰ πᾶσιν.* Cod. Voss. et Monac. Nr. 490. *διττὰ πάντ' ἐστὶ πᾶσιν.* *Ficinus* simpliciter vertit: „bifariam dividuntur." In praegressis *Stephanus αὐτοῦ* malebat. De *τοὺς τούτοις ἑπομένους* vid. ad IV, 12.

ἤ τισιν ὑπείξεσι. Haec verba, quae in libris editis omnibus desiderantur, e cod. Voss. et Monac. recepimus, assentientibus et *Ficino*, qui vertit: „vel obsequiis," et *Stobaeo*, qui scribit *ἤ τισιν ὑπεῖξαι.* Apud eundem pro *αὐτήν* extat *αὐτοῖς.* Ad *αὐτήν* int. *τὴν ψυχήν.* Mox *αὐτίκα*, statim, est: *ut exemplo utar non longe petito, ne longe abeam*, h. e., *exempli gratia* (nostrates similiter dicunt: *so gleich*). Sic V, 7. p. 735. C. Vid. *Koen.* ad Gregor. Corinth. p. 194 sq. *Markland.* ad Lys. Orat. XIX. T. V. p. 647. et *Ernesti* ad Xenoph. Mem. Socr. IV, 7. §. 2. Verba sequentia ita cohaerent: *αὐτίκα ἄνθρωπος πᾶς, παῖς εὐθὺς γενόμενος*, h. e., *εὐθὺς ἐκ παίδων* s. *νέων*, ut I, 11. 12. al.

δεῖ δέ. Cod. Monac. *δεῖ δή.* Mox Stob. *ἕκαστος.* Bas. 2. *τῶν αὑτά.* Deinde Stob. *ἡγεῖται.*

ἐξαιρῇ. Hoc e Stobaeo reposuimus pro *ἐξαίρῃ.* Sexcenties inter se permutata deprehenduntur *ἐξαιρεῖν* (eximere, excipere) et *ἐξαίρειν* (extollere), ut XII, 4. p. 948. D. Vid. *Wyttenbach.* ad Plutarch. fragm. p. 141. *Schäfer.* ad Eurip. Hippol. 18. et *Heindorf.* ad Theaet. p. 352. Mox Cod. Monac. *τιμῶν* pro *τιμᾷ.*

P. 161. *οὐδὲ πολλοῦ δεῖ δρᾷ τοῦτο.* Vulgo *ὁ δὲ πολλοῦ δεῖ δρᾶν τοῦτο.* Stob. *ὧδε — δρᾶν.* Unice verum est, quod *Stephanus* iam coniecit: *οὐδὲ πολλοῦ δεῖ δρᾷ τοῦτο;* solet enim *πολλοῦ δεῖ*, *multum abest*, ita interponi, ut cum *οὐδέ* coniunctum, quod

ad verbum simul referendum est (οὐδὲ δρᾷ τοῦτο, πολλοῦ δεῖ), negationis fortioris vim habeat; *multum abest, ut hoc faciat*, h. e., *minime hoc facit.* Vid. *Viger.* de idiotism. p. 468. ed. Herm.

ὑπείκων. Stob. ἀτιμάζων. Mox ἡγεῖται ζῆν τοῦτο, omisso πάντως. Τοῦτο placet, et *Ficinus* quoque expressit: „quando hanc vitam summum bonum censet."

ἡγουμένης τῆς ψυχῆς. Sic Cod. Voss., ut *Ficinus* vertit: „nam animo existimanti omnia apud manes mala esse, protinus assentitur neque resistit docens ipsum atque redarguens." Vulgo ἡγούμενος. Ad ἐλέγχων int. αὐτήν, τὴν ψυχήν. Mox Cod. Monac. πρὸς ἀρετήν. Ad ἕτερον int. τί, et ἡ τῆς ψυχῆς ὄντως καὶ πάντως (int. οὖσα: vera et tota, h. e., extrema) ἀτιμία. In Cod. Monac. deest ὄντως. Praegressum οὐδὲ μὴν antecedentia οὐδ' — οὐδ' cet. respicit, qua i dicere voluerit scriptor: οὐδὲ μήν, ὁπόταν πρὸ ἀρετῆς αὖ προτιμᾷ τις κάλλος, τοῦτό ἐστι τιμὴ τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ ἡ ὄντως καὶ πάντως ἀτιμία.

οὐδέ γε, ὁπόταν χρήματα cet. Laudat *Stobaeus* Serm. I. p. 25. 49. μὴ δυσχερῶς φέρῃ, non moleste ferat, h. e., non indignetur opum (male acquisitarum) possessionem. Deinde pro παντὸς μὲν οὖν λείπει (ab hoc longissime abest, ut vulgo interpretantur) *Cornarius* scribi malebat: πάντως μὲν οὖν λυπεῖ: penitus itaque laedit. Etsi exemplum locutionis παντὸς λείπει nusquam reperi, tamen multis nominibus vulgatam scripturam huic ineptae Cornarii correctioni praestare existimo, et si quid mutandum sit, equidem scribi malim πάντως μὲν οὖν λείπει (i. e. ἀπολείπει, int. τούτου, sc. τοῦ τιμᾷν τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν): prorsus ab hoc abest ille.

οὐκ ἀντάξιος. Haud dubie noster *Homericum* illud respexit Iliad. IX, 401:

> Οὐ γάρ ἐμοὶ ψυχῆς ἀντάξιον, οὐδ' ὅσα φασὶν
> Ἴλιον ἐκτῆσθαι, εὖ ναιόμενον πτολίεθρον,
> Τὸ πρὶν ἐπ' εἰρήνης, πρὶν ἐλθεῖν υἷας Ἀχαιῶν.

Quemadmodum illud in Politic. p. 297. E: τὸν ἑτέρων πολλῶν ἀντάξιον ἰατρὸν ad Homericum fictum est Iliad. XI, 514:

> Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

Sic etiam *Xenophon* Memor. Socr. II, 10. §. 3: καίτοι τὸ ὑπηρέτην ἑκόντα τε καὶ εὔνουν — ἔχειν — πολλῶν οἰκετῶν οἶμαι ἀντάξιον εἶναι (proprie: multis servis aequiparandum esse puto, h. e., multo-

rum servorum instar habere existimo). Infra c. 5. p. 730. D: πολλῶν ἀντάξιος ἑτέρων. Ita etiam nostro loco valet: quodcunque est auri, non aequiparandum est virtuti, virtutis instar non habet s., ut Plautus dicit, virtus non cara est auro contra.

οὐδέ, ὡς εἰπεῖν ξυλλήβδην. Particulam ὡς e Stobaeo recepimus. Deinde ante ὅσαπερ interposuimus coniunctionem ὅταν, quae ad sensum explendum necessaria est, et ab ὅσα facile oblitterari poterat. Pro οὐδέ *Stephanus* cum libro veteri legi iubebat ὅς δέ, sed οὐδέ praegressa fere postulant. *Heindorfius* vero Specim. crit. p. 34. ante ὅσαπερ interponi volebat ὅς ἄν; sed praegressa itidem ὅταν, quod nos reposuimus, vel ὁπόταν requirunt. Illud ὅς δέ, quod *Stephanus* affert, haud dubie e *Ficino* fluxit vertente: „denique, ut summatim dicam, *quicunque*" cet. Post ὅσαπερ e cod. Monac. ἄν ὁ inter erendum putavimus; ἄν etiam *Stephanus* addendum esse iudicavit.

P. 162. τὴν γὰρ λεγομένην δίκην cet. *Ficinus* aliter videtur legisse vertens: „maximam enim secundum iustitiam ultionem male agendi nemo — animadvertit." Nisi propter sequentia, ubi τιμωρία haec esse, non δίκη dicitur, ita graeca reddidit. Mox ante κακοῖς forsitan e cod. Voss. et Stobaeo recipiendum est οὖσι: *iis hominibus, qui mali sunt.* — προσκολλᾶσθαι, se agglutinare, i. e., adhaerere. Phaedon. p. 348: τὴν ψυχὴν — ἀτεχνῶς διαδεδεμένην ἐν τῷ σώματι καὶ προσκεκολλημένην. Sic κολλᾶν VI, 18. ubi v. not.

τοῦτο οὖν δή —. Stob. τοῦτο δὴ οὖν. Monac. τιμωρία δ' ἀδικίας. Mox πάθη est i. q. πάθημα, vid. III, 2.

τὰ δὲ χείρονα. Stob. χείρω, γενέσθαι βελτίω. Deinde τοῦτ' αὐτό, hoc ipsum, int. ut meliora evadant.

CAP. II.

Ψυχῆς οὖν. Sic Stob. et Stephan. In Ald. Lov. Bas. 1. et 2. αὖ scribitur.

ὅσαι κίβδηλοι. Cod. Monac. ὅσοι. Mox a Stobaeo μοί abest. *Ficinus*: „quorum differentia a legislatore declaranda mihi videtur." Cod. Monac. δὴ μιν. Ad τοῦτο νομοθέτου int. ἔργον ἐστί, vid. ad IV, 3.

τίμιον εἶναι σῶμα cet. Transscripsit *Stob.* Serm. I. p. 26. ubi vulgarem habet scripturam, sed p. 263. legit τὸ ἰσχυρὸν —

τὸ τάχος ἔχον — οὐδὲ τὸ ὑγιεινόν — καίτοι γε — τοῦτο δοκοῖ (Cod. Monac. καὶ τοῖς πολλοῖς). Pro δοκοίη (vulgo δοκοῖ) Ald. Lov. Bas. 1. 2. Stob. p. 26. et Cod. Voss. δοκεῖ. In sequentibus e Stobaeo p. 26. recepimus ἅμα τε καὶ ἀσφ.; in libris reliquis καί deest. Pro superlativis vero *Stephanus* malebat comparativos σωφρονέστερα et ἀσφαλέστερα. Etiam *Ficinus*: „nempe quae medium istorum omnium habitum tangunt, ea longe moderatiora tutioraque censenda sunt." Sed vid. quae ad II, 4. de hoc superlativorum usu exposuimus.

P. 163. ὡς δ' αὔτως, i. q., ὡσαύτως δέ. Sic VII, 14. p. 809. E: ὡς δ' αὔτως καὶ περὶ λύραν. IX, 16. p. 879. D: ὡς δ' αὔτως καὶ ξένου ἀπείργοιτο. X, 15. p. 910. A: ὡς δ' αὔτως ὄψεις πολλὰς ἀπομνημονεύοντας cet. Politic. p. 510. D. Phaedon. 102. E. *Xenoph.* Anab. V, 6. 9. *Strabo* I, 1. p. 5. 20. 27. 29. (ed. Siebenk.) et sic quavis fere pagina. — Mox ante τιμήσεως vulgo legitur καί, quod *Ficinus* quoque expressit vertens: „similiter pecuniarum praediorumque et census possessio se habet." Quid sibi velit h. l. census, non assequor. *Cornarium* igitur secutus καί expunxi; ita enim ille vertit: „eodem porro modo pecuniarum et opum possessio secundum eundem rhythmum honoris se habet." Τιμήσεως vero non e voce ῥυθμόν, sed ex ὡς δ' αὔτως pendet, vid. ad IV, 1., et κατὰ τὸν αὐτὸν ῥυθμόν (eadem proportione, h. e., ratione) praegresso ὡς δ' αὔτως adiectum est ἐκ παραλλήλου, vid. ad I, 5. Cod. Mon. τιμήσεων.

ἐν ταῖς πόλεσι. Praepositionem ἐν e *Stobaeo* interseruimus. Sic etiam *Ficinus*: privatim et in civitatibus.

ἄμεινον, tam bonum (hoc erit), int. quam cogitat. Vid. ad I, 9. Mox Cod. Monac. ὧν δ' ἀναγκαίων.

τὸ δ' ἔστιν — γιγνόμενον, pro γίγνεται, vid. ad IV, 6.

ὡς ὅπου ἀναισχυντοῦσι cet. Similiter *Charond.* ap. Stob. Serm. XLII. p. 289. 42: ὡς ἐν αἷς πόλεσι πρεσβυτέρων ἀναισχυντίαι, φύονται παῖδες αὐτῶν καὶ παίδων παῖδες ἀναίσχυντοι. ἀκολουθεῖ δὲ ἀναισχυντίᾳ καὶ ἀναιδείᾳ ὕβρις καὶ ἀδικία κ. τ. λ. Mox αὐτῶν referendum est ad γέροντας.

ὁμογνίων θεῶν. Dii ὁμόγνιοι sunt gentilicii, cognatorum praesides, ut Ζεὺς ὁμόγνιος lib. IX, 17. p. 881. D. *Dio Chrysostom.* Orat. XII. p. 216. A: ὁμόγνιος δέ, διὰ τὴν τοῦ γένους κοινωνίαν θεοῖς καὶ ἀνθρώποις. Cf. *Ruhnken.* ad Tim. p. 192. sq.

Imitatus est hunc locum *Iulianus* Orat. II. p. 86. A. et fragm. p. 291. D. Deinde pro γενέσθαι οὗς e Stobaeo reposui γενεθλίους, quod *Ruhnkenius* quoque l. l. probavit; praeterea ἴσχοι pro ἴσχει, quod quomodo Ruhnkenius tolerare potuerit, mirari debemus, ex eodem Stobaeo, cui Codd. Voss. et Monac. consentiunt, recepimus. Γενέθλιοι θεοὶ (lib. IX, 16. p. 879. D.) sunt dii genitales, h. e., qui fetus nascentes adiuvant. Γενεθλίους, id quod Ruhnkenio videtur latuisse, iam *Ios. Scaliger* reponendum esse vidit, ut *Lambinus* ad Horat. carm. secul. T. I. p. 311. A. tradit, hunc locum citans et ita reddens: „cognationem autem et societatem gentiliciorum deorum omnem unius sanguinis natura praeditam honorans quis et colens deos genitales propitios erga liberorum suorum sationem merito et probabiliter habuerit." Κατὰ λόγον, merito, iure, ita, ut decet. Sic c. 7. p. 735. A: καὶ τοὺς — βασανισθέντας ἑκάστοτε κατὰ λόγον. VIII, 3. p. 832. D. al. Cod. Mon. κατὰ λόγων.

ἑταίρων. Sic Stob. et Cod. Voss. Vulgo ἑτέρων; nihil vero frequentius est harum vocum permutatione, vid. ad Polit. IV, 1. p. 478. et 543. Etiam *Ficinus* vertit: „amicorum quoque et sodalium — benevolentiam consequetur." Monuerunt de hoc etiam *Heindorf.* ad Phaedr. p. 267. *de Geer* diatrib. in Polit. p. 145. et *Faehsius* in Syllog. Lectt. p. 384. Deinde εὐμενὲς iam Stephanus reposuit pro εὐμενεῖς, quod cum libris reliquis Stob. et Cod. Voss. habent. Mox Stob. ante αὐτῶν interponit ὑπέρ, contra sensum.

P. 164. εἰς μὴν πόλιν. Bas. 1. et 2. vitiose εἰς τὴν πόλιν. Mox pro Ὀλυμπιάσι (Stob. Ὀλυμπιᾶσι) scripsimus Ὀλυμπίασι; praecipiunt enim Grammatici, ut Ὀλυμπίασι scribatur, si locus memoretur, Ὀλυμπιᾶσι vero, si de tempore per Olympiades definito sermo sit, vid. Schol. ad Aristoph. Vesp. p. 361. Bas. *Phavorin.* h. v. Cf. *Duker.* ad Thucyd. VIII, 92. *Hemsterhus.* ad Lucian. Tim. T. I. p. 338. et *Schweighaeus* ad Athen. T. I. p. 61. *Fischerus* Animadv. ad Weller. T. III. P. I. p. 208. scribi iubebat Ὀλυμπίᾳσι, i. e., ἐν Ὀλυμπίᾳ. — Pro τῶν οἴκοι νόμων Stob. vitiose οἰκονόμων. Mox Ald. Lov. Bas. 1. 2. et Cod. Mon. ὑπηρετικῶς, Stob. ὑπηρετικῶς, et vetus liber a Stephano memoratus ὑπηρετικός. Recte iam *Cornarius* vertit: „velut qui ipsis optime prae omnibus hominibus in vita inservierit." Pro κάλλιστα (Cod. Mon. κάλλιστ') Stob. μάλιστ'. De superlat. κάλλι-

στα cum ἀνθρώπων coniuncto vid. ad I, 9. Mox de participio *ὄντα*, infinitivi partes agente, vid. ad I, 11.

παρὰ τὰ τῶν πολιτῶν, int. ἁμαρτήματα: prae iis, quae in cives peccamus, vel: quae cives in cives peccant, ut repetas εἰς τοὺς πολίτας. Παρὰ est *ad*, *prae*, i. e., *supra*, *plus quam* (vid. *Fischer*. ad Weller. T. III. P. II. p. 270.), et comparatio in praepositione iam latens comparativo μᾶλλον insuper significatur, vid. ad IV, 9. Vulgo mendose scribitur παρὰ τῶν πολιτῶν. *Ficinus*: „prae illis, quae inter cives committuntur." Mox Cod. Monac. τιμωρῶν.

τῷ ξενίῳ — Διΐ. Ξένιος Ζεὺς est Iupiter hospitalis, qui iura dat hospitibus (*Virgil*. Aen. I, 735.). Sic VIII, 9. p. 843. A. XII, 6. p. 953. E. Epistol. VII. p. 329. B. *Aristotel*. de mund. c. 7. *Charondas* ap. Stob. XLII. p. 289. 35: μεμνημένους Διὸς ξενίου, ὡς παρὰ πᾶσιν ἱδρυμένου κοινοῦ θεοῦ καὶ ὄντος ἐπισκόπου φιλοξενίας τε καὶ κακοξενίας. Ceterum δύναται non solum propter praegressum ὁ δυνάμενος, sed etiam ob generalem vocum δαίμων et θεός notionem singulari positum numero est, etsi pluralis ξυνεπόμενοι sequitur; vid. ad II, 1. Deinde ad πολλῆς εὐλαβείας int. δεῖ, vid. ad IV, 4. — Mox Bas. 1. 2. ξενικῶν δ' αὖ ἐν ἐπιχωρ. et Stob. c. Cod. Monac. πάθη.

CAP. III.

διαγάγοι. Sic Stob. Cod. Voss. et Monac. Vulgo διάγοι. Mox Stob. ὅς pro ὅσ', Cod. Mon. ὅταν. Paulo post pro εὐνοϊκούς, quod idem esset cum sequente εὐμενεῖς, e Stob. et Cod. Voss. reposuimus *εὐηνίους*, quam scripturam iam *Stephanus* commendaverat et *Ruhnkenius* (ad Tim. p. 125.) in Cod. Paris. invenit. Etiam *Ficinus* vertit: „*refrenet* magis et obtemperantiores — faciat." Εὐήνιοι enim proprie equi dicuntur, qui habenis regi facile possunt, ut Polit. V, 14. p. 467. E: ἐφ' ἵππων ἀκτέον ἐπὶ τὴν θέαν μὴ θυμοειδῶν μηδὲ μαχητικῶν, ἀλλ' ὅτι ποδωκεστάτων καὶ εὐηνιωτάτων. De translato vocis εὐήνιος usu, quo etiam IX, 16. p. 880. A. adhibetur, vid. *Miscellan. Observat.* V. VII. P. II. p. 304. *Ruhnken*. l. l. et *Boissonad*. ad Philostrat. p. 560. sq. — In Stob. verba καὶ εὐμενεῖς desunt. Deinde pro mendoso ἀπεργάζεται, quod in libris comparet omnibus, scripsimus ἀπεργάζηται; verba enim ὅσ' ἂν coniunctivum poscunt. Quanquam fortasse rectius est, ἂν expuncto, ὅσα — ἀπεργάζεται.

P. 165. *ἀλήθεια δή* cet. Legitur hic locus ap. Stob. l. l. Serm. I. p. 26. 28. et Serm. XI. p. 136. 54. De sententia, vid. *Aristotelis*, qui vulgo fertur, liber de mundo c. 7. et *Rittershus.* ad Porphyr. de vit. Pythagor. p. 58. Cf. praeterea *Clemens Alexandr.* Strom. II. 4. p. 366. B. (T. I. p. 437. Pott.) et *Theodoret.* Therapeut. I. p. 483. B. Ceterum notatu dignus est verbi *ἡγεῖσθαι* et nominis *ἡγεμών* usus apud Platonem, ut leg. I, 6. 631. C: *ὧν ἡγεῖται μὲν ὑγίεια.* Et paulo post: *ὃ δὴ πρῶτον αὖ τῶν θείων ἡγεμών ἐστιν ἀγαθῶν ἡ φρόνησις.* IX, 13. 875. B: *ἡγούμενον.* Similiter *ἡγεμὼν Ζεύς* Phaedr. p. 246. E. al. Unde Stoicos *ἡγεμονικὸν* suum mutuatos esse, dubitari non potest; vid libr. nostr., qui inscriptus est: Grundriss d. Philolog. p. 336. sq.

εὐθύς. Cod. Monac. *αὐτός.* Mox ad *εἴη* vulgo desideratur *ἄν*, quod abesse nequit, ut equidem censeo, vid. nostra ad Sympos. p. 259. sq. Mox Stob. p. 264. *ἵνα ὡς ὅτι πλεῖστον* et p. 137. *ἵνα ὅτι πλεῖστον.* Theodoret. *ἐπὶ πλεῖστον.* Deinde *διαβιοίη* scripsimus pro *διαβιοῖ;* Clem. et Theodor. *διαβιῴη.*

ἄνους· ὧν οὐδέτερον. Sic Stob. p. 137., contra p. 26. et 264. cum Cod. Voss. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *ἄνους ὧν, οὐδέτερον.* *Ficinus*, qui vertit: „quorum neutrum optabile est," scripturam nostram confirmat. Clemens exhibet: *ἄνους ὧν, οὐ ζῶον· οὐθ' ἕτερον οὖν ζηλωτόν*, deinde *δή* omittit.

ζώντων καὶ μή (*Ficinus:* seu vivant sive decesserint) cum *ὁμοίως* cohaeret.

τίμιος μὲν δή cet. Leguntur haec ap. Stob. praeter loc. laud. Serm. I. p. 26. 33. et IX. p. 106. 7., ubi nulla scripturae reperitur diversitas. P. 264. vero scribitur *μή*, ut in Cod. Voss., et *θέλουσιν* pro *ἀδικοῦσιν.* Cod. Monac. *πλείω.* De v. *ἀντάξιος* vid. ad c. 1.

νικηφόρος ἐπ' ἀρετῇ. Vulgo haec verba a praegresso *ἀναγορευέσθω* commate disiuncta leguntur, et sic *Ficinus* quoque vertit: „is magnus perfectusque in civitate vir praeconio praedicetur; nam virtute cunctis excellit." Sed coniungere oportet *ἀναγορευέσθω* et *νικηφόρος ἐπ' ἀρετῇ* (victor s. princeps in virtute pronuntiator), ut *ὁ μέγας ἀνὴρ — οὗτος* sit: scilicet magnus ille et perfectus vir. Ceterum *νικηφόρος* similiter usurpatum invenimus lib. XII, 6. p. 953. D: *τὴν* (*οἴκησιν*) *τῶν νικηφόρων τινὸς ἐπ' ἀρετῇ.* Cf. Polit. X, 15. fin. Phileb. 27. D. al. Vulgo *ἐπ'* abest.

χρὴ λέγειν. Cod. Monac. δεῖ, et Stob. τούτων pro τοῦτον. Mox in αὐτὸν ἔχειν subiectum est persona indefinita, quae praecedit, ut αὐτόν eminentiori significatione sit *ipsum*. Mox ante τὸν μέν Stob. καί omittit, et pro ἑκόντα habet θέλοντα. Cod. Mon. ἀκρότατον δὴ χρὴ — κοινωνεῖν. Pro ἐᾷν Bas. 2. ἐάν, quod e scriptura ἐᾶν in Ald. Lov. Bas. 1. fluxit. Sed offendo in verbo ἐᾷν, quod in hac sententiarum serie ineptum mihi videtur esse. Ni fallor, δρᾷν scribendum est: ἐθέλοντα δὲ δρᾷν (int. τοῦτο, τὸ τὰ ἀγαθὰ καὶ ἄλλοις μεταδιδόναι), δεύτερον (sc. χρὴ τιμᾷν).

φιλονεικείτω. Leguntur haec ap. *Stob.* Serm. I. p. 25. 5., ubi ἐς τὴν ἀρετὴν φθόνος scribitur, deinde κωλύων, ut in Cod. Monac.; idem videtur *Ficinus* legisse vertens: „et alios calumniis non detineat.“ Quanquam aliis quoque locis, ubi κολούειν legitur, cum κωλύειν illud videtur permutasse, velut Euthydem. p. 305. D. Protagor. 343. C. Est vero κολούειν amputare, decurtare; hinc vel mutilare ac turbare, vel imminuere, h. e., detrahere (ut de fama, de dignitate). Vid. *Fischeri* not. erudita. ad Apolog. p. 153., ubi Cod. August. (qui, ut opinor, idem est atque ille, quem nos Monac. vocamus, e quo varias lectiones in usum nostrum enotavit doctissimus nobisque amicissimus *I. G. Krabingerus.*) κωλύων exhibere memorat.

ξυντείνει πρὸς ἀρετήν. Stob. εἰς ἀρετήν. Paulo post μέν post θυμοειδῆ a cod. Monac. abest, et ὡς a Stobaeo. Deinde Cod. Monac. τὰ γὰρ ὄντα ἄλλω χαλεπά.

μαχόμενον — νικῶντα. Bene vertit *Cornarius*: „quam ut pugnando et propulsando victor abeat et nihil poenarum remittat.“ Participia μαχόμενον et ἀμυνόμενον instrumentum indicant τοῦ νικᾷν. Νικῶντα vero ipsum pro τῷ νικᾷν positum est. De sententia, cf. *Seneca* de ira I, 14.

τὰ δ' αὖ τῶν, ὅσοι —. Stob. αὐτῶν, vitiose. Ceterum articulus (ut h. l. τῶν) pronominis demonstrativi loco ponitur (qui quidem usus a veteri Graecorum lingua repetendus est, ut Homericus sermo ostendit), si relativum pronomen sequitur. Sic VI, 9. p. 761. E: περὶ τούς, ὧν ἐπιμέλονται. C. 12. p. 766. A: τῶν, ὁπόσα φύει γῆ. IX, 8. p. 867. D: τοῖς, ὅσοι. C. 11. p. 871. E: τόν, ᾧ ἂν ἐπισκήπτηται. C. 12. p. 873. D: τῶν, ὅσα ἀργὰ καὶ ἀνώνυμα, et paulo post: πλὴν τῶν, ὅσα cet. X, 11. p. 901. D: τῶν, ὁπόσων εἰσὶν αἱ αἰσθήσεις. XI, 2. p. 914. E: τῶν, ὁπόσα — ὅσια. C. 6. p. 922. D: τῶν, ὁπόσοι. XII, 14. p. 958. D: τῶν, ὅσοι ἐπι-

τήδειοι. Epinom. c. 1. p. 974. C: τῶν, ὅσοι — δυνατοὶ γίγνονται. Phileb. p. 21. C: τῶν, ὅσα θαλάσσια. Protag. 320. D. Sophist. 241. E. Polit. V, 469. B. VI. p. 509. E. *Conon.* Narrat. c. 1. *Longin.* XVI. §. 1. ubi v. *Bast.* p. 643. ed. Weisk. Cf. *Matthiae* Grammat. p. 397. sq.

πᾶς ὁ ἄδικος cet. Celebratissima haec est Platonis sententia, nominem sua sponte esse malum. Cf. c. 6. p. 734. B. Lib. IX, 4. p. 860. D. Protagor. 345. D. Polit. IX. p. 589. C. Tim. 86. D. Hipp. mai. 296. C. al. Vid. *Upton.* ad Epictet. dissert. I, 28. II, 22. *Gataker.* ad M. Antonin. IV, 3. 6. VII, 63. VIII, 14. X, 30. XI, 18. *Heusd.* Specim. crit. p. 72. sq. al. Similiter *Cicero* Parad. 3: cum quidquid peccatur, perturbatione peccetur rationis atque ordinis. *Clem. Alexandr.* Strom. VII. σχεδὸν δύο εἰσὶν ἀρχαὶ πάσης ἁμαρτίας, ἄνοια καὶ ἀσθένεια cet. Cf. *Pseudo - Phalar.* Epist. 29. Ceterum respexit ad hunc locum *Origenes* Philosoph. §. 9. T. I. p. 899. A. De negationibus iteratis vid. ad I, 10. Ceterum pro κέκτητο scribendum est κεκτῇτο.

ἀκράτως. Suspicor ἀνιάτως scribendum esse, ut oppositum sit praegresso: τὸν μὲν ἰάσιμα ἔχοντα. Nec aliter *Ficinus* videtur in libris suis scriptum invenisse, quum verterit: Qui autem ita sunt flagitiosi, ut incurabiles sint —.

πρέπειν — εἶναι δεῖν. Merito infinitivi πρέπειν et δεῖν offenderunt *Stephanum*; neutiquam enim ferri possunt. Expungi volebat Stephanus alterutrum, sed vereor, ne nimis levis ac paene temeraria sit haec locum sanandi ratio. Scribendum est, opinor, εἰ πρέπει, *tunc si convenit;* etenim iracundum esse debere virum bonum nonnisi in eos, quorum pravitas fere insanabilis sit, in praegressis monuit. *Ei* ab ῃ in θυμοειδῆ facile absorberi poterat, et, hoc oblitterato, πρέπει in πρέπειν mutabatur.

CAP. IV.

Πάντων δὲ μέγιστον cet. Laudantur haec a *Stobaeo* Serm. XXIII. p. 191. 23. Pro κακόν e Cod. Voss. reposuimus κακῶν, vid. *Böckh.* in Min. p. 97.

φίλος αὑτῷ πᾶς ἄνθρωπος. *Aristotel.* Polit. II, 3. (c. 2. §. 6. Schneid.): ἡ γὰρ (sic enim scribendum esse censeo pro μὴ γάρ) οὐ μάτην τὴν πρὸς αὑτὸν αὐτὸς ἔχει φιλίαν ἕκαστος, ἀλλ' ἔστι τοῦτο φυσικόν· τὸ δὲ φίλαυτον εἶναι ψέγεται δικαίως. Cf. P.

Victor. Var. Lectt. XXX, 5. — Cod. Mon. ὁ φύσει. Deinde ad ὀρθῶς ἔχει Stephanus addendum esse suspicabatur infinitivum λέγειν: ὀρθῶς ἔχει τὸ λέγειν, δεῖν cet. Credibile tamen est, ipse subiicit vir doctissimus, ita locutum esse Platonem, ut tres infinitivi non concurrerent. Simpliciter ad τό intelligi malim λεγόμενον, ut sit idem ac praegressum ὃ λέγουσιν; et articulum sic poni constat, v. c. τὸ τῶν πολλῶν est i. q. τοῦτο s. ἐκεῖνο, ὃ οἱ πολλοὶ λέγουσι, al.

P. 167. τυφλοῦται — ὁ φιλῶν. Sententia haec a serioribus scriptoribus frequenter repetita est, ut a *Plutarcho* discr. adul. et amic. p. 48. E. F. De cap. ex inim. utilit. p. 90. A. 92. E. Platon. Quaest. p. 1000. A. *Galen.* de anim. affect. curand. T. I. p. 352. 36. et p. 357. 10. Bas. *Longin.* XLIV. §. 9. al.

οὐκ εἰδότες — οὐδέν. Vid. ad IV, 7.

αἰσχύνην — πρόσθεν ποιούμενον. Vid. ad I, 15.

ἀνάμνησις. Notae sunt, quas Plato praecipue in Phaedone et Menone posuit, memoriae et oblivionis definitiones. Vid. *Fischer.* ad Phaedon. p. 315. n. 10. Cod. Monac. ἀπολειπούσης. In praegressis verborum χρὴ λέγειν ἀναμιμνήσκοντα subiectum est persona indefinita.

διὸ δή. Particula διό non ad id, quod in sequentibus exponitur, spectat, sed ad praegressa: χρὴ λέγειν, ἑαυτὸν ἀναμιμνήσκοντα: quapropter dicendum s. in memoriam revocandum est (sc. quod iam diximus), risu et dolore nimio abstinendum esse. Quae quidem brevitas dicendi in ipsis dicendi verbis omnium fere linguarum propria est. Mox vocabulum πᾶσαν de glossa mihi suspectum est, ut ὅλην περιχάρειαν et περιωδυνίαν (verba proprie ita sunt constituenda: ὅλην καὶ περιχάρειαν καὶ περιωδυνίαν ἀποκρυπτόμενον) sit: omnem et gaudii et doloris intemperantiam (quam seriores dixerunt nimietatem); ὅλην proprie est: omnes intemperantiae species s. rationes, igitur: quidquid nimium est in gaudio vel dolore. *Kai* hyperbaton facit, vid. ad II, 3. Haud dubie apposita erat glossa πᾶσαν vel ad ὅλην vel ad περιωδυνίαν, et postea in contexta immigravit. Contra Stephano ὅλην suspectum erat, quod in ὅλως mutari iubebat. Tunc vero καί expungi oporteret. — Deinde κατά τε εὐπραγίας respondet sequenti καὶ κατὰ τύχας, et verba ἱσταμένου — πράξεσιν ita explicanda esse duco: si Genius hominis vel in felici versatur rerum statu, vel in

fortunae casibus (κατὰ τύχας), ubi cum infortunio luctatur tanquam cum excelso quodam et arduo, quod superare nequit. *Δαίμων*, Genius hominis, fortunae vel bonae vel adversae conciliator, saepenumero etiam vitae sortem s. fortunam cuiusque propriam significat, ita ut utraque notio discerni fere nequeat (vid. *Stephan*. Thesaur. gr. ling. T. I. p. 895. sq. et *Rudolphi* ad Ocell. Lucan. p. 266. sq.). Verba autem οἷον — πράξεσιν, quae ad proxime praegressa κατὰ τύχας spectant, simul generatim posita sunt, quocirca plurales δαιμόνων ἀνθισταμένων offendere non debent; non enim de hominis, de quo in praegressis sermo erat, Genio vel sorte iam agitur, sed in universum de hominum Geniis s. sortibus in rebus adversis versantibus. Et credibile est, nostri scriptoris animo in his scribendis poetae alicuius verba obversata esse. Certe πράξεσιν (i. e., δυσπραξίαις) poeticum est (ut ap. *Aeschyl*. Prometh. 695. *Sophocl*. Ai. 790. Trachin. 152. 879. Antigon. 1305. *Eurip*. Alcest. 813. al. legitur), et verba πρὸς ὑψηλὰ καὶ ἀνάντη itidem coloris poetici quid habent. In alia omnia discesserunt interpretes in hoc loco vertendo. Nos vero an veri quid assecuti simus, viri docti iudicabunt.

ἐλπίζειν δ' ἀεὶ cet. Egregie *Ficinus* et editores, qui post δωρεῖται colon ponunt, a sensu horum verborum aberrarunt. Ita enim verba sunt construenda: ἐλπίζειν δὲ (χρή), τὸν θεόν, πόνων μὲν ἐπιπιπτόντων τοῖς γε ἀγαθοῖς, ἃ δωρεῖται, ἀεὶ ποιήσειν (αὐτοὺς) ἐλάττους ἀντὶ μειζόνων, τῶν τ' αὖ νῦν παρόντων (πόνων) μεταβολὰς (αὐτὸν ποιήσειν) ἐπὶ τὸ βέλτιον, περὶ δὲ τὰ ἀγαθὰ (quod vero ad bona s. res secundas attinet), πάντ' ἀεὶ — παραγενήσεσθαι. Recte *Cornarius* cepit verba vertens: „sperare semper oportet, dum bonis, quae deus largitur, labores incidunt, fore ut ille pro gravioribus leviores inducat et nunc praesentes in melius permutet; circa bona vero his contraria, fore nimirum, ut omnia semper ipsis adsint cum bona fortuna: igitur infortunium in melius mutatum iri, et felicem fortunam prosperum habituram esse successum" (mala inde non eventura esse). Mox ante ταύταις — ἐλπίσιν desidero praepositionem ἐν. — μηδὲν φειδόμενος, nihil retinens s. omittens, sedulo id agens.

CAP. V.

P. 168. ὅσα θεῖά ἐστι. „Θεῖα sunt, quae pertinent ad res divinas, h. e., ut ipse ait, in quibus si peccaveris, deum ultorem habeas; humana autem, quibus obiectae sunt res humanae."

Ernesti Clav. Ciceron. v. *divinus* p. 485. ubi commode laudat *Livium* XXIX, 18: et illa omni divino humanoque liberetur scelere. Cf. III, 19.

τῷ σχήματι. Cod. Mon. *τὸ σχήματι.* Bas. 1. et 2. *τῷ χρήματι*, mendose.

νέος ὢν φυγὰς — γένηται. Quibus Lacedaemoniorum disciplina notatur. Vid. I, 9. sq.

ὀρθότης τίς. Vulgo *ὀρθότης τὶς* scribitur. Mox verba *εἴτε οὕτως — ὧδε σκοπεῖν* ab Ald. Lov. Bas. 1. 2. et Cornarii translatione absunt; *Stephanus*, nescio e quo libro, ea interposuit et *Ficinus* reddidit: „sive ita nobis secundum naturam insit, sive aliter praeter naturam. Vitam itaque ad vitam, iucundiorem et molestiorem ita conferre oportet." Qui factum sit, ut illa verba omitterentur, facile est ad intelligendum. Oculus enim librarii a priori *σκοπεῖν* ad sequens aberravit. Sic etiam verba *ἡδονῆς βουλόμεθα — μείζονος* ab Ald. Lov. Bas. 1. et 2. absunt, quae *Ficinus* expressit et *Cornarius* interserenda esse monuit; iterum librarii a priori *μείζονος* statim ad posterius transsiluisse cogitandi sunt. Sensus est: quid vero rectum sit (*ἡ ὀρθότης*, h. e., *τὸ ὀρθῶς γενέσθαι τοῦ χαίρειν πλείω, ἐλάττω δὲ λυπεῖσθαι*), tunc demum perspicimus, si consideramus s. quaerimus, utrum naturae conveniat an adversetur, h. e., rectus illius usus in eo cernitur, quod naturae consentaneum est. Quod ut perspiciatur, vitam iucundam et tristem inter se comparare oportet. — Mox *οὐχ* cum *βουλόμεθα* coniunxit *Ficinus*, qui vertit: „pari autem modo utrumque horum habere nos nolle, possumus declarare." Sed vide infra.

μηδὲν διαφέροντα spectat ad *ἰσότησι* praegressum, quo vita significatur *ἰσόῤῥοπος*, quae in sequentibus dicitur, in qua dolor et voluptas sibi aequales sunt. Verba autem *πρὸς αἵρεσιν ἑκάστων* post *πρὸς βούλησιν* offendunt, quum idem sonent. Ni fallor, loco suo mota et sequentibus annectenda sunt ita: *οὕτω δὴ τούτων πρὸς αἵρεσιν ἑκάστων ἐξ ἀνάγκης* vel *ἐξ ἀνάγκης πρὸς αἵρεσιν ἑκάστων διακεκοσμημένων*: haec igitur quum, si nostram utriusque optionem spectamus, necessario ita constituta sint cet. s. quum natura nostra ita ferat, ut voluptatem appetamus, dolorem vero fugiamus.

P. 169. *ὡς τῶν μὲν ὑπερβαλλόντων.* Explicant haec praegressa. Vita aequalis est, in qua dolor et voluptas sibi pares

sunt, ita ut neuter emineat, et nos neque appetamus neque refugiamus (appetitio enim nonnisi tunc excitatur, si voluptas eminet, contra refugimus id, in quo dolor praevalet; in hac igitur utriusque aequalitate *οὐκ ἔχοιμεν ἂν διασαφεῖν ὡς βουλόμεθα*, propterea quod tunc utraque *μηδὲν διαφέροντα* s. *ἀδιάφορα* sunt). *Ὡς* est *scilicet*: *τὸν ἰσόῤῥοπον βίον*, in qua neque appetimus quid neque refugimus: nam appetimus nonnisi id, in quo, quod nobis gratum est (*τὸ ἡμῖν φίλον*), praevalet, refugimus vero contrarium. Pro *τῶν ὑπερβαλλόντων* et *τῶν δ' αὖ* videndum autem est, annon scribi oporteat *τὸν ὑπερβάλλοντα* (sc. *βίον*) et *τὸν δ' αὖ*. Nam quomodo genitivi explicari possint undeque pendeant, non perspicio.

πάντας — τοὺς βίους — ὡς pro *ὡς πάντες οἱ βίοι*; vid. ad I, 2.

CAP. VI.

ὧν πέρι δεῖ cet. Salebrosa est verborum structura; *περὶ ὧν* respicit sequens *ἰδόντα*, in v. *περὶ ὧν* vero simul latet *ἐξ ὧν*, si respicias *προελόμενον*; deinde participia *ἰδόντα*, *ταξάμενον* et *ἑλόμενον* praegresso *προελόμενον*, ut potiori, subiecta sunt: quaenam et quot sunt vitae genera, in quibus postquam liberum et coactum (quod appetimus sponte nostra et quod refugimus) cognoverimus legemque nobis de his constituerimus, optimum ac pulcherrimum cum grato et iucundo sectantes, unum ex iis eligamus, ut quam beatissime vivamus? — Pro *νόμον* Ald. Lov. et Bas. 1. *νόμον*. Pro *εἰς* vero *Stephanus* scribi malebat *εἶτα*; *εἰς* esse potest *instar*, *pro* (vid. ad III, 16.): legis loco habentem (*ταξάμενον*), sc. quae in hac liberi et coacti disquisitione vera et naturae consentanea perspexit.

ὡς οἷόν τ' ἐμμανεστάτους παρεχόμενον. Ab Ald. Lov. et Bas. 1. absunt verba *ὡς — ἐμμανεστάτους*. *Ficinus* ea expressit vertens: „cupiditatibus ardentibus furiosisque et insanis mirum in modum amoribus agitetur." Mox *ἐν μὲν τῷ σώφρονι* pro *ἐν τῷ σώφρονι μέν*, vid. III, 11. Paulo post pro *πυκνότησιν* e cod. Monac. reposuimus *πυκνότητι*. Deinde Bas. 1. et 2. mendose *ἰδίων* scribunt pro *ἡδίων*. *Παρεῖκει* est licet, ut Sympos. 187. E: *καθόσον παρείκει*. al.

P. 170. *ἡ βούλησις τῆς αἱρέσεως*, vid. ad I, 14. *ἵνα* consilium indicat: optio nostra non id vult (*οὐ τοῦτο βούλεται*), ut

dolor superet. Pro ὑπερβάλῃ, quod vulgo legitur, Codd. Monac. et Voss. ὑπερβάλλῃ, deinde ὅπῃ.

ὁ δὴ σώφρων τοῦ ἀκολάστου. Haec e praegressis mihi videntur irrepsisse. Quatuor videlicet vitae genera ponit, σώφρονα βίον, ὑγιεινόν, φρόνιμον et ἀνδρεῖον, quorum contrarii sunt ὁ ἀκόλαστος βίος, ὁ νοσώδης, ὁ ἄφρων et ὁ δειλός. De σώφρονι et ὑγιεινῷ eorumque contrariis in praegressis quum disseruerit, reliquum est, ut vitam φρόνιμον et ἀνδρεῖον consideret; quo facto, quatuor illas vitas iterum componit easque omnes iucundiores esse statuit, quam quae ipsarum contrariae sint. Ex his perspicitur, verba illa ὁ δὴ σώφρων τοῦ ἀκολάστου ab hoc loco aliena esse; nec desiderabis quid, his omissis, imo oratio melius cum praegressis cohaerebit: *Καὶ ὁ φρόνιμος τοῦ ἄφρονος καὶ ὁ τῆς ἀνδρίας* (i. e, ὁ ἀνδρεῖος) τοῦ τῆς δειλίας (τοῦ δειλοῦ) ἐλάττονα cet.: *Etiam* (sc. sicut ὁ σώφρων et ὁ ὑγιεινὸς βίος) prudens vita cet. Accedit quod verba ἑκάτερος ἑκάτερον de duabus, non de tribus vitis sermonem esse demonstrant. Verba, quae sequuntur, paulo obscuriora sunt. Ita interpretanda esse censeo. *Τῇ τῶν ἡδονῶν* (int. μερίδι), est: a voluptatum parte, h. e., si voluptates spectas, et sic τῇ τῆς λύπης: si dolorem spectas. *Ἑκάτερος* est ὁ φρόνιμος βίος et ὁ τῆς ἀνδρίας s. ἀνδρεῖος; ἑκάτερον vero referendum ad τὸν ἄφρονα et δειλόν s. τὸν τῆς δειλίας. Tunc ἐκείνων iterum ad τὸν ἄφρονα et δειλὸν trahendum est, et nominativo praegresso sequitur genitivus nominis vel pronominis (ἐκείνων) et participii (ὑπερβαλλόντων), de quo vid. ad II, 3. Sensus est: etiam prudens vita imprudentem et fortis ignavam superant, propterea quod voluptas in ipsis eminet, in illis vero dolor praevalet; nam licet prudens et fortis vita per se minus et voluptatis et doloris habeat, quam imprudens et ignava (ἐλάττονα καὶ σμικρότερα καὶ μανώτερα ἔχων ἀμφότερα), tamen in ipsis plus voluptatis inest, quam in contrariis, quia minus doloris habent. Participia ὑπερβάλλων et ὑπερβαλλόντων explicationi serviunt, et coniunctione *dum* vel *quia* resolvi debent. Cod. Monac. ἑκατέρου ὑπερβολή -- ὑπερβαλόντων. Verba ὁ δὴ σώφρων — ἀκολάστου etiam *Cornarius* vidit aliena esse; idem pro μανώτερα scribi volebat σπανιώτερα (*Ficinus:* rariora), sine causa, nisi in Codd. Mss. id invenerat; μανώτερα oppositum est praegresso πυκνότητι.

τοῖς ἄλλοις aliter explicari non potest, nisi ita, ut ablativus sit e verbo ὑπερέχειν pendens, ita ut κάλλει, ὀρθότητι, al. illius

explicationi serviant: et aliis insuper praestare, sc. pulcritudine cet.

τῷ παντὶ καὶ ὅλῳ, quod vernaculo respondet: ganz und gar. Sic VI, 20. p. 779. B: ὅλῳ καὶ παντὶ — διάφορος. Polit. V, 15. VII, 9. Phaedon. p. 332. Fisch. Sic et ὅλον καὶ πᾶν Legg. XII, 2. p. 944. C. ubi v. Ruhnk. Schol. p. 242. Alcibiad. I. p. 38. al.

CAP. VII.

P. 171. ὑπογράφειν est *adumbrare*, primis lineis deformare, breviter et generatim designare. Lib. XI, 12. p 934. B: τὸν δὲ καθάπερ ζωγράφον ὑπογράφειν ἔργα ἑπόμενα τῇ γραφῇ. Polit. VIII, 3. p. 548. D Sic etiam ὑπογραφή usurpatur, ut c. 8. p 737. E: σχήματος ἕνεκα καὶ ὑπογραφῆς. Polit. VI, 15. p. 504. D. Tunc est *praescribere* et proprio (ut Protag. 326. D.) et translato sensu, ut IV, 4. p. 711. B. Theaet. p. 171. E. al. Nostrum *vorschreiben* et *vorzeichnen*. — τό γε ἀληθές est i. q. τῇ ἀληθείᾳ.

καθάπερ οὖν cet. Laudantur haec a *Stobaeo* Serm. XLII. p. 297. 3. et respexit ad locum nostrum *Aristotel.* Polit. II, 4. (c. 3 §. 8. Schneid.): φησὶ γὰρ δεῖν, ὥσπερ ἐξ ἑτέρου τὸ στημόνιον ἐρίου γίνεται τῆς κρόκης, οὕτω καὶ τοὺς ἄρχοντας ἔχειν δεῖν πρὸς τοὺς ἀρχομένους. Oratio ipsa non cohaeret; sequi enim debebat ὡσαύτως καί vel simile quid, cuius loco positum est ὅθεν δὴ — δεῖ. Deinde accusativi illi τινὰ ξυνυφὴν ἤ καὶ πλέγμα ἄλλο absolute positi sunt: quod attinet ad — vid. ad I, 2. Pro ξυνυφήν (sic codd. Voss. Monac. et *Stephanus* in Thes. gr. ling. T. III. p. 1767. F. Etiam *Ficinus* habet: quaecunque texuntur, et *Cornarius*: in textura) vulgo et in Stob. legitur ξυμφυήν. Deinde ἐφυφήν ex Ald. Lov. Bas. 1. 2. Stob. Codd. Voss. et Monac. revocavimus pro eo, quod in Stephan. et Bip. exemplis vitiose legitur, ξυνυφήν, quod haud dubie e praegresso ξυμφυήν vel ξυνυφήν natum est. *Pollux* quoque VII, 30. p. 708: Πλάτων δὲ ἐφυφὴν καλεῖ τὴν κρόκην. Etenim στήμων est stamen (fila intensa, der Aufzug, s. die Werfte), ἐφυφή vero licium, quod stamini intexitur, subtemen (der Einschlag s. Eintrag), i. q. κρόκη vid. Politic. p. 281. A. 282. D. E. al.), quod quidem insertum duritiem utrimque comprimentis tramae remollit (*Seneca* Epist. XC. med.); stamen enim filo constabat magis retorto ac proinde duriori, subtemen vero filo molliori parumque torto. Cf. *Casaubon.* ad Pers. VI. p. 510 sq. ed. Paris. *Salmas.* ad Capitolin. Pertin. 8. p. 545. et ad Vopisc. Aurel. 46. p. 563 sq. *Gesner.* Thesaur. ling. lat. v. Texo, Trama,

al. T. IV. p. 778. 835. al. — Mox pro ἐν τοῖς τρόποις haud dubie legendum est ἐν ταῖς στροφαῖς. Politic. 282. E: τούτου δὴ τὸ μὲν ἀτράκτῳ τε στραφὲν καὶ στερεὸν νῆμα γενόμενον στήμονα μὲν φασι τὸ νῆμα — ὅσα δέ γε αὖ τὴν μὲν ξυστροφὴν χαύνην λαμβάνει, τῇ δὲ τοῦ στήμονος ἐμπλέξει πρὸς τὴν τῆς γνάψεως ὁλκὴν ἐμμέτρως τὴν μαλακότητα ἴσχει, ταῦτ' ἄρα κρόκην μὲν τὰ νηθέντα — φῶμεν. *Seneca* l. l.: quemadmodum alia *torqueantur* fila, alia ex molli solutoque ducantur cet. Etiam *Cornarius* vertit: „robustum enim est et ex tortura firmitatem accepit." Ἐν redundat, vid. ad I, 14.

τὰς ἀρχάς. Vocem μεγάλας, quae vulgo ante ἀρχάς legitur, bene ignorat Cod. Monac., nec *Ficinus* expressit. Deinde Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἄρξαντας. *Ficinus:* „qui magistratus in civitate *gesturi* sunt." Similiter *Cornarius* reddidit. Mox libri veteres σμικρά habent, quod revocavimus; Stob. et Stephan. σμικρᾷ, ut *Ficinus* vertit: „qui in leviori eruditione comprobentur." Sed σμικρᾷ παιδείᾳ ineptum mihi videtur esse, σμικρά vero, ad βασανισθέντες relatum, est paulatim s. lenius, vid. ad III, 2. Praeterea rectius, ni fallor, scribetur τρόπον, ταύτῃ καί, nisi ταύτῃ referri malis ad texturae exemplum in praegressis propositum. Sensus est enim: *quemadmodum in textura stamen durius, subtemen vero mollius est, ita etiam in civitate imperium, ut quod severius sit, et lenem s. mitiorem morum ac disciplinae probationem discernere oportet.* Τοὺς παιδείᾳ βασανισθέντας est i. q. τὸν παιδείας βάσανον. Duas vero ponit castigationes et lustrationes quasi, severam unam (dominatoris, alteram mitiorem (legis latoris). Verba ἑκάστοτε κατὰ λόγον (rite, recte) referenda sunt ad διακρίνεσθαι δεῖ.

καταστάσεις. Sic Cod. Voss. et Stob.; vulgo κατάστασις. Ἀρχῶν καταστ. ἑκάστοις sunt magistratuum cuique convenientium constitutiones: *unum est hoc, ut unusquisque eum magistratum adipiscatur, qui ipsi convenit, alterum hoc, ut leges magistratibus scribantur, secundum quas civitatem regant.*

οὐκ ἄλλως μή ποτε ἐπιχειρήσει. Vulgo scribitur ἐπιχειρήσειε et καθάρῃ, quod quomodo ferri possit, non perspicio. Cod. Mon. ἐπιχειρήσῃ et Cod. Voss. καθαίρῃ, quod praegresso οὐ — μή ποτε (vid. ad III, 12.) quidem convenit, sed sequentibus ἀποπέμψει et θεραπεύσει adversatur; hi enim indicativi etiam in praegressis indicativos requirunt; quocirca ἐπιχειρήσει et καθαρεῖ

scripsimus, μή ποτε pro vitioso habentes; namque notum illud οὐ μή (proprie: non verendum, non cogitandum est, vid. ad Polit. I, 15.) et propter interpositum ἄλλως et propter sententiarum cohaerentiam locum habere nequit. Ni fallor, scribendum est δή ποτε. Ita et sensus et grammatica orationis structura adiuvantur. Deinde pro ὑγιῆ scripsimus ὑγιᾶ (vid. ad III, 5.) et ἀγεννῆ mutavimus in ἀγενῆ (vid. ad III, 10.).

περί τε σῶμα καὶ ψυχάς. *Stephanus* malebat σώματα, quod placet. Etiam *Cornarius* vertit: „circa corpora et animas.“ Sequentia idem bene expressit: „quas quum natura et prava educatio corruperit, perdit insuper sanorum et integrorum tum morum tum corporum genus in quavis pecorum gente, si non iam praesentia expurgarint.“ In Cod. Monac. ἐν ante ἑκάστοις deest. Mox ad σπουδῆς μεγίστης int. δεῖ, vid. ad IV, 3.

αὐτίκα. Vid. ad V, 1. et de ἔχον ἂν εἴη vid. ad IV, 6.

P. 172. τὰς μὲν τύραννος μὲν ὤν. Particula μέν bis posita, ut Polit. IV, 1. p. 421. A: εἰ μὲν οὖν ἡμεῖς μὲν φύλακας ὡς ἀληθῶς ποιοῦμεν. Meno. 94. C. al. *Xenoph.* Hier. IX, 2. al. Vid. *Dorvill.* ad Charit. p. 330. *Wyttenbach.* ad Eclog. hist. p. 409. et *Buttmann.* Excurs. ad Demosthen. Midian. p. 129.

ἀγαπητῶς. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἀγαπητός. Stob. ἀγαπώντως. Cod. Voss. ἀγαπόντως, et in marg. ἀγαπητᾷ. Cod. Monac. ἀγαπητῶς, et in marg. ἀγαπῶντα. Similiter Lib. IV, 1. p. 704. E: ὅμως δὲ ἀγαπητὸν καὶ τοῦτο, ubi v. not. Mox ante καθάπερ vulgo punctum extat; sed ὁ ἄγων et ἐπιτιθείς cum ἀλγεινός cohaerent, quasi dixerit: ἀλγεινός, ὃς — εἰς τὸ κολάζειν ἄγει, θάνατον — ἐπιτιθείς s. καὶ θάνατον ἐπιτίθησι.

μεγίστην δὲ οὖσαν βλάβην. Particula δέ explicationi servit (vid. ad II, 1.), ut *Ficinus* recte cepit vertens: „quoniam civitati maxime noceant.“ Igitur non opus est, id quod olim suspicabamur, γέ scripto, etsi hoc, ubi causa indicatur, participio iungi amat, ut Gorg. 479. B. Phileb. p. 49. E: ἄγνοιάν γε οὖσαν. al.

ἐπὶ τὰ τῶν ἐχόντων. Οἱ ἔχοντες, absolute positum, sunt divites, contra οἱ μὴ ἔχοντες indigentes, pauperes. Vid. *Wetsten.* ad Matth. 13, 12. *Markland.* ad Lys. p. 579. T. V. ed. Reisk. et *Valckenar.* ad Herodot. VII, 22. Perspicue haec vertit *Cornarius:* „quicunque ob victus inopiam ad duces se conferunt et pa-

ratos se ad sequendum indicant, ut ipsi, qui non habent, eorum, qui habent, bona invadant, hos veluti morbo civitati inserto, summotionis nomine in gratiosum coloniae nomen commutato, quam maxime benevole relegat." *Πόλεως* cum *νοσήματι* coniunctum est, quum, si sensum spectas, dativus esse deberet e verbo *ἐμπεφυκότι* pendens, vid. *Matthiae* Grammat. graec. p. 506. n. 2. Ceterum *Stephanus* adnotat, librum veterem habere *δι' εὐφημίας ἀπαλλαγήν*. Sed *ἀπαλλαγή* est migratio. Cod. Voss. *ἀπαλλαγήν*. Ni fallor, recte *ἀ π α λ λ α γ ῇ* scripsimus: relegationi coloniae nomen imponens. Pro *ἀποικίαν* Stob. *ἀποικίας* exhibet, quae latina esset, non graeca loquendi ratio; Graeci enim verbum voci *ὄνομα* adiunctum eodem casu ponunt, quem *ὄνομα* habet; vid. *Heindorf.* ad Theaet. p. 307. Ceterum dativum *τούτοις* adverte, qui, unde pendeat, nihil habet; in animo habebat noster scribere *τούτοις — ἀποίκους ὄνομα τιθέμενος*: his — colonorum nomen imponens; ut abstractum concreti loco positum sit, vid. ad III, 5. De aoristo *ἐξεπέμψατο* vid. ad III, 11. Mox Cod. Monac. *μέν* pro *μήν*, sed vid. de *μέν — μήν* IV, 12.

ο ἷ ο ν δ ὲ τ ι ν ῶ ν cet. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *οἵων δέ τινων*. Etiam Cod. Mon. *οἵων*, mendose. Secundum comparationis membrum: *ita nobis quoque faciendum est*, vel simile quid, omissum est; nonnulla vero deesse, etiam ex eo coniicere possis, quod *κ α ί* ante *τὰ μὲν ἐξαντλοῦντας* nihil habet, quo referatur; nisi participia *ἐξαντλοῦντας*, *ἀποχετεύοντας* et *παρατρέποντας* pro infinitivis esse posita (vid. ad I, 11.) dixeris. Tunc alterum illud membrum vel apodosis: ita etiam nos facere (purum et probum ab impuro secernere) oportet, intelligenda est. Cod. Monac. *ἀποχέοντας*. Mox in Cod. Voss. deest *χρόνῳ*.

CAP. VIII.

P. 173. *ὅ τ ι — ὡ ς γ ῆ ς.* Post *ὡς γῆς — ἐξέφυγεν* (sic Cod. Monac.) propter interposita *ἣν — τρόπον* omissa est apodosis, quam *Ficinus* supplevit ita: „ita ferme et nobis accidisse videtur," nisi vitium in verbis *ὡς γῆς* insidet; namque *γῆς* absolute positum sensu caret. Igitur suspicor pro *ὡς* aut legendum *οὕτως* vel *ὡσαύτως* aut omnino delendum esse, ut quod e sequente *καί* propter similitudinem compendiorum tachygraphicorum (vid. *Schäfer.* Melet. critic. p. 73.) facile oriri potuerit. Tunc *ἐξέφυγεν* referendum esset ad praegressum *τὴν νῦν πόλιν*. Vox autem *γῆς* loco suo mota videtur esse; pertinet enim ad *νομῆς*, ut infra p. 737. B: *διὰ τὴν διανομὴν τῆς γῆς*. Sequens *ἥν* respicit *χρεῶν ἀπο-*

κοπήν s. novas tabulas (vid. III, 6.) et γῆς νομὴν (agrorum distributionem); τῶν ἀρχαίων vero non ad πόλει referri oportet, quod Ficinus fecit, sed ad οὐδέν. Sensus est: *quas lege constituere ac definire* (proprie: sibimet ipsi praescribere; νομοθετεῖσθαι est enim verbum medium) *si civitas cogitur, fieri non potest, quin pristina moveat s. immutet, etsi hoc quodammodo impossibile est* (ex hac enim constitutionis civilis immutatione seditiones civitati perniciosae oriantur necesse est). Male *Ficinus* vertit: „quam quidem rem veterum civitas leges ferre coacta neque praetermittere potest omnino neque movere quodammodo.“ De verbis ἀκίνητον ἐᾶν et κινεῖν vid. ad III, 6.

εὐχῇ δὲ μόνον. Sic VIII, 8. p. 841. C: ταῦτα δὴ καθάπερ ἴσως ἐν μύθῳ τανῦν λεγόμεν' ἐστὶν εὐχαί. Polit. V, 2. p. 450. E: μὴ εὐχὴ δοκῇ εἶναι ὁ λόγος. VI, 12. VII, 17. *Demosthen.* adv. Timocrat. p. 722, 19: εἰ γὰρ αὖ καλῶς μὲν ἔχοι, μὴ δυνατὸν δέ τι φράζοι, εὐχῆς, οὐ νόμον διαπράττοιτ' ἂν ἔργον. Similiter εὐχαῖς ὅμοια Polit. V, 6. p. 456. B: Οὐκ ἄρα ἀδύνατά γε οὐδὲ εὐχαῖς ὅμοια ἐνομοθετοῦμεν. Cf. P. *Victor.* Var. Lectt. XX, 6. Pariter Latini vocem *votum* usurpant, vid. *Davis.* ad Cicer. Tuscul. Disput. p. 149. Cf. *Koen.* et *Schäfer.* ad Gregor. Corinth. p. 133.

ἡ δὲ τῶν κινούντων ἀεὶ cet. Vox ἀεὶ respondet praegresso σμικρὸν μεταβιβάζουσιν; igitur describuntur ii, qui semper aliquid novant, h. e., qui agrorum distributionem paulatim adducunt, indigentibus de suo impertientes. Ἡ δέ, int. σμικρὰ μετάβασις, ὑπάρχει τῶν κινούντων ἀεὶ — ἐθελόντων δὲ τούτων (eorum, quae possident)— κοινωνεῖν; participia κεκτημένων μὲν — κεκτημένων δὲ descriptioni τῶν ἀεὶ κινούντων serviunt: *lenis haec mutatio fit, si agrorum possessores semper aliquid novant et bona sua cum indigentibus communicant, partim ea remittentes partim distribuentes, dum mediocritati student, et paupertatem non in opum imminutione, sed in cupiditate crescente sitam esse censent.* Participia ἀφιέντας — νεμομένους cet., post genitivos illata, proxime spectant ad infinitivum κοινωνεῖν, quasi accusativus cum infinitivo praecesserit. Ceterum Codd. Voss. et Monac. ἐθελόντων τε.

κρηπῖδος μονίμου. Κρηπίς, fundamentum aedificii, frequenter translato sensu usurpatur, ut Politic. 301. E: τοιαύτης τῆς κρηπῖδος ὑποκειμένης αὐταῖς. *Synes.* de regno p. 9. D: εὐσέβεια δὲ πρῶτον ὑποβεβλήσθω κρηπὶς ἀσφαλής, ἐφ' ἧς ἑστήξει τὸ ἄγαλμα

ἔμπεδον. Cf. *P. Victor.* Var. Lectt. XVIII, 9. et *Wernsdorf.* ad Himer. p. 184.

σαθρᾶς οὔσης. *Σαθρόν*, putre, dicitur quicquid corruptum, vitiosum, ruinosum et male affectum est, ut ψυχή Gorg. 479. B. ἀγγεῖα 493. E. *Plutarch.* de aud. poet. p. 39. B. Phileb. 55. C: εἴ πή τι σαθρὸν ἔχει. Euthyphr. c. 5: ὅπη σαθρός ἐστι. Vid. *Küster.* ad Aristoph. Plut. 814. Hinc σαθρὸν φθέγγεσθαι, vitium sonare (*Pers.* Satyr. III, 21.), Theaet. p. 179. D. Cf. *Demosth.* Olynth. II. p. 7. B. Philipp. I. p. 19. C. *Dio Chrysostom.* Orat. XLVIII. p. 535. *Damasc.* vit. Isidor. ap. Phot. p. 1036. Cf. *Casaubon.* ad Pers. l. l. et *Toup.* ad Longin. XVIII. §. 1. p. 340. ed. Weisk.

ἐξεφεύγομεν. Sic Codd. Voss. et Monac. pro ἐκφεύγομεν, eandemque lectionem etiam *Stephanus* memorat. Mox pro δὲ νῦν (Codd. Voss. et Monac. δὴ νῦν) scripsimus δή νυν, vid. ad I, 5. Deinde haud dubie cum *Heindorfio* (Spec. crit. in Plat. p. 34.) corrigendum est μετ' ἀδικίας.

τῆς τοιαύτης μηχανῆς διαφυγή. Inversa est oratio pro τῆς τοιαύτης (i. e., τῶν τοιούτων) διαφυγῆς μηχανή. Sic IX, 11. p. 871. C: ὑπέχειν τὴν τῆς δίκης πρᾶξιν pro τὴν τῆς πράξεως δίκην. XII, 14. fin. πρὸς ἀρετὴν σωτηρίας pro πρὸς ἀρετῆς σωτηρίαν. Similiter c. 10. p. 740. C: ὅσους — τέλος ἔχῃ, et VI, 8. init. Cf. *Wyttenbach.* ad Phaedon. p. 232. Sic etiam *Ficinus* verba cepit vertens: „dicimus nullam esse aliam aut latam aut angustam fugiendi viam, nisi ut colamus iustitiam neque acquirendi cupiditatem sequamur.“

P. 174. οἷς ἄν. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἧς ἦ. *Ficinus* vero: „quibus invicem vetera crimina habentur,“ et *Cornarius:* „si quibus vetera fuerint inter se crimina.“ Quocirca dubitari nequit, recte scripsisse *Stephanum* οἷς (quod in Cod. Mon. etiam extare, ex eo perspicitur, quod nullam lectionis varietatem adnotatam reperio; collatus vero est Codex cum libro Bipont., qui, ut constat, recensionem Stephanianam sequitur). Praeterea propter coniunctivos ᾖ et μετῇ interseruimus particulam ἄν. Pro ἑκόντα vero malim ἑκόντας, quod sequens quoque καὶ ὅσοις — μετῇ videtur postulare. Similiter *Ficinus:* „vel ulterius in acquirendo progredi ultro desistant.“ In iis vero, quae sequuntur, καὶ (scilicet) ὅσοις — μετῇ pronomen relativum pro coniunctione εἰ

vel ἐάν positum est: *scilicet qui*, h. e., *siquidem*. Cod. Monac. ὅσῃς. Mox scribend. ὡς ἡμῖν νῦν, θεὸς ἔδωκε. Deinde Cod. Voss. κενήν, Cod. Mon. κοινήν, pro ἀλλήλους Ald. et Lov. ἄλλους.

οὐκ ἀνθρώπινος — ἀμαθία; Vulgo haec a sequentibus plena interpunctione distinguuntur, et sic *Ficinus* ac *Cornarius* quoque verterunt, ille: „non humanae cuiusdam, sed pessimae ignorantiae crimine notabuntur;" et hic: „non humana imperitia fuerit cum omni malitia coniuncta." Nos interrogationis signum posuimus, ut ἀνθρώπινος sit *maxima*, *extrema* (nostrates similem habent dictionem, adiectiv. *menschenmöglich*). Eadem significatione sunt illa κάλλιστα ἀνθρώπων et alia, de quibus vid. ad I, 9. — κάκης, i. q. κακίας, frequenter usurpatur, ut VIII, 8. init. IX, 3. p. 856. C. c. 17. p. 880. E. XI, 3. p. 916. D. c. 5. p. 921. A. XII, 2. p. 943. A. Cf. *Miscell. Observatt. Crit. Nov.* T. I. p. 65. et *Ruhnken.* ad Tim. p. 152.

τὸν αὐτῶν ὄγκον. Vulgo αὐτόν, quod otiosum esset; quapropter cum *Böckhio* in Min. p. 117. scribendum duximus αὐτῶν: τὸν ὄγκον τοῦ ἀριθμοῦ αὐτῶν (τῶν πολιτῶν). Tria vero iam persequitur ad constitutionem civilem necessaria; primum enim civium numerum definit; deinde eos in classes distribuit, et tertio, quomodo agri et domus dividendi sint, exponit.

διαιρετέον αὐτοῖς. Pronomen αὐτοῖς, ut dativus solet pronominum personalium, ex abundanti additum est. Bene *Cornarius* vertit: „postea vero de civium distributione, in quot et quantas partes dividenda sit, consentiendum est." Ὁπόσα numerum indicat et πηλίκα magnitudinem (*in wie viele und wie grosse Theile*). Codd. Voss. et Monac. ὁπηλίκα. Γίγνοιθ' ἂν λεχθείς, i. e., λεχθείη ἄν; vid. ad II, 11. Cod. Mon. ἄλλος.

γῆς μέν. Genitivus est absolutus: *quod ad terram attinet*, ut infra πλήθους δέ. Sensus est: *secundum terram quidem tot sunto cives, quot sobrie viventes terra nutrire poterit; secundum vicinas vero urbes tot sunto, quot sufficiant ad vicinos vel propulsandos vel auxilio adiuvandos.* Pro his posuit noster: quod ad terram attinet (int. tanta esto) quanta quot sobrie viventes nutrire possit, quod ad numerum vero (civium) attinet, tot sunto, quot sufficiant ad vicinos — adiuvandos. Codd. Voss. et Monac. καὶ πρὸς τὰς τῶν πλησ. πόλεις. Cod. Monac. et Bas. 2. γῆ. Deinde pro πόσους *Stephanus* legi quoque monet ποσούς, idque sequitur: „non enim intell. quanta quot hom. alendis sit satis, sed:

quanta sit satis alendis tot hom., vel: alendo certo hominum numero." Sed duplex illud ὁπόση πόσους recte habet et graeci sermonis proprium est; commixta est enim terrae magnitudo cum civium numero, quasi dicere voluerit: terra esto tanta, quanta ad homines alendos sufficiat, et cives tot sunto, quot terra alere possit. Subiicit idem vir doctissimus: „deest autem vel subaudiendum relinquitur simplex δεῖ ex seq. compos. προςδεῖ." Et sic in Lexic. Bas. saepius iam citato hic locus vertitur: *agro opus tanto, qui possit certum numerum alere.* Sed γῆς μέν et πλήθους δέ non ad sequentia, sed ad praegressa: πρὸς τὴν γῆν καὶ τὰς — πόλεις referenda esse apparet: et genitivus absolutus relationem indicat (*in Rücksicht auf das Land* ce.), vid. ad I, 12, 14. Ceterum *Aristoteles* ad haec respexit Polit. II, 4: τοσαύτην γὰρ εἶναί φησι δεῖν, ὥςτε ζῆν σωφρόνως, ὥςπερ ἂν εἴ τις εἶπεν ὥςτε ζῆν εὖ· τοῦτο γάρ ἐστι καθόλου μᾶλλον. In quibus calumniam deprehendis; Plato non dixit ὥςτε ζῆν σωφρόνως, sed ὁπόση ἱκανὴ τρέφειν σώφρονας ὄντας. Ibid. spectavit ad sequentia τοὺς γείτονας: λέγεται δ', ὡς δεῖ τὸν νομοθέτην πρὸς δύο βλέποντα τιθέναι τοὺς νόμους, πρός τε τὴν χώραν καὶ τοὺς ἀνθρώπους, ἔτι δὲ καλῶς ἔχει προςθεῖναι καὶ πρὸς τοὺς γειτνιῶντας τόπους, εἰ δεῖ τὴν πόλιν ζῆν βίον πολιτικόν.

ὑπογραφῆς. Polit. VIII, 3. p. 548. E: ὡς λόγῳ σχῆμα πολιτείας ὑπογράψαντα μὴ ἀκριβῶς ἀπεργάσασθαι διὰ τὸ ἐξαρκεῖν μὲν ἰδεῖν καὶ ἐκ τῆς ὑπογραφῆς τόν τε δικαιότατον καὶ τὸν ἀδικώτατον. Vid. ad c. 7. In praegressis Cod. Monac. διδόντες pro δ' ἰδόντες.

πεντάκις — χίλιοι. Cf. *Aristotel.* Polit. l. l. Γεωμόροι s. γειομόροι proprie sunt οἱ μοῖραν εἰληχότες τῆς γῆς, qui in agrorum distributione fundum adepti sunt, igitur fundi possessores, ut XI, 4. p. 919. D. Vid. *Duker.* ad Thucyd. VIII, 21. *Valcken.* ad Herod. V, 77. VI, 22. et *Ruhnken.* ad Tim. p. 68. Idcirco γεωμόροι dicebantur divites ac proceres; cf. *Herodot.* VII, 155. *Diodor. Sic.* T. II. p. 549. ubi v. not.

διανεμεθήτων. Sic Cod. Voss. pro διανεμηθέντων, in quo participium pro imperativo positum esse *Stephanus* censebat; sed unice verum est διανεμεθήτων, attica imperativi forma pro διανεμεθήτωσαν, ut X, 6: παρακεκλήσθων. Vid. *Thom. Mag.* p. 922. Virr. doct. ad Gregor. Corinth. p. 172 sq. ed. Schäf. et *Matthiae* Gramm. graec. p. 252. not. 2. De accusativis τὰ αὐτὰ μέρη, e verbo dividendi pendentibus, vid. ad III, 12.

γενόμενα — ξύννομα. Vulgo ξὺν νομῇ. *Ficinus* vertit: „ut vir et portio cum distributione conveniant;" pariter *Cornarius* haec transtulit. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. scribunt ξυννομῇ et Cod. Voss. ξυνομῇ; idcirco pro eo, quod Stephanus scripsit ξὺν νομῇ, reposuimus ξύννομα: consortia, h. e., aequalia, in aequales divisa partes. Sic ξύννομος, aequalis, XI, 7. p. 925. C. c. 10. p. 930. A. XII, 2. p. 943. B. Neutra γενόμενα ξύννομα, si grammaticam rationem spectes, ad μέρη referenda sunt, quasi dicere voluerit ἀνὴρ καὶ κλῆρος γενόμενοι ξύννομα (μέρη); itaque participium, ut fit, non subiecti, sed praedicati genus sequitur. Sic Polit. I, 9: ἐπειδὴ οὐδὲ τοῦτο ἐφάνη ἡ δικαιοσύνη ὄν, ubi similiter ὂν propter τοῦτο positum est, quum grammatica ratio postulasset οὖσα; vid. ibi adnotata. Legg. X, 5. p. 892. A. et 893. A: καὶ δείξῃ πρότερον ὂν ψυχὴν σώματος. Et nominativi genitivorum, qui dicuntur, consequentiae partes agunt: *ita ut viri et sortes easdem partes efficiant* s. *pari sint partium numero.*

τρία τοῦ αὐτοῦ, int. τοῦ παντὸς ἀριθμοῦ. Sic *Stephanus* bene correxit id, quod vulgo scribitur τὸν αὐτόν, in quo λόγον desideraretur. Ceterum dimidium numeri 5040 est 2520, et tertia pars 1680. — Mox Cod. Voss. ἀριθμῶν, ut *Ficinus* vertit: „oportet certe omnem legislatorem tantum de numeris intelligere, ut" cet. Quod vero in libris editis post v. νενοηκέναι legitur τὸν ἀριθμόν, id recte a Codd. Voss. et Monac. abest. In Cod. Voss. etiam καὶ deest.

P. 175. οὐ μὲν δή. Vulgo ὁ μὲν δή, quod *Ficinus* quoque expressit: „porro universus numerus omnes in omnia partitiones habet;" in translatione vero a Grynaeo emendata scribitur: „neque enim omnis numerus omnes in omnia sectiones habet." Sic etiam *Cornarius:* „non enim quivis in quemvis omnes sectiones habet." Pariter veterunt *Serranus, Schulthessius*, al., sensu ipso postulante, quum opponatur ὁ δὲ τῶν τετταράκοντα καὶ πεντακισχιλίων. Cod. Monac. εἰς πάσας πάντα τομάς. — Paulo post pro δεουσῶν *Cornarius* legi iubebat δεούσης propter μιᾶς, quod sequendum esse *Stephanus* iudicabat; sed in numeris indicandis participium non solum per se ponitur (ut μιᾶς δεούσης, ἑνὸς δέοντος, uno deficiente), verum etiam nominis praegressi casum sequitur, ut ap. *Thucyd.* II, 2: ἐπὶ Χρυσίδος ἐν Ἄργει τότε πεντήκοντα δυοῖν δέοντα. Vid. *Viger.* p. 70. ed. Herm. — Deinde pro τῶν δέκα scripsimus τῶν δώδεκα, vid. VI, 15. Ceterum *Cornarius* in Eclogis p. 1007. (p. 121. ed. Lips.): „sunt autem partes quinquaginta novem, in

quas dividi potest hic numerus, hae, quas subiecimus: 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 18. 20. 21. 24. 30. 35. 40. 42. 45. 48. 55. 56. 60. 70. 80. 90. 104. 105. 106. 112. 113. 120. 123. 126. 140. 144. 168. 180. 210. 240. 252. 280. 315. 336. 360. 420. 504. 560. 630. 720. 840. 1008. 1260. 1680. 2520. Porro quod in sexaginta una minus partes secari posse dicit, et continuas istas ab una usque ad decem (corrigendum: duodecim. *A.*), recte dictum est et supputanti clarum evadit. Infra tamen in sexto dialogo eundem quinque millium et quadraginta numerum omnes distributiones habere dicit ad duodecim usque ab una exorsum. Sed et hoc recte dictum est. Nam undecimam mox excipit, quae non omnino respondet, sed duobus focis redundat, ita ut continuitas usque ad duodecim dissolvatur, quae tamen duobus focis detractis redintegratur." Verba lib. VI, 15. p. 771. C., quae huc pertinent, sunt: *ὃς πάσας τὰς διανομὰς ἔχει μέχρι τῶν δώδεκα ἀπὸ μιᾶς ἀρξάμενος, πλὴν ἑνδεκάδος· αὕτη δ' ἔχει σμικρότατον ἴαμα· ἐπὶ θάτερα γὰρ ὑγιὴς γίγνεται, δυεῖν ἑστίαιν ἀπονεμηθείσαιν.* In numeris vero, quos Cornarius apposuit, primus numerus locum habere nequit, quum de numeri 5040 *διανομαῖς* sermo sit; *ἀπὸ μιᾶς* igitur non ad numerum primum (1), sed ad *διανομῶν* referendum est, et dicere voluit scriptor, numerum illum a prima ipsius divisione (hic est numerus 2) usque ad numerum duodenarium (12) continuo procedere. Quod quidem Platonem in numeri duodenarii gratiam posuisse apparet; numeri enim 5040 divisio ad numerum 10 tantummodo continuo progreditur. Hinc excusationis quasi causa lib. VI, 15. subiecit: *πλὴν ἑνδεκάδος· αὕτη δ' ἔχει σμικρότατον ἴαμα* cet. — Ceterum Cod. Monac. pro *τομῶν* scribit *διανομῶν*, quod e praegressis fluxisse patet.

CAP. IX.

προστάττῃ. Ald. Lov. Bas. 1. 2. Cod. Mon. *προστάττει*, vitiose. Mox genitivi *ὧν τινῶν* vel *ὥντινων* — *θεῶν ἢ δαιμόνων* pendent e verbo *ἐπονομάζεσθαι:* a quibusnam diis vel daemonibus denominari ea (*τὰ ἱερά*) oporteat. Vid. IV, 5. fin. Ceterum *ἱδρύειν*, ut Latinorum ponere et statuere, de templis ac delubris frequenter usurpatur, vid. ad VI, 20. — *ἑκάστοις* spectat ad *θεῶν.* Male *Ficinus* vertit: „quaecunque — et a quibuscunque Diis vel daemonibus nominari." Mox ad verba *ὅσα ἐκ Δελφῶν* cet. e sequentibus *ἔπεισαν λόγοι* petendum est *λόγοι* s. *χρησμοὶ* (*ἐκ Δελφῶν* cet.) *κομισθέντες ἐκέλευον* vel simile quid.

φασμάτων γενομένων. Φάσμα est visio s. visum, ut Legg. X, 15. p. 910. A: ἔν τε φάσμασιν ἐγρηγορότας διὰ φόβους καὶ ἐν ὀνείροις, ὡς δ' αὔτως ὄψεις πολλὰς ἀπομνημονεύοντας cet. Cf. Politic. p. 268. E. Sympos. 179. D. al. — ἐπίπνοια est afflatus divinus, inflammatio, ut V, 14. p. 747. E. VII, 15. p. 811. C. Phaedr. p. 260. B. Cratyl. 399. A. Polit. VI, 12. Tim. 71. C. Dialog. de virt. p. 379. C. — φήμας, narrationes (traditiones) ad popularem religionem consecratas, vid. *Wyttenbach.* Animadv. ad Iulian. Orat. Bibl. Crit. V. III. P. I. p. 59. — τεμενίζειν, a τέμενος, est locum diis consecrare, ut lucum vel aram, al., v. *Hesych.* h. v. et *Perizon.* ad Aelian. V. H. VI, 1.

P. 176. οὖ μεῖζον — ἤ. Ex abundanti verba ἤ — εἶναι subiecta sunt, quae praegressi epexegesi serviunt. Vid. ad I, 14. De sententia, cf. *Aristotel.* Polit. VII, 4. §. 7. Schneid.

φῶς. Egregia sententia luculenter exposita. Φῶς, ut Latinorum lux (*Cicero* v. c. de Senect. 4: in luce atque in oculis civium magnus. Brut. 8: Isocrates luce forensi caruit. al.) est multorum conspectus, publica communitas. *Xenophon*, Agesil. IX, 1: Ἀγησίλαος δὲ τῷ ἀεὶ ἐμφανὴς εἶναι ἠγάλλετο, νομίζων αἰσχρουργίᾳ μὲν τὸ ἀφανίζεσθαι πρέπειν, τῷ δὲ εἰς κάλλος βίῳ τὸ φῶς μᾶλλον κόσμον παρέχειν. Cf. *Wetsten.* ad Ioan. III, 21. — De verbis ἓν πρὸς ἓν vid. ad I, 14. Cod. Monac. ἓν τοῦτο σπεύδειν.

πεττῶν ἀφ' ἱεροῦ. Schol. Ruhnk. p. 227: παρὰ παροιμίας φησὶ τῆς Κινήσω τὸν ἀφ' ἱερᾶς, ἣ τέτακται ἐπὶ τῶν τὴν ἐσχάτην βοήθειαν κινούντων. μετείληπται δὲ ἀπὸ τῶν πεττευόντων· παρὰ τούτοις γὰρ κεῖταί τις ψῆφος οἷον ἱερὰ καὶ ἀκίνητος, θεῶν νομιζομένη, ὥς φησι Κλέαρχος ἐν Ἀρκεσίλᾳ. Similiter *Eustath.* ad Odyss. ά. p. 28. 42: κινεῖν τὸν ἀφ' ἱερᾶς ἐπὶ τῶν ἀπεγνωσμένων καὶ ἐσχάτης βοηθείας δεομένων. Ἀφ' ἱεροῦ est i. q. alias dicitur ἀφ' ἱερᾶς, int. γραμμῆς: talum movere a linea sacra, quae media erat, et unde talum movebant ludentes tum demum, quum ultima experiri auxilia cogerentur. Vid. *Pollux* IX, 7. *Suid.* v. ἀφ' ἱερᾶς. *Erasmus* Adag. p. 28. *Salmas.* ad Vopisc. p. 466. A: „In πεττείᾳ quinque utrinque lineae erant, inter quas alia quaedam media ferebatur, quam sacram vocabant, ad quam qui pervenerat, ultima necessitate compulsus et ad incitas redactus victori manus dabat." Vid. *Meurs.* de lud. Graecor. in Gronov. Thes. ant. gr. T. VII. p. 983. et *Brunck.* ad Aristophan. Concion. v. 987. Igitur proverbium illud de summo periculo h. l. usurpatum est, in quod se committat,

qui ad leges civitati scribendas aggrediatur. — Cod. Monac. ρὶ
πεττῶν.

δευτέρως. Tria enim civitatis genera veteres posuerunt, unum perfectum (quod nos ideale vocamus), alterum optimhe civitatis ἐκ τῶν ὑποκειμένων (quam nos diceremus relative perfectam s. optimam) et tertium civitatis genus, qualis vulgo reperitur; vid. *Aristotel.* Polit. IV, 1. — Bas. 2. πρὸς τὸν βέλτιστον. Mox verba διὰ τὸ μὴ ξύνηθες cet. bene *Cornarius* cepit ita vertens: „eo quod non adsueverit legislatori tyrannidem non exercenti."

ὀρθότατα. *Stephanus* legi quoque monet ὀρθότατον, idque probat, sed vid. ad I, 13. et III, 11. Post ὀρθότατα vero bene interpungi iussit. Mox Cod. Monac. ἀρετήν.

τὸ φίλον. Sic libri, quos inspeximus, omnes; τὸν φίλον igitur in Bip. exemplo nihil nisi error est typographicus. Τὸ φίλον αὐτῷ τῆς αὐτοῦ πατρίδος est: *ea quae in patria sua ipsi placent s. probantur.* Cod. Monac. τὸ φίλον αὐτοῦ τῆς αὐτοῦ πατρίδος. καὶ πρῶτον μὲν τοίνυν cet.

CAP. X.

κοινὰ τὰ φίλων. Vid. ad Polit. IV, 3. Mox ad τοῦτ' οὖν int. verbum σημαίνει vel aliud quid, quod omisit scriptor subiiciens καὶ πάσῃ μηχανῇ τὸ — ἴδιον, in quibus constructionem varians pro verbo activo passivum intulit ἐξῄρηται (quod *Stephanus* in ἐξηρῆσθαι mutari volebat); ita enim haec exponenda erant: hoc (τὸ λεγόμενον: κοινὰ τὰ φίλων), communes esse uxores, communes liberos omniaque bona communia esse vult s. significat et omnino, quodcunque proprium dicitur, tollit. Mox ad ὁρᾶν δοκεῖν int. ὥστε, vid. ad II, 8., et subiectum est persona indefinita (man), nisi, quod sequitur, ξύμπαντας huc trahi malis. Pro καθ' ἕν, quod vulgo scribitur, reposuimus καθ' ἕνα, coniunctim (vid. ad IV, 3.), quod voci ξύμπαντας respondeat. Deinde comma, quod libri post αὐτούς habent, post v. ξύμπαντας posui; cohaerent enim ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς χαίροντας καὶ λυπουμένους.

καὶ κατὰ δύναμιν cet. Perperam haec *Ficinus, Cornarius, Serranus* et *Schulthessius* reddiderunt. Ad verbum hoc scriptor dicit: *quaecunque leges quammaxime unam civitatem efficiunt, nunquam alium quis finem iis proponens, si virtutis praestantiam*

spectes, rectiorem ac meliorem ponet, h. e., leges, quae civitatem, quoad eius fieri potest, unam efficiunt, virtutis praestantia tantopere excellunt, ut nihil melius ac rectius ipsis propositum esse possit. De κατὰ δύναμιν — ὅτι μάλιστα vid. ad I, 5.

ἡ μὲν δὴ τοιαύτη πόλις. Nominativi sunt absoluti (vid. ad III, 2.), quos oratio verbis interpositis εἴτε — ἑνός interrupta procreavit. Ita enim scribere in animo habere potuit noster: τοιαύτη μὲν δὴ ἡ πόλις ἐστίν, ἣν εἴτε θεοὶ εἴτε θεῶν παῖδες εὐφραινόμενοι κατοικοῦσι vel: τὴν μὲν δὴ τοιαύτην πόλιν θεοὶ ἢ θεῶν παῖδες εὐφραινόμενοι κατοικοῦσι. Pro πλείονες e codd. Voss. et Monac. πλείους ἑνός recepimus. Cod. Monac. praeterea habet διασώζοντες pro διαζῶντες. *Ficinus* quoque: „ita viventes eamque servantes." Verbis οὕτω διαζῶντες repetitur fere praegressum τοιαύτη, et quod in civitatem in praegressis descriptam cadit, id ad Deos, qui eam incolere cogitantur, transfertur. Ceterum perfectae illius civitatis, quam philosophus cogitatione fingit, exemplar in coelo esse dicitur etiam in Politia IX, 13. fin. ubi v. not. — Mox pro ἄλλης cum cod. Monac. scripsimus ἄλλο, quod sensus mihi visus est postulare. Deinde *Heindorfius* Specim. coniect. p. 34. pro εἴη τε scribi volebat εἴη γε; sed τέ respondet sequenti καί: civitas vero, quam nunc fingere aggressi sumus, accedet, si constituta fuerit, proxime ad divinitatem (ad divinae s. perfectae civitatis exemplar) et secunda erit post hanc (divinam, quae prima est). Pro εἴη τε ἂν — καὶ δευτέρα γίγνοιτο s. γενήσεται posuit καὶ ἡ μὲν δευτέρως propter sequens τρίτην δὲ μετὰ ταῦτα. Optativus cum ἄν coniunctus frequentissime, ut constat, futuri habet significationem, vid. *Brunck.* ad Sophocl. Ai. 88. Adverbium vero δευτέρως ex sequentibus explicandum est; e verbo enim διαπερανούμεθα petendum est ad ἡ μὲν δευτέρως (i. e., post divinam illam) διαπεραντέα. Sic etiam ad sequentia νῦν δ' οὖν ταύτην cet. e praegressis verbum petendum est διαπερανούμεθα vel huic simile, ut σκοποῦμεν. Quocirca male in libris editis ante νῦν δ' οὖν punctum extat. Cod. Voss. ἡ μία pro ἡ μέν.

τὸ τοιοῦτον, int. τὸ κοινῇ γεωργεῖν, quod ad bonorum communionem, divinae s. perfectae illius civitatis propriam, spectat, quam homines, quales nunc generantur et educantur, capere non possunt. Μεῖζον ἢ κατά: maius, quam ut comparari possit cum generatione (abstractum pro concreto positum est, vid. ad III, 5.), h. e., quam ut cadere possit in homines cet. De prae-

positione κατά, praegresso comparativo et particula ἤ, vid. ad Phaedr. p. 395. Cod. Monac. γένεσιν καὶ τροφήν.

πατρίδος δὲ οὔσης cet. Haec ita intelligo: *et quum regio s. terra, ad quam sors uniuscuiusque pertinet, patria* (substant.) *sit, magis eam* (sortem) *colere par est, quam liberi matrem colunt, propterea quod* (τῷ) *illa* (patria) *et dea est et domina mortalium.* Πατρίδος et μητέρα quodammodo opposita sunt.

P. 178. *ᾧ δ' οὖν ἄν:* ratio, qua hoc in universa civitate certo fieri poterit, haec est: qui sortem nactus est, unum relinquito haeredem cet. Ante ὁ λαχών igitur int. τοῦτό ἐστι. Mox verba ὃν ἂν — φίλον ita cohaerent: ὃν καταλείπειν αὐτῷ μάλιστα φίλον εἴη ἂν (amicum ipsi erit, h. e., ipsi placebit). — *τέλος* — *ἔχῃ*, oratio inversa pro: ὅσοι ἂν ἤδη τέλος ἔχωσι, et vid. ad c. 8., et de τέλος ἔχειν, quod est τελευτᾶν, vid. ad IV, 8.

οἷς ἂν τὰ τῆς γενέσεως ἐλλείπῃ. Sic Stephano suasore scripsimus pro simplice τῆς γενέσεως; bene idem vir doctissimus subiicit: „illi autem ἐλλείπει τὰ τῆς γενέσεως, cui non contingit, ut masculam etiam prolem suscipiat." Verba ipsa ita cohaerent: τούτοις τῶν πολιτῶν, οἷς ἂν — ἐλλείπῃ. Editor Bipont. τὰ τῆς γενέσεως minime necessarium esse iudicabat; perperam confundens duplicem verbi ἐλλείπειν usum; genitivus enim tunc locum habet, si ἐλλείπειν non impersonaliter, quod dicitur, positum est, ut ἐλλείπω τούτου, careo hoc s. hoc mihi deficit; v. c. VIII, 9. p. 844. B: καὶ ἐλλείπει (int. man) τῶν ἀναγκαίων πομάτων; igitur etiam h. l. esse deberet: *οἳ ἂν τῆς γενέσεως ἐλλείπωσι;* sin impersonaliter usurpatur, nominativum subiecti requirit (ut τοῦτο λείπει), et dativum vel accusativum personae.

κατὰ χάριν, secundum favorem s. officia ac beneficia, quibus inter se devincti sunt cives; hinc sequitur: ἐὰν δέ τισιν ἐλλείπωσι χάριτες: si quis neminem sibi devinxerit beneficiis et officiis cuiusvis generis, cuius curae filios suos tradere possit. Mox de *τινές* (etwa) post ἤ vid. ad I, 12. Pro ἀφορίας Cod. Monac. εὐφορίας. Deinde *πάντων τούτων*, int. περί, *in his omnibus* (casibus), vid. ad I, 13. Mox substantivum ἀρχήν ad pronomen, ut solet, relatum eique praepositum est (ut VI, 23. VII, 22. p. 821. E. Vid. ad Phaedr. p. 368.), pro: αὕτη ἡ ἀρχή, ἣν ἂν θώμεθα μεγίστην καὶ τιμιωτάτην, σκεψαμένη — ποριζέτω μηχανήν cet.

τοῖς περιγενομένοις, qui iustum civium numerum

(quinque millium quadraginta) excedunt. Respexit haec *Aristoteles* Polit. II, 4. (c. 5. §. 6. Schneid.).

εὔρους εἴη. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. εὔῤῥους et Cod. Voss. ᾖ; tunc ἂν non ad verbum pertineret, sed ad pronomen οἷς.

τιμαί τε καὶ ἀτιμίαι cet. Paulo audaciores fuimus in hoc loco corrigendo. Legitur enim vulgo, id quod adnotare omisimus, τιμαῖς τε καὶ ἀτιμίαις καὶ νουθετήσεσι. (Steph. et Bip. νουθετήσει), in quibus dativi et multo magis etiam participium ἀπαντῶσαι nihil habent, quo referantur. *Ficinus* nil nisi sensum expressit vertens: „ac vel honore — licet ad eam homines adhortari.“ *Cornarius* vero ad ἀπαντῶσαι supplevit ἀρχαί: „honoribus item — magistratus utentes, id quod dicimus, efficere possunt.“ Optime omnia se habent, si dativos illos in nominativos mutamus; *multae sunt et prohibendi et excitandi procreationem rationes; scilicet honores, ignominiae et admonitiones, quae occurrunt s. obiiciuntur iunioribus a senibus, hoc, quod volumus, efficere possunt.* *Περὶ* est *erga* s. *ad*, vid. *Fischer.* ad Weller. T. III. P. II. p. 218 sq. Pro νέους Ald. Lov. Bas. 1. et 2. λόγους. *Ficinus:* „monitionibus senum ad iuvenes;“ unde Cornarius legendum esse suspicabatur πρὸς νέους. Νέους etiam Codd. Voss. et Monac. exhibere, inde colligitur, quod nihil enotatum invenimus. *Ἀπαντῶσαι,* occurrentes, h. e., quae obiiciuntur a senibus, ut perversae rationi occurrant; ἀπαντᾷν (ut nostrum *begegnen*) est enim occurrere, resistere ac prohibere: hoc vero ἀπαντᾷν non vi vel minis, sed dictis suasoriis fit, διὰ λόγων νουθετητικῶν. Cod. Voss. νουθετικῶν habet, ut Sophist. 230. A: νουθετικήν et τὸ νουθετικὸν εἶδος (Ald. vero et Bas. 1. 2. νουθετητικόν). *Xenoph.* Mem. I, 2. 21. al. *Stephanus,* qui in Thesaur. gr. ling. T. II. p. 1070. D. νουθετικοὶ λόγοι ex Plat. de legib. affert, Lexica antiquiora secutus est. Vid. de duplici hac adiectivi forma *Heindorf.* ad Sophist. p. 304.

τό γε τέλος, tandem, ad extremum, h. e., *si id, quod extremum est, ponas* (nostrates similiter dicunt: *am Ende*). Mox cod. Monac. γίγνοιτο. Cod. Voss. ὢν ἄν. Deinde ἐὰν δ᾽ αὖ e cod. Monac. recepimus pro ἐάν τ᾽ αὖ. *Ficinus* quoque: „si vero contra“ cet.

P. 179. *Κῦμα — νόσων:* pernicies s. lues morborum, quasi eluvie omnia abripiens ac perdens. *Κῦμα* de quocunque malo poni constat, vid. *Rittershus.* ad Oppian. Halieut. IV, 195. et

Klotz. ad Tyrt. p. 85. *Cornarius* vertit ita ac si καὶ vel ἢ ante νόσων legerit: „si vero — inciderit unda, quae diluvium inducit, aut morborum aut bellorum pernicies;" quod, si eorum rationem habueris, quae libr. III, 1. sq. noster disputavit, admodum probabile tibi videbitur. In φθορὰ νόσων ἢ πολέμων genitivus causam indicaret: *per morbos vel bella*, vid. ad I, 15.

ἀνάγκην δὲ οὐδὲ θεός cet. Ald. et Lov. ἀνάγκη δὲ, οὐδὲ θεός. Bas. 1. ἀνάγκη δὲ οὐδὲ θεός. Cod. Monac. ἀνάγκη. Ceterum celebratissima est sententia Simonidis: ἀνάγκῃ δὲ οὐδὲ θεοὶ μάχονται (Protagor. 345. D. Cf. Legg. VII, 20. p. 818. B. D.), quam *Diogen. Laert.* I, 77. Pittaco tribuit (vid. Menag. ad h. l.). Similiter *Philiscus* Thebanus ap. Stob. Serm. LX. p. 383. 35: Δοῦλοι βασιλέων εἰσίν, ὁ βασιλεὺς θεῶν, ὁ θεὸς ἀνάγκης. Vid. *Spanhem.* ad Callimach. Hymn. in Del. 122. Cf. *Zenob.* I, 85. *Suid. Rittershus.* ad Oppian. Cyneget. p. 223. al.

CAP. XI.

κατά τε ἀριθμόν cet. Referenda haec sunt ad τὴν ὁμοιότητα καὶ ἰσότητα cet., ut sint: *et in numero et in quovis pulcri et boni genere.* — μὴ ἀτιμάσητε, *ne laedatis et ignominia quasi afficiatis vel augendo* (ab aliis ementes) *vel minuendo* (vendentes). Cod. Monac. τότε ὠνεῖσθαι καὶ πωλεῖν.

ἐπὶ τούτοις κληροῦσθαι: *sub his conditionibus* (sc. ne augeat vel imminuat sortem suam) *agros sortiri, quicunque velit, quas si accipere nolit, prohiberi a sortitione.* Illi πρῶτον respondet πρὸς τούτοις δ' ἔτι cap. 12. init. Quae sequuntur, τὸν πριάμενον — πάσχειν πάθη, pendent e verbis εὐχὰς (Cod. Voss. εὐχαῖς vitiose) ποιησομένων; et quae interposita sunt: ὡς — τῆς γῆς οὔσης et ἱερῶν — εὐχὰς ποιησομένων, causam indicant, cur agros vendere nefas sit (ὡς enim cum genitivo participii coniunctum est *utpote quum, quia*). Sortem igitur propterea neque vendi neque emi posse dicit, quod diis sacra sit, et sacerdotes iteratis sacrificiis ei, qui vel emerit vel vendiderit quid de sua portione, (domicilio vel fundo s. agro, οἰκοπέδων ἢ γηπέδων) poenas precaturi sint. Οἰκόπεδον proprie est area domus, tunc ipsum aedificium s. domicilium, ut ap. *Thucyd.* IV, 90. al.; γήπεδον vero est fundus s. ager (nostr. Grundstück).

κυπαριττίνας μνήμας. *Longin.* IV. §. 6: Τί δέ, ὁ τἄλλα θεῖος Πλάτων; τὰς δέλτους θέλων εἰπεῖν, γράψαντες, φησίν,

ἐν τοῖς ἱεροῖς cet. *Stephanus* Thesaur. gr. ling. Append. T. V. p. 1318: „procul dubio autem in cupressinis tabulis scribebant, quia cupressinum lignum est ἄσηπτον et vermibus non obnoxium.“

φυλακτήρια — καταστήσουσιν ἐν ταύτῃ τῶν ἀρχῶν: *custodiam et vigiliam constituent* s. *collocabunt in eo magistratu* (h. e., committent ei magistratui), *qui acerrima est acie.* Sic φυλακτήριον Legg. XII, 11. p. 962. C: Νῦν οὖν ἡμῖν ἐν τίνι ποτὲ τῶν τῆς πόλεως μερῶν ἢ ἐπιτηδευμάτων ἐστὶν ἱκανῶς κατεσκευασμένον ὁτιοῦν τοιοῦτον φυλακτήριον, ἔχομεν φράζειν. Cf. XI, 3. 917. B.

P. 180. παραγωγαί, transgressiones, h. e., peccata. Deinde Ald. Lov. Bas. 1. et 2. μὲν λανθάνωσιν. In sequentt., *Stephanum* secuti, ἤθεσι pro ἔθεσι scripsimus; *Ficinus:* „aequis moribus praeditus.“ Cod. Mon. προςλαβών — ἀποπρέπει. De v. βαναυσία vid. libr. nostr. Grundriss d. Philol. p. 21. ibique citatis addatur, si opus videatur, *Xenoph.* Oecon. IV, 2—4. *Galen.* hort. ad stud. litter. p. 6. v. 20. T. I. Bas. *Coel. Rhodigin.* Lett. Antiq. XV, 17. XXV, 18. *Wower.* Polymath. III. §. 2. 3. et *Salmas.* de foenore p. 189. sq. et usur. p. 337. 341. sq. Inprimis huc facit *Aristotelis* locus Pol. VIII, 1: διὰ τάς τε τοιαύτας τέχνας, ὅσαι τὸ σῶμα παρασκευάζουσι χεῖρον διακεῖσθαι, βαναύσους καλοῦμεν καὶ τὰς μισθαρνικὰς ἐργασίας· ἄσχολον γὰρ ποιοῦσι τὴν διάνοιαν καὶ ταπεινήν. Cf. *Dio Chrysost.* Orat. VII. p. 120. C. D. 121. A.

CAP. XII.

μηδ᾽ ἐξεῖναι cet. Laudat hunc locum *Stobaeus* Serm. XLII. p. 298. 15. De re autem, cf. Polit. III, 22. *Athen.* VI, 23. p. 394. T. II. ubi v. *Casaubon.* T. III. p. 341. ed. Schweighaeus. Similiter Lycurgum constat aurum et argentum sustulisse, moneta ferrea introducta, v. *Polyb.* VI, 47. *Plutarch.* Lycurg. p. 44. D. Lacon. Apophthegm. p. 226. C. T. II. et *Cragius* de rep. Lacedaem. III, 2. p. 333. sq. Cf. *Xenoph.* Laced. respubl. VII, 5. *Stobaeus* Serm. XLII. p. 293. 44.

νόμισμα δ᾽, int. ἐξεῖναι κεκτῆσθαι, i. e., χρῆσθαι. Mox Cod. Monac. δημιουργεῖσθαι ἀλλάττεσθαι, mendose. Deinde pro ὁπόσων scripsimus ὁπόσοις: *quibus illo* (τῷ νομίσματι) *opus est, ut mercedem — solvant* s. *ad mercedem — persolvendam.* Ὁπόσων omnino locum habere nequit. Plurale τῶν τοιούτων ad sin-

gulare *νόμισμα*, collective positum (numus enim variis generibus constat) referendum, vid. ad I, 10. Deinde ad *μισθοὺς — ἀποτίνειν* (Cod. Voss. vitiose *ἀποτείνειν*) int. *ὥστε*, vid. ad II, 8.

ἀναγκαίας — τῇ πόλει. Vulgo scribitur: *ἀναγκαίας ἄλλης τῇ πόλει νόμισμα Ἑλληνικόν. ἰδιώτῃ* cet. Codd. Voss. et Monac. ita locum exhibent: *ἀναγκαίας ἄλλης τῇ πόλει κηρυκείας, ἐκπέμπειν τινὰ ἂν δέῃ, τούτων χάριν ἀνάγκη ἑκάστοτε κεκτῆσθαι τῇ πόλει νόμισμα Ἑλληνικόν.* Similiter *Ficinus* vertit: „at vero cum et bella saepe gerenda sint et peregre proficiscendum, quum ad externas gentes legati nunciique mittuntur, *necesse est* ut civitas *semper* communem Graeciae monetam *possideat.*" E scriptura Codd. Voss. et Monac. ea recepimus, quae necessaria nobis videbantur ad orationem explendam et Ficini translatione confirmantur; reliqua, ut *ἐκπέμπειν τινὰ ἂν δέῃ. τούτων χάριν* et *νόμισμα Ἑλληνικόν*, otiosa sunt et haud dubie interpolata.

ἰδιώτῃ δ' ἂν cet. Laudantur haec a *Stobaeo* Serm. XLII. p. 298. 21. Cod. Monac. *γίγνοιτο.* Deinde e codd. Paris. Voss. et Monac. pro *παραιτησάμενος*, quod in libris editis et Stobaeo extat, reposuimus *παρέμενος*, ut XII, 5. p. 951. A.; *παρίεμαι* est enim i. q. *παραιτοῦμαι*, vid. ad Polit. I, 15. p. 341. C.; quocirca *παραιτησάμενος* pro glossa exquisitioris illius verbi habendum est, ut recte iam *Ruhnkenius* ad Tim. p. 207. iudicavit. — Cod. Mon. *καταβαλέτω.* Tunc *ἄν τις*, ut Cod. Voss., quod praeferendum videtur vulgatae lectioni. Deinde *οὐ μὴ φράζων* Cod. Mon.

P. 181. *Γαμοῦντα* cet. Hoc quoque inter Laconica instituta erat, vid. *Aelian.* V. H. VI, 6.

τὸν τόκον μήτε τὸ κεφάλαιον. Sic Cod. Monac., vulgo articuli absunt. *Τὸ κεφάλαιον* est caput s. sors, unde fructus et reditus manat, i. q., *τὸ ἀρχαῖον*; vid. *Reisk.* ind. Graecit. Demosthen. p. 128. — Mox Cod. Monac. *ταύτῃ* et deinde *ὀρθῶς αὐτά*, omisso *ἄν*, quod secuti sumus.

ἢ νοῶν εὖ νομοθετοίη. Haec verba *Ficinus* non expressit, et otiosa videri possint, nisi ita ceperis: *legis latorem id spectare debere, si urbi, cui leges scribat, bene velit consulere, ut et maxima sit* cet. In sequentibus verba *ματαίας βουλήσεις* epexegesis causa praegressis *τὰ μὴ δυνατά* subiecta sunt.

σχεδὸν μὲν γάρ cet. Vid. *Stob.* Serm. XCI. p. 508. 22. *Clemens Alexandr.* Strom. II, 5. p. 439. T. I. Pott. (p. 368. B.

Sylb.) *Origen.* adv. Cels. VI, 16. T. I. p. 641. E. et 642. A. et P. *Victor.* Var. Lectt. XXII, 6. Pro καὶ ἀγαθούς Clem. εἶναι ἀγαθούς. Mox πλεῖστον, quod in Stephan. et Bip. male deest, ex Ald. Lov. Bas. 1. 2. Clem. et Cod. Monac. (ubi πλεῖστον scribitur) revocavimus. Sic etiam *Cornarius* vertit: „vocant autem eos, qui inter paucos homines possident opes plurimo numismate aestimatas, quas etiam malus quispiam possidere posset." — Mox Clem. κέκτηται. Sed scribendum est κεκτῆτ', ut VI, 19. init. ποῖα ἄν τις κεκτημένος — κεκτῆτο, ubi iterum vulgo mendose legitur κέκτητο. Hoc loco, lib. V, 3. p. 166. et XI, 11. 931. B. κέκτητο corrigere oblitus sum. Saepissime vero hae optativi formae corruptae sunt, vid. *Bast.* Epist. crit. p. 50. sq.

P. 182. διαφερόντως. Stob. Orig. Codd. Voss. et Monac. διαφόρως. Mox ἐκ δικαίου et ἐκ τοῦ δικαίου adverbii vim habet, ut ἐκ τῶν λοιπῶν IV, 4. ἐκ τῶν εἰκότων VI, 18. XII, 1. 5. (vid. ad Phaedr. p. 276.). Cf. *Hemsterhus.* ad Aristoph. Plut. 755. et *Dorvill.* ad Charit. p. 79.

τά τε ἀναλώματα ἐθέλοντα ἀναλίσκεσθαι pro: τῶν μήτε καλῶς μήτε αἰσχρῶς ἐθελόντων ἀναλίσκειν; quibus divitum avaritia notatur, qui neque in turpem neque in honestam rem sumtum impendunt. Cod. Voss. διπλασίῳ ἐλάττονα.

τῶν ἐκ διπλασίων μὲν χρημάτων cet., i. e., τῶν διπλάσια μὲν χρήματα κεκτημένων, ἥμισυ δὲ ἀναλισκόντων. Praepositio ἐκ non solum, unde quid profectum est, indicat (ut οἱ ἐξ Ἀκαδημίας, i. e., Academici), sed statum quoque et conditionem in universum significat, ut οἱ ἐξ ἐριθείας, i. e., rixosi, ap. Polyb. X, 16. al. Vid. *Fischer.* ad Weller. T. III. P. II. p. 123. Cod. Voss. κτημάτων pro χρημάτων.

ἔστι δὲ ὁ μὲν ἀγαθὸς cet. *Ficinus* vertit: „alter non malus quidem, quando duntaxat parcus est, nonnunquam vero malus omnino." Et sic Stephanus in vet. libro pro οὐκ ἀγαθός legi οὐ κακός adnotat, haud dubie Ficinum significans; οὐ κακός sensus omnino postulat; distinguitur enim parcus, qui improbus per se vocari nequit, a prodigo, luxuriae et nequitiae dedito, qui, si parco ipsum compares, merito pauper dici potest. Pro τότε vero scripsimus ποτέ, in quibus vocibus librarii saepenumero peccarunt. Sic VIII, 1. 829. B. τότε vulgo legitur pro ποτέ. Phileb. 35. E. scribendum est ποτὲ μὲν χαίρει. Phaedon. 116. A: ποτὲ δ' αὖ — διαξιόντες. Ponitur enim ποτὲ δέ, etiam ποτὲ μέν non

praegresso (ut *Homer.* Il. λ', 62: ποτὲ δ' αὖτις ἔδυ νέφεα σκιόεντα), sicuti ἄλλοτε, vid. *Hermann.* ad Viger. p. 768. Cod. Monac. τότε δήποτε. Mox Cod. Voss. ἐκ τῶν δικαίων et οἱ δὲ μή. Denique illa ὥστε ὁ λόγος sq. *Stobaeus* excitat Serm. XCI. p. 508. 28.

CAP. XIII.

καὶ τούτων ὁπόσα. Bene *Ficinus* expressit sensum: „atque hoc ita, ut quaestus non cogat ea negligere, quorum causa quaeruntur pecuniae." Mox Cod. Monac. σπουδαζομένων σπουδῇ, et paulo post σώματος δὲ περιμέσῃ, Cod. Voss. σώματος δὲ περὶ μέσῃ. Deinde Monac. νενομοθετεῖται — πραγμάτων pro προστατπομένων. De τιθέμενος, passiva significatione posito, vid. ad I, 6.

P. 183. *εἴ μοι ξυμβαίνει.* Particula εἰ dubitanter interrogat: *ob wohl*, ut ap. *Homer.* Iliad. V, 183. Odyss. I, 158. *Sophocl.* Oed. Tyr. 584. Polit. IV, 1. p. 420. D. Erast. 133. B. al. *ξυμβαίνειν* vero est evenire (*erfolgen*). Male verterunt *Ficinus*: „quod si contigerit, bene succedet," et *Cornarius*: „si mihi hoc contingat, aut etiam, aberro a scopo." Mox οὐδ' ἂν ἕνα pro οὐδένα ἄν. Vid. *Coray* ad Isocrat. p. 10. sq. Paulo post πολλῶν ἕνεκα cet. *Ficinus* vertit: „multorum et aequalitatis in civitate temporum opportunitatumque causa." *Καιρός* et *καιροί* (Latin. tempora) significat rerum statum vel conditionem; igitur est: *ut omnium in civitate conditio aequalis fiat.*

ἀρχαί τε — διανομαί. *Stephanus* desiderabat post πενίαν verbum γίγνωνται vel καθιστῶνται, ante τὴν τῆς ἀξίας — τιμήν praepositionem κατά, et τέ post τιμάς mutari volebat in δέ. Sed nominativi illi sunt absolute positi: *quod ad magistratus, vectigalia et distributiones attinet*, vid. ad III, 2. Pro ἑκάστοις scripsimus ἕκαστος, quod sensus postulat; et referendum hoc est ad ἀπολαμβάνοντες, μὴ διαφέρωνται, vid. ad I, 10. Verba ita cohaerent: ἵνα, ἕκαστος τὴν τῆς ἀξίας τιμὴν μὴ κατ' ἀρετὴν μόνον — ἀλλὰ καὶ κατὰ πλοῦτον χρῆσιν καὶ πενίαν τὰς τιμάς τε καὶ ἀρχὰς — ἀπολαμβάνοντες, μὴ διαφέρωνται: *ut, quum et honores et magistratus ex census ratione quisque adipiscatur, dissidere inter se non possint.* Oratio vero ipsa perturbata est; verba enim τὴν τῆς ἀξίας τιμήν cum ceteris non bene cohaerent, praesertim quum sequatur κατὰ πλοῦτον χρῆσιν καὶ πενίαν. Scribere enim haud dubie ita voluit noster: ἵνα, τὴν τῆς ἀξίας τιμὴν ἕκαστος ἀπολαμβάνων s. ἕκαστοι ἀπολαμβάνοντες, μὴ διαφέρωνται. Τὴν τῆς ἀξίας τιμήν,

dignitatem aestimationis, est: dignitatem, quae cuique ex census aestimatione convenit; ἡ ἀξία enim, aestimatio, pro eo, quod in aestimationem venit, igitur pro ipso censu ponitur. Similiter *Xenoph.* Cyrop. VIII, 4. 32: μὴ κατ' ἀξίαν τῆς οὐσίας φαίνεσθαι ὠφελοῦντα τοὺς φίλους. Verbis vero τὴν τῆς ἀξίας τιμὴν explicationis causa subiecit scriptor: (scilicet) μὴ κατ' ἀρετὴν μόνον — εὐμορφίαν, ἀλλὰ καὶ κατὰ πλούτου χρῆσιν καὶ πενίαν; et ita factum est, ut, quum τῆς ἀξίας explicasset et repetiisset quodammodo verbis κατὰ πλούτου χρῆσιν καὶ πενίαν, etiam τὴν τιμὴν repeteret subiiciendo τὰς τιμάς τε καὶ ἀρχάς. Ita haec verba contorta puto explicanda esse, ut sensum accipiant; neque tamen infitier, plura adhuc menda inesse a librariorum et glossatorum culpa profecta. Omnia enim perspicua essent, illis sublatis ἀρχαί τε καὶ εἰςφοραὶ καὶ διανομαί, τὴν τῆς ἀξίας τιμήν. — Pro πενίας scripsimus πενίαν, quod in libro vet. extare *Stephanus* adnotat. Cod. Voss. et Monac. ἰσχὺς καὶ εὐμορφίας. Cod. Voss. τὰς ἀρχάς. Pro χρῆσιν vero haud dubie scribendum est κτῆσιν. Verbo τῷ ἀνίσῳ significantur τιμήματα ἄνισα, quae inter se quidem (si alterum alteri compares) inaequalia, per se autem ad rationem quandam (quam proportionem dicimus) descripta sunt (ξυμμέτρῳ δέ). De attica forma ἰσαίτατα vid. *Maittair.* de dialect. p. 42. sq. et nostra ad Polit. I, 3.

τέτταρα — τιμήματα. Pariter Atheniensem populum Solon ex censu in classes quatuor diviserat, vid. ad III, 14. *Ficinus* videtur μεγέθει legisse, quum verterit: „horum causa quatuor magnitudine differentes bonorum census fieri oportet.“ Sed μεγέθη τῆς οὐσίας est: mensurae bonorum (vernaculum *Grössen* plane respondet graeco vocabulo), et τιμήματα: tanquam census. Deinde concretum, quod dicitur, πρώτους cet. subiicitur abstracto τιμήματα, sicuti alterum pro altero poni solet, vid. ad III, 5. Ὅταν τε — καὶ ὅταν est *sive* — *sive*. Deinde pro πλουσιώτατοι scripsimus πλουσιώτεροι, quod Cod. Monac. praebet. *Ficinus*: „alii ditiores pauperioresve facti.“ Paulo post Cod. Voss. ἑαυτοῖσιν.

P. 184. ὡς ἀμφότερα τικτόντων. Vel ἀμφοτέρων vel τίκτοντα (int. ἐστί, vid. ad IV, 5. Tunc verba sonarent hoc: *nam utrumque procreat utrumque*) scribendum esse apparet; equidem ἀμφοτέρων praeferrem, ut haec verba cum praegressis artius cohaererent.

ἵνα δύο κλήρων ἑκάστῳ νεμηθέντων, ἀμφοτέρων τῶν τόπων πάντες μετέχωσι.

φαυλότητος — χώρας. Desidero praepositionem *περί*. *Ficinus*: „danda etiam opera est, ut in geminis his partitionibus, quod modo de fecunditate regionis et infecunditate diximus, peragatur, ut videlicet in iis multitudine et paucitate distributionis aequatio fiat.“

τὴν τῆς ἄλλης οὐσίας, int. *κτῆσιν*, sed malim pro *τήν* scribi *τά*. *Ficinus* vertit: „quinetiam dividere in partes duodecim viros oportet, quemadmodum et cetera bona, omnium prorsus aequalitate servata, omniaque describere.“ Ceterum observa pluralem *ἐπανισουμένους*, quem singularis excipit *ξυνταξάμενον*; subiectum utriusque est persona indefinita, quae, quum plures complectatur, et plurali et singulari significari potest.

καὶ δὴ καί. Sic Codd. Voss. et Monac.; vulgo alterum *καί* deest. A Cod. Voss. abest *τό*. — *Τὸ λαχὸν μέρος*. Lexica vetera reddunt: nominatim dicare partes singulas singulis diis, ut sorte obtigerunt. Pro *λαχόν* *Ruhnkenius* (ad Tim. p. 173.) legi aliquando volebat *λάχος*; ipse vero observat, Pollucem quoque VIII, 91. *τὸ λαχόν* pro re dixisse, quae alicui sorte obtingit s. obvenit. Ceterum duodecim noster ponit tribus (*φυλάς*), ut VI, 8. et VIII, 1. p. 828. B., haud dubie propter universae civitatis in duodecim partes divisionem; Solonem enim constat quatuor populi tribus retinuisse, Clisthenem, qui democratiam magis intenderit, decem constituisse (vid. *Herodot.* V, 66. sq. *Aristotel.* Polit. III, 2. VI, 4. *Perizon.* ad Aelian. Var. Hist. XIII, 24. al.), serioribus vero temporibus (Macedonibus imperantibus) duodecim esse factas. Vid. *Corsini* Fasti Attic. T. I. diss. 4. et 5. Ceterum similiter VIII, 1. p. 828. B: *ὁ μὲν γὰρ δὴ νόμος ἐρεῖ, δώδεκα μὲν ἑορτὰς εἶναι τοῖς δώδεκα θεοῖς, ὧν ἂν ἡ φυλὴ ἑκάστη ἐπώνυμος ᾖ.* Mox Cod. Voss. *τὰ δώδεκα τῆς πόλεως τμήματα.* Paulo post *κατοίκισιν* pro *κατοίκησιν* correximus, vid. ad III, 5.

ἄνδρας τε: *scilicet viros* cet. Particulae *τέ* respondet in sequentibus *ἔτι δέ*. Mox Cod. Voss. *ὡς εἴρηκεν*. Verba *ὧν δῆλος* cet. ita, si nostri sermonis rationem spectes, resolvenda sunt: *ἃ τὸν νομοθέτην προστάξειν, δῆλόν ἐστιν ἐκ τούτων τῶν νῦν εἰρημένων.* Praeter *πάντη*, quod praegressis anneximus, *Ficinus* videtur *πάντα* legisse vertens: „quae quidem omnia quasi somnia quaedam

dicuntur;" πάντῃ ita reddidit: „ubi ad haec — ubique habitationes." Participia λέγων et πλάττων referenda sunt ad ὁ νομοθέτης.

P. 186. ἔχει δή. Cod. Voss. δέ; sed *Ficinus* quoque: „Haec utique modo quodam non male dicuntur." Mox πάντα λαμβάνειν, Cod. Monac. vero ἐπαναλαβεῖν.

πάλιν ἄρα. Sic *Stephanus* scribi iussit, quum vulgo legeretur τοιάδε πάλιν. ἄρα ἡμῖν — φράζειν cet. *Ficinus* vertit: „sed ea quoque narranda, quae legislator adversus diceret." Deinde pro δοκεῖτέ με scripsimus δοκεῖτ' ἐμέ. Τὸ λεγόμενον, quod subiectum est verbi διεξέρχεται, ex Graecorum more orationi praegressae annexum est, vid. ad I, 2. *Ficinus*: „ne ignorare me existimetis, amici, quod modo dictum est, vere quodammodo dici." Mox Cod. Voss. τόνδε εἶναι τόν. Paulo post e Codd. Voss. et Monac. ξυμβαίνει pro ξυμβαίνειν reposuimus. Verba ita cohaerent: ᾧ ἀδύνατον ξυμβαίνει τι τούτων γίγνεσθαι, ut ad ἀδύνατον intell. εἶναι, sicuti absolute dicitur ἀδύνατόν μοι τοῦτο ποιεῖν, al.; τούτων vero referendum ad praegressum τῶν καλλίστων et ἀληθεστάτων. Nisi τί interpositum esset, verba ita caperem: ᾧ δὲ τούτων (τῶν καλλίστων τε καὶ ἀληθεστάτων) ξυμβαίνει ἀδύνατον (εἶναι) γίγνεσθαι: quodcunque ex illis ita se habet, ut fieri nequeat, sc. si quid superioris cuiusdam ac praestantioris naturae est, quam quod rerum humanarum imbecillitas capere possit. Quocirca si pro τί in libro aliquo πῇ inveniretur: ἀδύνατόν πῃ (fere, quodammodo), id vulgatae scripturae sine ulla controversia praeferendum esset. Melius tunc etiam sequentia cum praegressis cohaererent, in primis illud: ὅ τι τούτου (praestantioris illius, quod supra humanam quodammodo naturam est) ἐγγύτατά ἐστι. Deinde *Ficinus* male verba cepit vertens: „eorumque, quae fieri convenit, cognatissimum;" ξυγγενέστατον τῶν προσηκόντων πράττειν est: maxime coniunctum cum iis, quae facere (instituere) convenit s. consentaneum est. Cod. Monac. exhibet ξυγγενέστατα, et in praegressis τούτων pro τούτου.

τὸ γὰρ ὁμολογούμενον — δεῖ που. Sic Cod. Monac. pro δή που, idemque etiam *Heindorfius* Spec. coniect. p. 34. reponendum esse vidit.

μετὰ τὴν δόξαν τῆς — διανομῆς, i. e., *postquam nobis visum est, in duodecim partes civitatem distribuere.* Sic praepositio μετά eleganter usurpatur, ut VII, 4. Vid. *Wernsdorf.* ad Himer. p. 41. sq. *Boissonad.* ad Philostrat. Heroic. p. 429. et

Iacobs Animadv. in Athen. p. 218. sq. Mox τὸ τίνα τρόπον, int. *fiere oporteat.* Post τρόπον interpunximus, quum vulgo τὸ, τίνα τρόπον δῆλον δή coniunctim legeretur. Bene ad sensum *Cornarius*: „nunc itaque hoc ipsum considerare conandum est, post duodecim partium distributionem opinionem, quomodo ea fiat. Manifestum igitur, duodecim partes eorum, quae intra se capiunt, plurimas habere distributiones, et quae ad haec consequuntur et ex his generantur, ad quinque millia usque et quadraginta. Unde tribus et populos et vicos insuperque bellicos ordines ac ductus, et amplius numismata et mensuras aridorum ac liquidorum et pondera, omnia haec concinna et inter se consona legem constituere oportet.“ Illud γενώμενα in Bip. error est typographicus. Ἔχοντα est i. q. ἔχειν, vid. ad I, 11. Pro αὐτοῦ vero scripsimus αὐτῶν: *eorum, quae in se continent;* sic etiam *Ficinus* vertit: „plurimas *in se* portiones portionibusque connexa et orientia ex connexis habent.“

P. 187. Φρατρίας. Sic Lov. Bas. 1. et 2., Ald. vero et Steph. φατρίας. Ceterum φρατρία erat tertia apud Atticos tribus pars; tribus enim, φυλή, natio, tres habebat partes: φρατρίας, τριττὺν et ἔθνη, quae singulae in triginta familias (γένη) divisae erant, vid. *Harpocrat.* v. Τριττύς. *Pollux* VIII, 9. 109. sq. *Ioach. Perionius* de Rom. et Graec. mag. p. 335—342. *Salmas.* Observatt. ad Ius Attic. et Rom. c. IV. p. 128. sq. et *Ed. Platnerus* de gentibus Atticis earumque cum tribubus nexu. Marb. 1811. 4. De δήμοις (populis s. pagis) vid. *Pausan.* Attic. XXXI. p. 76. sq. *Strabo* IX. p. 274. *Sigon.* de republ. Athen. II, 2. al. — πρός, absolute positum, est *insuper, praeterea,* ut VI, 20. p. 778. E. VII, 14. 810. B. IX, 16. p. 880. B. XI, 6. p. 923. A. *Demosthen.* adv. Leptin. p. 491. adv. Aphob. I. p. 835. al. Vid. *Wesseling.* ad Diodor. Sic. T. II. p. 66. et *Brunck.* ad Aristoph. Lysistr. 628. — Pro ἀγωγάς Cod. Voss. ἀγῶνας, in marg. vero ἀγωγάς. Deinde Cod. Monac. τόν γε νομοθέτην pro τόν γε νόμον, quod vulgatae scripturae anteponendum esse iudico. Similiter *Ficinus* vertit: „a legislatore ordinari debent.“ Pro διατάττειν in vet. libro τάττειν scribi *Stephanus* memorat.

φοβητέα δείσαντα. Δείσαντα pro δείσαντι, vid. ad I, 11.; et de redundantia illa φοβητέα δείσαντα vid. ad I, 14. Mox νομίσαντα respicit ad δείσαντα, quanquam sensus postulabat νομίσῃ, ut ad verba ἄν τις προστάττῃ referretur. Deinde ποικίλσεις, i. e., ποικιλίας (numerorum varietates) citavit *Pollux* VII, 34. p. 710.

Quae sequuntur πρὸς γὰρ ταῦτα πάντα cet., ea perspicue reddidit *Ficinus:* „Ad haec omnia ita respicere debet legislator, ut civibus omnibus praecipiat, ne ab huiusmodi numerorum ordine, quoad possunt, discedant." — Mox ἓν οὐδέν, ut solet εἷς cum οὐδεὶς coniungi, vid. *Coray* ad Heliodor. T. II. p. 51. sq. et virr. doct. ad Gregor. Corinth. p. 55. sq. Pro παίδειον (vid. ad I, 12.) Cod. Mon. παίδιον.

ἀπεργάζεται. Cum *Ficino* et *Cornario* post ἀπεργάζεται interpunximus, ut sit: *plus, quam sperare poterat de sua ipse natura s. ingenio, proficientem divinae illius artis ope.* Opposita quodammodo sunt τὴν αὐτοῦ φύσιν et θείᾳ τέχνῃ.

Αἰγυπτίους καὶ Φοίνικας. Polit. IV, 11. p. 436. A: τὸ φιλοχρήματον, ὃ περὶ τοὺς Φοίνικας εἶναι καὶ τοὺς κατὰ Αἴγυπτον φαίη τις ἂν οὐχ ἥκιστα. Ubi v. not. Mox pro ἂν *Stephanus* scribi iubebat αὖ; sed quum αὖ in sententiarum nexum non bene conveniat, malim ἐξεργάσαιτο corrigere; ἂν cum φαῦλος γενόμενος cohaeret, sed verbum simul afficit (quocirca optativus sequatur necesse est); est nostrum *etwa.*

P. 188. μηδὲ τοῦθ' cet. Laudat haec *Galenus* in libr. mores animi temperat. corporis sequi, p. 349. 48. Tom. I. Bas., ubi μὴ δέ — ὑμᾶς scribitur. In praegressis Cod. Monac. ἀπεργασαμένους. Deinde ante εἰσὶν expunximus οὐκ, quod vulgo legitur sensu repugnante; etiam *Ficinus* et *Cornarius* id omiserunt. Οὐκ ἐναντία sunt *congruentia, consentanea.*

δι' εἱλήσεις. Sic Galenus l. l., ubi explicatur verbis τὰς ἐξ ἡλίου θερμότητας. Polit. II, 19. p. 380. E: πᾶν φυτὸν ὑπὸ εἱλήσεών τε καὶ ἀνέμων καὶ τῶν τοιούτων παθημάτων — ἀλλοιοῦται. III, 13. p. 404. B: πολλὰς μεταβολὰς — ὑδάτων τε καὶ τῶν ἄλλων σίτων, καὶ εἱλήσεων καὶ χειμώνων. Similia excitavit *Ruhnken.* ad Tim. p. 97. Vulgo scribitur διειλήσεις, quod *Ficinus* pro *turbine* accepit (quem secutus est *Stephanus* Thesaur. gr. ling. T. I. p. 1126. C.), Stobaeus διαλήσεις et Cod. Voss. διηλήσεις. Εἵλησις interpretatur Timaeus: ἔκκαυσις; est solis calor s. aestus; ἕλη s. ἔλη (*Helle*), εἵλη, al. est solis fulgor (vid. *Salmas.* Plin. Exercitatt. in Solin. T. I. p. 224.); hinc εἱλεῖν, τὸ ἐν ἡλίῳ ξηραίνειν (*Eustath.* ad Odyss. η. p. 1573.). Plerumque scribitur εἵλη, εἱλεῖν, εἵλησις, ut a verbo εἱλεῖν (volvere, coarctare, al.), nomine εἴλησις, al. distinguatur. Et sic etiam libri veteres omnes in Politiae l. l., ubi *Ruhnkenius* scripsit εἱλήσεων, qui haud dubie etiam a Timaeo,

Scholiaste (p. 152.), al. hanc vocem ita exhiberi fecit, haud recte, ut equidem iudico. Nam etsi εἰλεῖν et εἴλειν, ut εἴλη et εἵλη, per se unum idemque verbum sunt, utpote ab una origine profecta (notiones enim versandi, volvendi s. circumvolvendi et quae sunt eiusdem generis, verbi εἰλεῖν propriae, a solis fulgore s. luce, omnis motionis fonte atque origine, petitae sunt), tamen sermonis ratio ita fert, ut diversae significationes, licet ex uno eodemque fonte manaverint, accentu, spiritu, aliis id genus distinguantur. Quocirca, nisi *Galenus* δι᾽ εἰλήσεις exhiberet, Ruhnkenium non secutus essem scribentem δι᾽ εἰλήσεις. — Lectionem εἰλήσεις vel εἰλήσεις *Cornarium* non latuisse, ex eo perspicitur, quod vertit: propter ventos varios et ob *aestus.*

ἀλλόκοτοι, *alius indolis* (ab ἄλλος et κότος, i. e., τρόπος, ἦθος, tunc et ὀργή; vid. *Phrynich.* in Ruhnken. not. ad Tim. p. 24. et *Coray* ad Heliodor. p. 147.), sc. *quam quae in ipsis natura inest;* illa vero vox quum praecipue de eo usurpetur, quod in peius mutatur (Phrynich. l. l. κυρίως μὲν οὖν οἱ τὸν νοῦν βεβλαμμένοι καὶ ἔμπληκτοι ἀλλόκοτοι καλοῦνται, ἤδη δὲ καὶ ἐπὶ τῶν τὰ σώματα διακειμένων παρὰ φύσιν), ἀλλόκοτοι h. l. est deterioris indolis. Huic autem voci apprime respondet, quod de coniectura reponere ausi sumus, ἐξαίσιοι, ut ἑαυτῶν et ad ἀλλόκοτοι et ad ἐξαίσιοι referatur: *diversi a se ipsis sunt et excedentes quasi se ipsos* (comparant enim Graeci hominem sibimet ipsi, vid. ad I, 14.), h. e., *a se ipsis s. a natura et ingenio suo ita degenerant, ut sibimet ipsis prorsus dissimiles evadant.* Ἐξαίσιον enim omne dicitur, quod modum excedit, igitur ingens, immensum, vastum. Sic de pluviis, tempestatibus, al., velut Tim. 22. E: ὅπου μὴ χειμῶν ἐξαίσιος ἢ καῦμα ἀπείργει. p. 25. C: σεισμῶν ἐξαισίων καὶ κατακλυσμῶν γενομένων. Critia p. 112. A: ὕδατος ἐξαισίου. Epist. VII. p. 351. D: χειμώνων ἐξαίσιον καὶ ἀπροσδόκητον μέγεθος. Epinom. 4. p. 979. A: ἀνέμων τε καὶ ὑετῶν γιγνομένων οὐκ ἐξαισίων οὐδὲ ἀμέτρων. Axioch. p. 370. C: πρηστήρων ἐξαισίους συρμούς. *Xenophont.* Oeconom. V, 18: αὐχμοὶ καὶ ὄμβροι ἐξαίσιοι. Agesil. II, 4. *Aristaenet.* Epist. I, 22. p. 54. *Longi* Pastoral. III. p. 73. al. Cf. *Wesseling.* ad Diod. Sic. T. I. p. 50. Eo autem aptius ἐξαίσιοι adhibetur h. l., ubi πνεύματα et εἰλήσεις praecessit, quod, ut exempla citata docent, praecipue haec vox de procellis, tempestatibus, al. usurpatur. Vulgo scribitur ἀναίσιοι, quod *Cornarius* expressit voce *incommodi;* sed primum ἀναίσιος non in usu est; deinde, etiamsi usurpatum a scriptore aliquo reperiretur, ta-

men non id significaret, quod sensus requirit; gravius enim quid postulat praegressum ἀλλόκοτοι. *Ruhnkenius* (vid. not. ad Tim. p. 97.) olim scribi volebat ἀπαίσιοι (*infausti*, quod in hunc locum non quadrat); postea ipsi magis placebat ἀνάρσιοι (vid. Timaei Lexic. p. 30.); sed hanc vocem ea significatione, quam h. l. habere deberet, ut esset *iniqui*, Suidas tantummodo et Hesychius norunt. *Phrynichus* in Προπαρασκ. Σοφ. Ms. (in Ruhnkenii not. ad Tim. p. 24.) legit, ut Cod. Voss., ἐναίσιοι, hunc ipsum locum citans, et subiicit: τὸ γὰρ ἐναίσιοι αὐτῶν δηλοῖ οἷον οἱ γενόμενοι ἐν αἴσῃ καὶ μοίρᾳ τινί; inepta explicatio, quae tamen ἐναίσιοι ipsum legisse monstrat, et hoc sponte ducit ad scripturam ἐξαίσιοι.

οἱ δὲ καί. Galen. οἱ δὲ διὰ τήν — ἄμεινον καὶ χεῖρον. Pro ταύτην, nisi cum Galeno omittere velis, malim αὐτήν: per ipsum terrae alimentum. De particula δέ, praegresso οὐ μόνον, vid. ad II, 10.

δαιμόνων λήξεις, *agri s. loci, sorte diis assignati s. dicati;* λῆξις enim id ipsum quoque dicitur, quod sorte obtingit, ut portio, al.; respiciuntur vero praegressa p. 745. B. et D: τὸ λαχὸν μέρος ἑκάστῳ τῷ θεῷ. — Mox δεχόμενοι positum est ita, ac si θεοί, non θεία ἐπίπνοια, praecesserit. — καὶ τοὐναντίον, *scilicet si improbi homines in civitatem immigrant.* Mox οἷς coniungi oportet cum τιθέναι τοὺς νόμους, participium vero ἐπισκεψάμενος cum τὰ τοιαῦτα. Sed, ni omnia me fallunt, pro οἷς scribendum est οὕς, int. τόπους, — ἐπισκεψάμενος, ut τὰ τοιαῦτα cum σκοπεῖν cohaereat. Sensus est: *et haec loca* (quibus dii favent et quorum saluti prospiciunt) h. e., *horum locorum naturam ac conditionem legum lator prudens perpendet, quantum homo talia* (res divinas) *perscrutari potest, et tunc demum* (οὕτω) *leges scribere conabitur.*

πρῶτον τρεπτέον, sc. σοὶ ἐστί, et ante πρῶτον int. *nempe.* Denique καὶ σοί cum Ald. Lov. Bas. 1. et 2. scripsimus. Steph. καί σοι.

LIBER SEXTUS.

CAP. I.

P. 191. *εἶέν σοι — τῇ πόλει.* Duplex dativus, ut *Demosthen.* Olynth. I. p. 15. 23: *ἂν δὲ τούτων ἀποστερηθῇ τῶν χρημάτων, εἰς στενὸν κομιδῇ τὰ τῆς τροφῆς τοῖς ξένοις αὐτῷ καταστήσεται.* Mox ante *Ἔχει* in Ald. Cliniae nomen deest, ut ante *Δύο εἴδη* Atheniensis. A cod. Voss. abest *οὖν*. Deinde Ald. *ἀρξόντω* et Bas. 2. *ἀρχόντων*.

εὖ παρεσκευασμένην. Locum aperte mendosum *Stephanus* ita corrigi volebat: *ἐκ τοῦ πόλιν — ἐπιστῆσαι*, i. e., *ἐὰν πόλις ἐπιστήσῃ*: ipsi tamen haec emendatio non plane satisfaciebat. *Heindorfius* Specim. coniectur. p. 35. plura excidisse putabat, ita fere explenda: *τοῦ πόλιν εὖ παρεσκευασμένην ἀρχὰς ἐπιτηδείους ἔχειν, ἐκ τοῦ ἀρχὰς ἀνεπιτηδείους ἐπιστῆσαι* cet. Sed illud *ἐκ τοῦ — ἐπιστῆσαι* non convenit cum *οὐδὲν πλέον.* Equidem post *παρεσκευασμένην* eadem excidisse opinor, quae *Heindorfius* suppleri voluit, reliqua vero ita scribi malim: *εἰ ἀνεπιτηδείους ἐπιστήσαι τοῖς εὖ κειμένοις νόμοις;* ut verba ita se habeant: *ὅτι, μεγάλου τῆς νομοθεσίας ὄντος ἔργου τοῦ πόλιν εὖ παρεσκευασμένην ἀρχὰς ἐπιτηδείους ἔχειν, εἰ ἀνεπιτηδείους ἐπιστήσαι* (vel *ἐπιστήσειε*) *τοῖς εὖ κειμένοις νόμοις* — *βλάβαι — γίγνοιντ' ἂν ἐξ αὐτῶν.* Ita quoque, qui factum sit, ut locus depravaretur, clare perspicimus; etenim librarii oculus a voce *ἐπιτηδείους* statim ad *ἀνεπιτηδείους* transiluit, omittens *ἔχειν* et *εἰ;* quae quum excidissent, optativus *ἐπιστήσαι* vel *ἐπιστήσειε* in infinitivum *ἐπιστῆσαι* mutabatur, ut e voce *τοῦ* penderet. Pro *ἐπιστήσαι* scribere etiam possis *ἐπιστήσει;* sed optativum rectius habere censeo propter sequentia *ξυμβαίνοι* et *γίγνοιντ' ἂν* *Ficinus* *εἴ τις* videtur legisse, quod placet, si *τὶς* pro persona indefinita (man) accipiatur; vertit enim: „nemini dubium est, quin, cum magna res legum latio sit, si quis civitati per leges bene paratae non idoneos magistratus constituat, quamvis le-

ges bene positae sint, tamen non modo id nihil proderit risumque movebit, verum etiam calamitates maximas civitatibus pariet.“ De οὐδὲν πλέον, int. ἔσται, *nihil proderit*, vid. ad Phaedr. p. 386. Sic XII, 2. 944. D. — εὖ τεθέντων, int. νόμων. οὐδ' ὅτε, e praegressis repetend. μόνον, ut dicitur οὐ et μὴ μόνον ὅτι (Phileb. 16. D.), vel οὐχ ὅτι μόνῳ (*Xenophont.* Memor. Socr. II, 9. 8. *Aristotel.* Polit. VII, 11. c. 10. §. 8. p. 292. Schneid. al.). Δέ post σχεδὸν est i. q. ἀλλὰ καί, vid. ad II, 10.

νοήσωμεν. Sic Stephano etiam suadente scripsimus pro νοήσομεν. *Ficinus:* Hoc itaque considerandum.

P. 192. βάσανον ἱκανήν. His verbis ἡ δοκιμασία, de qua vid. c. 4., describitur. Vox γένος propter αὐτοὺς accusativo casu posita est, quum esse deberet: βάσανον αὐτῶν τε καὶ γένους. Athenis enim Archontes, antequam magistratum inirent, non solum de censu, bonis et vita acta, verum etiam de maioribus rationem reddere oportebat. Vid. *Pollux* VIII, 9. 85. et 86. ubi v. Kuhn. Cf. *Sigon.* de rep. Athen. IV, 3. p. 535. Deinde νόμων est i. q. νομικοῖς (Lib. I, 1: ἐν τοιούτοις ἤθεσι τέθραφθε νομικοῖς), ut *Ficinus* recte cepit vertens: „deinde etiam, qui suffragia ferunt, legitimis esse moribus educatos, ut facile queant admittendos et remittendos cognoscere.“ Particula τέ post τεθράφθαι offendit; fortasse δεῖ genuina erat scriptura. Pro ἑκατέρου in libro vet. legi ἑκατέρων *Stephanus* memorat; bene monens, ἑκατέρου retineri posse, si explices: ἢ τοῦ κρίνεσθαι ἢ τοῦ ἀποκρίνεσθαι. Verba ipsa ita cohaerent: πρὸς τὸ δυνατοὺς γίγνεσθαι, δυσχεραίνοντάς τε καὶ ἀποδεχομένους, ὀρθῶς κρίνειν καὶ ἀποκρίνειν τοὺς ἑκατέρου ἀξίους. De redundantia in verbis τεθράφθαι ἐν ἤθεσι νόμων εὖ πεπαιδευμένους, vid. quae ad I, 14. similia collegimus. In verbis denique δυσχεραίνοντας — ἀποκρίνεις chiasmus est observandus (vid. ad I, 3.); δυσχεραίνοντας enim et ἀποκρίνειν, ἀποδεχομένους et κρίνειν sibi respondet. Δυσχεραίνειν est indignari, repudiare, odisse, contra ἀποδέχεσθαι amplecti, probare.

ταῦτα δέ. Bene *Cornarius*: quapropter (vid. ad IV, 6.); et solet ταῦτα particulas ἄρα, γέ, δέ, τοί, οὖν, al. comites habere, vid. *Koen.* ad Gregor. Corinth. p. 30. Schäf.

ἀγῶνα — φασίν. Φασίν, quod vulgo deest, iam Cornarius et Stephanus interponendum esse iudicaverunt; *Erasmus* in Adag. p. 578. scribit δέχεσθαί φασιν. *Ficinus* vero habet: „sed enim certamen excusationes non facile suscipit,“ ut legisse videa-

tur δέχεται. *Grynaeus* addidit *ut aiunt*. Sensus proverbii est: quod suscepimus, strenue peragere debemus, quia nulla proderit excusatio. *Suidas* in ἀγωνάρχαι: καὶ παροιμία ἀγὼν οὐ δέχεται σκήψεις τάττεται ἐπὶ τῶν μηδὲν ἐνεναμένων, εἰ σκήψαιντο, καὶ ἀγὼν πρόφασιν οὐκ ἀναμένει. Vid. Schol. Ruhnken. ad Cratyl. p. 15. sq. *P. Fabri* Agonist. III, 19. Gronov. Thesaur. ant. graec. T. VIII. p. 2202. *Leopard.* Emendatt. XIII, 7. et *Bergler.* ad Alciphr. I, 39. p. 130. — Mox καὶ σοὶ cum libris veteribus scripsimus; Stephan. καί σοι. Δέκατος αὐτός, i. e., cum novem collegis, vid. ad III, 12.

ἀκέφαλον. Ἀκέφαλος (capitis expers, principio carens) μῦθος est fabula non absoluta, sermo imperfectus. Gorg. 505. D: ἀλλ' οὐδὲ τοὺς μύθους φασὶ μεταξὺ θέμις εἶναι καταλείπειν, ἀλλ' ἐπιθέντας κεφαλήν, ἵνα μὴ ἄνευ κεφαλῆς περιΐῃ. ἀπόκριναι οὖν καὶ τὰ λοιπά, ἵνα ἡμῖν ὁ λόγος κεφαλὴν λάβῃ. Cf. *Pollux* II, 43. p. 174. *Apostol.* Paroem. Centur. II, 32. *Erasmi* Adag. p. 25. Deinde Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἀπάντῃ, Cod. Voss. ἂν ἀπάντῃ, Stephan. et Bip. ἀπάντῃ, quod *Heindorfius* ad Gorg. p. 202. in ἅπαντι mutari iubebat. Nos, scripturae Cod. Voss. ἂν ἀπάντῃ vestigia secuti, correximus ἂν ἀπαντᾷ (*si obviam veniat* s. *occurrat*), quod optime et sensui convenit, et verbo πλανώμενος, ut illi περιϊέναι in Gorg. loco citato respondet. Bene vertit *Erasmus* l. l.: „etenim si oberrans talis occurrat alicui, foedus videretur.“ Post ἄμορφος e cod. Voss. ἂν inseruimus, quo et sensus et oratio omnibus suis numeris explentur.

Ἔσται. Bas. 1. et 2. Ἔστι. Mox ἂν — γήρως ἐπικρατῶμεν τό γε τοσοῦτον ad verbum est: *et si senectutem superamus* s. *vincimus hactenus*, h. e., *et si senectutis infirmitas hoc nobis permittit.* Ἑπόμενοι αὐτῷ, int. τῷ θεῷ, bene *Serranus*: „illius auspicia sequentes, hoc quoque sumamus.“

P. 193. Περὶ τί βλέπων. Stephanus scribi volebat πρός; sed verborum traiectio est (vid. ad I, 4.) pro: περὶ τί καὶ ποῖ μάλιστα βλέπων, ut περὶ τί (i. e. τίνος, vid. ad I, 6.) referatur ad εἴρηκας.

δέξονται. Vulgo δέξωνται, soloece; vid. *Dawes.* Misc. Crit. p. 228. *Valcken.* ad Herodot. p. 477. *Toup.* ad Suid. p. 45. al. Δέξονται in libro veteri legi *Stephanus* adnotavit. Mox Cod. Voss. παντὶ pro πάνυ, et ὥς γε — προσδέξασθαι (ut et Bas. 1. et 2.).

καὶ ξυντραφέντες — γενόμενοι. Haec verba, sensu postulante, a reliqua oratione separavimus. Bene sensum exhibuit *Cornarius:* „si vero tanto tempore exspectaremus, donec pueri gustatis legibus et ipsis satis connutriti ac ipsis adsueti una cum tota civitate ad magistratuum electionem adhiberentur, hoc sane contingente, si quidem modo quodam et arte rite fieret, multam ego securitatem etiam post illud tunc praesens tempus fore speraverim, ut civitas ita instituta permaneret." De v. *ἀρχαιρεσία* et *ἀρχαιρεσίαι* (magistratuum electiones) vid. *Moeris Atticist.* p. 10. ibique Pierson. Mox Bas. 1. et 2. *Ἔχοι* pro *Ἔχει.*

ἀφοσιώσασθαι est animi religione solvendi causa, igitur leviter et defunctorie aliquid facere vel tractare, vid. *Vales.* ad not. Massauc. in Harpocr. p. 259. *Valcken.* ad Herodot. IV, 154. *Wernsdorf.* ad Himer. p. 149. et *Wyttenb.* ad Phaed. p. 127. Mox Cod. Voss. *ἢ νῦν κατοικίζεται.* *Ficinus*: „quam nunc rempublicam conditis." *Μόνον* illud non ad *μή* (ut esset: non solum), sed ad *ἀφοσιώσασθαι* (*tantummodo defungendi causa*) trahendum est; particulae *μή* oppositum est *δέ* in *ξυντόνως δ' ἐπιμεληθῆναι* (*cum animi intentione curare* s. *videre, ut* cet.). Deinde pro *δ' ἂν* scripsimus *δ' αὖ*, ut *Stephanus* iam scribi voluit.

ἐποικησόντων. Sic *Stephanus* bene scripsit pro eo, quod libri veteres habent, *ἐποικησάντων.* *Ficinus*: „ex eorum numero, qui coloniam habitabunt." Mox *Stephanus σοί*, quod in libris omnibus extat, male mutavit in *σῇ*, vid. ad I, 1. Denique *αὐτὸν σέ* e libris veter. reposuimus pro *αὐτόν σε*, quod Steph. et Bip. exhibent.

CAP. II.

μέγα μὲν καί. Cod. Voss. *μέγα δὲ καί.* Mox pro *κατὰ πάντα Ficinus* videtur legisse *ἅπαντα*, quum vertat: „tibi autem omnia commode se habent et habitatoribus aliis similiter, secundum ea, quae de te modo dicta sunt." Sed graeca verba ipsum non intellexisse apparet. *ἐμμελῶς ἔχει* referendum ad *Ἀθῆναι* et *Σπάρτη*, quasi *ἑκατέρα*, non *ἑκάτεραι* praecesserit; solet enim etiam de pluribus personis vel rebus singularis poni, si illae ut una persona vel una res cogitari possunt (vid. quae exposuimus ad Phaedrum p. 370. sq.). Sic *σύ* X, 10. p. 900. B. XII, 11. p. 963. B. Igitur *κατὰ πάντα ἐμμελῶς σοι ἔχει* est: *et in omnibus* (utraque) *tecum concinit* (*ἐμμελῶς* proprie est concinne), h. e., *tibi favet et auxiliatur.* Id vero, quod de Megillo Spartano et

Atheniensi dicendum erat, Lacedaemoni et Athenis tribuitur; et ne in offensionem Megilli Spartani incurrat, Atheniensis urbanus τὸ μέγα φρονεῖν etiam Athenis tribuit easque Lacedaemoni etiam praeponit: *Μέγα μὲν φρονοῦσιν αἱ Ἀθῆναι, μέγα μὲν καὶ ἡ Σπάρτη.* Pro λέγομεν *Stephanus* scribi quoque λεγόμενα memorat: *quae modo dicebantur;* fortasse *Ficinum* respexit, qui vertit: „quae de te modo dicta sunt." Sed cur a vulgata scriptura discedamus, nihil causae est; τὰ περὶ σοῦ est i. q. simplex περὶ σοῦ (sic τὰ παρ' ἐμοῦ III, 16. fin.), et verba κατὰ ταυτά, ὥςπερ τὰ περὶ σοῦ νῦν λέγομεν nihil aliud sibi volunt quam: κατὰ ταυτά, ὥσπερ σοί.

ἐκ τῶν ὑπαρχόντων, *pro praesenti rerum statu*, ut *Xenophont.* Anabas. VI, 4. 9: ἔθαψαν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ὡς ἐδύναντο κάλλιστα. Sic ἐκ τῶν δυνατῶν, al. Vid. ad Phaedr. p. 275 sq.

ὅπλα — τιθῶνται. Ὅπλα τίθεσθαι est castra metari s. ponere, tendere (ut nos dicimus *campiren*). Vid. *Vales.* ad Harpocrat. h. v. *Hudson.* ad Thucyd. II, 2. *Duker.* ad eund. IV, 44. et VIII, 93. *Taylor.* ind. graecit. Lys. p. 897. T. VI. Reisk. et *Wesseling.* ad Diodor. Sic. XX, 31. T. II. p. 428. Deinde pro αὐτῶν malim αὑτῶν, vid. ad I, 7. Praepositio ἐν est id fere quod *pro* s. *secundum*, vid. *Viger.* de idiotism. p. 608. Infinitivi, qui sequuntur, ποιεῖσθαι, φέρειν et παρεγγράφειν imperativorum vim habent, vid. ad I, 11.

πινάκιον tabella et πίναξ tabula sunt, quibus in comitiis suffragia ferebantur, vid. *Gesner.* ad Varr. de R. R. V, 3. 18.

τριάκοντα ἡμερῶν. *Ficinus* addit: „ubi non minus quam triginta dies permaneat." *Cornarius* vero simpliciter vertit: „et in forum non minus quam per dies triginta ponat.

φέρειν proprie est calculum (ψῆφον) in urnam deiicere, igitur suffragio lato creare, ut c. 3. p. 759. A: φερέσθω δ' εἰς τὴν ἀρχήν. C. 5. p. 756. C: φέρειν — βουλευτάς. C. 7. Lib. XII, 3. p. 946. A. *Aristotel.* Polit. II, 4. (c. 3. §. 11.) et V, 5. (c. 4. §. 6. Schneid.) al. Mox pro ὧν bene *Stephanus* scripsit ὅν. Sic etiam infra: φερέτω — ὃν ἂν βούληται. Deinde pro διὰ τῶν αὐτῶν (*Cornarius:* per eosdem procedens) Cod. Voss. διατομίων.

ἑπτὰ δὲ καὶ τριάκοντα. Male *Ficinus* vertit: „septem autem trigintaque viri eos — magistratus declarent." Recte contra *Cornarius:* „triginta vero et septem, quibus plurima suffragia obtigerunt, suo iudicio magistratus declarent."

πρὸ πασῶν. Vulgo *πρὸς πασῶν*, quod sensu caret. *Cornarius* bene vertit: „qui vero sint *ante* magistratus omnes constituti, nulli sunt.“ *Ficinus* obscure ita verba reddit: „qui vero ex omnibus magistratibus deligantur, in iis nequaquam reperiuntur.“ Verba ipsa ita cohaerent: *οὐκ ἔστιν, οἵτινες ἂν εἶεν*: nulli sunt, qui ante magistratus omnes creatos constituantur (et ipsi magistratuum creationi praeficiantur, ut quod ipsum magistratus munus sit). Nota sunt *ἔστιν, οἵτινες*, alia, vid. *Fischer.* ad Weller. T. I. p. 343. et *Matthiae* Gramm. graec. p. 667. Ad *δεῖ μὴν ἀμωσγέπως* int. e praegressis *εἶναί τινας.*

ἀρχὴ — ἥμισυ παντὸς — ἔργου. Vid. ad III, 9. Mox in libris veteribus scribitur *τόδ'* pro *τὸ δ'* (*at vero*, vid. ad I, 11.), vitiose.

γιγνώσκοντές γε: scilicet quum id perspiciamus; sic recte Ald. Lov. Bas. 1. et 2.; in Stephan. et Bip. *γιγνώσκοντές τε.* Particula *γέ* cum participio connexa causam indicat, ut Phileb. p. 49. E: *ἄγνοιάν γε οὖσαν.* Gorg. 479. B: *ἀγνοῶν γε — οἷόν ἐστιν ἡ ὑγίεια καὶ ἀρετὴ σώματος.* X, 7. p. 895. B. In sequentibus *εὐπορῶ* coniungi oportet cum *εἰπεῖν: πλήν γε ἑνὸς πρὸς τὸ παρὸν ἀναγκαίου καὶ ξυμφέροντος λόγου.* *Stephanus* *εἰπεῖν* cum *ἀναγκαίου* et *ξυμφέροντος* connecti iubebat; praeterea in libro veteri verba *Μὴ τοίνυν — τρόπον* a Clinia et sequentia *'Εγὼ μέν* — ab Atheniensi dici memorat.

CAP. III.

ταύτῃ τῇ πόλει. Cod. Voss. *ταύτην τὴν πόλιν*, in marg. *ταύτῃ τῇ πόλει.* Mox *κατοικισθέντων* in marg. et Bas. 2. *κατοικησάσαις.*

P. 196. *δὶς — τό γε καλὸν ῥηθέν.* Sic Cod. Voss., vulgo *καλῶς*, ad quod, ut *Stephanus* bene iam monuit, supplendum foret *ἔχον*, ut Phileb. 59. E: *τὸ δὶς καὶ τρὶς τό γε καλῶς ἔχον ἐπαναπολεῖν τῷ λόγῳ δεῖν.* Ceterum notum proverbium est *δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν* vel *καλόν ἐστι τὰ καλὰ λέγειν;* Gorg. p. 498. E. ubi v. Schol. p. 124. *Iamblich.* de myster. I, 20. *Suidas* v. *δὶς ἑπτά.* *Zenob.* III, 33. *Erasm.* Adag. Chil. I. Cent. II. p. 68. ubi *καλόν* scriptum iam extat. Similiter XII, 8. p. 957. A: *καλὸν δὲ τό γε ὀρθὸν καὶ δὶς καὶ τρίς.* *Ficinus*, qui vertit: „non enim nocet, bis dicere, quod bene dicitur,“ videri possit legisse *δὶς γάρ τό γε καλῶς ῥηθὲν λέγειν* (vel *εἰπεῖν*) *οὐδὲν βλάπτει.*

Scholiaste (p. 152.), al. hanc vocem ita exhiberi fecit, haud recte, ut equidem iudico. Nam etsi εἰλεῖν et εἵλειν, ut εἵλη et ἕλη, per se unum idemque verbum sunt, utpote ab una origine profecta (notiones enim versandi, volvendi s. circumvolvendi et quae sunt eiusdem generis, verbi εἰλεῖν propriae, a solis fulgore s. luce, omnis motionis fonte atque origine, petitae sunt), tamen sermonis ratio ita fert, ut diversae significationes, licet ex uno eodemque fonte manaverint, accentu, spiritu, aliis id genus distinguantur. Quocirca, nisi *Galenus* δι' εἰλήσεις exhiberet, Ruhnkenium non secutus essem scribentem δι' εἰλήσεις. — Lectionem εἰλήσεις vel εἰλήσεις *Cornarium* non latuisse, ex eo perspicitur, quod vertit: propter ventos varios et ob *aestus*.

ἀλλόκοτοι, *alius indolis* (ab ἄλλος et κότος, i. e., τρόπος, ἦθος, tunc et ὀργή; vid. *Phrynich.* in Ruhnken. not. ad Tim. p. 24. et *Coray* ad Heliodor. p. 147.), sc. *quam quae in ipsis naturâ inest;* illa vero vox quum praecipue de eo usurpetur, quod in peius mutatur (Phrynich. l. l. κυρίως μὲν οὖν οἱ τὸν νοῦν βεβλαμμένοι καὶ ἔμπληκτοι ἀλλόκοτοι καλοῦνται, ἤδη δὲ καὶ ἐπὶ τῶν τὰ σώματα διακειμένων παρὰ φύσιν), ἀλλόκοτοι h. l. est deterioris indolis. Huic autem voci apprime respondet, quod de coniectura reponere ausi sumus, *ἐξαίσιοι*, ut ἑαυτῶν et ad ἀλλόκοτοι et ad ἐξαίσιοι referatur: *diversi a se ipsis sunt et excedentes quasi se ipsos* (comparant enim Graeci hominem sibimet ipsi, vid. ad I, 14.), h. e., *a se ipsis s. a natura et ingenio suo ita degenerant, ut sibimet ipsis prorsus dissimiles evadant.* Ἐξαίσιον enim omne dicitur, quod modum excedit, igitur ingens, immensum, vastum. Sic de pluviis, tempestatibus, al., velut Tim. 22. E: ὅπου μὴ χειμὼν ἐξαίσιος ἢ καῦμα ἀπείργει. p. 25. C: σεισμῶν ἐξαισίων καὶ κατακλυσμῶν γενομένων. Critia p. 112. A: ὕδατος ἐξαισίου. Epist. VII. p. 351. D: χειμώνων ἐξαίσιον καὶ ἀπροσδόκητον μέγεθος. Epinom. 4. p. 979. A: ἀνέμων τε καὶ ὑετῶν γιγνομένων οὐκ ἐξαισίων οὐδὲ ἀμέτρων. Axioch. p. 370. C: πρηστήρων ἐξαισίους συρμούς. *Xenophont.* Oeconom. V, 18: αὐχμοὶ καὶ ὄμβροι ἐξαίσιοι. Agesil. II, 4. *Aristaenet.* Epist. I, 22. p. 54. *Longi* Pastoral. III. p. 73. al. Cf. *Wesseling.* ad Diod. Sic. T. I. p. 50. Eo autem aptius ἐξαίσιοι adhibetur h. l., ubi πνεύματα et εἰλήσεις praecessit, quod, ut exempla citata docent, praecipue haec vox de procellis, tempestatibus, al. usurpatur. Vulgo scribitur ἀναίσιοι, quod *Cornarius* expressit voce *incommodi;* sed primum ἀναίσιος non in usu est; deinde, etiamsi usurpatum a scriptore aliquo reperiretur, ta-

men non id significaret, quod sensus requirit; gravius enim quid postulat praegressum *ἀλλόκοτοι*. *Ruhnkenius* (vid. not. ad Tim. p. 97.) olim scribi volebat *ἀπαίσιοι* (*infausti*, quod in hunc locum non quadrat); postea ipsi magis placebat *ἀνάρσιοι* (vid. Timaei Lexic. p. 30.); sed hanc vocem ea significatione, quam h. l. habere deberet, ut esset *iniqui*, Suidas tantummodo et Hesychius norunt. *Phrynichus* in *Προπαρασκ. Σοφ.* Ms. (in Ruhnkenii not. ad Tim. p. 24.) legit, ut Cod. Voss., *ἐναίσιοι*, hunc ipsum locum citans, et subiicit: *τὸ γὰρ ἐναίσιοι αὐτῶν δηλοῖ οἷον οἱ γενόμενοι ἐν αἴσῃ καὶ μοίρᾳ τινί;* inepta explicatio, quae tamen *ἐναίσιοι* ipsum legisse monstrat, et hoc sponte ducit ad scripturam *ἐξαίσιοι*.

οἳ δὲ καί. Galen. *οἳ δὲ διὰ τήν — ἄμεινον καὶ χεῖρον*. Pro *ταύτην*, nisi cum Galeno omittere velis, malim *αὐτήν*: per ipsum terrae alimentum. De particula *δέ*, praegresso *οὐ μόνον*, vid. ad II, 10.

δαιμόνων λήξεις, *agri s. loci, sorte diis assignati s. dicati; λῆξις* enim id ipsum quoque dicitur, quod sorte obtingit, ut portio, al.; respiciuntur vero praegressa p. 745. B. et D: *τὸ λαχὸν μέρος ἑκάστῳ τῷ θεῷ.* — Mox *δεχόμενοι* positum est ita, ac si *θεοί*, non *θεία ἐπίπνοια*, praecesserit. — *καὶ τοὐναντίον*, *scilicet si improbi homines in civitatem immigrant.* Mox *οἷς* coniungi oportet cum *τιθέναι τοὺς νόμους*, participium vero *ἐπισκεψάμενος* cum *τὰ τοιαῦτα*. Sed, ni omnia me fallunt, pro *οἷς* scribendum est *οὕς*, int. *τόπους*, — *ἐπισκεψάμενος*, ut *τὰ τοιαῦτα* cum *σκοπεῖν* cohaereat. Sensus est: *et haec loca* (quibus dii favent et quorum saluti prospiciunt) h. e., *horum locorum naturam ac conditionem legum lator prudens perpendet, quantum homo talia* (res divinas) *perscrutari potest, et tunc demum* (*οὕτω*) *leges scribere conabitur.*

πρῶτον τρεπτέον, sc. *σοὶ ἐστί*, et ante *πρῶτον* int. *nempe*. Denique *καὶ σοί* cum Ald. Lov. Bas. 1. et 2. scripsimus. Steph. *καί σοι*.

LIBER SEXTUS.

CAP. I.

P. 191. *εἶέν σοι — τῇ πόλει.* Duplex dativus, ut *Demosthen.* Olynth. I. p. 15. 23: *ἂν δὲ τούτων ἀποστερηθῇ τῶν χρημάτων, εἰς στενὸν κομιδῇ τὰ τῆς τροφῆς τοῖς ξένοις αὐτῷ καταστήσεται.* Mox ante *Ἔχει* in Ald. Cliniae nomen deest, ut ante *Δύο εἴδη* Atheniensis. A cod. Voss. abest *οὖν*. Deinde Ald. *ἀρξόντω* et Bas. 2. *ἀρχόντων*.

εὖ παρεσκευασμένην. Locum aperte mendosum *Stephanus* ita corrigi volebat: *ἐκ τοῦ πόλιν — ἐπιστῆσαι*, i. e., *ἐὰν πόλις ἐπιστήσῃ*: ipsi tamen haec emendatio non plane satisfaciebat. *Heindorfius* Specim. coniectur. p. 35. plura excidisse putabat, ita fere explenda: *τοῦ πόλιν εὖ παρεσκευασμένην ἀρχὰς ἐπιτηδείους ἔχειν, ἐκ τοῦ ἀρχὰς ἀνεπιτηδείους ἐπιστῆσαι* cet. Sed illud *ἐκ τοῦ — ἐπιστῆσαι* non convenit cum *οὐδὲν πλέον*. Equidem post *παρεσκευασμένην* eadem excidisse opinor, quae *Heindorfius* suppleri voluit, reliqua vero ita scribi malim: *εἰ ἀνεπιτηδείους ἐπιστήσαι τοῖς εὖ κειμένοις νόμοις;* ut verba ita se habeant: *ὅτι, μεγάλου τῆς νομοθεσίας ὄντος ἔργου τοῦ πόλιν εὖ παρεσκευασμένην ἀρχὰς ἐπιτηδείους ἔχειν, εἰ ἀνεπιτηδείους ἐπιστήσαι* (vel *ἐπιστήσειε*) *τοῖς εὖ κειμένοις νόμοις — βλάβαι — γίγνοιντ' ἂν ἐξ αὐτῶν.* Ita quoque, qui factum sit, ut locus depravaretur, clare perspicimus; etenim librarii oculus a voce *ἐπιτηδείους* statim ad *ἀνεπιτηδείους* transiluit, omittens *ἔχειν* et *εἰ*; quae quum excidissent, optativus *ἐπιστήσαι* vel *ἐπιστήσειε* in infinitivum *ἐπιστῆσαι* mutabatur, ut e voce *τοῦ* penderet. Pro *ἐπιστήσαι* scribere etiam possis *ἐπιστήσει;* sed optativum rectius habere censeo propter sequentia *ξυμβαίνοι* et *γίγνοιντ' ἄν*. *Ficinus* *εἴ τις* videtur legisse, quod placet, si *τίς* pro persona indefinita (man) accipiatur; vertit enim: „nemini dubium est, quin, cum magna res legum latio sit, si quis civitati per leges bene paratae non idoneos magistratus constituat, quamvis le-

ges bene positae sint, tamen non modo id nihil proderit risumque movebit, verum etiam calamitates maximas civitatibus pariet." De *οὐδὲν πλέον*, int. *ἔσται*, *nihil proderit*, vid. ad Phaedr. p. 386. Sic XII, 2. 944. D. — *εὖ τεθέντων*, int. *νόμων*. *οὐδ' ὅτε*, e praegressis repetend. *μόνον*, ut dicitur *οὐ* et *μὴ μόνον ὅτι* (Phileb. 16. D.), vel *οὐχ ὅτι μόνον* (*Xenophont.* Memor. Socr. II, 9. 8. *Aristotel.* Polit. VII, 11. c. 10. §. 8. p. 292. Schneid. al.). *Δέ* post *σχεδόν* est i. q. *ἀλλὰ καί*, vid. ad II, 10.

νοήσωμεν. Sic Stephano etiam suadente scripsimus pro *νοήσομεν*. *Ficinus:* Hoc itaque considerandum.

P. 192. *βάσανον ἱκανήν*. His verbis *ἡ δοκιμασία*, de qua vid. c. 4., describitur. Vox *γένος* propter *αὐτούς* accusativo casu posita est, quum esse deberet: *βάσανον αὐτῶν τε καὶ γένους*. Athenis enim Archontes, antequam magistratum inirent, non solum de censu, bonis et vita acta, verum etiam de maioribus rationem reddere oportebat. Vid. *Pollux* VIII, 9. 85. et 86. ubi v. Kuhn. Cf. *Sigon.* de rep. Athen. IV, 3. p. 535. Deinde *νόμων* est i. q. *νομικοῖς* (Lib. I, 1: *ἐν τοιούτοις ἤθεσι τέθραφθε νομικοῖς*), ut *Ficinus* recte cepit vertens: „deinde etiam, qui suffragia ferunt, legitimis esse moribus educatos, ut facile queant admittendos et remittendos cognoscere." Particula *τέ* post *τεθράφθαι* offendit; fortasse *δεῖ* genuina erat scriptura. Pro *ἑκατέρου* in libro vet. legi *ἑκατέρων* *Stephanus* memorat; bene monens, *ἑκατέρου* retineri posse, si explices: *ἢ τοῦ κρίνεσθαι ἢ τοῦ ἀποκρίνεσθαι*. Verba ipsa ita cohaerent: *πρὸς τὸ δυνατοὺς γίγνεσθαι, δυσχεραίνοντάς τε καὶ ἀποδεχομένους, ὀρθῶς κρίνειν καὶ ἀποκρίνειν τοὺς ἑκατέρου ἀξίους*. De redundantia in verbis *τεθράφθαι ἐν ἤθεσι νόμων εὖ πεπαιδευμένους*, vid. quae ad I, 14. similia collegimus. In verbis denique *δυσχεραίνοντας* — *ἀποκρίνεις* chiasmus est observandus (vid. ad I, 3.); *δυσχεραίνοντας* enim et *ἀποκρίνειν*, *ἀποδεχομένους* et *κρίνειν* sibi respondet. *Δυσχεραίνειν* est indignari, repudiare, odisse, contra *ἀποδέχεσθαι* amplecti, probare.

ταῦτα δέ. Bene *Cornarius*: quapropter (vid. ad IV, 6.); et solet *ταῦτα* particulas *ἄρα*, *γέ*, *δέ*, *τοί*, *οὖν*, al. comites habere, vid. *Koen.* ad Gregor. Corinth. p. 30. Schäf.

ἀγῶνα — *φασίν*. *Φασίν*, quod vulgo deest, iam Cornarius et Stephanus interponendum esse iudicaverunt; *Erasmus* in Adag. p. 578. scribit *δέχεσθαί φασιν*. *Ficinus* vero habet: „sed enim certamen excusationes non facile suscipit," ut legisse videa-

tur δέχεται. *Grynaeus* addidit *ut aiunt*. Sensus proverbii est: quod suscepimus, strenue peragere debemus, quia nulla proderit excusatio. *Suidas* in ἀγωνάρχαι: καὶ παροιμία ἀγὼν οὐ δέχεται σκήψεις τάττεται ἐπὶ τῶν μηδὲν ἐνιναμένων, εἰ σκήψαιντο, καὶ ἀγὼν πρόφασιν οὐκ ἀναμένει. Vid. Schol. Ruhnken. ad Cratyl. p. 15. sq. P. *Fabri* Agonist. III, 19. Gronov. Thesaur. ant. graec. T. VIII. p. 2202. *Leopard.* Emendatt. XIII, 7. et *Bergler.* ad Alciphr. I, 39. p. 130. — Mox καὶ σοί cum libris veteribus scripsimus; Stephan. καί σοι. Δέκατος αὐτός, i. e., cum novem collegis, vid. ad III, 12.

ἀκέφαλον. Ἀκέφαλος (capitis expers, principio carens) μῦθος est fabula non absoluta, sermo imperfectus. Gorg. 505. D: ἀλλ' οὐδὲ τοὺς μύθους φασὶ μεταξὺ θέμις εἶναι καταλείπειν, ἀλλ' ἐπιθέντας κεφαλήν, ἵνα μὴ ἄνευ κεφαλῆς περιΐῃ. ἀπόκριναι οὖν καὶ τὰ λοιπά, ἵνα ἡμῖν ὁ λόγος κεφαλὴν λάβῃ. Cf. *Pollux* II, 43. p. 174. *Apostol.* Paroem. Centur. II, 32. *Erasmi* Adag. p. 25. Deinde Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἀπάντῃ, Cod. Voss. ἂν ἀπάντῃ, Stephan. et Bip. ἀπάντῃ, quod *Heindorfius* ad Gorg. p. 202. in ἅπαντι mutari iubebat. Nos, scripturae Cod. Voss. ἂν ἀπάντῃ vestigia secuti, correximus ἂν ἀπαντᾷ (*si obviam veniat* s. *occurrat*), quod optime et sensui convenit, et verbo πλανώμενος, ut illi περιϊέναι in Gorg. loco citato respondet. Bene vertit *Erasmus* l. l.: „etenim si oberrans talis occurrat alicui, foedus videretur." Post ἄμορφος e cod. Voss. ἂν inseruimus, quo et sensus et oratio omnibus suis numeris explentur.

Ἔσται. Bas. 1. et 2. Ἔστι. Mox ἂν — γήρως ἐπικρατῶμεν τό γε τοσοῦτον ad verbum est: *et si senectutem superamus* s. *vincimus hactenus*, h. e., *et si senectutis infirmitas hoc nobis permittit.* Ἑπόμενοι αὐτῷ, int. τῷ θεῷ, bene *Serranus*: „illius auspicia sequentes, hoc quoque sumamus."

P. 193. Περὶ τί βλέπων. Stephanus scribi volebat πρός; sed verborum traiectio est (vid. ad I, 4.) pro: περὶ τί καὶ ποῖ μάλιστα βλέπων, ut περὶ τί (i. e. τίνος, vid. ad I, 6.) referatur ad εἴρηκας.

δέξονται. Vulgo δέξωνται, soloece; vid. *Dawes.* Misc. Crit. p. 228. *Valcken.* ad Herodot. p. 477. *Toup.* ad Suid. p. 45. al. Δέξονται in libro veteri legi *Stephanus* adnotavit. Mox Cod. Voss. παντί pro πάνυ, et ὥς γε — προσδέξασθαι (ut et Bas. 1. et 2.).

καὶ ξυντραφέντες — γενόμενοι. Haec verba, sensu postulante, a reliqua oratione separavimus. Bene sensum exhibuit *Cornarius:* „si vero tanto tempore exspectaremus, donec pueri gustatis legibus et ipsis satis connutriti ac ipsis adsueti una cum tota civitate ad magistratuum electionem adhiberentur, hoc sane contingente, si quidem modo quodam et arte rite fieret, multam ego securitatem etiam post illud tunc praesens tempus fore speraverim, ut civitas ita instituta permaneret." De v. *ἀρχαιρεσία* et *ἀρχαιρεσίαι* (magistratuum electiones) vid. *Moeris Atticist.* p. 10. ibique Pierson. Mox Bas. 1. et 1. *Ἔχοι* pro *Ἔχει.*

ἀφοσιώσασθαι est animi religione solvendi causa, igitur leviter et defunctorie aliquid facere vel tractare, vid. *Vales.* ad not. Massauc. in Harpocr. p. 259. *Valcken.* ad Herodot. IV, 154. *Wernsdorf.* ad Himer. p. 149. et *Wyttenb.* ad Phaed. p. 127. Mox Cod. Voss. *ἣ νῦν κατοικίζεται.* *Ficinus:* „quam nunc rempublicam conditis." *Μόνον* illud non ad *μή* (ut esset: non solum), sed ad *ἀφοσιώσασθαι* (*tantummodo defungendi causa*) trahendum est; particulae *μή* oppositum est *δέ* in *ξυντόνως δ' ἐπιμεληθῆναι* (*cum animi intentione curare* s. *videre, ut* cet.). Deinde pro *δ' ἄν* scripsimus *δ' αὖ*, ut *Stephanus* iam scribi voluit.

ἐποικησόντων. Sic *Stephanus* bene scripsit pro eo, quod libri veteres habent, *ἐποικησάντων.* *Ficinus:* „ex eorum numero, qui coloniam habitabunt." Mox *Stephanus σοί*, quod in libris omnibus extat, male mutavit in *σῇ*, vid. ad I, 1. Denique *αὐτὸν σέ* e libris veter. reposuimus pro *αὐτόν σε*, quod Steph. et Bip. exhibent.

CAP. II.

μέγα μὲν καί. Cod. Voss. *μέγα δὲ καί.* Mox pro *κατὰ πάντα Ficinus* videtur legisse *ἅπαντα*, quum vertat: „tibi autem omnia commode se habent et habitatoribus aliis similiter, secundum ea, quae de te modo dicta sunt." Sed graeca verba ipsum non intellexisse apparet. *ἐμμελῶς ἔχει* referendum ad *Ἀθῆναι* et *Σπάρτη*, quasi *ἑκατέρα*, non *ἑκάτεραι* praecesserit; solet enim etiam de pluribus personis vel rebus singularis poni, si illae ut una persona vel una res cogitari possunt (vid. quae exposuimus ad Phaedrum p. 370. sq.). Sic *σύ* X, 10. p. 900. B. XII, 11. p. 963. B. Igitur *κατὰ πάντα ἐμμελῶς σοι ἔχει* est: *et in omnibus* (utraque) *tecum concinit* (*ἐμμελῶς* proprie est concinne), h. e., *tibi favet et auxiliatur.* Id vero, quod de Megillo Spartano et

Atheniensi dicendum erat, Lacedaemoni et Athenis tribuitur; et ne in offensionem Megilli Spartani incurrat, Atheniensis urbanus τὸ μέγα φρονεῖν etiam Athenis tribuit easque Lacedaemoni etiam praeponit: *Μέγα μὲν φρονοῦσιν αἱ Ἀθῆναι, μέγα μὲν καὶ ἡ Σπάρτη.* Pro λέγομεν *Stephanus* scribi quoque λεγόμενα memorat: *quae modo dicebantur;* fortasse *Ficinum* respexit, qui vertit: „quae de te modo dicta sunt." Sed cur a vulgata scriptura discedamus, nihil causae est; τὰ περὶ σοῦ est i. q. simplex περὶ σοῦ (sic τὰ παρ' ἐμοῦ III, 16. fin.), et verba κατὰ ταυτά, ὥσπερ τὰ περὶ σοῦ νῦν λέγομεν nihil aliud sibi volunt quam: κατὰ ταυτά, ὥσπερ σοί.

ἐκ τῶν ὑπαρχόντων, *pro praesenti rerum statu*, ut *Xenophont.* Anabas. VI, 4. 9: ἔθαψαν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ὡς ἐδύναντο κάλλιστα. Sic ἐκ τῶν δυνατῶν, al. Vid. ad Phaedr. p. 275 sq.

ὅπλα — τιθῶνται. Ὅπλα τίθεσθαι est castra metari s. ponere, tendere (ut nos dicimus *campiren*). Vid. *Vales.* ad Harpocrat. h. v. *Hudson.* ad Thucyd. II, 2. *Duker.* ad eund. IV, 44. et VIII, 93. *Taylor.* ind. graecit. Lys. p. 897. T. VI. Reisk. et *Wesseling.* ad Diodor. Sic. XX, 31. T. II. p. 428. Deinde pro αὐτῶν malim αὑτῶν, vid. ad I, 7. Praepositio ἐν est id fere quod *pro* s. *secundum*, vid. *Viger.* de idiotism. p. 608. Infinitivi, qui sequuntur, ποιεῖσθαι, φέρειν et παρεγγράφειν imperativorum vim habent, vid. ad I, 11.

πινάκιον tabella et πίναξ tabula sunt, quibus in comitiis suffragia ferebantur, vid. *Gesner.* ad Varr. de R. R. V, 3. 18.

τριάκοντα ἡμερῶν. *Ficinus* addit: „ubi non minus quam triginta dies permaneat." *Cornarius* vero simpliciter vertit: „et in forum non minus quam per dies triginta ponat.

φέρειν proprie est calculum (ψῆφον) in urnam deiicere, igitur suffragio lato creare, ut c. 3. p. 759. A: φερέσθω δ' εἰς τὴν ἀρχήν. C. 5. p. 756. C: φέρειν — βουλευτάς. C. 7. Lib. XII, 3. p. 946. A. *Aristotel.* Polit. II, 4. (c. 3. §. 11.) et V, 5. (c. 4. §. 6. Schneid.) al. Mox pro ὧν bene *Stephanus* scripsit ὅν. Sic etiam infra: φερέτω — ὃν ἂν βούληται. Deinde pro διὰ τῶν αὐτῶν (*Cornarius:* per eosdem procedens) Cod. Voss. διατομιῶν.

ἑπτὰ δὲ καὶ τριάκοντα. Male *Ficinus* vertit: „septem autem trigintaque viri eos — magistratus declarent." Recte contra *Cornarius:* „triginta vero et septem, quibus plurima suffragia obtigerunt, suo iudicio magistratus declarent."

πρὸ πασῶν. Vulgo πρὸς πασῶν, quod sensu caret. *Cornarius* bene vertit: „qui vero sint *ante* magistratus omnes constituti, nulli sunt." *Ficinus* obscure ita verba reddit: „qui vero ex omnibus magistratibus deligantur, in iis nequaquam reperiuntur." Verba ipsa ita cohaerent: *οὐκ ἔστιν, οἵτινες ἂν εἶεν*: nulli sunt, qui ante magistratus omnes creatos constituantur (et ipsi magistratuum creationi praeficiantur, ut quod ipsum magistratus munus sit). Nota sunt ἔστιν, οἵτινες, alia, vid. *Fischer.* ad Weller. T. I. p. 343. et *Matthiae* Gramm. graec. p. 667. Ad δεῖ μὴν ἀμωσγέπως int. e praegressis *εἶναί τινας.*

ἀρχὴ — ἥμισυ παντὸς — ἔργου. Vid. ad III, 9. Mox in libris veteribus scribitur τόδ' pro τὸ δ' (*at vero*, vid. ad I, 11.), vitiose.

γιγνώσκοντές γε: scilicet quum id perspiciamus; sic recte Ald. Lov. Bas. 1. et 2.; in Stephan. et Bip. γιγνώσκοντές τε. Particula γέ cum participio connexa causam indicat, ut Phileb. p. 49. E: ἄγνοιάν γε οὖσαν. Gorg. 479. B: ἀγνοῶν γε — οἷόν ἐστιν ἡ ὑγίεια καὶ ἀρετὴ σώματος. X, 7. p. 895. B. In sequentibus εὐπορῶ coniungi oportet cum *εἰπεῖν: πλήν γε ἑνὸς πρὸς τὸ παρὸν ἀναγκαίου καὶ ξυμφέροντος λόγου.* *Stephanus* εἰπεῖν cum ἀναγκαίου et ξυμφέροντος connecti iubebat; praeterea in libro veteri verba Μὴ τοίνυν — τρόπον a Clinia et sequentia Ἐγὼ μέν — ab Atheniensi dici memorat.

CAP. III.

ταύτῃ τῇ πόλει. Cod. Voss. ταύτην τὴν πόλιν, in marg. ταύτῃ τῇ πόλει. Mox κατοικισθέντων in marg. et Bas. 2. κατοικησάσαις.

P. 196. *δὶς — τό γε καλὸν ῥηθέν.* Sic Cod. Voss., vulgo καλῶς, ad quod, ut *Stephanus* bene iam monuit, supplendum foret ἔχον, ut Phileb. 59. E: τὸ δὶς καὶ τρὶς τό γε καλῶς ἔχον ἐπαναπολεῖν τῷ λόγῳ δεῖν. Ceterum notum proverbium est δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν vel καλόν ἐστι τὰ καλὰ λέγειν; Gorg. p. 498. E. ubi v. Schol. p. 124. *Iamblich.* de myster. I, 20.. *Suidas* v. δὶς ἑπτά. *Zenob.* III, 33. *Erasm.* Adag. Chil. I. Cent. II. p. 68. ubi καλόν scriptum iam extat. Similiter XII, 8. p. 957. A: καλὸν δὲ τό γε ὀρθὸν καὶ δὶς καὶ τρίς. *Ficinus*, qui vertit: „non enim nocet, bis dicere, quod bene dicitur," videri possit legisse δὶς γάρ τό γε καλῶς ῥηθὲν λέγειν (vel εἰπεῖν) οὐδὲν βλάπτει.

Οἱ δὲ δὴ γενόμενοι τῶν ἑπτ. Genitivus *τῶν* partitionis index est, ut dicitur *γίγνεσθαι* vel *εἶναι τῶν καὶ τῶν*, numerari in — pertinere ad —. Sic c. 9. p. 762. E: *τὸν τῶν ἀγρονόμων γεγονότα.* XII, 3. p. 948. B: *ὁ μὲν τοῦ μεγίστου τιμήματος.* C. 5. p. 950. E: *ὡς τούτων οὔσας.* C. 6. p. 951. C: *ὁ θεωρὸς ὁ τοιοῦτος — τῶν εὐδοκίμων τά τε ἄλλα καὶ εἰς τὸν πόλεμον ἔστω γεγενημένος.* *Aristoph.* Nub. 1126. *Xenoph.* Mem. Socr. II, 9. 3. *Anabas.* VII, 4. 5. Vulgo *τὶς* et *τινὲς* supplent. Vid. *Perizon.* ad Aelian. V. H. X, 21. *Valckenar.* ad Herodot. p. 414. Ceterum triginta illi septem sunt, qui plurimis suffragiis creati fuerint, vid. supra p. 753. D.

ᾑρήσθωσαν. Cod. Voss. *ἠρήσθωσαν*, unde scripsimus *ᾑρήσθωσαν.* Vulgo *εἰρήσθωσαν*, quod *Stephanus* in *αἱρείσθωσαν* mutandum esse iudicabat, probante *Dorvillio* ad Charit. p. 646. *Cornarius:* „ad haec curanda nobis designentur." Perfectum rei accommodatius est, quum de magistratibus iam creatis sermo sit. Mox ante *ὧν*, *Stephano* suasore, *δι'* interposuimus. *Cornarius:* „in quibus unusquisque opulentiae suae magnitudinem magistratibus descripserit." *Αὐτῶν* nomini collectivo *ἕκαστος* subiectum, vid. ad I, 10.

πλήν, *verumtamen*, *attamen*, quo praegressum *τὸ πλῆθος τῆς οὐσίας* circumscribitur (ut nostrates dicunt, limitatur). Ad *τεττάρων μνῶν* int. *τίμημα ἐχέτω.* *Μνᾶ*, mina, apud Atticos centum drachmas aequabat (v. *Pollux* IX, 59. 86. *Plin.* H. N. XXI, 34. et *Gronov.* de pecun. vet. III, 3 sq.), vel sexta pars talenti erat, 22 thaleros, et quod excurrit, nostrae monetae aequiparans. Ceterum Solonem itidem quatuor civium ordines pro uniuscuiusque censu statuisse constat, vid. ad III, 14. — *δυεῖν.* Sic Ald. et Lov. scribunt; Bas. 1. 2. Steph. et Bip. *δυοῖν*; illud Atticum est, vid. *Heraclid.* ap. Eustath. in Odyss. *φ'*. p. 1907. *Duker.* ad Thucyd. IV, 8. 23. *Dorvill.* ad Charit. p. 536. *Valcken.* ad Thom. M. p. 157. (in Ruhnk. Valcken. et alior. epist. ad Ernesti). al.

μηδ' εὐώνυμον. *Ficinus* nonnisi generatim sensum exhibuit vertens: „praeterea reus sit volentis eum tanquam infamem accusare." *Cornarius* autem ad verbum haec reddidit ita: „ad hoc autem iudicium subeat — non honestum neque *illustre*, sed turpe." Quam quidem significationem vox *εὐώνυμος* habet in *Hesiodi* Theogon. 409. *Pindar.* Nem. IV, 30. VII, 70. 125. XI, 25.

al.; h. l. vero est *faustum*, propria significatione. Deinde αἰσχροκερδείας, ut Cod. Voss. exhibet, scripsimus pro αἰσχροκερδίας, quam formam Atticorum sermo ignorat, vid. *Valcken.* ad Eurip. Phoeniss. 1475. et *Brunck.* ad Eurip. Bacch. 259. — ἐν αὐτοῖς τοῖς νομοφύλαξιν, *coram ipsis legum custodibus;* ἐν est *apud, coram*, ut VI, 9. bis. c. 13. p. 768. A. X, 2. p. 886. E. XI, 2. 916. B. C. 920. D. 929. B. XII, 2. 943. D. c. 8. 956. C. al. Vid. nostra ad Alcibiad. I. p. 304. ibique excitatis addatur *Sophocl.* Ai. 558. et Antigon. 1227.

ἐὰν δ' ὁ φεύγων ὄφλῃ. 'Ο φεύγων, int. τὴν γραφήν (v. *Pollux* VIII, 67. *Ammon.* et *Thom. M.*) est accusatus, et ὀφλεῖν, int. τὴν δίκην vel ζημίαν, est mulctam debere, igitur sceleris, iniuriae, al. convictum esse (etiam in universum: convictum esse, aliquid fecisse, ut VIII, 11. p. 845. E: ἂν δέ τις ὄφλῃ φαρμακείαις τισὶ βλάπτων. Est nostrum: überführt werden s. überführt seyn), ut quavis fere pagina in sequentibus occurrit. Vid. *Pollux* III, 84. VIII, 12. et *Ruhnken.* ad Tim. p. 202.

P. 197. ὅπως ἄν τις. Vulgo ὅπως, ἄν τις, quo orationis cohaerentia dissolvitur; ὅπως ἄν (*sowie nur*) coniungendum est et κατὰ τοῦτον τὸν λόγον (hac ratione s., ut nostrates dicunt, proportione) trahendum ad μηκέτι διανοηθήτω ὡς ἄρξων, i. e., ἄρξειν, ut c. 9. p. 763. A: διανοηθήτωσαν ὡς βιωσόμενοι. XII, 11. p. 964. A: διανοοῦ δὲ ὡς ἐρῶν καὶ ὅπῃ τέτταρα ὄντα ἕν ἐστι. Nominativus participii cum particula ὡς verbo διανοεῖσθαι iungitur, si verbum et participium idem, quod dicunt, subiectum habent; sin participium ad aliam personam spectat, genitivo casu ponitur, vid. ad I, 3. *Heindorfius* Spec. coniect. p. 35. corrigebat: ὁπόσον ἄν τις, idemque male de verbi διανοηθήτω integritate dubitabat.

CAP. IV.

προσεπιμέλεσθαι. Vulgo προσεπιμελεῖσθαι. Vid. ad I, 6.

ἱππάρχους. Ἵππαρχος est magister equitum s. qui equitibus praeest, φύλαρχος vero equitibus unius tribus (φυλή est enim turma equitum e tribulibus constans, et in universum quoque militum cohors, quae e tribulibus constat; quocirca τῶν πεζῶν φυλῶν sequitur) praefectus. Cf. *Aristot.* Polit. VI, 8. *Pollux* I, 10. §. 128. VIII, 94. al. Τάξις cohors militum erat, quae, Aeliano auctore Tact. c. 9., octo habebat λόχους et 128 milites continebat;

nec tamen τάξεως et λόχου numerus secum constabat diversis temporibus. Vid. Schol. ad Aristoph. Acharn. 1073. ad Thucyd. V, 66. *Eustath.* ad Il. δ'. p. 487. *Perizon.* ad Aelian. V. H. II, 44. *Spanhem.* ad Iulian. p. 235 sq. et *Dorvill.* ad Charit. p. 455. Ταξίαρχοι ordines s. cohortes militares instruebant et in aciem educebant (vid. *Perizon.* l. l.); hinc κοσμητὰς τῶν τάξεων τῶν πεζῶν φυλῶν. — Cod. Voss. ὑπηρεσίας in marg.

τούτων δέ. Cod. Voss. δή, quod placet; *Ficinus* quoque ita videtur legisse vertens: „*igitur* ipsi custodes legum — producant." Προβάλλεσθαι est eligendos proponere et nominare, s. designare (nostr. *vorschlagen*). Sic infra p. 756. A. c. 10. p. 763. D. XI, 2. p. 916. B. *Xenophont.* Anabas. VI, 1. 25. c. 2. 6. al. Hinc προβολή VI, 11. p. 765. B. Mox post κοινωνοί vulgo male interpungitur, quum ad participia γενόμενοι et γιγνόμενοι pertineat.

τοῦτ' αὐτὸ ὀμνύς, iureiurando confirmans, sc. ἀμείνω εἶναι τόν, ὃν προβάλλεται, τοῦ καὶ τοῦ προβληθέντος. Deinde post δόξῃ commate distinximus, sensu postulante; ad δόξῃ int. ἀμείνων εἶναι. — διαχειροτονούμενος, suffragiis probatus s. decretus; διαχειροτονεῖν proprie est ex duabus rebus propositis, utra placeat, suffragio declarare; hinc disceptationem decernere, al., ut ap. *Demosthen.* adv. Neaer. p. 1346. 16: λέγων, διαχειροτονῆσαι τὸν δῆμον, εἴτε δοκεῖ τὰ περιόντα χρήματα τῆς διοικήσεως στρατιωτικὰ εἶναι, εἴτε θεωρικά.

ἡ πλείστη χειροτονία, qui maiori suffragiorum numero probati ac delecti sunt, i. q., οἷς ἂν πλεῖσται γένωνται ψῆφοι, ut supra c. 2. p. 753. D.

δοκιμασθέντων. *Stephanus* legi quoque δοκιμαζέσθων memorat, participium vero pro imperativo positum esse censebat. Haud dubie ad *Ficinum* respexit vertentem: „tres autem, quibus favent plurimum, duces exercitus bellicarumque rerum curatores, quemadmodum custodes legum *comprobentur.*" *Cornarius* male δοκιμασθέντων cum τῶν κατὰ πόλεμον coniunxit reddens: „et curatores eorum, quae in bello decreta sunt." Τούτους εἶναι est i. q. οὗτοι ἔστωσαν, ut infra: τούτους ἡγεμόνας εἶναι, et δοκιμασθέντων (int. αὐτῶν) genitivus est absolutus: postquam, sicuti custodes legum (probantur), explorati s. probati fuerint (δοκιμάζειν est enim, ut constat, in vitam ac mores alicuius inquirere, antequam ad magistratum admittatur; quae quidem probatio s. examen δο-

κιμασία vel *ἀνάκρισις* dicebatur, vid. *Pollux* VIII, 9. 85. et 86. ubi v. Kuhn. *Harpocrat.* et *Sigon.* de rep. Athen. IV, 3. p. 535.). Similiter genitivus participii absolute positus reperitur VI, 9. p. 762. A. 10. p. 763. E. VII, 18. p. 815. C. VIII, 1. p. 829. D: *τοῦτο ἀποδιδόντων αὐτοῖς γέρας.* XII, 13. p. 967. C: *διανεμόντων τὰς αἰτίας παντὸς τοῦ κόσμου.* Polit. VII, 3. p. 518. A. IX, 11. p. 586. E. ubi vid. not.

P. 198. *ταξιάρχους — δώδεκα.* Verba ita cohaerent: *τοὺς στρατηγοὺς αἱρεθέντας προβάλλεσθαι αὐτοῖσι ταξιάρχους δώδεκα.* Mox *τὴν αὐτὴν* ab Ald. Lov. et Bas. 1. abest. Similiter paulo post: *τὴν ἀντιπροβολὴν τούτων τὴν αὐτὴν γίγνεσθαι.*

οἱ τὴν ἀσπίδα τιθέμενοι, qui clypeo armati sunt, igitur *οἱ ἀσπιδοφόροι* s. *ὁπλῖται*. *Τίθεσθαι* est i. q. *περιτίθεσθαι*, sibi inducere, de armis, capere s. sumere. Mox *τούτοις* quo referas, nihil habes; suspicari quidem possis, *ἐπὶ* excidisse, ut sit *post hos*, int. *ταξιάρχους*; sed malim pro *τούτοις* legere *αὐτοῖς* (pluralis enim locum habere potest, quia *πᾶν τὸ ἱππικὸν* collectivum est), ut supra: *αὐτοῖσι προβάλλεσθαι*, et in sequentibus: *οἱ στρατηγοὶ ἑαυτοῖς καθιστάντων.* *Φύλαρχος* proprie dicebatur, ut vidimus, equitibus unius tribus praefectus; hinc *αὐτοῖς πᾶν τὸ ἱππικόν.*

ἀντιπροβολήν. Sic, quod vulgo legitur *ἀντιβολήν*, emendavimus; vide quae supra exposita sunt. Mox *ἐναντίον* est *coram*; igitur *ἐναντίον ὁρώντων πεζῶν* est: *ante oculos peditum.*

οἷσπερ — ἑκάστων ἦν. Locum aliquanto obscuriorem ita intelligo: *calculum ea de re ferant* s. *sententiam dicant et rem diiudicent, quibus modus est*, h. e., *qui moderantur* (praesunt) *cuiuslibet* (praefecti) *electionem.* *ἦν* attice est pro *ἐστὶ* positum; *ἑκάστων* refero ad *χειροτονίας* (singulorum, int. praefectorum, creationis), et *ἑκάστοις*, ut solet, nomini *ἑκάστων* appositum est, quo significetur, diversorum praefectorum s. ducum electionis diversos esse praesides. *Ficinus* vertit: „qui comitiorum modum in singulos statuere;" quae quem sensum habeant, non perspicio. *Cornarius:* „quibus singulis singulorum in eligendo suffragiorum mensura diiudicanda attributa est." Denique *Serranus:* „penes quos est comitiorum regundorum auctoritas." Cod. Voss. *ἕκαστον* exhibet.

CAP. V.

Βουλὴν δὲ εἶναι cet. Cf. *Aristotel.* Polit. II, 4. (c. 3. §. 12. p. 97 sq. ed. Schn.). Particula δὲ post ἑξήκοντα non diversi quid ponit, sed praegressum explicat; itaque est i. q. γάρ, vid. ad II, 1. Verba quae sequuntur, paulo impeditiora sunt; ni fallor, pro τούτων legendum est οὕτως, ut sensus sit: *senatores sunto trecenti sexaginta, ita creandi, ut e quatuor civium classibus singuli nonaginta eligantur.* Ad verbum: in partes vero quatuor secundum numerum nonaginta (h. e., ita ut nonaginta partibus singulis cadant) dividere (eos) oportet, et ita ex unoquoque censu nonaginta senatores leguntor. Ad φέρειν int. pronomen indefinitum (man). Cod. Voss. βουλευμάτων. De verbo φέρειν vid. ad c. 2. *Ficinus* vertit: „et in quatuor partes per nonaginta distribuantur, ita ut a censibus singulis consiliarii nonaginta ferantur;" quod emendationem a nobis propositam confirmat. Mox Ald. Lov. et Bas. 1. pro ἐκ τῶν habent αὐτῶν. Deinde τὸν βουλόμενον explicatur verbis, quae sequuntur, τὸ δὲ τέταρτον — ἐλεύθερον ἀφεῖσθαι τῆς ζημίας. Sensus igitur est: *tertio die libera quidem est creatio per suffragia* (non coacta, ut antecedentibus diebus), *sed non omnibus classibus; nam cives tantummodo quartae classis poena nulla tenentur, si suffragium ferre nolint.*

P. 199. *τῆς πρώτης ζημίας;* significatur poena, qua tenetur is, qui primo die, quo senatores e censu maximo leguntur, suffragium non tulerit. Mox *ἰδεῖν* est ὥστε ἰδεῖν s. πρὸς ἰδεῖν; solet enim infinitivus ita poni, ut Latinorum gerundii partes agat, vid. *Casaubon.* ad Athen. I, 7. *Abresch.* ad Cattier. p. 34. Cf. ad II, 8. *Κατασημαίνεσθαι*, proprie consignare (sigillo obsignare), h. l., ut supra, est *notare*, *adnotare* (*aufzeichnen*); et ἐκφέρειν, in medium proferre (vid. IV, 12.), est *promulgare.*

ἀφ' ἑκάστου. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἐφ' ἑκάστου et Cod. Voss. ἀφ' ἑκάστων. *Aristoteles* l. l. εἶτ' ἐκ τούτων ἴσον ἀφ' ἑκάστου τιμήματος ἀποδεῖξαί φησι δεῖν ἀριθμόν.

μέσον ἂν ἔχοι. Cf. *Aristotel.* l. l. Mox pro μεσεύειν (libri veteres μεσσεύειν) legi quoque μεσιτεύειν *Stephanus* refert.

δοῦλοι cet. Laudantur haec a v. δοῦλοι ad δρᾶν πόλιν a *Stobaeo* Serm. XLII. p. 298. 35. Etiam *Suidas* v. φαῦλον T. III. p. 585. hunc locum transscripsit a δοῦλοι ad σπουδαῖοι, ita eum exhibens: *δοῦλοι γὰρ δεσπόταις οὐδέ ποτ' ἂν γένοιντο φίλοι, οὐδ' ἐν*

ἴσαις τιμαῖς διαγενόμενοι φαῦλοι καὶ σπουδαῖοι. *Küsterus* praefert διαγενόμενοι; sed, ni fallor, esse deberet διαγιγνόμενοι, et ipsum verbum διαγίγνεσθαι (semper esse, permanere) in hunc locum non bene quadrat. Suspicor scribendum esse διαγόμενοι; διάγεσθαι enim pro διάγειν (vivere, esse) saepius ponitur, ut c. 6. p. 758. A: πόλις ὡσαύτως ἐν κλύδωνι τῶν ἄλλων πόλεων διαγομένη. Polit. I, 18. al. *Ficinus* vertit: „nec probi et improbi, si aequalibus afficiantur honoribus."

ἰσότης φιλότητα ἀπεργάζεται. Huc pertinent proverbia illa τῷ ὁμοίῳ φίλον τὸ ὅμοιον, ἧλιξ ἥλικα τέρπει, et quae sunt alia id genus; vid. ad Phaedr. p. 264.

δυεῖν γὰρ ἰσοτήτοιν. Vulgo δυοῖν. Ceterum prima, quae describitur, ἰσότης est arithmetica, quae numero, pondere et mensura continetur, (haec est externa, ut ita dicam, aequalitas s. iustitia), altera vero geometrica, quae, quod cuiusque virtuti convenit, id tribuit (haec est interna et vera aequalitas). Gorg. p. 508. A: λέληθέ σε, ὅτι ἡ ἰσότης ἡ γεωμετρικὴ καὶ ἐν θεοῖς καὶ ἐν ἀνθρώποις μέγα δύναται· σὺ δὲ πλεονεξίαν οἴει δεῖν ἀσκεῖν· γεωμετρίας γὰρ ἀμελεῖς. *Plutarch.* Sympos. Problem. VIII, 2. p. 719. B: ὁ γὰρ Λυκοῦργος, οἶσθα δήπουθεν, ὅτι τὴν ἀριθμητικὴν ἀναλογίαν ὡς δημοκρατικὴν καὶ ὀχλικὴν οὖσαν ἐξέβαλεν ἐκ τῆς Λακεδαίμονος, ἐπεισήγαγε δὲ τὴν γεωμετρικήν, ὀλιγαρχίᾳ σώφρονι καὶ βασιλείᾳ πρέπουσαν. ἡ μὲν γὰρ ἀριθμῷ τὸ ἴσον, ἡ δὲ λόγῳ τὸ κατ' ἀξίαν απονέμει, καὶ οὐ πάντα ὁμοῦ μίγνυσιν, ἀλλὰ ἐστι χρηστῶν καὶ πονηρῶν εὔσημος ἐν αὐτῷ διάκρισις, οὐ ζυγοῖς οὐδὲ κλήροις, ἀρετῆς δὲ καὶ κακίας διαφορᾷ τὸ οἰκεῖον ἀεὶ διαλαγχανόντων. Cf. *Aristotel.* Nicomach. V, 4. et *Casaubon.* ad Sueton. II, 51. Ad verba τὴν δὲ ἀληθεστάτην cet. cf. *Aristotel.* Polit. VI, 3. (c. 1. §. 14. Schneid.): ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ ἴσου καὶ τοῦ δικαίου, κἂν ᾖ πάνυ χαλεπὸν εὑρεῖν τὴν ἀλήθειαν περὶ αὐτῶν, ὅμως ῥᾷον τυχεῖν, ἢ συμπεῖσαι τοὺς δυναμένους πλεονεκτεῖν· ἀεὶ γὰρ ζητοῦσι τὸ ἴσον καὶ τὸ δίκαιον οἱ ἥττους, οἱ δὲ κρατοῦντες οὐδὲν φροντίζουσι.

P. 200. Διὸς γὰρ δὴ κρίσις. Schol. ad Gorg. l. l.: τουτέστιν ἡ δικαιοσύνη· ταύτην δὲ τὴν γεωμετρικὴν ἀναλογίαν Διὸς κρίσιν ἐν Νόμοις ἐκάλεσεν, ὡς δι' αὐτῆς τῶν πάντων κεκριμένων τε καὶ ὡρισμένων. — Paulo post Stob. ἐπαρκέσει.

ἔχουσιν ἀρετῆς, *quod ad virtutem attinet*, vid. ad I, 12. Recte vero *Stephanus* monet, desiderari, quod opponatur praegresso μείζους, sive id sit ἥττους sive ἐλάττους sive σμικροτέρας

(*Ficinus:* minoribus autem virtute ac disciplina minores). Excidisse suspicor ἥττονς διδοῦσα. Mox καὶ ἡμᾶς et τέ τις in ἄλλην τε ἄν ποτέ τις οἰκίζῃ sibi respondent.

παρωνυμίοισι. In quodam vet. *Stephanus* memorat legi παρωνύμοισι. Sic *Cornarius* vertit: „necesse tamen est, ut etiam his denominativis aliquando universa civitas utatur, si non volet aliqua parte seditionum particeps fieri.“ Sed *Ficinus* haec ita reddidit: „verumtamen necesse est, ut his duabus aequalitatibus in denominatione similibus civitas universa utatur, si tota velit procul ab omni seditione manere.“ Παρωνύμια sunt, quae a perfecta illa aequalitate s. iustitia aequalia et iusta denominantur, igitur denominatione tantum aequalitati illi similia, ut aequalitas sortis (τὸ ἴσον τοῦ κλήρου), al.; quae quidem retinenda esse monet δυσκολίας τῶν πολλῶν ἕνεκα (ne in multitudinis offensionem legis lator incurrat), etsi per se veram illam aequalitatem (perfectam iustitiam) infringant. — Pro μέλλοι e cod. Voss. et Stob. reposuimus μέλλει, in quibus confundendis dici non potest, quam crebro librarii peccarint; vid. ad Polit. II, 11.

παρατεθραυσμένον τοῦ τελέου καὶ ἀκριβοῦς est: *perfecti et exacti dissolutio et depravatio;* θραύειν est enim frangere et infringere, debilitare et dissolvere, et praepositio παρά in compositione depravationem indicat. Participium vero substantivi nominis partes agit, vid. ad I, 11. Verba apposita παρὰ δίκην τὴν ὀρθήν uberius id describunt, quod παρά in παρατεθραυσμένον iam significat. Ceterum non satis accurate *Schneiderus* Lexic. gr. v. παραθραύω haec verba ita explicat: *infracti iuris et recti violatio*, ac si παρατεθραυσμένον legerit.

ἴσῳ. Sic Cod. Voss. et Stob. Vulgo ἴσως. Mox Ald. Lov. et Bas. 1. οὐκ ὀρθοῦν; deinde αὐτοῖς Ald. Lov. Bas. 1. et 2.

CAP. VI.

P. 201. πόλις τε ὡσαύτως. Nihil fere apud veteres frequentius civitatis cum navi comparatione. Politic. p. 302. A: πολλαὶ πόλεις, καθάπερ πλοῖα καταδυόμενα, διόλλυνται διὰ τὴν κυβερνητῶν καὶ ναυτῶν μοχθηρίαν. Cf. *Sophocl.* Ai. 1072 sq. *Aristid.* T. I. p. 273. *Himer.* Orat. VII. §. 15 p. 536. *Schol.* ad Aristoph. Vesp. v. 29. Idcirco οἴαξ et πηδάλιον ad gubernationem civilem transferuntur, ut Politic. p. 272. E. (Cf. *Theodoret.* de provident. Orat. I. p. 325. B. T. IV. Orat. IV. p. 59. T. II. p. 359. D.

Orat. VI. p. 380. B.). Vid. *Wesseling.* ad Diodor. Sic. XVIII, 59. T. II. p. 302. Similiter Latini *clavum tenere* et *gubernacula reipublicae tractare* dicunt, vid. *Columm.* ad Ennium p. 132.

διαγομένη. Cod. Voss. *διαλεγομένη.* Mox *διαδεχομένους,* dativo iunctum, est *succedentes*, ut ap. *Xenophont.* Cyropaed. VIII, 6. 18: *τῷ ἡμερινῷ ἀγγέλῳ τὸν νυκτερινὸν διαδέχεσθαι.*

ἀναγκαῖον δή. Vulgo *δέ;* id quod reposuimus, orationis cohaerentia postulat: *quum multitudo hoc facere nequeat, senatores hanc provinciam suscipiant necesse est, ita tamen, ut plurima eorum pars suas res administret, et duodecima per singulos menses ad civitatis custodiam advigilet.* *Εὐθημονεῖσθαι* s. *εὐθημονεῖν* est i. q. *εὐθετεῖν*, disponere ac digerere, h. e., *administrare.* In praegressis Ald. et Lov. *ἐᾷν τοῖς αὐτῶν*, Bas. 1. et 2. *ἐὰν τοῖς αὐτῶν.* *Ficinus:* „ut plurima consilii pars plurimum tempus permittatur in privatarum suarumque rerum administratione versari." Et similiter *Cornarius:* „necesse autem est plerosque senatores plurimo tempore sinere, ut in privatis suis negotiis versentur et res domesticas bene componant." Mox neutrum *μέρος*, utpote collectivum nomen, et pluralis mascul. *νείμαντας* (int. *αὐτούς*) cohaerent. Deinde *φύλακας αὐτοὺς παρέχειν* — (*ὥστε*) *ἐπιτυχεῖν*, est: *φυλάττειν* (*hoc curare, ut promte s. statim adeat proficiscentes vel advenientes*). Pro *ἐπιτυχεῖν* vero, quod est incidere in aliquem, haud scio an *ἐντυχεῖν* (convenire, colloqui) scribendum sit, nisi *ἐπιτυχεῖν* sensu, qui dicitur, praegnante positum capias, ut sit: offendere studere (ut statim, si quis advenerit vel ex urbe proficiscatur, eum offendere studeat); quanquam hoc mihi non placet. Paulo post *ἐρωτήσασαν*, dativo *πόλει* praegresso, recte habet, vid. ad III, 5. Particulae *τέ* post *ἰόντι* respondet *καὶ δὴ καί.*

καὶ δὴ καὶ τῶν — νεωτερισμῶν ἕνεκα, int. *φύλακας αὐτοὺς παρέχειν* (*ἀναγκαῖόν ἐστι*), *ὅπως ἄν* cet.

τὸ προκαθήμενον τῆς πόλεως. *Προκαθῆσθαι* ad amussim respondet Latino praesidere. *Aristotel.* Polit. VI, 8. (c. 5: §. 10. Schn.): *ἡ γὰρ αὐτὴ πολλάκις ἔχει τὸ τέλος καὶ τὴν ἐφορίαν, ἢ προκάθηται τοῦ πλήθους, ὅπου κύριός ἐστιν ὁ δῆμος.* Deinde *διαλύσεων*, praegresso *ξυλλόγων* (quod conventus est) oppositum, esse debet dimissio. Sic *διαλύειν τὸν ξύλλογον*, dimittere concilium, *Thucyd.* II, 12. Idem VI, 41: *διελύθησαν ἐκ τοῦ ξυλλόγου.* VIII,

69: ἐπειδὴ δὲ ἡ ἐκκλησία — διελύθη. Interpretes haec verba perperam ceperunt.

CAP. VII.

P. 202. *Λέγωμεν δή.* Rectius, ni fallor, scribitur λέγομεν δή, vid. ad I, 3., licet *Ficinus* verterit: „Dicamus igitur." Mox genitivi ὁδῶν — θηρίων absolute sunt positi: *quod vero ad vias — attinet;* vid. ad I, 14. — τῶν ἄλλων θηρίων: *non solum de hominibus, verum etiam de bestiis*, vid. ad II, 9. Sine causa *Faehsius* p. 384. corrigebat αὐτῶν, *Ficinum* secutus vertentem: „aut ipsae ferae noceant." Deinde ἑλέσθαι δέ in Cod. Voss. et ap. *Stob.* Serm. XLII. p. 299. 17. scribitur, quod amplectendum esset, si praegressa apodosin haberent. Ni fallor, verba ἐν αὐτῷ τε τῷ — γίγνηται manca sunt; his enim, ut praegressis ὁδῶν δὲ — θηρίων, astynomorum munus describitur (hinc: περὶ τὸ νῦν δὴ λεχθέν), non simul illud agoranomorum; quocirca sequi non potest: tres magistratuum species creare oportet; contra si ἑλέσθαι δέ novam orditur orationem, omnia bene cohaerent. Verbis ὁδῶν — γίγνηται astynomorum magistratus adumbratur: *alios vero esse debere, qui hoc curent*, (haec enim in graeca oratione desiderantur) *ut, quod ad vias, aedificia* cet. *attinet, omnia tam in urbis ambitu, quam in suburbio recte se habeant.* Et quum in praegressis de rebus sacris et antea etiam de rerum forensium ordine exposuerit, haec tria munera complectens iam dicit: ἑλέσθαι δὲ τρία μὲν ἀρχόντων εἴδη cet. Infinitivus cum particula δέ coniunctus quavis fere pagina in orationis initio ita occurrit. Particulae μέν nihil in sequentibus respondet, vid. II, 8. Stob. particulae δέ addit δεῖ, quo, si δέ scribatur, supersedere possumus.

ἀστυνόμους, rerum urbanarum, ut viarum, aedificiorum et quae alia ad urbis decus et ordinem pertinent, curatores. *Aristotel.* Polit. VI, 8. (c. 5. §. 3.): ἑτέρα δὲ ἐπιμέλεια ταύτης ἐχομένη καὶ σύνεγγυς ἡ τῶν περὶ τὸ ἄστυ δημοσίων καὶ ἰδίων, ὅπως εὐκοσμία ᾖ καὶ τῶν πιπτόντων οἰκοδομημάτων καὶ ὁδῶν σωτηρία καὶ διόρθωσις, καὶ τῶν ὁρίων τῶν πρὸς ἀλλήλους ὅπως ἀνεγκλήτως ἔχωσι, καὶ ὅσα τούτοις ἄλλα τῆς ἐπιμελείας ὁμοιότροπα· καλοῦσι δ' ἀστυνομίαν οἱ πλεῖστοι τὴν τοιαύτην ἀρχήν· ἔχει δὲ μόρια πλείω τὸν ἀριθμόν, ὧν ἑτέρους ἐφ' ἕτερα καθιστᾶσιν ἐν ταῖς πολυανθρωποτέραις πόλεσιν, οἷον τειχοποιοὺς καὶ κρηνῶν ἐπιμελητὰς καὶ λιμένων φύλα-

κας. Cf. *Ulpian.* ad Demosthen. in Timocr. p. 463. et *Maussac.* ad Harpocrat. v. *ἀστυνόμος.* Decem fuisse Athenis *ἀστυνόμους*, quinque in Piraeeo totidemque in urbe, Aristoteles tradit ap. Harpocrat. et Suidam, sed vid. *S. Petit.* Legg. Attic. p. 337. ibique Wesseling. — In participio *ἐπονομάζοντα* latet pronomen indefinitum (man), vid. ad III, 14.

ἀγορανόμους, qui foro rerum venalium praesint. Suidas et Etym. M. *ἀγορανόμοι· οἱ τὰ κατὰ τὴν ἀγορὰν ὤνια διοικοῦντες ἄρχοντες.* Cf. *Meurs.* Lectt. Attic. I, 19. *Elmenhorst.* ad Apulei. p. 144. *Alberti* ad Hesych. *S. Petit.* Legg. Attic. p. 495. *Bergler.* et *Wagner.* ad Alciphr. I, 9. *Wolf.* ad Demosth. Lept. p. 224. — Ad *τὸ δέ* int. *εἶδος;* mox *ἱερῶν* malim absolute capere, ut sit: *quod ad sacra attinet*, quam e praegressis *τὸ περὶ (ἱερῶν) κόσμον* repetere.

πάτριαι ἱερωσύναι. Malim *πατρικαί*, a patribus relictae, i. e., haereditariae (*Ficinus:* quae a parentibus per successionem seu viris sive mulieribus tradita sunt), ut ap. *Diodor. Sic.* I, 88. ubi v. Wesseling. p. 98. Cf. nostra ad III, 3. Nisi latiori sensu *πάτριαι* dictum esse censeas, ut sit: *more patrio s. antiquo constitutae, more maiorum receptae.* Idcirco *πατρικαί* corrigere, nonnihil dubitavimus. — Stob. *εἰ δέοιντο — ἱερέων.*

ὀλίγοις, οἷς μή. Verba *οἷς μή* aperte mendosa sunt. *Stephanus* corrigebat *ὀλιγίστοις* vel *ὀλιγίστοισι;* equidem *ἱερωσύνη* excidisse suspicor, e quo per compendia tachygraphica scripto facile nasci potuit *οἷς μή.* Hoc autem si interposueris, omnia bene habent: *εἰ δὲ — ᾗ μηδενὶ ἢ τισιν ὀλίγοις ἱερωσύνη καθεστήκοι, καταστατέον ἱερέας τε καὶ ἱερείας*, (*ὥστε*, i. e., *ἵνα*) *νεωκόρους γίγνεσθαι τοῖς θεοῖς. Καταστατέον ἱερέας* respicit illud: *εἰ μηδενὶ ἱερωσύνη καθεστήκοι;* id vero, quod alteri: *ἢ τισιν ὀλίγοις*, respondere debebat, omissum est, scilicet: his (paucis) iam constitutis novos addere oportet sacerdotes.

τὰ μὲν αἱρετά, sc. *τοὺς ἀστυνόμους* et *ἀγορανόμους.* Mox pro *εἴη* vitioso, quod vulgo legitur, scripsimus *ᾖ: ὅπως ἄν* est h. l. *eo consilio, ut* —, idcirco coniunctivum requirit. Pro *μιγνύντας* fortasse malis *μιγνύντα*, ut persona indefinita intelligatur, sed in sequentibus quoque pluralis eodem modo ponitur, quia pronomen indefinitum, quod subiecti locum obtinet, collectivum est.

τὰ μὲν οὖν τῶν ἱερῶν: iam quod ad res divinas attinet; absolute haec posita sunt.

πρῶτον μὲν ὁλόκληρον cet., i. e., *εἰ ὁλόκληρός ἐστι*. Ceterum *Wesselingius* ad S. Petit. Legg. Attic. p. 170. bene adnotat: „Sacerdotes sorte lecti diligenter examinabantur, utrum corpore essent integri, puri ac puris progeniti, casti nec ullo scelere contaminati; quod ipsum in sacerdote Iudaeo requirebatur, quem *παντελῆ καὶ ὁλόκληρον* esse oportebat, teste *Philon. Iud.* L. II. de monarch. p. 823. A., cuiusque genus et corpus propterea studiosissime examinabant, eodem auctore de decalogo p. 754. D." — Ald. Lov. Bas. 1. 2. et Stob. *ἐκκαθαρευουσῶν*. *Καθαρεύειν*, sensu neutrali, est *purum esse et pollutionis expertem*, ut XII, 3. p. 947. D: *ἱερέας τε καὶ ἱερείας ὡς καθαρεύοντι τῷ τάφῳ ἕπεσθαι*. *Aeschin.* de fals. legat. T. III. p. 266: *καὶ μὴ καθαρεύοντα τῷ σώματι*. Sic et Epist. VIII. p. 357. A: *φόνου καθαρεύοντα* (purum s. expertem) *καὶ δεσμοῦ καὶ φυγῆς*. *Polyb.* VI, 56: *σπάνιόν ἐστιν, εὑρεῖν ἀπεχόμενον ἄνδρα τῶν δημοσίων καὶ καθαρεύοντα περὶ ταῦτα*. *Xenoph.* Hier. IV, 4. *Plutarch.* Orac. def. p. 435. D. et Sympos. V, 10. p. 685. A. Cf. *Boissonad.* ad Philostrat. p. 339. Idcirco etiam Phaedon. p. 58 B. (p. 234. Fischer.), exterminata glossa *τὴν πόλιν*, legendum esse censeo: *νόμος ἐστὶν αὐτοῖς ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ καθαρεύειν, καὶ* (h. e., ideoque) *δημοσίᾳ μηδένα ἀποκτιννύναι*. — Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *ἁμαρτανόντων*; Stob. vero *ἁμαρτανομένων*, ut Stephanus scripsit. *Ficinus* quoque: „omniumque huiusmodi, quae adversus divinam rem committuntur." Codd. Voss. et Paris. *θεῖα πάντα*.

P. 205. *ἐξηγητάς*, religionum interpretes (*Cicer.* de legib. II, 27.) s. qui de sacro respondeant. Cf. *Ruhnken.* ad Tim. p. 109 sq. et *Sluiter.* Lectt. Andocid. Vid. Polit. IV, 5. ubi v. Comm. p. 485. Post *θεῖα* Cod. Voss. et Stob. inserunt *πάντα*. *Ficinus* simpliciter: „leges autem de rebus divinis a Delphis petantur." Mox Stob. et Cod. Voss. *ἑκάστην*.

ἔτη δὲ μὴ ἔλαττον. Ante *ἑξήκοντα* excidit *ἤ*, ut sit: *μὴ ἔλαττον ἢ ἔτη ἑξήκοντα γεγονὼς ἡμῖν εἴη* (ut c. 8. 760. C. XI, 3. p. 917. C.); alioqui scribendum esset *ἐτῶν*, ut c. 11. p. 764. E: *μὴ ἔλαττον τετταράκοντα γεγονὼς ἐτῶν*, al. Deinde *εἴη*, optativus, pro infinitivo positum, vid. ad IV, 9. *Ἁγιστεύειν* Stephanus Thesaur. L. G. T. I. p. 124. interpretatur: *pietatem in deos colere*. Rectius *Ficinus*: „qui — res divinas sufficienter est tracta-

turus;" vid. *Ruhnken.* ad Tim. p. 11 sq. Cod. Voss. ἀγιστεύσειν, quod placet. ἕκαστον, int. ἐξηγητήν: *ita ut unumquemque, quam tribus designet, e suis tribulibus eligat.* Offendit vero τέτταρας; nam quum in sequentibus duodecim religionum interpretes memorentur, a duodecim φυλαῖς lecti, singulae tribus e suis tribulibus unum (non quatuor) legant necesse est. Igitur τέτταρας locum habere nequit. Coniungenda enim sunt verba τρὶς αἱ τέτταρες (duodecim) φυλαί. Quod quidem quomodo interpretes latere potuerit, mirari debemus. *Ficinus* vertit: „interpretes autem ter quatuor ferant tribus ipsae quatuor, ex earum ordine unaquaeque tres; ac tribus probatis — reliquos novem Delphos mittant, ut ex quaque trinitate unus oraculo deligatur." Ex quo perspicitur, ipsum τρὶς τέτταρας coniunxisse. Etiam in sequentibus αἱ τέτταρες φυλαὶ occurrunt; ubi vel τρὶς ante τέτταρες inserendum vel τέτταρες, id quod praeferendum est, expungendum esse iudico, ut sit: *eae tribus, e quibus defunctus lectus erat.* — Cod. Voss. τρεῖς habet. Deinde vulgo post ἐννέα male interpungitur. Pro ἀφελεῖν vero, quod libri editi exhibent, e Cod. Voss. et Stob. ἀνελεῖν reposuimus; illud esset *tollere*, hoc vero, de oraculo usurpatum, sonat *respondere*, h. e., *oraculo designare.* Infinitivus simplex est i. q. πρὸς τό: *ut unus ex quovis ternione* (igitur tres de novem illis) *oraculo legatur.* Vid. ad II, 8.

ὅθεν ἂν ἐκλίπῃ. *Ficinus:* „et in defuncti vicem quatuor tribus inde alium eligant, unde prior ille defecit." De τέτταρες, quod exterminandum esse iudicamus, supra iam exposuimus.

πρὸς δὲ τὰ ἐμμελέστατα. *Ficinus:* „pro mediis maximeque concinnis." *Cornarius:* „unum ad concinnissima." Ἐμμελές, concinnum, est etiam modestum, temperatum et modicum, i. e., parvum, ut ap. Latinos *modestus* (*Tacit.* Annal. IV, 7: modesta servitia) et *modicus* (modica pecunia, *Cicer.* Parad. VI, 2. acervus, *Horat.* Epist. II, 2. 190. murus, *Ovid.* Metam. VIII, 620. sacellum, *Tacit.* Hist. III, 74. sepulcrum, II, 49. al.). — Ald. Lov. Bas. 1. et 2. διαίρεσιν pro δ' αἵρεσιν.

CAP. VIII.

νενέμηται. *Stephanus* aliam lectionem affert νενεμῆσθαι.

ἐπικληρωθεῖσα. Inversa est oratio pro: *cui pars singula sorte data s. assignata est;* vid. ad V, 8. Mox Cod. Voss. καταδέξασθαι.

ὅπως δ' ἄν, quomodocunque, ea ratione, quaecunque est, qua cet. Mox pro ἐπιδέξια scripsimus ἐπὶ δεξιά, sensu iubente; sic etiam *Ficinus* ad dexteram habet. Δέ post πρὸς τῇ χώρᾳ est i. q. ἀλλὰ καί, vid. ad II, 10. Paulo post Cod. Voss. τὸ τρίτον.

τοὺς πέντε τῶν δώδεκα ἐπιμελητάς. *Cornarius*: „tertio vero anno alios agrorum curatores et custodiae principes quinque, qui duodecim illis praesint, eligant." Verba τοὺς πέντε ἐπιμελητὰς τῶν δώδεκα brevius dictum est; unusquisque enim, ut supra exposuit, e tribulibus suis duodecim leget adiutores. Mox ante τῷ τόπῳ ἑκάστῳ praepositionem ἐν desiderabis; sed illa solet sic omitti, v. *Lamb. Bos.* Ellips. p. 696 sq. ibique *Schäfer*. Cf. III, 14.

ἀργίας. Ni statuere malis, abstractum pro concreto positum esse (vid. III, 5); legendum erit ἀργούς; *qui maxime propriis operibus vacant, a propriis laboribus immunes sunt.* De αὐτῶν vid. ad I, 7. In praegressis οἰκοδομήματα sunt parietes, turres, alia eiusdem generis, quibus loca muniuntur, ut infra: οἰκοδομήμασί τε καὶ ταφρεύμασιν (cf. c. 20. p. 778. E.), et ἐν instrumentum indicat, vid. ad II, 5.

P. 205. ἡμερώταται. Cod. Voss. ἡμερώτατα ἕκαστα. Ceterum ἡμεροῦν et ἐξημεροῦν, Latinorum *pacare* (vid. *Wesseling.* ad Diodor. Sic. I, 15. p. 19. I, 24. p. 28.), est i. q. καθαίρειν vel καθαρὸν ποιεῖν, purgare ab omnibus, quae perniciosa vel infesta et horrida sunt, sive sunt hostes sive animalia sive alia quaecunque feritas. Cf. *Aeschyl.* Eumen. 13 sq. *Euripid.* Hercul. fur. 20: ἐξημερῶσαι γαῖαν. *Strabo* IX, 12. T. III. p. 518. al. Sic *pacare* Latinis frequentatur, velut *Virgil.* Aen. VI, 804. de Hercule: pacavit nemora. *Ovid.* Heroid. IX, 13: pacatum orbem. *Senec.* Hercul. fur. 250. 441. al. Hinc ἥμερον opponitur fero et inculto, ut lib. IX. p. 867. D. XI, 13. p. 935. A. al. Viae igitur ἥμεροι sunt faciles, apertae, stratae.

τῶν ἐκ Διὸς ὑδάτων, aquarum coelestium, h. e., pluviarum, ut lib. VI, 20. p. 779. C. VIII, 10. p. 844. B. C. Vid. *Casaubon.* ad Theophr. p. 43. Ζεὺς est enim Ὄμβριος s. Ὑέτιος, Ὕων et Ἰκμαῖος, Iupiter pluvius, Imbricitor et Uvidus, vid. *Broukhus.* ad Tibull. I, 8. 26. et *Burmann.* in Iov. fulg. c. 5. p. 265. Cf. *Lamb. Bos.* Ellips. gr. p. 167. ibique *Schäfer*.

μεταλλείαις, aquae ductibus, cuniculis s. canalibus, qua-

les in metalli fodinis esse solent. — *ὑδρείαις*] irrigationibus.

ἀνειμένον. Sic pro *ἀφειμένον* scripsimus; *ἀνειμένον* est enim diis relictum, h. e., dicatum et consecratum (vid. *Observatt. Misc.* V. III. P. I. p. 94 sq.); proprie desertum et incultum est; loca enim diis consecrata a communi usu exemta erant; unde *τεμένη*, quasi *ἀποτετμημένα*, dicebantur, vid. Schol. ad Iliad. II, 696. XVIII, 550. *Hesych.* h. v. et *Kuhn.* ad Polluc. I, 6. 38. — Pro *ἄλσος* Cod. Paris. *δάσος*, addito γρ. *ἄλσος*.

γεροντικά. Cod. Voss. *γέροντι καί*, unde suspicari quis possit, legendum esse *γέρουσι καί*; sed nulla indigere correctione locum existimo; verba *γεροντικὰ λ. θ. παρέχοντας* explicationis causa praegressis *καὶ τοῖς γέρουσι* apposita sunt (*dum simul in senum gratiam balnea calida constituunt*). Accedit, quod Pollux II, 13. p. 158. *γεροντικὰ λοῦτρα* ex hoc loco memorat. Mox participium *παρατιθέντας* rationem indicat, qua balnea illa constituere oporteat; est igitur: *eo quod* s. *dum ligna arida copiose apponunt.* Deinde in *δεχομένους* structura verborum mutata est; dicere scriptor volebat: ad iuvanda aegrotantium et ad corroboranda s. reficienda labore defessorum corpora. Pro *εὐμαρῶς* e Cod. Paris. et *Ficino*, qui *benevole* vertit, recepimus *εὐμενῶς*, quam scripturam etiam *Stephanus* memorat. Denique in libris editis scribitur *ἰατροῦ δ'*; solo *δὲ* expuncto, locum nobis videmur restituisse, quem *Stephanus* ita corrigi volebat, ut *δεῖξαι* pro *δ' ἕξιν* scriberet: *efficere illa* (corpora) *multo magis vegeta, quam a quopiam medico possent effici ex eorum numero, qui suae artis parum sunt periti.* Verba *συχνῷ βελτίονα*, int. *ὄντα*, referenda sunt ad *λουτρὰ θερμά*, *ἕξις* vero est facultas s. ars, vid. ad Phaedr. p. 371. In *ὕλην αὔην καὶ ξηράν* alterutrum abesse posset; nolim tamen, quum eiusmodi redundantias noster amet, quidquam mutare.

CAP. IX.

ἀχαρίστου. In libro vet. legi *ἀχαρίτου* *Stephanus* memorat subiiciens: „quae scriptura magis est recepta in ea quidem significatione, quae loco huic convenit." *Eustathius* quoque ad Odyss. θ'. p. 1593. 45: *ἀσύνηθες δὲ τοῖς μεθ' Ὅμηρον τὸ ἀχάριστον ἐπὶ τοῦ μὴ χαρίεντος· αὐτοὶ γὰρ ἀχάριστόν φασιν, οὐ ἀποῤῥέει μνή-*

στις εὖ πεπονθότος. Sed ἀχάριστος (ingratus) est et immemor beneficii et iniucundus s. molestus, et significatione altera in libris Platonicis haud infrequens est. Sic Lib. XI, 13. p. 935. A: πράγματι γὰρ ἀχαρίστῳ θυμῷ χαριζόμενος. Menexen. p. 248. C: ἀχάριστοι εἶεν ἂν μάλιστα. Epist. VII. p. 335. B: περὶ τὴν ἀνδραποδώδη καὶ ἀχάριστον — ἡδονήν. Sic etiam *Xenoph.* Anabas. II, 1. 10. Hier. I, 24. Sympos. III, 9. Cf. *Wesseling.* ad Herodot. I, 207.

ἑ ξ ή κ ο ν τ α; illi significantur ἀγρονόμοι, quos duodecim tribus legerunt, et quidem singulae viros quinque, vid. Cap. 8. init. — τ ῶ ν φ ι λ. φ α σ κ., i. e., τῶν φασκόντων φίλων εἶναι, qui amicos se profitentur. — τ ο ὺ ς π έ ν τ ε ἄ ρ χ ο ν τ α ς, agoranomos, e tribu eius delectos, cui iniuria illata est; et quum quinque singuli duodecim adiutores habeant, sequitur τοὺς ἑπτακαίδεκα.

P. 206. π λ ὴ ν τ ῶ ν τ ὸ τ έ λ ο ς ἐ π ι τ ι θ έ ν τ ω ν. *Serranus:* „his tantum exceptis, qui ad regiae potestatis exemplum ultima sententia de rebus statuunt.“ Cap. 12. p. 767. A: τὸ δὲ τρίτον, ἂν τὰ δύο δικαστήρια μὴ δύνηται διαλλάξαι, τέλος ἐπιθέτω τῇ δίκῃ.

κ α ὶ δ ὴ κ α ὶ τ ο ὺ ς ἀ γ ο ρ α ν ό μ ο υ ς τ ο ύ τ ο υ ς. Propter plura interposita oratio interrupta et ἀνακόλουθος est, ita ut accusativi illi nihil habeant, unde regantur; pro infinitivis videlicet scriptor imperativos posuit φερέσθωσαν et ὑπεχέτωσαν. Similiter in sequentibus infinitivus et imperativus alternis positi sunt. Mox genitivus τῶν, cum verbis λαμβάνειν et φέρειν coniunctus, partitionem indicat (*Gregor. Corinth.* p. 123: ἐπὶ τῶν ἐπὶ μέρους, ubi v. virr. doct. ed. Schäfer.). Sic VIII, 10. p. 844. E: ἐὰν μὲν τῶν οἰκείων λαμβάνῃ. Sympos. 213. E. Phileb. 23. C. Sic etiam VIII, 13. p. 849. D: καὶ ζώων διαμεριαθέντων μάγειροι διατιθέσθων ξένοις. X, 13. p. 906. D: καθάπερ κυσὶ λύκοι τῶν ἁρπασμάτων σμικρὰ ἀπονέμοιεν. XI, 7. p. 923. D: μὴ νέμειν τούτῳ τῶν χρημάτων. Plerumque praepositio ἀπό s. ἐκ vel pronomen τί suppletur, vid. *Marcland.* ad Lys. T. V. p. 114. *Dawes.* Miscell. crit. p. 310. *Matthiae* Gramm. graec. p. 481. — δ ι δ ό ν τ ω ν, int. τινῶν, ut participium absolute positum sit, vid. ad VI, 4. Mox ἐν est apud, vid. ad I, 6. — Paulo post Cod. Voss. ἕκαστός τε.

φ ε ύ γ ο ν τ ε ς, int. τὴν γραφήν, accusati. De paronomasia vid. ad II, 4. Simile est illud φυγῇ φεύγειν, de quo vid. ad Epinom. 1. Mox λ α γ χ ά ν ε ι ν, int. δίκην, litem sortiri, h. e., intendere (sortes enim a iudicibus ducebantur, et quae prima dica ex urna exierat, ea prima agebatur. Nisi malis locutionem ab eo repetere,

quod iudices sortitione dabantur. Vid. ad XII, 8.). Sic X, 15. p. 909. C: δίκας ἀσεβείας τῷ ἐθέλοντι λαγχάνειν ὑπεχέτω. al. *Thom. Mag.* λαγχάνω δίκην τῷ δεῖνι ἤγουν κρίσιν Ἀττικοὶ λέγουσιν, οὐκ ἐπιφέρω· διὰ κλήρου γὰρ τὰς δίκας ἐποίουν. Vid. *Pierson.* ad Moer. v. λαχεῖν δίκην p. 243. *Taylor.* ad Lys. p. 596. T. V. *Reisk.* int. Graecit. Demosth. p. 479. et *Ruhnken.* ad Tim. p. 173. Hinc δικῶν λήξεις VIII, 11. p. 846. B.

ἕλῃ. Αἱρεῖν, ad forum translatum, est causam (δίκην) obtinere, et in universum convincere, reum peragere. Sic c. 23: μὴ ἑλὼν ἐν δικαστηρίῳ τοὺς ἐγγράψαντας. IX, 11. p. 872. B: ὁπόσας ἂν ὁ ἑλὼν προστάττῃ. C. 15. p. 879. A: ἐὰν δὲ μὴ ἕλῃ. XI, 14. p. 936. D. p. 937. C. XII, 1. p. 941. D. Apolog. c. 16: τοῦτ' ἔστιν, ὃ ἐμὲ αἱρήσει, ἐάνπερ αἱρῇ. Vid. *Stephan.* Thesaur. G. L. T. I. p. 181. E.

πραττέσθω, exigito; πράττεσθαι est enim i. q. ἀπαιτεῖν, ut Sophist. 222. E. 223. A. Apolog. c. 4. Eryxia p. 402. D. *Xenoph.* Memor. Socr. I, 2. §. 5. 7. I, 6. §. 11. 12. al. Vid. *Casaubon.* ad Theophrast. Charact. VI, 4. et *Fischer.* ad Apolog. p. 77. sq. Sic etiam πράττειν et ἐκπράττειν (c. 17. p. 774. B, D. E.) adhibentur; unde πράττεσθαι passive XI, 5. p. 921. C: διπλοῦν πραττέσθω. Πράττεσθαι hac significatione duplicem accusativum solet comitem habere, ut ap. *Xenophont.* Memor. I, 2. 5: τοὺς ἐπιθυμοῦντας ἑαυτοῦ οὐκ ἐπράττετο χρήματα. Cf. §. 60. et I, 6. 11. al. — τὴν διπλασίαν, int. ζημίαν, poenam dupli, s. alterum tantum, (int. quantum ab eo exigit, qui iudicium non effugit). Sic διπλασία semper alterius eiusque simplicis poenae ratione habita ponitur, ut IX, 9. al. Cf. *Taylor.* ad Lys. p. 34. sq. T. V.

πάσης — ἀνάγκης, i. e., πάντως (prorsus) ἀναγκάζοντός τινος. Sic πᾶσα ἀνάγκη (prorsus necessarium) solet usurpari, ut Epinom. 5. fin. Vid. *Abresch.* ad Aeschyl. T. II. p. 165. *Valckenar.* ad Eurip. Phoeniss. p. 560. — Mox Cod. Voss. ἀνεχέσθω pro ἐνεχέσθω, et Bas. 1. 2. αὐτούς pro αὐτός.

P. 207. περὶ τὰς — ἀρχάς. Ante περὶ excidisse videri possit καί; *Ficinus* enim vertit: „et acriori iuvenum censura punitus in omnibus iuvenum magistratibus contemnatur;" similiter *Cornarius:* „et maiore quam iuvenes poena afficiatur, et circa omnes iuvenum magistratus ignominia afficiatur." Sed nulla opus copula est; intelligenda est enim particula explicans, *nempe, scilicet,* vid. ad I, 4. Περὶ vero est *circa, in;* quocirca sensus non-

nisi is esse potest: *in omnibus iuvenum magistratibus contemnatur*, h. e., *ab omnibus removeatur* s. *omnium repulsam ferat*.

τούτων δὲ οἱ νομοφύλακες cet. Laudat haec *Stobaeus* Serm. XLII. p. 306. 6., ubi scriptum extat *ἐν τούτῳ ἀκριβεῖς ἔστωσαν ἐπίσκοποι*. Mox pro *δή* e Stobaeo reposuimus *δέ*. Sententiam vero, quae in sequentibus adumbratur, saepius veteres respexerunt, ut *Cicero* de legib. II, 2. §. 5: „nam et qui bene imperat, paruerit aliquando necesse est, et qui modeste paret, videtur, qui aliquando imperet, dignus esse. Itaque oportet eum, qui paret, sperare, se aliquo tempore imperaturum, et illum, qui imperat, cogitare, brevi tempore sibi esse parendum.“ Cf. *Plutarch.* praec. ger. reipubl. p. 806. F. et *Themist.* Orat. XIII. p. 170. C.

τοὺς νέους. Haec verba, quae neque *Ficinus* neque *Cornarius* expresserunt, salvo sensu abesse possunt, imo orationis cohaerentiam turbant, quia praegressa generatim exposita sunt, ita ut de nulla persona mentio facta sit. Unica, si quid video, verba illa tuendi ratio haec est, ut *τοὺς νέους* a scriptore explicationis gratia subiectum esse dicas: *scilicet iuvenes*; ut hoc dicere voluerit: *seniores legibus parere debent, iuniores vero et legibus et senioribus*. *Ἐντίμως βεβιωκόσι Ficinus* vertit: „qui honeste vixerunt;“ malim ita capere: *qui in honore et auctoritate vitam degerunt*, igitur, *qui muneribus amplissimis functi sunt*. Mox de *τῶν ἀγρονόμων* vid. ad VI, 3.

βουλευέσθωσαν. *Βουλεύεσθαι* est re deliberata consilium capere, h. e., statuere. Mox pro *αὐτοῖς* Cod. Voss. *αὐτούς*, vitiose. — *ὡς βιωσόμενοι*, i. e., *βιώσεσθαι*, vid. ad VI, 3. Participium *διεξερευνώμενοι* referendum est ad *ὡς βιωσόμενοι*; quocirca punctum in colon mutavimus.

τούτους οὖν αὐτούς cet. In his verbis homines, qui *ἀγρονομίας* munere funguntur, et munus inter se permutati sunt. Illa *εἴτε κρυπτοὺς εἴτε ἀγρονόμους* ad *τούτους αὐτούς* respiciunt, verba vero *τοῦτο προσαγορεύων* et *πᾶς ἀνὴρ ἐπιτηδευέτω* ad *τὸ ἐπιτήδευμα*. Offendimus autem in voce *κρυπτούς*, quae quid sibi velit, difficile dictu est. Exspectabas *φρουροὺς* vel *φύλακας* vel tale quid. *Κρυπτούς*, ni fallimur, a librariis profectum est, quibus, quum de venatione in praegressis sermo fuerit, *κρυπτεία* illa (de qua vid. I, 7.) in mentem venisset. De *χαίρει* — *ὀνομάζων* vid. ad Phaedr. p. 381. Pro *καλῶν* Ald. Lov. Bas. 1. et 2. mendose *καλόν*.

CAP. X.

P. 208. *ἀρχόντων* appositio est, quae dicitur, ad voc. *ἀγορανόμων* et *ἀστυνόμων*. Particulam *τέ*, quae post *ἀγρονόμους* interposita legitur, expunximus, quum nihil habeat, quocum cohaereat. Mox *τεταμένων* pro *τεταγμένων* scripsissemus, etiamsi vetus liber, quem Stephanus memorat, et Cod. Voss. (nisi is idem est cum illo) non haberent. *Τεταμένων* etiam *Dorvillius* ad Charit. p. 643. probat. Nihil vero frequentius est harum vocum confusione, vid. *Duker*. ad Thucyd. VII, 71. et *Alberti* ad Hesych. v. *ἀποτάδην*. Sic et infra c. 15. *τεταμένη* et *τεταγμένη* confusa deprehenduntur. Cf. ad XI, 13. — *Ἀεί* cum participio coniunctum, ut solet, est i. q. *πάντων*. Sic *τὰ ἀεὶ παρόντα* et alia frequentantur, vid. *Valcken*. ad Herodot. II, 98. p. 147. et ad Theocrit. Adoniaz. p. 273. *Toup*. ad Longin. 44. §. 6. p. 487. Weisk. *Ficinus:* vulgariumque itinerum, quae a regione in urbem tendunt.

δυνατούς, potentes, h. e., *divites, proceres*, ut ap. *Thucyd.* VIII, 21. ubi vid. Duker.

εἰς κρίσιν. Vocem *κρίσιν*, quae a libris editis abest, *Heindorfio* etiam suadente, interposuimus. Sic c. 11. p. 765. C: *τῶν ἀφικνουμένων εἰς κρίσιν*. Ad *πλεῖσται* vero e praegresso *διαχειροτονηθέντων* intell. *χειροτονίαι*, h. e., *ψῆφοι*; cf. c. 4: *οἷς ἂν ἡ πλείστη χειροτονία γίγνηται*. c. 12: *ᾧ δ' ἂν πλεῖσται ψῆφοι ξυμβῶσι*. al. Mox Cod. Voss. *αὐτοὺς νόμους* et *δίκα ᾖ*.

P. 209. *ἐξετάζηται: si comitiis non interfuisse comperitur*. *Ἐξετάζειν* est examinare, deinde (examinando) convincere, manifestare, ut ap. *Xenoph*. Oecon. XX, 14: *δοκεῖ ἡ γῆ τοὺς κακοὺς κἀγαθοὺς τῷ εὔγνωστα — πάντα παρέχειν ἄριστα ἐξετάζειν*. Hinc *ἐξετάζεσθαι* est comperiri, reperiri (ut *Demosthen*. de fals. leg. p. 376. 9. 434. 23. adv. Mid. 566. 27. adv. Androt. 613. 29. adv. Aristogit. p. 795. 8. adv. Pantaen. 980. 5. al.), sensu, qui dicitur, reciproco, *se exhibere* (*Demosthen*. pro Coron. p. 286. 4. adv. Mid. p. 535. 24.) et absolute *comparere, procedere* (auftreten). Male *Stephanus* Thesaur. G. L. T. I. p. 1286. F. praepositionem deesse arbitrabatur. — Mox Cod. Voss. *καὶ τῷ τετάρτῳ — παραγκείλωσιν*. Deinde Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *τούςδε*.

CAP. XI.

π α ι δ ε ί α ς α ὐ τ ῆ ς. Cod. Voss. αὐτῶν. Mox ad παιδείας intelligendum est, si sequentia: γυμνασίων — κόσμου ἐπιμελητάς spectas, e praegressis ἄρχοντας, sin praegressa: τοὺς μὲν παιδείας αὐτῆς ἕνεκα; παιδείας absolute quasi positum est: *si π α ι δ ε ί α ν lex dicit, hoc significat, esse debere, qui ordini, disciplinae reliquaeque gymnasiorum et scholarum curationi praesint.* Pro διδασκαλιῶν, quod vulgo legitur, scripsimus διδασκαλείων, scholarum (διδασκαλεῖον, ludus literarius, vid. *Perizon.* ad Aelian. V. H. III, 21. et Observatt. Miscell. T. III. p. 89.). Sic c. 20. p. 779. D: τὰ περὶ τὰ γυμνάσια καὶ πάντα ὅσα διδασκαλεῖα cet. VII, 11. init. γυμνασίων ἅμα καὶ διδασκαλείων. Idem iam *Stephanus* reponendum esse monuerat. — De ἐπιμελητάς — ἐπιμελείας vid. ad II, 3. — *ἀ γ ω ν ί α ς* oppositum est praegresso παιδείας et eodem modo intelligendum: *si vero certamen lex dicit, intelligit* (esse debere statuit) *praefectos certationis tam gymnicae quam musicae.* Ἀθλοθέται s. βραβευταί dicebantur ludorum praefecti, qui de praemio (quod ἆθλον s. βραβεῖον vocabatur) iudicabant ac decernebant, vid. *Pollux* III, 30. 145. *Paschal.* de coron. VI, 11. Ceterum notatu dignum hoc est, quod ἀθλητής etiam de certatore in ludis musicis h. l. usurpatur; quanquam ἀθλητής Graecis dicitur omnino, qui in aliqua re multo usu confirmatus excellit (nostrates dicunt *Virtuose*), vid. *Gataker.* ad M. Antonin. III. §. 4. *Wesseling.* ad Diodor. Sic. I, 53. p. 63. et interpp. ad Aristotel. Polit. VI, 8. (c. 4. §. 5. Schneid.). Verba ita cohaerent: ἀγωνίας (int. vocabulo) βούλεται λέγειν ὁ νόμος ἀθλοθέτας ἀθληταῖς (eos, qui certantibus praemia tribuunt) ἔν τε γυμνικοῖς (int. ἀγῶσι, e voce ἀγωνίας petendum) καὶ (ἐν τοῖς) περὶ τὴν μουσικήν (i. e. μουσικοῖς). Pro γυμνικοῖς Cod. Voss. exhibet γυμναστικοῖς, eamque lectionem *Stephanus* quoque affert. Similiter *Ficinus:* „exercitationis curam habeant in *gymnastica* et musica ipsi athlothetae, qui munera imponunt atque declarant athletis ipsis s. certatoribus." Sed recte habet γυμνικοῖς; similiter enim ap. *Aristophan.* Plut. 1164. ἀγῶνας μουσικοὺς καὶ γυμνικούς coniunctos reperimus. VIII, 1. p. 828. C: χορούς τε καὶ ἀγῶνας μουσικούς, τοὺς δὲ γυμνικούς cet. C. 4. p. 834. C: ψιλοῖς δὲ ὅπλων οὔτ' ἐν τοῖς γυμνικοῖς οὔτ' ἐνταῦθα τιθέντες ἀγωνίας. XII, 3. p. 947. E. Polit. III, 18. p. 412. B. Et γυμνικοὶ ἀγῶνες (certamina palaestrica) proprie de certaminibus gymnasticis in universum frequentatur, v. *Xenophont.* Anabas. IV, 8. 18. V, 5. 5. Memor. Socrat. I, 2. 24. II, 6. 26. al.

διττοὺς αὖ τούτους. Quemadmodum institutionis et certationis magistros et in musica et in gymnastica diversos esse vult, sic etiam musicae et gymnasticae certationis praefectos statuit diversos, ita tamen, ut in certaminibus gymnasticis iidem sint hominum et equorum ἀθλοθέται, in duobus autem musicae generibus diversi. — *ἀγωνιστικῆς*, oppositum *μουσικῆς*, significat ἀγωνίαν γυμνικήν s. palaestricam. Sic etiam ἀγωνίαν in praegressis, voci μουσικήν oppositum, palaestram s. gymnasticam significat, sensu specialiori, quo etiam ἀγωνιστής athletam vel pugilem indicat. Ceterum equi in certaminis gymnastici praemio memorantur, ut infra p. 765. C: χρεὼν ἀγωνίας ἀθλοθέτας αἱρεῖσθαι τῆς περὶ τὰ γυμνάσια ἀνθρώπων τε καὶ ἵππων. *Plutarch.* Sympos. Problem. II. Quaest. V. p. 639. E: καὶ τῶν ζώων μόνῳ τῷ ἵππῳ μετουσία στεφάνου καὶ ἀγῶνός ἐστιν, ὅτι μόνος καὶ πέφυκε καὶ ἤσκηται μαχομένοις παρεῖναι καὶ συμπολεμεῖν. Vid. *P. Fabri* Agonist. II, 28. Gronov. Thes. ant. graec. V. VIII. p. 2059. sq.

μονῳδίαν. Opponitur *μονῳδία*, qua solus (sine choro) aliquis cantat vel (fidibus, tibia, al.) canit (idcirco μονῳδία rhapsodos, citharoedos, tibicines, al. complectitur) χορῳδίᾳ, unde patet, vocem μονῳδίαν generaliori esse sensu positam. *Μουσικήν* autem veterum etiam poësin continuisse constat. *Ῥαψῳδοί*, sensu generali, sunt et poëtae et recitatores carminum epicorum et lyricorum (vid. *Salmas.* Plin. Exercit. T. I. p. 609. sq. *Heynii* Excurs. ad Iliad. XXIV. T. VIII. p. 794. sq. et libr. nostr. Grundr. d. Philol. p. 65. sq.), h. l. ὑποκριταῖς (ut Polit. III, 7. p. 395. A: οὐδὲ μὴν ῥαψῳδοί γε καὶ ὑποκριταὶ ἅμα, sc. δύνανται οἱ αὐτοὶ εἶναι) et χορευταῖς oppositi. — Mox Cod. Voss. τὴν τῶν χορῶν — ἐν ὀρχήσει τε καὶ cet. *Τάξει τῇ ἁπάσῃ — μουσικῇ, in omnibus musicae partibus s. in omnibus, quae ad musicam (et poeticam) choream pertinent.* *Τάξις* est saepenumero *munus, partes*, al.

P. 210. *αἱρεῖσθαί που χρεών.* Particulam πού, quae ab Ald. Lov. Bas. 1. et 2. abest, *Stephanus* tacite, nescio qua auctoritate adductus, interposuit. Mox ἤ ante τριάκοντα delevimus; nam etsi ἤ nonnunquam etiam genitivo post comparativum iungi solet (vid. ad V, 9.), tamen in hac locutione vereor ut tolerari possit, praegresso insuper μὴ ἔλαττον τετταράκοντα γεγονὼς ἐτῶν. Vid. ad VI, 7.

εἰςαγωγεύς. Ald. Lov. Bas. 1. εἰςαγωγάς. *Ficinus:* „qui

et introducat homines in certamen" cet. Mox αἱρούμενον, accusativus, cum ποιητέον coniunctum, de quo vid. ad I, 11. Bene *Cornarius* sensum expressit vertendo: „et propositio sane eorum, qui eligunt, ex peritis fiat, et in probatione una haec praedicatio aut negatio sit, alteris imperitum, alteris peritum affirmantibus eum, qui sortem subire debet." De προβολῇ vid. ad VI, 4. — ὁ λαχών, cui sors obvenit, qui sorte delectus est. Mox ante δοκιμασθεὶς comma posuimus, ut a praegressis separetur; est enim: *postquam probatus s. examinatus est.*

κατὰ ταυτὰ δὲ τούτοις cet. Obscure haec reddidit *Cornarius*: „similiter autem et hoc modo, qui ex monodiis et tibiarum cantu ad iudicium sorte devenit, anno illo princeps sit, ita ut ad iudices deferat iudicium is cui sors obtigit." Verba ita cohaerent: κατὰ ταυτὰ δὲ τούτοις (chori praefectis) καὶ ταύτῃ (de qua redundantia vid. ad I, 5.) ἀρχέτω τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ὁ λαχὼν τῶν ἀφικομένων εἰς κρίσιν μονῳδιῶν τε καὶ ξυναυλιῶν, εἰς τοὺς κριτὰς ἀποδιδοὺς τὴν κρίσιν: ὁ λαχὼν τῶν ἀφικ. εἰς κρίσιν est, *qui sortem nactus est inter eos, qui in iudicium venerunt* s. *de quibus iudicatum est*, h. e., *qui plurimis suffragiis probati sunt*, et ἀποδιδοὺς τὴν κρίσιν εἰς τοὺς κριτάς est: *postquam apud iudices probationi se subiecit*, h. e., *postquam a iudicibus probatus est.* Tria enim haec sunt distinguenda, propositio (ἡ προβολή), sortitio (inter eos, qui plurima suffragia tulerunt; hinc ὁ λαχών) et probatio (ἡ δοκιμασία); et ad posteriorem referenda sunt verba ἀποδιδοὺς τὴν κρίσιν εἰς τοὺς κριτάς, quae in Lexicis male ita explicantur: deferens ad iudices. Sic infra λῆξιν καὶ κρίσιν, i. e., ἀνάκρισιν (vid. ad c. 4.). Participium ὁ λαχών, e praegressis inculcatum, exterminandum est. Ceterum μονῳδία est cantus solitarius, ut supra; et quum alias proprie usurpetur de cantu, in quo tibia vel lyra non adhibetur (quod Latini dicunt *assa voce* canere, v. *Nonius* II, 70. et *Asconius* ad Cicer. Divin. in Caecil. 55. c. 17.), h. l., ubi ξυναυλιῶν oppositum est, de tibiae quoque vel fidium cantu solitario accipi oportet. Ξυναυλία vero est proprie concentus tibiarum, quum duo tibicines idem canunt vel tibia et cithara concinunt; hoc autem loco in universum intelligendus est duorum vel plurium instrumentorum musicorum concentus.

τῆς περὶ τὰ γυμνάσια. Cod. Voss. τοῖς περὶ τ. γ. Mox verba τῶν προχειροτονηθέντων — τριῶν explicationis causa apposita sunt; quocirca parenthesi a reliqua oratione separanda esse putavimus.

CAP. XII.

P. 211. ἢ πεντήκοντα. Particulam ἢ exterminandam esse censeo, vid. ad VI, 7. Verba λοιπὸς δὲ ἄρχων cet. transscripsit *Stobaeus* Serm. XLII. p. 300. 15. — θάτερα, alterutrum, ut ἀμφότερον, ἀμφότερα, al. usurpari solent. Sic Phaedon. p. 283: ἤτοι τὰ ἕτερα τούτων, ἢ ἀμφότερα. Gorg. p. 477. D. Isocrat. de pac. 186. Coray. al. Ex Homero haec locutio fluxit, v. c. Il. III, 178: Οὗτός γ' Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής. In hoc, ut in plurimis aliis, noster sermo cum graeco concinit; pariter enim adhibemus verba *beides*, *eins von beiden*, al.

φυτοῦ. Φυτόν est, quidquid φύεται; vid. *Heindorf.* ad Sophist. p. 333. De voce βλάστη vid. ad III, 2. De sententia, similiter lib. VII. p. 813. D: ὡς εὖ μὲν τραφέντων καὶ τρεφομένων τῶν νέων, πάντα ἡμῖν κατ' ὀρθὸν πλεῖ. Cf. Euthyphr. p. 2. C. Lach. 179. A. Theag. 121. B. et *Diotogen.* Pythag. ap. Stob. Serm. XLI. p. 251. 22. Locum transscripsit *Clemens Alexandr.* Strom. VI. p. 627. C. (T. II. p. 750. Pott.). — Κυριωτάτη cet. *Ficinus* ita vertit: „vim habent summam ad finem sibi debitum imponendum." Ad ἥμερον int. φυτὸν vel ζῶον.

ἡμερώτατον. *Aristotel.* Polit. I, 2: ὥσπερ γὰρ τελεωθὲν βέλτιστον τῶν ζώων ἄνθρωπός ἐστιν, οὕτω καὶ χωρισθὲν νόμου καὶ δίκης χείριστον πάντων. — ὁ δ' ἄνθρωπος ὅπλα ἔχων φύεται φρονήσει καὶ ἀρετῇ, οἷς ἐπὶ τἀναντία ἐστὶ χρῆσθαι μάλιστα· διὸ ἀνοσιώτατον καὶ ἀγριώτατον ἄνευ ἀρετῆς καὶ πρὸς ἀφροδίσια καὶ ἐδωδὴν χείριστον. Cf. *Gataker.* Advers. Miscell. Posth. c. XVIII. p. 616. Opp. crit. et quae *Rudolphi* citavit ad Ocell. Lucan. p. 306. — Cod. Voss. mendose scribit ἱμερώτατον.

ἀγριώτατον. Vid. *Aristotel.* l. l. Legg. VII, 14. p. 808. D. et *Rittershus.* ad Oppian. Halieut. II, 670. p. 256. Mox ante ὁπόσα inseruimus τῶν, quod linguae ratio postulat, vid. ad V, 3. Idem, ut nunc video, *Wolfius* ad Reiz. de accent. inclinat. p. 78. interponendum esse iudicavit.

αὐτῶν ἐπιμέλεσθαι. Stob. αὐτὸν ἐπιμελήσεσθαι — καταστάντα — ἐπὶ ἔτη πέντε. De κατὰ δύναμιν ὅτι μάλιστα vid. ad I, 5. Mox *Stephanus* memorat legi quoque καθιστάντα προςτάττειν ἐπιμελητήν.

CAP. XIII.

P. 212. *ἀνεψιῶν παίδων*, i. e., *ἀνεψιαδῶν*, consobrinorum liberorum (filiorum vel filiarum). Mox Cod. Voss. *μέχρι περ ἂν τοῖς παισὶν καταστήσωσιν*, quod *Ficinus* quoque habet: „quousque orphanis tutorem praeficiant."

τῶν ἀντιδίκων, quam adversarii in lite, accusatores. IX, 2. p. 855. E. XI, 14. p. 937. B. Phaedr. 261. C. Theaet. 172. E. al.

καθάπερ ἐν ταῖς διαίταις, ut in arbitriis. Opponuntur enim inter se *δικαστής*, ὃς τὸν νόμον ὁρᾷ, et *διαιτητής* (arbiter), ὃς τὸ ἐπιεικὲς ὁρᾷ, ut *Aristoteles* in Rhetor. I, 13. exponit. Vid. ad XII, 8. Ceterum totus hic locus a verbis *Πᾶσα δὲ δήπου πόλις* ad *τῇ δίκῃ* cum praegressis, ubi de magistratuum creatione exponitur, non bene cohaeret. Scilicet obscurata quodammodo est orationis continuatio eo, quod scriptor in universum de iudiciis ac iudicibus loqui incipit. Ita vero, quae sequuntur, praegressis subiici debebant: *Denique etiam, quomodo iudices, quos pro magistratibus quodammodo habere possumus, creari oporteat, exponendum est* cet. — Mox Cod. Voss. *σαφὲς δὲ ἀεί.*

πάντα μὲν γὰρ ἄρχοντα cet. Hinc c. 14. init. *περὶ μὲν δικαστήρια ἡμῖν. ἃ δὴ φαμεν οὔθ' ὡς ἀρχὰς οὔθ' ὡς μὴ ῥᾴδιον εἰπόντα ἀναμφισβητήτως εἰρηκέναι.* — *δικαστὴν τινῶν*, quibus ut magistratus imperat, de quibus iudicium facit cet. *δικαστὴς δὲ οὐκ ἄρχων*, iudex vero non est magistratus, sc. per se, etsi eo die, quo ius dicit, magistratus est non parvi faciendus. *Καί* est *et tamen, quanquam*, vid. *Gataker.* ad M. Antonin. II, 7.

P. 213. *δύο δέ.* Vulgo *δή*, quae particula hic locum habere nequit. Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *ἡγῆταί τι*, sed sequens: *καὶ βουληθῇ τῷ κοινῷ βοηθεῖν* postulat, ut *τίς* scribatur, quod *Ficinus* quoque expressit. Deinde Cod. Voss. *ἡμῖν γιγνέσθω.*

νέος ἐνιαυτός cet. Atticis enim a solstitio aestivo, h. e., a prima luna nova, quae proxime solstitium sequebatur, annus incipiebat, ita ut Hecatombaeon (partim Iunius, partim Iulius) primus ipsis mensis esset, vid. *Scalig.* Canon. Isag. III. p. 224. de emendat. temp. I. p. 28. sq. *Salmas.* Exercitatt. Plin. p. 315. sq. *Ioa. Lalamantius* de anno Attico dissert. in Gronov. Thes. ant. gr. T. IX. p. 1061. sq. et *P. Castellanus* in Graec. et Athen. mens. et anno, ib. T. IX. p. 2001. *Palmerius* de anno Attico ib. p. 1114: „cum de magistratibus agat Plato, nemo non videt loqui

de anno lunari, qui magistratuum erat, et alludit ad annos πρυτανείας, quorum modus ex Enneadecaeteride Metonis observabatur; nullusque dubito, alludi ad tempora, quibus a Platone scriptus est hic liber, eratque novus annus Metonicus incepturus decimo Iulii die: ita ut ultimus praecedentis anni dies, quo magistratus, qui rempublicam gerere debebant, iusiurandum erant concepturi, caderet in diem nonum Iulii, postridie solstitii." — Cod. Voss. ὀνομάσαντες. ἀπάρξασθαι, unum iudicem deligere e singulis magistratibus, velut quasdam deo primitias offerentes. Mensis Hecatombaeon, in quem annus novus incidebat, ipse ab Hecatombis, quae tunc offerebantur, nomen suum invenerat. Vid. Harpocrat. Pronomen αὐτῷ cum πολίταις coniungendum, ut sit: *suis civibus* (seinen Mitbürgern); dativus enim pro genitivo sic ponitur, vid. ad I, 1.

αἱρεθέντων. Cod. Voss. ἱερεθέντων, Ald. Lov. Bas. 1. et 2. αἱρεσθέντων. De praepositione ἐν, quae est *apud*, *coram*, vid. ad VI, 3. Mox Cod. Voss. ἑλομένους αὐτοῦ. Deinde Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἐπαιτιᾶταί τέ τινα. — ὑπεχέτω — τίνειν, pro ὑπεχέτω δίκην s. τιμωρίαν τοῦ — τίνειν, *poenam hanc subeat* s. *det*, *ut* — *solvat*.

P. 214. τῷ δικασαμένῳ, *ei*, *qui litem intendit*, s. *accusatori*; δικάζεσθαι enim, med., est controversiam in foro habere, litem intendere vel inferre. Male *Cornarius* vertit: „ei qui iniustum iudicium subiit;" et *Ficinus*: „vel iniuriam passo." — Mox Cod. Paris. κοινῶν pro δημοσίων.

ἐν δίκῃ, iure. Sic c. 19. p. 777. E. XII, 3. p. 945. D. al. — Mox ἐν est *coram*, ut supra. Deinde Ald. Lov. Bas. 1. et 2. αὐτοῖς pro αὐτοί. — τὴν αἵρεσιν ἑκατέρου, *quem* (magistratum, ut iudicem) *uterque* (ὁ διώκων et ὁ φεύγων) *elegit*. Βάσανος in praegressis est probatio s. approbatio; sensus: *disceptatores sunto tres maximi magistratus* s. *disceptatores eligunto litigantes tres maximos magistratus*.

ἀδιαφθόρους. Genuina *Ficini* versio haec est: „iudicesque sorte statim *incorruptos* precibus iudicare." Quod monui propter Grynaei versionem, quae *incorrupta* habet.

CAP. XIV.

ἃ δή φαμεν — εἰρηκέναι. Verba sic construe: ἃ δή φαμεν οὔτε ῥᾴδιον (εἶναι) ὡς ἀρχάς, οὐδ' ὡς μὴ (ἀρχὰς ὄντα, i. e.,

V 2

εἶναι) *εἰπόντα* (*τινὰ*) *ἀναμφισβητήτως εἰρηκέναι*. *Cornarius*: „quae neque si quis principatus esse affirmet, neque si neget, citra ambiguitatem dixerit."

περιγραφή, ut *ὑπογραφή*, descriptio est minus exacta, adumbratio, ut infra 770. B. IX, 14. p. 876. E. Politic. 277. C: *ὁ λόγος ἡμῖν ὥσπερ ζῶον τὴν ἔξωθεν μὲν περιγραφὴν* (*den aeusseren Umriss*) *ἔοικεν ἱκανῶς ἔχειν, τὴν δὲ οἷον τοῖς φαρμάκοις καὶ τῇ ξυγκράσει τῶν χρωμάτων ἐνάργειαν οὐκ ἀπειληφέναι πω.* — Mox Cod. Voss. *ἀπολείποι.*

δικανικῶν, iudicialium s. forensium. Vulgo *δικῶν*. Quod scripsimus, *δικανικῶν*, et *Ficinus* confirmat vertens: „nam iudicialium legum exacta positio atque partitio longe rectius in calce ferendarum legum locabitur," et *Stephanus* iam coniecerat. Mox Ald. et Lov. *εἰρώσθω* et *περιμένει* (ut Bas. 1. et 2.). Bene *Stephanus* sensum ita expressit: *hae itaque iubeantur nos ad finem exspectare.* — Mox P. 215. pro *διοικήσεων*, quod in libris omnibus extat, scripsimus *διοίκησιν*, quia *διοικήσεων* locum habere nequit. *Cornarius*: „tota vero et exacta tractatio de uno et omnibus, quae ad civitatem et omnem civilem gubernationem spectant, manifesta fieri non potest, priusquam enarratio — ad finem pervenerit."

οὐδὲν ἔτι δεομένῃ; quae neque moram neque cunctationem amplius patitur. Vulgo *ἐστὶ* scribitur, quod, quum ad *ἀρχὴ* repetendum sit *γίγνοιτ' ἄν*, orationis turbat cohaerentiam. *Ἔτι*, quod iam correxeram, postea Bas. 2. confirmatum vidi. *Οὐδὲν ἔτι* fortius nonnihil est quam *οὐκέτι*; *οὐδέν* est enim *minime*, vid. III, 11.

τόδε δ' ἐννοήσωμεν. Cod. Voss. *τόδε διεννοήσωμεν.*

Οἶσθ' ὅτι καθάπερ. Offendit particula *καθάπερ*, quae e praegressis videtur huc irrepsisse; nisi statuere malis, alterum orationis membrum, v. c. *οὕτως καὶ ὁ ἡμέτερος λόγος ἔχει* vel simile quid, omissum esse. — *χραίνειν* est, Timaeo interprete p. 276., *χρώζειν διὰ τοῦ ῥαβδίου*, et *ἀποχραίνειν τὸ τὰ χρωσθέντα ἑνοποιεῖν* (?). Cf. Pollux VII, 129. et Hesych. v. *ἀποχραίνειν*. *Cornarius*: „quam ut colores inducat et deducat." Male *ἀποχραίνειν* in Lexic. graec., v. c. Stephani Thesaur., explicatur. *Χραίνειν* est colorare, *ἀποχραίνειν* vero decolorare (*Aristot.* de color. *ὁ καρπὸς ὑπὸ τῆς πέψεως ἀποχραίνεται.* *Columell.* XII, 47. §.

8: olivae *decolorantur.* ib. §. 2. 9. al.), h. e., colorem mutare, et in pictura, colorem s. lumen cum umbra miscere. Igitur *τὸ χραίνειν* in pictura significat id, quod nos dicimus *coloriren*, *ἀποχραίνειν* vero ad id spectat, quod Clair - obscur s. Helldunkel vocamus. Sic *Plutarch.* de glor. Athen. p. 346. A: *καὶ γὰρ Ἀπολλόδωρος ὁ ζωγράφος, ἀνθρώπων πρῶτος ἐξευρὼν φθορὰν καὶ ἀπόχρωσιν σκιᾶς, Ἀθηναῖος ἦν*, ubi *φθορά*, quod vulgo (ut in *Schneideri* Lexic.) male intelligitur, est mixtio (coloris s. luminis et umbrae); *Plutarch.* enim de *εἰ* p. 393. C: *καὶ τὰ μιγνύμενα τῶν χρωμάτων οἱ βαφεῖς φθείρεσθαι καὶ φθορὰν τὴν μῖξιν ὀνομάζουσιν.* *Ἀπόχρωσις* vero *σκιᾶς*, quasi decoloratio umbrae, varias significat umbrae quasi temperationes. Similiter Polit. IX, 10. p. 586. C: *Ἆρ' οὖν οὐκ ἀνάγκη, καὶ ἡδοναῖς ξυνεῖναι μεμιγμέναις λύπαις, εἰδώλοις τῆς ἀληθοῦς ἡδονῆς καὶ ἐσκιαγραφημέναις, ὑπὸ τῆς παρ' ἀλλήλας θέσεως ἀποχραινομέναις: ita e regione sibi positis, ut, obscuratis iis, quae minus emineant, se invicem efferant.*

δοκεῖ. Vulgo *δοκῇ*, quod *Stephanus* iam corrigendum esse monuit. *Παύσασθαι* et genitivos *τοῦ χραίνειν* et *ἀποχραίνειν* et participium *κοσμοῦσα* comites habet, ita ut *κοσμοῦσα* generaliter id significet, quod verba *χραίνειν, ἀποχραίνειν* et *ὅ τι δήποτε καλοῦσι τὸ τοιοῦτον* specialiter indicant. In praegressis *οἱ ζωγράφων παῖδες* est i. q. *οἱ ζωγράφοι;* solet enim *παῖς, παῖδες* et *υἱῆς* nominis circumlocutioni servire, quod quidem, ut plura alia in Graecorum lingua, Hebraismum redolet, vid. *Stephan.* Thesaur. G. L. T. III. p. 7. sq. et *Fischer.* ad Weller. T. III. P. I. p. 281. — *ζῶον* vero est imago, pictura, ut infra: *ἐάν τι σφάλληται τὸ ζῶον ὑπὸ χρόνων.* Tim. 19. B: *εἴ τις ζῶα καλά που θεασάμενος.* Politic. p. 277. C. Cf. ad II, 11.

ἐπεί, alioqui, vid. ad III, 6. Mox *γὲ μήν* est *at, sed,* vid. ad I, 5. Deinde *τὸ τοιόνδε* e *χρησώμεθα* pendet, sicut *χρῆσθαι* cum solo accusativo, omissa praepositione *εἰς* vel *πρός*, coniungi solet, praecipue cum *ὅ τι* et *τί*, vid. *Wesseling.* ad Herodot. I, 210. — *ὡς* est *scilicet, nempe,* vid. ad II, 3. Mox *τὲ ὡς* pro *τέως* scripsimus, quod *Heusdius* quoque Specim. coniect. p. 101. coniecerat. Deinde Cod. Voss. *τις σφάλληται.*

ἐπανορθοῦν cet. Post *ἐπανορθοῦν* sequi debebat *καὶ ποιεῖν εἰς τὸ πρόσθεν ἐπιδιδόναι* (facere, ut incrementum capiat, ut perficiatur); pro infinitivo autem sequitur oratio recta, quasi scribere voluerit horum librorum auctor: *εἰ μή τινα καταλείψει διάδο-*

χον, ὃς ἐπανορθοῦν, ἐάν τι σφάλληται τὸ ζῶον ὑπὸ χρόνων, καὶ ποιεῖν εἰς τὸ πρόσθεν ἐπιδιδόναι οἷός τε ἔσται. Mox in Ald. Lov. Bas. 1. et 2. περιμένει scribitur; sed *Ficinus*: „laboriosum illud opus brevi tempore duraturum." Interrogationis vero signum, quod in libris editis post πάμπολυς extat, in punctum mutavimus.

τῶν δοξάντων ἔργῳ πειρώμενον. *Cornarius*: „dum etiam re ipsa ea, quae visa sibi ac statuta sunt, experitur." *Καί* vero non est *etiam*, sed *et*: *deinde, si tempus aliquod praeterierit, et, quae ipsi visa sunt, re ipsa experiatur, num putas* cet.

Εἰκός, πῶς γὰρ οὔ; βούλεσθαι cet. Vulgo Εἰκός· πῶς γὰρ οὐ βούλεσθαι cet. Bene *Stephanus* vidit scribendum esse πῶς γὰρ οὔ; ut βούλεσθαι et εἰκός cohaereant. Ipse vero ita legi iubebat: Εἰκός (πῶς γὰρ οὔ;) βούλεσθαι cet. Interrogationes orationis animandae causa sic interponuntur, vid. ad I, 5.

ὅπως. Sic *Stephanus* correxit, quod libri editi exhibent, ὅποι. *Ficinus*: „quomodo conservandae et corrigendae leges sunt."

P. 217. μέλλομεν. Cod. Voss. λέγομεν. Deinde Ald. Lov. Bas. 1. et 2. εἴρηνται. *Ficinus*: „et legum custodes creati sunt."

ἐν δυσμαῖς τοῦ βίου. *Iuncus* ap. Stob. Serm. CXII. p. 587. 42: τὸν δὲ πρεσβύτην ἐν δυσμαῖς ὄντα τοῦ βίου. *Clemens Alexandr.* Cohort. ad gent. p. 84. 36: κἂν τὸ γῆρας αἰδέσθητε, ἐπὶ δυσμαῖς τοῦ βίου γενόμενοι. Eadem locutione usus est *Hegesander* ap. Athen. XIII. p. 592. B. Cf. *Pollux* II, 15. p. 159. Quam ab Empedocle profectam esse, *Aristoteles* memoriae prodit Poetic. XXI. §. 13: καὶ τὸ γῆρας ἑσπέραν βίου, ἤ, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς, δυσμὰς βίου. — ὡς πρὸς ἡμᾶς. *Xenophon* Cyrop. I, 5. 11: ἰδιώτας ὄντας ὡς πρὸς ἡμᾶς ἀγωνίζεσθαι. De ὡς in comparationibus vid. ad X, 5.

πειρατέα et προθυμητέα, pluralia, Atticorum more, pro singularibus posita sunt. Sic X, 7. p. 895. A: ξυγχωρητέα τε τούτοις. et alia innumera. Pro Τί μήν *Stephano* videbatur legendum esse Τί μή; sed Τί μήν est πῶς γὰρ οὔ, v. Suid., ut exempla innumera docent. Mox ad ὧν repetenda est praepositio περί, vid. ad II, 5. Male *Ficinus* vertit: „permulta in singulis nos, qui leges ponimus, necessario relinquemus." In praegressis Ald. Lov. Bas. 1. et 2. λέγομεν δή, vitiose.

Οὐ μὴν ἀλλ' ὅσα cet. *Ficinus* Cliniae verba Ἀνάγκη γὰρ non expressit, vertens: „necessario relinquemus. Quae tamen non parva erunt" cet. *Cornarius*: „Verumtamen ea non parva,"

falso; οὐ μὴν ἀλλὰ est *sed tamen*, *quanquam*, vid. ad I, 5. et verba ὅσα γε μὴ σμικρὰ ad ἀνήσομεν referenda sunt: *verumenimvero ea*, *quae gravioris momenti sunt*, *et rem universam pro viribus velut adumbratione quadam exponere non omittemus.* Ἀπεριήγητον respondet voci περιγραφῇ; utrumque enim a pictura sumtum est, vid. *Hemsterhus.* ad Lucian. T. I. p. 412. b.

CAP. XV.

ὅπως ποτέ est *quomodocunque*, et sequens ὅπως est i. q. ὅτι; namque ὅπως ἔσται et φανεῖται referenda sunt ad ἓν κεφάλαιον, ut verba ὅπως ποτὲ — γερόντων explicationis causa interiecta sint. Vox φύσις, ut solet, circumlocutioni servit, ut Legg. XII, 14. p. 968. D. Phaedr. p. 248. D. 251. B. 270. E. Tim. 50. E. al. Vid. *Fischer.* ad Weller. T. III. P. I. p. 287. *Wyttenbach.* ad Phaedon. p. 232. Similiter Latini voc. *natura* adhibent, vid. *Davis.* ad Cicer. de nat. deor. I, 17. — P. 218. Pro τεταγμένη, quod in libris editis extat, scripsimus τεταμένη, vid. ad c. 10. *Ficinus:* „atque ad hoc ipsum, quod dicimus, quisque per totam vitam omni studio *tendat.*“ Monuerat de hoc iam *Stephanus.* Mox μηδ' ὁστισοῦν, int. τούτων τῶν ἀγαθῶν.

τελευτῶν δὲ cet. *Ficinus* vertit: „pro patria praeterea, si necesse est, mori paratus sit.“ Similiter *Cornarius:* „et pro civitate etiam moriatur.“ Sensus ineptus, qui praeterea e verbis graecis nonnisi extorqueri potest. Τελευτῶν, notum illud, est *tandem* s. *id quod extremum est,* ut Polit. II, 5. et aliis locis innumeris. Genitivus vero πόλεως nihil habet, unde pendeat, nisi ἀνάστατον huc trahas, ut sit: *expulsum ex urbe.* Ni fallor, post γίγνεσθαι verbum aliud omissum est, quod sequenti λείπειν respondeat, vel, quod malim, verba ita scribenda: τελευτῶν δὲ καὶ πόλεως ἀνάστατος, ἐὰν ἀνάγκη φαίνηται, γίγνεσθαι — ἢ λείπειν φυγῇ τὴν πόλιν, ut ad hos infinitivos e praegresso φανεῖται aliud verbum petendum sit, velut τολμήσει (sustinebit, volet). Quae quidem emendatio nunc tam certa mihi videtur esse, ut pigeat fere, verba ita, ut vulgo leguntur, id est, corrupta reliquisse. Et quam facile ἐάν loco suo moveri potuerit propter ἂν in ἀνάστατος et ἀνάγκη, apparet. Deinde pro ὑπομείνασα, quod prorsus pendet, scripsimus ὑπομείνας, referendum illud ad ἀνὴρ ἀγαθός, qui hoc loco describitur. Ἢ λείπειν respondet praegresso ἀνάστατος γίγνεσθαι: *vir bonus vel vi se expelli prius patietur, quam iugum servile subeat, vel sponte patrium solum fuga vertet.* — Mox

ὡς est *nam*, et de accusativo πάσχοντας post ὑπομενετέον vid. ad I, 11. Deinde ἀλλάξασθαι est mutando accipere, ut μεταβάλλειν, ἀμείβειν et Latinorum *mutare* usurpari solent, vid. ad Phaedr. p. 266. *Cornarius*: „prius quam ut sustineat quis reipublicae mutationem." — Mox ἡμῶν referendum ad τοὺς νόμους.

ὅσοι μὴ ταῦτα δυνατοί: qui (νόμοι) haec (utraque, ἑκάτερα: ut quis bonus sit in vita et privata et publica s. civili) efficere nequeunt. δυνατός, ut δύνασθαι, cum accusativo coniunctum. *Xenoph.* Mem. Socrat. IV, 2. 6: ὅ τι ἂν βούλωνται, δυνατοὶ γενέσθαι. Sic et δυνάμενος lib. II, 8. usurpatum legimus. Paulo post pro ζῆτε Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ζητεῖτε. *Ficinus*: „in ipsis vitam agite." Ζῆτε iam *Cornarius* correxerat. Idem pro τοὺς δὲ δυνατοὺς legi iubebat τοῦτο δὲ δυνατοὺς, quo non opus est. Ab Ald. Lov. Bas. 1. et 2. etiam verba absunt ψέγετε μέν.

ὃ δὴ τοῦ παντός cet.. Vulgo scribitur φυλάς. ὃ δὴ — ὀρθότατα φῦν. ἔχει δὲ διανομὰς cet., quae neque sensum habent neque inter se cohaerent. Quocirca δέ expunximus et ἔχει διανομὰς cum praegressis copulavimus. Sensus est: *scilicet* (δή) *quod ad duodecimam totius partem*, *quam posuimus*, *attinet*, *quae est accuratissime unum et vicinti vicies multiplicatum* (420 est enim duodecima pars numeri 5040), *et universus numerus et tribus numerus eam habet.* Explicatur enim praegressum ὅ τε ὅλος ἅμα καὶ ὁ κατὰ φυλὰς (ἀριθμός); quocirca non solum universus numerus, sed tribus quoque in duodecim dividi partes dicuntur. Pro φῦν, quod vulgo legitur (Codd. Voss. et Paris. φῦναι) scripsimus φύν, quod *Stephanus* iam vidit reponendum esse. Ὃ δὴ — δωδεκατημόριον est κατὰ δὴ τὸ δωδεκατημόριον τοῦ παντός, ὃ ἔθεμεν, αὐτὸ οὐ μόνον ὁ πᾶς ἀριθμός, ἀλλὰ καὶ ὁ τῆς φυλῆς (i. e., αἱ φυλαί) ἔχει.

ἱερόν. Cod. Voss. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἱερόν. *Ficinus*: „sacrum esse dei munus."

τῇ τοῦ παντὸς περιόδῳ: haud dubie ad orbem signiferum s. zodiacum haec spectant. Vid. ad V, 14. Mox αὐτὰς referendum ad πᾶσαν πόλιν, i. e., omnes civitatis partes s. φυλάς. *Cornarius* vertit: „omnes civitates;" cui iam ea, quae sequuntur, adversantur: ἄλλοι δὲ ἄλλων — ὀρθότερον ἐνείμαντο cet. Ἄλλων vero equidem traxerim ad πόλεις, ut sit: *aliarum civitatum legum latores.*

ἀπονεμηθεῖσαιν. *Cornarius:* „dum enim in undecim partes distribuitur numerus 5040, remanent superfluae partes duae sive foci sive agri duo sive quicquid tandem eius numeri distribuitur. His itaque detractis, etiam in undecim partes distributio sana et integra evadit.“ Ἀπονέμειν non est detrahere, sed attribuere, assignare; igitur esset: si duas domos addideris. Hoc vero sensum habet contrarium eius, quem orationis cohaerentia requirit; duae enim partes restant, si numerus 5040 per numerum 11 dividitur, eaeque tollendae sunt, ut divisio exacta fiat. Idcirco non dubito, quin pro ἀπονεμηθείσαιν scribendum sit ἀποτμηθεῖσαιν, quod *Grouius* quoque coniecit. ἐπὶ θάτερα referendum ad numerum 5040 et per numerum 458 et per numerum 11 dividendum; utrobique duo restant. Ceterum cf. cum hoc loco V, 8.

αὐτήν, τὴν πόλιν. Vulgo ταύτην. Mox ἐπιφημίσαντες e cod. Voss. recepimus pro ἐπιφημήσαντες; idem *Stephanus* reponi iusserat, probante *Dorvillio* ad Charit. p. 572. Ἐπιφημίζειν cum simplice accusativo est nominare, boni ominis adiuncta notione (φήμης ἕνεκα ἐπονομάζειν, ut Legg. IX, 14. p. 878. A.). Tim. 36. C: τὴν μὲν οὖν ἔξω φορὰν ἐπεφήμισεν εἶναι τῆς ταυτοῦ φύσεως. Cratyl. 417. B: ταύτῃ μοι δοκεῖ ἐπιφημίσαι τὸ ἀγαθὸν λυσιτελεῖν. Cum accusativo personae et dativo rei est aliquem auctorem alicuius rei nominare, in aliquem auctorem referre, h. e., alicui adscribere vel attribuere quid. *Plutarch.* Poplicol. p. 109. B: Ῥωμαῖοι καίπερ εἰωθότες ἅπασι τοῖς μεγάλοις ἐπιφημίζειν τὸ δαιμόνιον. Vid. *Hemsterhus.* ad Lucian. Prometh. T. I. p. 204. Bip. et *Wernsdorf.* ad Himer. p. 134 sq. Similiter supra V, 14: ἐπονομάσαι καὶ καθιερῶσαι posuit.

καὶ ἣν καὶ οἷς. Vulgo καὶ ἅ, quod sensu caret. *Ficinum* secuti, qui vertit: „cui collocat, et quam et a quibus ducit,“ scripsimus καὶ ἥν. Ceterum ἄγεσθαι est uxorem ducere, et ἐκδιδόναι nuptum dare, vid. *Valckenar.* ad Herodot. V, 2. et Thom. Mag. p. 142. in Ruhnken. Valcken. et alior. epist. ad Ernesti. Verba καὶ ἣν cum ἄγεται cohaerent, et καί ante οἷς est id fere quod ἤ.

τῆς οὖν τοιαύτης σπουδῆς cet. Laudant haec *Eusebius* Praep. Evang. XIII, 19. p. 708. A. et *Theodoret.* Therapeut. IX. p. 616. C. Ap. Euseb. κούρους τε — ἐοικυίας, Ald. Lov. Bas. 1. et 2. οἰκείας; bene *Stephanus* scripsit εἰκυίας, *consentaneos praetextus s. causas.* — μετὰ — ἡλικίας τινός, tali aetate, quae

occasionem ad hoc consentaneam s. commodam praebet s. offert, h. e., ea aetate, cui saltationes nudae conveniunt.

ὅσον — ἐκλείπωμεν. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ὅσων. Deinde ἐκλείπωμεν est i. q. ἐλλείπωμεν, praetermittamus, ut c. 20. p. 779. D: ὁπόσα ἂν ὁ νόμος ἐκλείπῃ δι' ἀπορίαν. Sympos. 188. E: εἴ τι ἐξέλιπον.

περὶ τὰ τοιαῦτα. Sic Ald. Lov. Bas. 1. et 2. Stephanus περὶ πάντα τὰ τοιαῦτα lectore non monito scripsit. *Ficinus* quoque: „in his praesertim, quae multa parvaque sunt;“ et *Cornarius*: „in talibus, quae parva et multa sunt.“ Περὶ τὰ τοιαῦτα est *in his rebus*, et ὅσα σμικρὰ καὶ πολλά coniungenda sunt cum ἐκλείπειν. — Mox Codd. Voss. et Paris. χόρος, in marg. vero χρόνος. — κινεῖν, movere, h. l. est mutare emendando (ἐπανορθουμένους), ut infra: οὕτω κινεῖν cet.

δεκαέτηρος. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. δεκατήρης; in Lexic. vero Basil. iam δεκαέτηρος scriptum extat. Deinde verba θυσιῶν τε καὶ χορειῶν, quomodo cum reliqua oratione cohaereant et quid omnino sibi velint, quum non de sacrificiis et choris, sed de legum emendandarum ratione disseratur, prorsus me fugit. E praegressis ea inculcata esse censeo.

P. 220. κοινῇ, int. ἐπανορθοῦσθαι, qui quidem infinitivus imperativi partes agit. De τέλος σχόντος, i. e., τελευτήσαντος, vid. ad IV, 8. Mox εἰςφέρειν, quod proprie est in medium afferre, referre s. nuntiare, h. l. est proponere. De τέλος — ἐξειργάσθαι vid. ad I, 14. Ald. vitiose ἐξηργάσθαι.

καταλαβεῖν, incidisse. Καταλαμβάνειν proprie dicitur, quicquid inopinatum et repentino quasi impetu nos deprehendit, et in universum quod improvisum nobis accidit. Lib. IX, 12. p. 873. A: εἰ δέ τινας οὕτως ἄθλία ξυμφορὰ καταλάβοι. C. 14. p. 878. B: ὁπόταν αὐτὸν καταλάβωσιν αἱ τοιαῦται ξυμφοραί. Epist. IX. p. 358. A. Polit. III, 2. al. Vid. *Dorvill.* ad Charit. p. 567. *Hemsterhus.* ad Lucian. T. I. p. 60. et *Burmann.* ad Phaedr. IV, 24. 20.

κρατεῖν, vincito, superior discedito. Sic VIII, 7. p. 839. A: ὁ δὲ νόμος οὗτος — κρατήσας, καθάπερ νῦν — κρατεῖ, ubi νικήσῃ sequitur. Tim. p. 54. A. Phaedr. c. 56. ubi v. not. p. 378. Cf. *Perizon.* ad Aelian. V. H. II, 4. n. 5.

CAP. XVI.

Ὁπόθεν. Cod. Voss. ὁπότε. Mox *Ficinus* ita vertit, ac si legerit πρέπουσαν ὁμιλίαν: „convenientem animo suo atque decentem societatem." Sed intelligendum est τινά (puellam), ut sit πρέποντα i. q. πρεπόντως; nisi malis legere πρέπον τι, sicuti sequitur τὸ πρέπον καὶ τὸ ἁρμόττον; quanquam ne hoc quidem opus est; πρέποντα est enim i. q. πρέπον, et hoc pro πρέπουσαν ponitur; neutrum enim ad substantiva generis feminini saepenumero refertur, vid. ad I, 14.

προτιθέναι. Sic Cod. Voss. Stephan. προστιθέναι. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. περιτιθέναι. Mox vulgo scribitur: Εὖ λέγεις, ὦ παῖ· τοίνυν φῶμεν, mendose. Recte *Cornarius*: „Proinde, o fili, dicemus cet." De τοίνυν vocibus ὦ παῖ annexo, quum verbo φῶμεν subiici oportuisset, vid. ad IV, 7. Scribendum est enim Ὦ παῖ τοίνυν, φῶμεν cet. Mox φύντι cum genitivo coniunctum est, ut solet dici φῦναί τινος pro ἔκ τινός. *Sophocl.* Antigon. 878: οἵων ἐγώ ποθ' ἁ ταλαίφρων ἔφυν. *Euripid.* Phoeniss. 9: τοῦδε Λαβδάκου φῦναι λέγουσι. Vid. *Dorvill.* Vann. Crit. VII. p. 139. et 164. De sententia ipsa, *Plautus*, ut bene iam *P. Victor.* Var. Lectt. XXIV, 22., eandem Aulul. III. Scen. V. exhibuit.

τιμῶντα, honorantem, in quo simul notio τοῦ προτιμᾶν latet. Ad ξυνιέναι int. πρός τό s. ὥστε, vid. ad II, 8.

P. 221. *μυρίῳ*. Cod. Voss. μυρίον. Deinde pro τέ, quod libri editi habent, scripsimus δή, sensu postulante. Sic *Ficinus* quoque: „Ergo, quicunque ferocioris — animi sibi conscius est." Ceterum κηδεστὴν γίγνεσθαι κοσμίων πατέρων, generum fieri moderatorum parentum, est filiam moderatorum parentum in matrimonium ducere, s., ut *Cornarius* vertit, moderatorum parentum affinitatem expetere; κηδεστής enim non solum est gener, verum etiam affinis et cognatus in universum, vid. *Spanhem.* ad Iulian. Orat. I. p. 287. et *Dorvill.* ad Charit. p. 619.; hinc in sequentibus κηδεύματα.

ταῦτα δέ. Vulgo δή, orationis cohaerentia adversante. *Ficinus* quoque: „sed si haec per orationem lege sanciremus." Ad πλουσίου int. θυγατέρα. — *τρόπων ἤθεσιν*. Sic XII, 14. p. 968. D: ὅσοι ἐπιτήδειοι πρὸς τὴν τῆς φυλακῆς φύσιν ἂν εἶεν ἡλικίαις τε καὶ μαθημάτων δυνάμεσι καὶ τρόπων ἤθεσι καὶ ἔθεσι.

ἂν ἐγεῖραι. Vulgo ἀνεγεῖραι, quod sensu caret; quocirca lenissima, quae fieri potest, mutatione ἂν ἐγεῖραι (magis attice es-

set ἐγείρεις; sed Atticos etiam illa forma communi usos esse constat) scripsimus. *Ficinus* hoc confirmat vertens: „non modo ridicula nostra oratio videretur, sed et iram multitudini concitaret.“

οὐ γὰρ ῥᾴδιον cet. Locus hic praestantissimus, si accuratius et plenius eum explicare vellemus, peculiarem desideraret scriptionem. Quaedam igitur primaria significasse sufficiat. Quaecunque e variis elementis ita componuntur, ut temperatio quaedam et harmonia efflorescat, ea misceri (κεράννυσθαι) Graeci dicunt, et harmonia ipsa s. temperatio κρᾶσις et σύγκρασις vocatur. Omnis vero creatio et fictio quum elementorum, e quibus res fingenda constabit, compositione atque temperatione contineatur, creationem in universum Graeci comparant mixtioni ipsis consuetae vini et aquae (quasi diversorum elementorum) in cratere. Hinc δημιουργὸς est ὁ κεραννύς, qui elementa rerum diversa ἐν κρατῆρι componit et temperat. Tim. p. 41. D: καὶ πάλιν ἐπὶ τὸν πρότερον κρατῆρα, ἐν ᾧ τὴν τοῦ παντὸς ψυχὴν κεραννὺς ἔμισγε, τὰ τῶν πρόσθεν ὑπόλοιπα κατεχεῖτο μίσγων. Qua quidem imagine dici non potest quantopere seriores philosophi, in primis Platonici, paene abusi sint. Vid. *Creuzer.* Dionys. P. I. p. 52 sq. Symbol. et Mytholog. P. III. p. 410 sq. Sic etiam h. l. civitatis temperatio vini et aquae moderationi atque mixtioni in cratere comparatur, et diversa elementa, quorum compositione et temperatione civitatis harmonia continetur, animi fervor et sedatio, ille vinum, haec aqua dicitur. Animi enim fervoris imago (symbolum) est vinum vel Bacchus, sedationis vero sobriae aqua vel Apollo, qui, proprius Graecorum Deus (νήφων θεός), Baccho illi, cuius tumultuosus et temulentus quodammodo cultus a populis exteris (orientalibus) in Graeciam invaserat, semper fere opponitur (vid. ad Polit. III, 10: Οὐδέν γε — καινὸν ποιοῦμεν, κρίνοντες τὸν Ἀπόλλω καὶ τὰ τοῦ Ἀπόλλωνος ὄργανα πρὸ Μαρσύου τε καὶ τῶν ἐκείνου ὀργάνων). — Ceterum locum hunc respexerunt *Athenaeus* X, 61. T. IV. p. 127. et *Longinus* XXXII. §. 7. Cf. et *Plutarch.* de aud. poet. p. 15. E. et an seni sit ger. respubl. p. 791. B. — κολαζόμενος, temperatus; κολάζειν, ut Latinorum castigare (ut Cicer. Tusc. Disput. II, 21: castigatur animi dolor) est reprimere, coërcere, moderari. Male Longinus: κόλασις est κρᾶσις. Deus vero νήφων, sobrius, est aqua. Facete hinc aquae potatores dicuntur μανίην σώφρονα μαινόμενοι in *Antigoni* Epigramm. 6. Antholog. Graec. T. II. p. 227. ubi v. *Iacobs.* Animadv. T. II. P. II. p. 240.

τὴν τῶν παίδων ὁμαλότητα cet. *Cornarius:* „ut quisque pluris faciat liberorum inter se aequalitatem, quam nuptiarum aequalitatem pecuniis inexplebilem." Ἀπλήστον est, quae satiari nequit, ut Polit. IV, 17: χρημάτων φύσει ἀπληστότατον. Sic ἀπληστία, vid. ad II, 9. Mendose Ald. Lov. Bas. 1. et 2. scribunt ἀπλείστον. Mox βιαζόμενον referendum ad ἐπάδοντα πείθειν πειρᾶσθαι, et participium pro infinitivo positum est, vid. ad I, 11.

CAP. XVII.

Περὶ γάμων δὴ cet. Laudat haec *Stobaeus* Serm. LXV. p. 419. 10. — τὰ ἔμπροσθεν — ῥηθέντα, vid. IV, 11. p. 721. B. De sententia, cf. *Dionys. Halicarn.* art. rhetor. c. II. §. 3. *Clemens Alexandr.* Strom. II. p. 421. C. (T. I. p. 503. Pott.) *Theodoret.* Therapeut. p. 675. *Gataker.* ad M. Antonin. VIII. §. 31. *Küster.* ad Iamblich. de vit. Pythag. XVIII. p. 69. et 71. *Rudolphi* ad Ocell. Lucan. p. 291. — Pro ἀειγεννοῦς scripsimus ἀειγενοῦς et καταλείποντα pro καταλείποντι (verba enim ita cohaerent: τῷ — παραδιδόναι — καταλείποντα: indem man — zurücklässt). De utroque iam *Stephanus* monuerat.

ἂν δ' ἄρα τις cet. Respexit ad haec *Clemens Alexandr.* Strom. II. p. 423. A, (T. I. p. 505. Pott.). Cf. supra IV, 11. p. 721. C. D. Mox Cod. Voss. vitiose ταμιαστὴς pro ταμίας τῆς.

ὡς ἴσα ἀντὶ ἴσων cet. Vulgo sic leguntur haec: πάλιν, ὡς; tunc verba sensum non habent. Infinitivus διδάσκειν pro imperativo positus est; igitur est i. q. διδάσκειν δεῖ s. χρὴ τοὺς πένητας, ὡς ἴσα cet.: *scilicet pauperes docere oportet, aequale esse pro aequali, dotem neque accipere neque dare.* Ἀντὶ retribuendi vel compensandi vim habet, ut sit fere: pro eo, quod dotem dare nequeat pauper, dotem etiam nullam accipiet. Pro διδάσκειν Cod. Voss. γηράσκειν exhibet, quod *Ficinus* expressit: „aequalia pro aequalibus esse, si quidem neque qui acceperit neque qui dederit, pecuniarum inopia consenescet." Similiter *Cornarius* legi iubebat: τὸ μήτε τῷ λαμβάνειν τι μήτ' ἐκδιδόναι τι, διὰ χρημάτων ἀπορίαν γηράσκειν τοὺς πένητας: „aequalia pro aequalibus esse, quod neque ideo, quod accipiunt aliquid, neque quod erogant, ob pecuniarum inopiam pauperes senescunt." Sed γηράσκειν ab hoc loco alienum est. Mox ad verba τὰ γὰρ ἀναγκαῖα cet. intellige: neque opus habent pauperes dote. Deinde in Ald. Lov. Bas. 1. et

2. ἧττον; sed recte habet ἥττων, e quo ad adiectiva, quae sequuntur, ταπεινή cet. petendum est ἧττον. De sententia, similiter *Euripides* in Phaëth. ap. Eustath. in Odyss. V:

> Ἐλεύθερος δ' ὤν, δοῦλός ἐστι τοῦ λέχους,
> Πεπραμένον τὸ σῶμα τῆς φερνῆς ἔχων.

Plautus Aulul. Act. III. Scen. V. 60:

> Nam quae indotata est, ea in potestate est viri:
> Dotatae mactant et malo et damno viros.

P. 223. ἐσθῆτος χάριν. Ad verba haec intelligenda Oedipo coniectore opus est. Vestes quidem sponsam in dotem attulisse, ex Solonis lege (v. *S. Petit.* p. 548 sq.) constat, sed quid sibi velit h. l. vestimentum vel drachmarum quinquaginta summa vestimenti gratia vel data vel accepta, nullo modo assequor. In mentem venit κτήσεως χάριν, pecuniae acquirendae, h. e., lucri causa, quod referendum esset ad τὸν λαμβάνοντα; et optimum quidem haec correctio sensum praeberet, sed quum a vocis ἐσθῆτος ductibus aliquanto longius recedat κτήσεως, mihi ipsi videtur dubia esse. Quocirca magis inclinat animus, ut haec et sequentia ὃ μὲν μνᾶς ad δυεῖν μναῖν pro supposititiis habeam. Verba enim ὃ μὲν μνᾶς cet. nihil habent, quo referantur, et a sermonis ratione in his libris usitata abhorrent; distinguenda enim primum essent diversa τιμήματα s. census, ut ὁ μὲν τὸ μέγιστον τίμημα ἔχων s. κεκτημένος, ὁ δὲ τὸ δεύτερον s. ὁ δεύτερος, ὁ δὲ τὸ τρίτον s. ὁ δὲ τρίτος et ὁ δὲ τὸ τέταρτον s. ὁ τέταρτος; sic enim VI, 3. p. 754. D. E. 18. p. 775. A. XI, 13. p. 934. D. XII, 2. p. 945. A. 3. p. 948. A. XII, 9. p. 959. D. Deinde genitivi μνᾶς, ἡμιμναίων et δυεῖν μναῖν nihil habent, unde regantur, quod itidem a nostri consuetudine abhorret, vid. loc. laudat. Porro verba haec interposita turbant quoque orationis cohaerentiam; verba enim ita connexa sunt: ὁ δὲ μὴ πειθόμενος — ὁ τὸ μέγιστον τίμημα κεκτημένος ὀφειλέτω μὲν τῷ δημοσίῳ τοσοῦτον ἕτερον (alterum tantum, sc. quantum dedit vel accepit dotis loco), τὸ δὲ δοθὲν — ἱερὸν ἔστω τῆς Ἥρας τε καὶ τοῦ Διός: Qui vero non paret, si maximo est censu, alterum tantum solvito cet. In quem orationis nexum non quadrant ὁ μὲν μνᾶς cet., quae ab hoc loco aliena esse, iam id ostendit, quod, μέν — δέ praegressis, ὁ τὸ μέγιστον τίμημα κεκτημένος, nulla copula intercedente, subiicitur. Denique nulla inest ratio (proportio) in poenis hic constitutis. Namque si verba τοσοῦτον ἕτερον ad praegressum δυεῖν μναῖν referas, ei, qui maximo censu est, solvendae erunt quatuor minae, et ita procedent poenae solvendae: 1, 1 1/2,

2, 4, quum exspectasses: 1, 1 1/2, 2, 2 1/2 (vel 3); sin τοσοῦτον ἕτερον ad dotis summam, quinquaginta drachmas, traxeris, omnis prorsus tollitur ratio; tunc enim is, qui maximo est censu, solvet minam (mina enim centum drachmas continebat), igitur eandem mulctam dabit cum eo, qui minimo censu est (ὁ μὲν μνᾶς). Itaque haec verba nullo modo tueri possumus. Attamen, quum primus eorum integritatem impugnaverim, exterminare ea non ausus sum.

ὀφειλέτω. Cod. Voss. ὀφλήσει — μὲν τῷ Διΐ — ἕκαστός τε.

πρώτην. Legebatur πρῶτον, quod *Stephanus* quoque in πρώτην mutari iusserat. Ceterum similiter ex Solonis lege patris erat aut avi paterni aut fratris germani, despondere puellam. Legem profert *Demosthen.* in Stephan. II. p. 1134. 16: Ἣν ἂν ἐγγυήσῃ ἐπὶ δικαίοις δάμαρτα εἶναι ἢ πατὴρ ἢ ἀδελφὸς ὁμοπάτωρ ἢ πάππος ὁ πρὸς πατρός, ἐκ ταύτης εἶναι παῖδας γνησίους. ἐὰν δὲ μηδεὶς ᾖ τούτων, ἐὰν μὲν ἐπίκληρός τις ᾖ, τὸν κύριον ἔχειν· ἐὰν δὲ μὴ ᾖ, ὅτῳ ἂν ἐπιτρέψῃ, τοῦτον κύριον εἶναι. In quo loco explicando viri docti (*Salmasius*, *Petitus*, *Wesselingius* et *Reiskius*, vid. *S. Petit.* Legg. Attic. p. 534 sq. *Wesseling.* not. p. 535. et *Reisk.* Apparat. Crit. in Demosth. T. III. p. 1525.) in diversas discesserunt sententias. Scilicet fugit eos hic Platonis locus, qui totus ad Solonis legem fictus est, quod iam ex verbis ἐὰν δὲ μηδὲ εἷς ᾖ τούτων (Solon: ἐὰν δὲ μηδεὶς ᾖ τούτων) perspicitur. Hinc patet, κύριον, quod viri docti diverse ceperunt, ad ἐγγύην esse referendum, ut sit κύριον τοῦ ἐγγυᾶν. Reliqua vero in Solonis lege manca sunt.

τὴν πρὸς μητρός, int. ἐγγύην.

προτέλεια s. προγάμεια sunt precationes et sacrificia, ante nuptias fieri solita. Vid. *Pollux* III, 3. 38. *Hesych.* h. v. *Vales.* ad Harpocrat. p. 164. *Meurs.* Graec. feriat. Gronov. Thes. ant. gr. T. VII. p. 481 sq. *Ruhnken.* ad Tim. p. 224 sq. Participia vero μελλόντων, γιγνομένων et γεγονότων ita explicanda sunt, ut e praegresso περὶ τὰ τοιαῦτα petatur αὐτῶν: ante nuptias, inter nuptias s. in nuptiis et post nuptias; ἄλλη ἱερουργία igitur significat quodvis sacrificium (ἄλλη est in universum) ad nuptias spectans, vel futuras vel modo faciendas vel factas. Post ᾗ pro ὅσῃ positum est τίς.

CAP. XVIII.

Περὶ δὲ τῶν ἑστιάσεων cet. Cf. *Schweighaeuser.* ad Athen. T. I. p. 60.

ὑποβέβηκεν. Ὑποβαίνειν est descendere, h. e., decrescere, inferius esse.

πίνειν δὲ εἰς μέθην. Laudat *Athenaeus* X, 39. T. IV. p. 80 seq. Cf. *Aristoxenus* ap. Stob. Serm. XCIX. p. 543. 4. *Euseb.* Praep. evang. III, 1. p. 83. D. *Iamblich.* de vit. Pythagor. XXXI. p. 173. Kust. Similia praecipit *Pseudo-Plutarch.* de pueror. educat. c. 5. Ap. Athen. post οὖν deest δή.

P. 224. *καὶ πρὸς τούτοις δεῖ μή* cet. Ald. Lov. Bas. 1. μήν. Cod. Voss. δεῖ μετά. — *διακεχυμένων*, si corpora diffusa sunt atque dissoluta; cui opponitur τὸ εὐπαγές, bene compactum, solidum. — *ἐν μοίρᾳ*, i. e., κατὰ μοῖραν, convenienter, ut decet. *Cornarius* corrigebat ἐν μήτρᾳ, vertens: „et ad haec non oportet corporibus ab ebrietate diffusis liberis procreandis operam dare, sed id, quod producitur, bene compactum et non vagum et quietum in utero conflari.“ Quod *Stephanus* vulgatae praefert. Mox δέ ante διοινωμένος (vino imbutus, inebriatus) est *nam*, *scilicet*, vid. ad II, 1.

παράφορος est h. l. titubans, quod proprium est ebrii, et figura, quae ἓν διὰ δυοῖν dicitur, in his verbis inest, quae ita explicanda sunt: παράφορος ὢν s. διὰ παραφορὰν κακός ἐστι (πρὸς τὸ) σπείρειν ὁ μεθύων.

ἀνώμαλα μὲν καὶ ἄπιστα. Ab Ald. Lov. Bas. 1. et 2. καί abest, quod prima vocis ἄπιστα litera elisit. In Steph. et Bip. μέν deest; sed recte habet μέν, sequente καί, ut ap. *Xenoph.* Cyrop. I, 2. 3: τὰ μὲν ὤνια, καὶ οἱ ἀγοραῖοι, καί cet. Anabas. IV, 1. 16: καὶ ἀπεκτείναμεν μέν τινας, καὶ ζῶντας (i. e. τινὰς δὲ ζῶντας) cet. Pro *ἄπιστα* *Faehsius* Syllog. Lectt. p. 386. legi volebat ἄνισα propter *Ficinum*, qui vertit: „nempe verisimile est, eum foetus inaequales, instabiles, obliquos tam membris quam moribus procreare.“ Sed voce *inaequales* Ficinum reddidisse ἀνώμαλα apparet, voce autem *instabiles* ἄπιστα. Multo gravius est *ἄπιστα*, quibus non fidendum est propter mentis et corporis mutabilitatem et inconstantiam; cui opponitur εὐθύπορον, recto tramite procedens, h. e., rectum ac tutum. — *ἐκ τῶν*

εἰκότων, i. e., εἰκότως, vid. ad V, 12. — Mox e cod. Voss. ante ἐνιαυτόν articulum τόν interposui.

ὅσα ὕβρεως ἢ ἀδικίας ἐχόμενα, i. e., ὅσα ὑβριστικὰ ἢ ἄδικα. Vid. ad VII, 20.

ἐξομοργνύμενον. Schol. ἀποματτόμενον; exprimentem et insculpentem. Gorg. 525. A: ἃ ἑκάστῳ ἡ πρᾶξις αὐτοῦ ἐξωμόρξατο εἰς τὴν ψυχήν. Cf. *Ruhnken.* ad Tim. p. 113. ἐκτυποῦσθαι, effingere, idem fere est, quod ἐξομόργνυσθαι. Sensus igitur est: fieri enim nequit, quin vitia illa in eorum, qui procreantur, animo et corpore, tanquam in cera, insculpendo et signando effingat s. exprimat, et omnino deteriores generet.

ἀρχὴ — καὶ θεός. *Kal* est *eaque*, nisi malis ὡς pro καί legendum esse suspicari, quum καί et ὡς frequentissime inter se permutata reperiantur.

Νομίσαντα cet. Construe: χρὴ τὸν γαμοῦντα, νομίσαντα ταῖν οἰκίαιν — τὴν ἑτέραν οἷον νεοττῶν γέννησιν καὶ τροφὴν εἶναι, χωρισθέντα τ' ἀπὸ πατρὸς καὶ μητρός, ἐκεῖ ποιεῖσθαι τὸν γάμον. Verba ταῖν οἰκίαιν ταῖν ἐν τῷ κλήρῳ τὴν ἑτέραν ita explicanda sunt: alteram de iis, quae sorte datae sunt, eamque ab urbe remotam habitationem. Infra dicitur: ὧν δὲ χάριν μητρὶ καὶ πατρὶ καὶ τοῖς τῆς γυναικὸς οἰκείοις παρέντας χρὴ τὰς αὐτῶν οἰκήσεις, οἷον εἰς ἀποικίαν ἀφικνουμένους αὐτούς cet. Duos vero cuique fundos s. partes sorte assignavit supra V, 14., unam urbi propiorem, alteram remotiorem. Post χωρισθέντα Ald. Lov. Bas. 1. et 2. τ' habent, quod a Stephan. et Bip. abest; particula τέ omissa, χωρισθέντα cum sequentibus τὸν γάμον ἐκεῖ ποιεῖσθαι cet. artius coniungenda sunt; et hoc rectius videtur esse.

κολλᾷ, quasi glutino connectit et vincit. Sic Phaedr. 278. E. Tim. 75. D. Similiter Phaedon. 82. E: τὴν ψυχὴν — ἀτεχνῶς διαδεδεμένην ἐν τῷ σώματι καὶ προσκεκολλημένην. Lib. V, 1. p. 728. C: τοῖς δὲ προσκολλᾶσθαι. — Cod. Voss. κολλᾷν.

μητρί. Ald. Lov. Bas. 1. μητρὶ μὲν τῆς γυναικὸς οἰκείοις. Sed *Ficinus:* „parentibus utrisque affinibusque relictis." *Cornarius:* „quapropter matri et patri et uxoris cognatis suas habitationes dimittere oportet."

P. 225. ἐπισκοποῦντας est visitantes s. invisentes. Male *Ficinus* vertit: „ac vicissim se ipsos respicientes."

καθάπερ λαμπάδα cet. Imago sumta est a *λαμπαδηδρομίᾳ* s. *λαμπαδηφορίᾳ* (lampadum certaminibus), in qua accensas faces manibus tenens currebat et decurso spatio alteri tradebat, v. *Meurs.* Graec. fer. Gronov. Thes. ant. graec. T. VII. p. 812 seq. et nostra ad Polit. I, 1. Eleganter hoc transfertur ad eos, qui, excurso vitae spatio, vitam, partes suas, al. alteri tradunt. *Lucretius* II, 77:

> Inque brevi spatio mutantur secla animantum,
> Et quasi cursores vitai lampada tradunt.

Ubi v. *Lambin.* Cf. *Casaubon.* ad Pers. VI, 61. p. 504 sq. ed. Paris. et interpp. ad *Iuvenal.* XV, 141. In universum lampada tradere dicitur, qui partes suas quasi successione in alterum transfert. Sic *Varro* R. R. III, 16: lampada cursu tibi trado. Cf. *Herodot.* VIII, 98. al.

CAP. XIX.

κεκτῇτο. Vulgo *κέκτητο*, vitiose. Vid. ad V, 12.

πάντῃ. Sic Cod. Voss. *Athenaeus* (VI, 87. p. 12. T. II. Schweigh.) et *Ficinus*: „omnino difficile.“ Vulgo *πάντα*. Mox post *τὸ δ' αἴτιον* interpungi malim, ut sit: *causa vero huius rei est haec, quod recte quodammodo et rursus non recte de iis* (servis) *dicimus* s. *sentimus.* Mox Cod. Voss. *οὐ γάρ πω*, quod esset *nondum;* sed fortius est *οὐ γάρ που*, *neutiquam.*

εἱλωτεία. Helotes, qui Helos, Achaiae urbem, incoluerant, a Lacedaemoniis servitute oppressos esse constat. Hinc servis publicis id nominis mansit. v. *Perizon.* ad Aelian. V. H. III, 20. *Iungermann.* ad Poll. III, 83. *Crag.* de rep. Laced. I, 11. p. 69 sq.

ἐλάττω δέ cet. Ab Athenaeo l. l. abest *τέ* et post *Θετταλῶν* scribitur *δ'* pro *τ'*. Ceterum *Mariandyni*, Ponti populus inter Bithynos et Paphlagones habitans, ab Heracleotis in servitutem redacti sunt, vid. *Athen.* VI, 85. p. 510. T. II. *Strabo* XII. p. 817. et *Schneider.* ad Aristot. Polit. VII, 5. p. 411. Thessalorum autem servi, bello devicti, dicebantur *Πενέσται* (a *πένεσθαι*, parare, operari), vid. *Dionys. Halicarn.* II, 84. *Meurs.* Misc. Lacon. II, 6. Gronov. Thesaur. ant. gr. T. V. p. 2371. *Valckenar.* ad Eurip. fragm. c. 20. p. 216. *Ruhnken.* ad Tim. p. 212 sq. et *Schneider.* ad Xenoph. Hist. gr. p. 96. et Aristot.

Polit. II, 6. §. 2. p. 121. — *Abreschius* in Misc. Observatt. Nov. T. I. p. 78. et ad Hesych. T. II. p. 260. pro *Ἡρακλεωτῶν* (*Ficinus* vertit: Eraclidarum) scribi iubebat *Κλαρωτῶν* (sic enim Cretensium servi vocabantur); recte vero iam *Ruhnkenius* ad Tim. p. 215. monuit, *ἐλάττω* non ad *τῆς* — *καταδουλώσεως* referri (ut male ceperunt *Ficinus* et *Cornarius*), sed ad antecedens *εἱλωτεία*, ut sensus sit: *magnam dubitationem afferat Lacedaemoniorum in Helotes imperium in utramque partem disputantibus, benene an secus institutum sit: minus dubitationis praebeat dominatio quum Heracleotarum in subiectos Mariandynos, tum Thessalorum in Penestas.* Scilicet propter activam, quam dicimus, vocis *δουλεία* significationem (est enim h. l. servitus, quam Heracleotae exercent, h. e., imperium s. dominatio) insolentiorem appositum est *τῆς τῶν Μαριανδυνῶν καταδουλώσεως* (de qua redundantia vid. ad I, 14.), ut distinguerentur Heracleotae domini et Mariandyni servi.

εἰς ἃ καὶ π. In Athen. deest *πάντα* et *ἀποβλέψαντας* scribitur. Mox post *ἠρώτησας* vulgo punctum extat, contra sensum, quum *τόδε* ad praegressum *ὅ* referatur. *παριών*, praeteriens, est *in transitu s. transcursu.* Verba, quae sequuntur, ita cohaerent: *πολλοὶ γὰρ δοῦλοι, κρείττους πρὸς ἀρετὴν πᾶσάν τισι γενόμενοι ἀδελφῶν καὶ υἱέων, σεσώκασι* cet. Deinde ante *τῷ γένει* videndum est, annon *τούτῳ* exciderit.

P. 226. *ὃ δή.* Legebatur *ὁ δέ.* *Ficinus:* „quod et sapientissimus poetarum testatur nobis." Versus sequentes ex *Homeri* Odyss. XVII, 332. depromti sunt, ubi ita leguntur:

Ἥμισυ γάρ τ' ἀρετῆς ἀποαίνυται εὐρύοπα Ζεὺς
Ἀνέρος, εὖτ' ἄν μιν κατὰ δούλιον ἦμαρ ἕλῃσιν.

Nostrum sequitur *Athenaeus* l. l. Paulo post ante *γένει* excidit *οὐδέν.*

Τί μήν; Ni fallor, locus ita disponendus est: *ΜΕΓ. Τί μήν; ΚΛ. Τί οὖν δὴ χρὴ ποιεῖν* cet.

ἐπειδὴ δύσκολον cet. Transscripsit haec *Stobaeus* Serm. LX. p. 385. 33., ubi legitur *διωρίσθαι ἐλεύθερον.* Verba *τὸ — διορίζεσθαι* epexegesis sunt praegressi *διόρισιν.* Mox *φαίνεται* offendit. Fortasse ita locus scribendus est: *δῆλον ὡς, ἐπειδὴ δύσκολόν ἐστι τὸ θρέμμα ἄνθρωπος, καὶ* (etiam) *πρὸς τὴν ἀναγκαίαν διόρισιν — οὐδαμῶς εὔχρηστον* (facile, tractabile) *ἐθέλει εἶναί τε*

καὶ γίγνεσθαι. *ΚΛ.* *Φαίνεται* (int. *οὐδαμῶς εὔχρηστον ἐθέλειν* s. *ἐθέλον εἶναι*). Similiter in Stobaeo interpungitur: *γίγνεσθαι. Φαίνεται. χαλεπόν* cet. Tunc pergit Atheniensis: *Χαλεπὸν δὴ τὸ κτῆμα.*

ἐκ μιᾶς φωνῆς. *Φωνὴ* est lingua, ut Protag. 346. D. *Xenophont.* Anabas. IV, 8. 3. de venat. II, 4. al. Hinc infra *ἀξύμφωνοι*, qui diversarum linguarum sunt. Mox pro *κα* Ald. Lov. Bas. 1. 2. Stob. *καί.* *Ficinus:* „quot quantaque hinc mala sequantur." Deinde ex Athenaeo (VI, 87.) et Stob. post *ἔτι* articulum depromsi *τά.* — Pro *περιδίνων* (a *περιδινεῖσθαι:* qui maria circumvagantur, h. e., piratae, v. *Küster.* ad Suid. v. *περιδήλιον* et Hesych. v. *περίδεινον*) libri Athenaei omnes habent *περιδείνων* (vid. *Schweighaeuser.* Animadv. T. III. p. 564), ut et Cod. Voss. *Cornarius* *περιδίνους* censet appellari servos ad cursum destinatos, h. e., cursores; quod ineptum est. *Ficinus* vertit „piratarum," et sic quoque Schol. Ruhnken. p. 227. interpretatur: *περιδίνων· πειρατῶν.* Mox pro *παντοδαπά* ex Athenaeo recepimus *παντοδαπῶν*, idque cum praegressis coniunximus, ut servi significentur e variis regionibus collecti s. diversarum nationum, qui, e custodia vel iudicio elapsi, piraticam faciant. — *Κλοπῶν ἔργα τε καὶ παθήματα;* activum et passivum iterum coniuncta sunt; *κλοπῶν ἔργα* sunt furta, *παθήματα* vero calamitates, quas piratae latrocinantes, agros domosque devastantes cet. inferunt. Ad verba *καὶ ἔτι τὰ τῶν περιδίνων — κλοπῶν ἔργα τε καὶ παθήματα* e praegresso *ἐπιδέδεικται*, *ὅσα κακὰ ξυμβαίνει* (quantum malorum servi inferant) petendum est *δεικνύοι.* — Mox vel *διαπορήσειε* in *διαπορήσει* mutari (quod Cod. Voss. exhibet scribens *διαπορήσει ἔτι*) vel *ἂν* interponi oportet.

μόνῳ ab Athenaeo abest; deinde scribitur *μηχαναί.* Stob. *λίπεσθον μόνον.*

μήτε πατριώτας cet. Cf. *Aristotel.* Polit. VII, 10. (c. 9. §. 9. Schneid.). Oecon. I, 5. et interpp. ad *Varron.* de re rust. I, 17. p. 300. *Aristotel.* Polit. l. l. *τοὺς δὲ γεωργήσαντας μάλιστα μὲν δεῖ κατ' εὐχὴν δούλους εἶναι μήτε ὁμοφύλους πάντας μήτε θυμοειδεῖς· οὕτω γὰρ ἂν πρός τε τὴν ἐργασίαν εἶεν χρήσιμοι καὶ πρὸς τὸ μηδὲν νεωτερίζειν ἀσφαλεῖς.* — Pro *μήτε* Athen. *μή.* Pro *ἀξυμφώνους τε* fortasse quis scribi malit *ἀξυμφώνους δέ*, ut opponatur antecedenti *πατριώτας εἶναι*, et *τρέφειν τε* pro *δέ*, quo altera via significetur. Sed *ἀξυμφώνους τε* praegresso etiam explicationis causa apponere

potuit scriptor, ut *δέ* post *τρέφειν* respondeat praegresso *μήτε*, de quo vid. ad I, 9. Mox *ἐκείνων* ad servos refertur, e si *αὐτούς* praecedat (saepenumero enim *ἐκεῖνος* statim post *αὐτός* infertur, v. *Heindorf.* ad Phaedon. p. 236.; et in universum ita ponitur, ut ad proxime praecedens respiciat, ut I, 13. p. 644. D); ad *αὐτῶν* int. *ἕνεκα*; *δέ* est *ἀλλὰ καί* (vid. ad II, 10.), et *πλέον* coniungendum cum *προτιμῶντας*: *πλέον (τοῦτο) προτιμῶντας*, hoc etiam magis curantes, h. e., rerum suarum multo maiorem rationem habentes, quam servorum. Oratio e duabus conflata est: *μὴ μόνον ἐκείνων ἕνεκα, αὐτῶν δέ* (i. e., *ἀλλὰ καὶ αὐτῶν ἕνεκα*), et *μὴ μόνον ἐκείνων ἕνεκα, πλέον δὲ αὐτοὺς προτιμῶντας* (i. e., *ἀλλὰ πλέον αὐτοὺς προτιμῶντας*): sed magis etiam semet ipsos curantes, h. e., sibimet ipsis prospicientes, suis rationibus consulentes.

P. 227. *ἀδικεῖν*, int. *αὐτούς*, servos. Mox *φύσει*, oppositum voci *πλαστῶς*, est i. q. *ὄντως*, revera, vid. ad Phaedr. p. 314. Sic X, 5. p. 892. C. Deinde *τίς*, cum *ἀμίαντος* illud coniungendum, intendit, ut solet, si nominibus et participiis iungitur. — *σπείρειν εἰς ἀρετῆς ἔκφυσιν*, spargere ad virtutis germinationem s. procreationem, est: virtutis semina iacere.

ταυτὸν δ' ἔστ' εἰπεῖν. Ald. Lov. Bas. 1. *δ' ἔτ'*, Bas. 2. *δ' ἐν*, Stob. *δ' ἔστιν*. De *εἰπεῖν* — *λέγοντα* vid. ad III, 4. *Ficinus:* „Idem quoque de domino et tyranno omnique potentiore adversus imbecilliores recte dici potest."

κολάζειν γε μὴν ἐν δίκῃ cet. Respexit ad hunc locum *Aristoteles* Polit. I, 8. (I, 5. §. 11. Schneid.): *διὸ λέγουσιν οὐ καλῶς οἱ λόγου τοὺς δούλους ἀποστεροῦντες καὶ φάσκοντες ἐπιτάξει χρῆσθαι μόνον· νουθετητέον γὰρ μᾶλλον τοὺς δούλους ἢ τοὺς παῖδας*. Pro *ἀεί* ex Athenaeo depromsi *δεῖ*, quae voces frequentissime inter se permutatae deprehenduntur, v. *Schäfer.* ad Dionys. Halic. p. 258. et ad L. Bos. Ellips. p. 244.

μὴ προσπαίζοντας. Athen. *καὶ μὴ προσπ.* Hoc vero participium ita positum est, ac si praecesserit *ἐπιτάττειν* (int. *χρὴ ἡμᾶς*), vel accusativus, ut solet, dativi loco positus est. Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *οἰκέτας*, Stob. *οἰκέταις*, quod sequentia *θηλείαις* — *ἄῤῥεσι* postulant. Ad hos dativos *Heindorfius* ad Cratyl. p. 28. repetendum arbitrabatur e praegresso *πρόσρησιν* verbum *προσαγορεύειν*; sed et sensus et linguae ratio dativos cum *προσπαίζοντας* connecti iubent; dicitur enim *προσπαίζειν τινί*, *τινά* et *πρός τινα*, v. interpp. ad Thom. Mag. p. 746. Sic VII

11. p. 804. B: *οἰςτισί τε καὶ ὁπότε ἕκαστα ἑκάστοις προςπαίζοντες — διαβιώσονται.* Epinom. 5. p. 980. A: *θεοὺς προςπαίσαντι.* al. De verbi *προςπαίζειν* vi cf. ad II, 1.

ἃ δή, utpote, scilicet, ut Phaedr. c. 22. p. 244. E., ubi scriptura veterum librorum, quam *Aristides* quoque confirmat (Orat. I. p. 14. T. II. Iebb.), neutiquam sollicitari debet. Sic enim etiam *Sophocl.* Ai. 1042: *ἃ δὴ κακοῦργος.* In Lexico Basil., ubi hic locus excitatur, *ἃ* pro accusativo habetur e verbo *θρύπτοντες* pendente; sic enim vertitur locus: *solutius facientes, quae ad servos spectant*, h. e., indulgentes; sed *θρύπτοντες*, cum *πρὸς δούλους* coniungendum, est i. q. *προςπαίζοντες*, delicias facientes, ludentes s. iocantes. Vid. de hoc verbo *Dorvill.* ad Charit. p. 447. et *Lentz.* in Act. Traiect. T. II. p. 296. Verba ita cohaerent: *ἃ δὴ πολλοί, σφόδρα ἀνοήτως θρύπτοντες πρὸς δούλους, φιλοῦσι* (solent) *ἀπεργάζεσθαι τὸν βίον χαλεπώτερον ἐκείνοις τε* (*πρὸς τὸ*) *ἄρχεσθαι καὶ ἑαυτοῖς* (*πρὸς τὸ*) *ἄρχειν.*

Οὐκοῦν ὅτε τις cet. *Ficinus* post *παραβοηθείας* plene interpunxit; recte vero *Cornarius*: „nonne quando quis servis pro viribus instructus fuerit satis multis et idoneis ad singula ministeria obeunda, post hoc iam habitationes sermone describere oportet?" In libris editis interrogationis signum post *τῷ λόγῳ* desideratur.

CAP. XX.

τήν γε δὴ νέαν — πόλιν ἐπιμελητέον. Accusativus, ut solet, cum gerundio, *ἐπιμελητέον*, coniunctus dativi loco, vid. ad I, 11. — *ἕκαστα τούτων*, haec omnia, h. e., aedificatio universa s. in universum; ad verbum est: quomodo haec aedificatio se habitura sit circa templa et muros, h. e., quomodo templa et muri aedificandi sint.

P. 228. *ἤδη τότε*, hyperbaton, pro *τότε ἤδη*, ut Theaet. p. 165. E: *οὗ δή σε χειρωσάμενός τε καὶ ξυνδήσας ἤδη ἂν τότε ἐλύτρου χρημάτων, ὅσων σοί τε κἀκείνῳ ἐδόκει.* — Ante *ἀποτελοῦμεν* Stephanus legi quoque *τἆλλα* memorat; hoc videlicet *Cornarius* interponi iubebat. *Ficinus*: „reliqua deinceps omnia peragemus."

καὶ τὴν πόλιν ὅλην. Verba haec vulgo ita intelliguntur, ac si de totius urbis situ sermo sit; de hoc vero iam expositum

est libri IV. initio. Nunc de templis, aedificiis et muris agitur. Igitur ad *τὴν πόλιν ὅλην* repete *πέριξ*. Ceterum conferendus est cum his *Aristotelis* locus Polit. VII, 12. c. 11. §. 2. p. 293 sq. Schneid.), ubi inter alia dicitur: *εἴη δ' ἂν τοιοῦτος ὁ τόπος, ὅστις ἐπιφάνειάν τε ἔχει πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς θέσιν ἱκανῶς καὶ πρὸς τὰ γειτνιῶντα μέρη τῆς πόλεως ἐρυμνοτέρως. πρέπει δ' ὑπὸ μὲν τοῦτον τὸν τόπον τοιαύτης ἀγορᾶς εἶναι κατασκευήν, οἵαν καὶ περὶ Θετταλίαν ὀνομάζουσιν, ἣν ἐλευθέραν καλοῦσιν· αὕτη δέ ἐστιν, ἣν δεῖ καθαρὰν εἶναι τῶν ὠνίων πάντων, καὶ μήτε βάναυσον μήτε γεωργὸν μήτ' ἄλλον μηδένα τοιοῦτον παραβάλλειν, μὴ καλούμενον ὑπὸ τῶν ἀρχόντων.*

καὶ δικαστηρίων. *Ficinus* videtur *δικαστῶν* legisse; vertit enim: „iuxta haec magistratuum iudicumque palatia." Sed propter *ἐν οἷς* recte habet *δικαστηρίων*; est enim *οἰκήσεις* duplici sensu positum: relatum ad *ἀρχόντων* est *aedificia*, relatum vero ad *δικαστηρίων* est *loca*, ut Tim. 69. E: *κατοικίζουσιν εἰς ἄλλην τοῦ σώματος οἴκησιν* (locum s. partem). 70. B: *εἰς τὴν δορυφορικὴν οἴκησιν κατέστησαν.*

ὡς ὁσίων πέρι, int. *δίκην λήψονταί τε καὶ δώσουσι.* Mox ad *τὰ δέ, καὶ τοιούτων (ὁσίων) θεῶν ἱδρύματα* int. *ὄντα* pro *ἱδρυμάτων ὄντων*. Ceterum *ἵδρυμα* et *ἵδρυσις* proprie ponuntur de templis, statuis et sacris aedificiis, ut VIII, 848. D. X, 909. E. al. Vid. *Wyttenbach.* ad Iulian. Orat. Biblioth. crit. V. III. P. II. p. 36 sq. Mox *καὶ ἐν τούτοις δικαστήρια* haud repugnat praegresso *οἰκήσεις δικαστηρίων*; singularis enim iudiciorum species significatur: *ἐν τούτοις καὶ (ἔσται s. εἶναι χρὴ) δικαστήρια (ἐκεῖνα), ἐν οἷς* cet.

Περὶ δὲ τειχῶν cet. Laudat hunc locum *Longinus* IV. §. 6., ubi scribitur *ἐγὼ ξυμφεροίμην ἂν τῇ Σπάρτῃ, καθεύδειν ἐᾶν — ἐπανίστασθαι*, et vituperare videtur hoc, quod muris deiectis somnus (*τὸ καθεύδειν*) tribuatur; inepte, quum eleganter *καθεύδειν ἐᾶν* de muris *ἐν γῇ κατακειμένοις* (quasi sepultis; quo quidem sensu *κεῖσθαι* in primis frequentatur, vid. *Bergler.* ad Alciphr. p. 180. et *Fischer.* ad Anacr. IV, 9.) dicatur, et contemtum quendam significet, v. *P. Victor.* Var. Lectt. VII, 10. *Tollius* ad Longin. l. l. ad Phaedr. p. 367. Ceterum celebrata est sententia, urbem virtutis studiosam muris non indigere. *Lycurgus* Orat. adv. Leocrat. p. 174. T. IV: *τὴν μὲν αὐτῶν ἀνδρείαν ἀσφαλεστέραν φυλακὴν εἶναι νομίζοντες τῶν λιθίνων περιβόλων.* *Plutarch.* Sym-

pos. Quaest. II, 5. p. 639. E: *τοιαύτην ἔχει διάνοιαν, ὡς οὐ μέγα πόλει τειχῶν ὄφελος ἄνδρας ἐχούσῃ μάχεσθαι δυναμένους καὶ νικᾷν. Iustinus* XIV, 5. 7: murus urbi civium virtus. Hinc murus de viris fortibus, vid. *Drakenborch.* ad Sil. Italic. XVI, 68. Similiter verbis *χαλκᾶ καὶ σιδηρᾶ τείχη* significantur viri armati. Etiam hanc sententiam *Aristoteles* Polit. VII, 11. (c. 10. §. 5. p. 292. Schneid.) more suo cavillatur, *λίαν ἀρχαίως* hoc dici contendens.

τῶνδε ἕνεκα. Haec verba, quorum sensus tam manifestus est, interpretes non ceperunt. *Ficinus* prorsus ea neglexit, *Cornarius* vero cum praegressis coniunxit vertens: „et horum gratia non erigantur." Est vero: *hanc ob causam* (ita statuimus): *scilicet non solum viros armatos habemus, qui urbem defendant* (quos quidem longe praestantius esse urbis propugnaculum muris terrenis, poeta iam aliquis monuit), *verum etiam quotannis iuvenes emittimus, qui fossis* (*σκάψοντας*), *vallis* (*ταφρεύσοντας*) *aliisque id genus urbem contra hostes muniant.* Prius *μέν* referendum ad sequens *δέ*.

τεῖχος εἰ περιβαλοίμεθα. Vulgo *τεῖχος δὲ περιβαλοίμεθα*, ante *τεῖχος* plena interpunctione posita. Recte monuit iam *Stephanus*, *δέ* in *εἰ* mutandum esse; namque cohaerent haec cum antecedentibus: *τὸ δ' ἡμέτερον* (i. e., *ἡμεῖς*, vid. ad I, 11.) *γέλωτ' ἂν δικαίως πάμπολυν ὄφλοι, εἰ τεῖχος περιβαλοίμεθα.* Pro *εἰ περιβαλοίμεθα* legi quoque posse *περιβάλλεσθαι*, *Stephanus* itidem bene adnotavit; illud tamen praeferendum iudico. *Ficinus* vertit: „et muros quidem circumducimus, quod —." Mox *πρός* est insuper, praeterea, vid. ad V, 14.

P. 229. *δέ* post *τείχεσι* oppositum est praegresso: *μηδὲ τῷ φρουρεῖν τῆς σωτηρίας τυγχάνειν, ἀλλὰ διανοεῖσθαι* (quod pendet e participio *προκαλούμενον*), *τείχεσι καὶ πύλαις φραχθέντας, καὶ καθεύδοντας* (etiam dormientes) *σωτηρίας ὄντως μηχανὰς ἕξειν.* Sic optime se habet oratio. Vulgo *φραχθέντας τε καὶ καθεύδοντας* legitur, in quo merito iam *Stephanus* offenderat, qui *γέ* pro *τέ* legi iubebat. De *καί* (etiam, quamvis), participio iuncto; vid. *Valckenar.* ad Eurip. Phoeniss. p. 98 sq. — Pro *ἕξειν* Bas. 1. et 2. *ἕξιν*.

ἀγνοοῦντας δ' αὖ. Malim γ' αὖ: *quippe qui* s. *quia ignorant, veram quietem ex labore sequi.* De γέ cum participio vid. ad VI, 2.

ῥαθυμίαι. Sensus postulat ῥαθυμίας, *ex otio turpi et socordia*, vel, ut *Ficinus* vertit, e turpi otio et negligentia. Sed ῥαθυμίας vel ῥαθυμίαι haud dubie glossa est voci ῥαστώνης adscripta.

ἀλλ' εἰ δὴ τεῖχος cet. Cf. *Aristotel.* Polit. VII, 11. (c. 10. p. 291. Schneid.). Verba ὁμαλότητι cet. *Ficinus* ita expressit: „habeantque domus omnes sic tutum ad vias aditum;" verba igitur ὁμαλότητί τε καὶ ὁμοιότησιν cum praegressis coniunxit. Sed rectius cum sequentibus coniunguntur. Munitionem urbis in eo sitam esse vult, quod domus continuae sint et aequaliter in plateas excurrant. Mox οὐκ ἀηδές, int. ἔσται, ἰδεῖν αὐτήν, μιᾶς οἰκίας σχῆμα ἔχουσαν; ad διάφορος vero int. ἡ πόλις. De ὅλῳ καὶ παντί vid. ad V, 6., et de ῥαστώνη III, 5.

ἕως μὲν ᾖ τὰ κ. ἀ. In Bip. excidit τά, quod libri reliqui omnes habent. Mox οἰκεῖν est administrare, vid. I, 3.

ἐκλείπῃ. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἐκλείποι, vitiose, quum ἄν ad ὁπόσα pertineat. Mox ad ὅτε τε ταῦτα cet. e verbis κατεσκευασμένα περιμένει petendum est κατεσκευασμένα ἐστίν. Oratio ita procedere debebat: ὅτε δὲ ταῦτά τε καὶ τὰ περὶ ἀγορὰν — καὶ πάντα, ὅσα διδασκαλεῖα περιμένει τοὺς φοιτητὰς καὶ θέατρα τοὺς θεατάς, κατεσκευασμένα ἐστίν. — *ἐπὶ τὰ μετὰ τοὺς γάμους.* *Ficinus*: „ad ea, quae nuptias sequuntur."

CAP. XXI.

ἔστωσαν γεγονότες. Vid. ad IV, 6.

P. 230. *τὸ δὴ — ἐχόμενον εἰπεῖν*, utpote quod iam exposita excipit. Vulgo ante τό punctum extat, quo orationis cohaerentia solvitur. *Ficinus* neglexit verba τὸ δὴ — ἐχόμενον, *Cornarius* vero ita vertit: „iuxta quam (δίαιταν) quomodo et sponsus et sponsa vivere debeat in civitate multis aliis praestante, cum praedictis quidem cohaeret, sed non omnino dictu facile est." In praegressis *Stephanus* τινὰ τρόπον scribi iubebat, male. Mox Cod. Voss. τοῦτο ἔστι.

χρὴ ζῆν. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ζητεῖν. Quod *Stephanus*

reposuit, *Cornarius* coniecerat. Mox πράττοντας offendit, quum infra, ubi haec repetuntur, simpliciter positum sit: τά γε κοινὰ καὶ δημόσια ἐθελήσειν αὐτοὺς ζῆν διὰ νόμων. Igitur τὰ δημόσια καὶ κοινά est κατὰ τὰ δημόσια καὶ κοινά, in rebus publicis ac communibus. Quocirca admodum arridet *Faehsii* coniectura (Syllog. Lectt. p. 387.) scribentis τάττοντας, referendum ad νόμους: „quicunque ita censet, civitatibus leges esse ferendas, quae definiant, qua ratione in rebus publicis atque communibus eos oporteat vitam instituere, privatas vero res" cet. Quanquam in sententiarum nexum magis conveniret τάττων (ut infra προέμενος δὲ τὰ ἴδια ἀνομοθέτητα ἡγεῖται cet.), ut sit: qui in legibus dandis nonnisi ad res publicas et communes spectat cet. Sed participio vel ad legislatorem vel ad leges referendo ne opus quidem mihi videtur esse. Διανοεῖσθαι enim, cogitare (nostrum *gedenken*), est in animo habere, et νόμους ἀποφαίνεσθαι, πῇ est i. q. περὶ τούτου, πῶς: *qui urbi leges scribere cogitat de ratione vivendi seque exhibendi in rebus publicis ac communibus.* Pro πράττοντας tunc adverbium desideramus ad ζῆν referendum; idque esse puto πρεπόντως, quo nihil aptius cogitari potest: *quomodo decenter vel convenienter ipsos vivere oporteat*, h. e., *quomodo ipsis vivendum sit, si decenter et honeste vivere velint.* — Tunc τῶν δὲ ἰδίων est περὶ δὲ τῶν ἰδίων, *quod vero ad res privatas attinet* (vid. ad I, 14.). In verbis ὅσον ἀνάγκη desidero μή: ὅσον s. καθόσον μὴ ἀνάγκη, *nisi quod necesse est*, ut Phaedon. c. 9: καθόσον μὴ πολλὴ ἀνάγκη μετέχειν αὐτῶν. Sensus esset: *de rebus vero privatis, paucis quibusdam exceptis necessariis, ne opus quidem esse leges dare.* Ad δεῖν repetend. νόμους ἀποφαίνεσθαι. *Ficinus* vertit: „propria vero etiam, quae necessaria sunt." *Cornarius:* „privatis autem, quantum necesse est, neque opus esse putat." Quae sensu destituta esse quilibet intelliget. Sequens δέ est explicans, *scilicet, enim*, vid. ad II, 1. alterum vero δέ post προέμενος orationem, fere interruptam verbis interpositis ἐξουσίαν δὲ ἑκάστοις — γίγνεσθαι, redorditur et continuat, vid. ad III, 14.

Τίνος δὴ χάριν cet. De hoc interrogationis usu vid. ad I, 5.

νομοθετήσαντος — ἐχομένοις, int. ὑμῖν. Mox oratio ἀνακόλουθος est; ita procedere debebat: *et hoc institutum initio quidem mirabile videri oportebat, postero autem tempore, quum id semel experti essent, longe praestare illud maximoque ad civitatis salutem momento esse intelligebant.* Verba igitur γευσαμένοις δέ

cet. ita subiecta sunt, ac si praecesserit: *καὶ τοῦτο μὲν δὴ κατ' ἀρχὰς θαυμαστὸν ἦν, ὅτε πρῶτον ἐγένετο.*

ὅτι θαυμαστὸν ὄν. Ni fallor, *ὄν*, ex ultima vocis *θαυμαστόν* syllaba ortum vel e praegressis *τοῦτο μὲν δὴ θαυμαστὸν ὄν* profectum, expungi debet, ut intelligatur *ἦν*. Et post *ὃ δὴ ἔλεγον* (*igitur quod dixi primo mirabile fuisse et difficile ad instituendum*) sequi debebat: *τοῦτο νῦν οὐχ ὁμοίως δυσχερὲς — νομοθετεῖν ἂν εἴη;* sed propter *νῦν* praepositum, ut praegresso *τότε* cum vi quadam opponeretur, *τοῦτο* in *αὐτό* transiit.

P. 231. *γιγνόμενον*, i. e., *εἰ γίγνοιτο*. *Ficinus*: „quod quamvis nusquam fiat, tamen si alicubi fieret, recte utique fieret." Accuratius *Cornarius*: „quodque si fieret, recte fieret, et nunc nusquam fit, et fere efficit, ut legislator, id quod ludentes facere solent, ignem caedat." — *ὀλίγου*, int. *ὥστε δεῖν*, *ita ut parum absit*, *quin*, h. e., *propemodum*, ut Phaedr. 258. E. Vid. *L. Bos.* Ellips. gr. p. 596. sq. ed. Schäfer. et *Matthiae* Gramm. graec. p. 457. — *τὸ τῶν παιζόντων*, *κατὰ τὸ τῶν παιζόντων* s. *ὥσπερ οἱ παίζοντες λέγουσι*, ut per iocum dicitur. Sic Polit. IV, 2. p. 422. E. ubi v. not. Similia sunt *τὸ τοῦ Ὁμήρου* Theaet. p. 183. E. Lib. VII, 2. 790. A: *τὸ γὰρ ἄρτι ῥηθέν*, *τὸ λεγόμενον* (vid. ad III, 9.), alia. — Verba *εἰς πῦρ ξαίνειν* vulgo interpretantur viri docti: ignem dissecare vel diverberare (sic *Erasmus* Adag. Chil. I. Centur. IV. p. 126.). *Ficinus* „ignem discerpere," *Cornarius* „ignem caedat." *Stephanus* in Thesaur. L. G. „incutere in ignem, int. *πληγάς*." Sed praepositio *εἰς* tunc otiosa esset; *ξαίνειν* enim, si est i. q. *τύπτειν*, vel cum accusativo construitur, ut *ξαίνειν τινὰ μάστιξι, ῥάβδοις*, al., vel cum *κατά* et genitivo, apposita voce *πληγάς* vel adiectivo, quod explendum est nomine *πληγάς*. Per se vero s. absolute *ξαίνειν* est carminare vel lanam ducere, trahere, ut Sophist. 226. B. *Aristotel.* Polit. V, 10. al. innum. loc. Hinc *ξαίνειν εἰς πῦρ* explico: carminare lanam in ignem, h. e., lanam carminatam in ignem coniicere (ubi flamma eam consumit), non, ut esse debet, in calathisco reponere, igitur frustra carminare et in universum frustra aliquid facere. Schol. Ruhnken. p. 227: *παροιμία ἐπὶ τῶν καθ' ἑαυτῶν τι πραττόντων μάτην ἢ λεγόντων ἢ κακοπαθούντων λεγομένη.* Similis fere coloris cum hoc proverbio nota illa sunt *εἰς ψάμμον*, *εἰς ὕδωρ* et *κατὰ πετρῶν σπείρειν*, *εἰς ὕδωρ γράφειν*, al. — De *ἀνήνυτα* vid. ad IV, 6. Pro *ποιοῦντα* vero sine ulla controversia, iam propter *δρᾶν*, legendum est

πονοῦντα. Sic Polit. VI, 2. p. 486. D: *ἀνήνυτα* (sic enim pro *ἀνόνητα* scribendum esse suspicor) *δὲ πονῶν.* Vid. ad IV, 6.

τὰ πολλά. Verba transposita ita cohaerent: *τὰ πολλὰ δὲ τῶν ἀτάκτων ἢ τῶν κακῶς ταχθέντων λύει ἄλλ' ἕτερα τῶν εὖ τεταγμένων.* Pronomen *ἕτερος* sic solet, praecipue pronomini *τοιοῦτος*, apponi, ut sit *itidem*, ut XII, 6. p. 953. D: *ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων καὶ σοφῶν θύρας τοιοῦτος ἕτερος αὐτὸς ὤν.* VII, 14. p. 810. A. al. Vid. *Wyttenbach.* ad Phaedon. p. 117. *Heindorf.* ad eund: p. 9. et nostra ad Polit. VI. p. 498. C. Igitur *ἄλλα ἕτερα* est: *alia, itidem multa, ex iis quae bene disposita sunt.*

οὗ δὴ καὶ νῦν ἐφέστηκε πέρι τ. λ.: de quo scilicet quod dicebatur s. *dicturi eramus, nunc substitit,* h. e., *in quo oratio nostra nunc substitit.* Praepositio *περί* a nomine suo divulsa est, vid. ad I, 10. *Ἐφεστηκέναι* est subsistere, ut Sympos. init. *κἀγὼ ἐπιστὰς περιέμεινα.* Male vertit *Ficinus:* „quod huic rei accidit." Nec magis *Cornarius* locum intellexit reddens: „de qua re etiam nunc nobis dicendum est." *Serrani* vero translationem, ex aliis misere conflatam, satius est silentio praeterire.

τὸ δὲ περὶ τὰς γυναῖκας. Respexit ad hunc locum *Aristotel.* Polit. II, 4. (c. 3. §. 2. Schneid.). In praegressis Cod. Voss. *εἰπόρεὶ* (sic) pro *εἶπον.* Deinde pro *ἧται* habet *εἷλκται*, quam scripturam *Stephanus* quoque memorat. De locutione *εἰς φῶς ἄγειν, φέρειν* s. *ἐκφέρειν* vid. ad IV, 12.

ἀλλ' ὃ καὶ ἄλλως cet. Vulgo *ἄλλο*, quod, *Stephani* coniecturam secuti, in *ἀλλ' ὅ* mutavimus; idque *Ficinus* videtur confirmare vertens: „*quod* quidem genus aliud hominum est." *Ἀλλά* est enimvero et *ἄλλως* omnino (*sonst auch*, h. e., *überhaupt*). — *ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων* est i. q. *ἀνθρώπινον*, referendum ad *γένος.* De *μᾶλλον* comparativis adiuncto vid. ad IV, 9. Verba *τὸ θῆλυ* epexegesi serviunt, vid. ad I, 6. Deinde punctum post *ἀσθενές* in comma mutavimus; itidem post *τοῦτο* et *νομοθέτου* commate distinximus; ut oratio universa sic cohaereat: *ἀλλ' ὃ γένος* (sc. *τὸ θῆλυ*) *καὶ ἄλλως ἔφυ λαθραιότερον μᾶλλον καὶ ἐπικλοπώτερον ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων* (i. e., *λαθραιότατον — τῶν ἀνθρωπίνων*), *τοῦτο οὐκ ὀρθῶς ἀφεῖθη δύστακτον ὄν, τοῦ νομοθέτου εἴξαντος* (legis latore concedente s. permittente; *εἴκειν*, quod lingua germanica servavit in verbo *weichen*, est h. l. *nachgeben*). Quae quidem etsi bene se habere videri possint, tamen, nescio quomodo, suspectum mihi est *ἄλλως;* suspicor enim genuinam fuisse scriptu-

ram ἄλλων; ἄλλων ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων est i. q. ἡμῶν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, *ceteris nobis hominibus*, h. e., *nobis*, *qui viri sumus*. Tunc comparativi λαθραιότερον et ἐπικλοπώτερον, apposito μᾶλλον (nostrum *bei weitem*) propriam suam habent potestatem. Deinde ὄν post δύστακτον malim deleri, ut δύστακτον sit i. q. ἄτακτον s. ἀκόσμητον: *dimissum* s. *relictum est male dispositum*. De sententia, cf. *Aristotel*. Polit. II, 7. (c. 6. §. 5. Schneid.).

παραῤῥεῖ, dilabuntur, instar aquae, h. e., pereunt s. corrumpuntur. Vid. *Valckenar*. ad Theocrit. Adoniaz. p. 242.

τὸ περὶ τὰς γυναῖκας ἀκόσμητον. Vulgo legitur ἀκοσμήτως, quod sensum non habet. Ἀκόσμητον, quod reposuimus, *Ficinus* quoque videtur legisse, quum verterit: „non est enim res muliebris, si iacere inordinata relinquitur, humanarum rerum solum, ut videri posset, dimidium.“ Oratio sic cohaeret: οὐ γὰρ τὸ περὶ τὰς γυναῖκας ἀκόσμητον (i. e., ἡ περὶ τὰς γυναῖκας s. τῶν γυναικῶν ἀκοσμία) περιορώμενον (si negligitur, susque deque habetur), ἥμισυ μόνον ἐστίν. Sensus est: *etsi enim genus muliebre dimidia generis humani pars est, tamen eius pravitas, si legibus non coërcetur, non dimidia est, sed maior quam pro unius huius generis ambitu ac numero: ut unum genus muliebre, si depravatum est, corruptius sit quam universum genus humanum esse posset, si solis viris constaret*. Ad verba πρὸς τὸ πλέον ἢ διπλάσιον εἶναι supplenda sunt εἰ ἀκόσμητόν ἐστι, h. e., ἐν τῇ κακίᾳ; et subiectum ad διπλάσιον est τὸ θῆλυ, petendum ex antecedente ἡ θήλεια φύσις. Praegressum δέ est ἀλλά, vid. ad II, 10. Pro τοσούτῳ Ald. Lov. Bas. 1. et 2. τοσοῦτον.

P. 232. δεδοικός. *Stephanus* malebat καταδεδυκός, ut Polit. IX, 5. p. 579. B. de tyranno: καταδεδυκὼς δὲ ἐν τῇ οἰκίᾳ τὰ πολλὰ ὡς γυνὴ ζῇ, φθονῶν καὶ τοῖς ἄλλοις πολίταις, ἐάν τις ἔξω ἀποδημῇ καί τι ἀγαθὸν ὁρᾷ. Ingeniosa est haec coniectura et multis nominibus vulgatae praeferenda; quanquam haud necessaria nobis videtur; nam etiam δεδοικός sensum commodum praebet: est enim timidum, in lucem s. in publicum prodire reformidans (nostr. *scheu*, *schüchtern*). Mox δ᾽ post ἀγόμενον exterminandum esse iudico, cum verba ita cohaereant: εἰθισμένον γὰρ (τοῦτο τὸ γένος), δεδοικὸς — ζῆν, βίᾳ εἰς φῶς ἀγόμενον (si in lucem protrahendum sit), πολὺ κρατήσει τοῦ νομοθέτου, πᾶσαν ἀντίτασιν ἀντιτεῖνον.

ἥπερ εἶπον. Cod. Voss. οἷπερ εἶπον. Mox pro ἀτυχῆ (Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἀτυχῆ) scripsimus ἀτελῆ, quod *Ficinus* expressit

vertens: „ne disputatio de republica *manca* relinquatur," et *Faehsius* etiam p. 387. coniecit. *Δ* et *X* frequentissime inter se permutata reperiuntur (vid. *Bast.* Comment. Palaeograph. p. 724. et 738. sq.). Hinc ex ἀτεχῆ factum est ἀτυχῆ.

CAP. XXII.

τὸ — κατεπεῖγον, i. e., ὃ κατεπείγει, vid. ad III, 15. Mox τὸ μὴ est *quominus*.

ὡς ἡ τῶν ἀνθρώπων γένεσις cet. Cf. *Censorin.* de die natali c. 4., ubi vid. *Lindenbrog.* p. 19. sq. — μῆκός τι τῆς ἀρχῆς, ἀφ' οὗ γέγονε (sc. τὸ ἀνθρώπινον γένος), pro: μῆκός τι τοῦ χρόνου, ἀφ' οὗ γέγονε; nam in voce ἀρχῆς latet iam id, quod verba ἀφ' οὗ γέγονε significant. In sequentibus offendo in vocibus ἂν et χρόνον; illud superfluum est et hoc e glossa profectum videtur esse (ea enim voce deleta, omnia clariora erunt: μῆκός τι τῆς ἀρχῆς — ἀμήχανον ὅσον γεγονὸς ἂν εἴη), nisi χρόνον malis intellecta praepositione κατὰ explicare (nam cum ἀμήχανον ὅσον, quod ad μῆκος referendum est, non cohaeret; igitur per se positum sit necesse est); quanquam hoc admodum langueret, quum notio temporis, quae in μῆκος iam latet, per se intelligatur. Sensus hoc postulabat: ἢ χρόνου, ἀφ' οὗ γέγονε, μῆκος ἀμήχανον ὅσον γεγονὸς ἂν εἴη. Ὅσον enim sic solet adiectivis subiungi, ut θαυμαστὸν ὅσον, μυρία ὅσα, al. Sic ἀμήχανον ὅσον IV, 1. p. 704. C. Phaedon. 95. C. Epinom. 6. p. 982. C. Vid. *Viger.* de idiotism. p. 128. De redundantia in γεγονὸς ἂν εἴη vid. ad IV, 6. Idcirco suspicari quoque possis, ἀρχῆς esse glossam et verba ita legenda: ἢ μῆκός τι, ἀφ' οὗ γέγονεν, ἀμήχανον χρόνου ὅσον γεγονὸς ἂν εἴη. Quid verum sit vel a vero propius absit, libri MSS. nos docebunt.

P. 233. καὶ βρώσεως. Haec corrupta esse apparet, et iterum libri veteres nullo nos auxilio iuvant. Vocem βρώσεως e sequentibus illatam scripturam genuinam arbitror expulisse, quae fortasse πλήρη fuit: ἐπιτηδεύματα παντοῖα, τάξεώς τε καὶ ἀταξίας πλήρη, καὶ πομάτων τε ἅμα καὶ βρωμάτων ἐπιθυμήματα παντοδαπά. *Ficinus* quomodo legerit, ex eius translatione difficile est perspectu, quae ita habet: „cibi item potusque et vescendi condiendique usus quam plurimos" —. *Cornarius* vertit: „et varia studia et cum ordine et sine ordine circa cibos et potus fuisse et ciborum varias penitus cupiditates." Quae sensum fere nullum ha-

bent. Mox *μεταβαλεῖν* orationis nexui accommodatius esse vulgato *μεταβάλλειν* *Faehsius* p. 387. arbitrabatur. *Ficinus* quoque: „in quibus animalia diversis modis *transmutata fuisse* credendum.“ Sed *μεταβάλλειν* quoque recte habet, si haec generaliter quasi dicta esse cogites.

Δήμητρος. De Cerere, eius filia (*Κόρη*) Proserpina, a Plutone rapta, et Triptolemo, frugum sationem docente, omnia nota sunt, v. *Apollodor*. Bibl. I, 5. ubi v. Heyn. Observatt. *Munker*. ad Hygin. 147. *Verheyk*. ad Antonin. Liber. I, 24. et *Ruhnken*. ad Hymn. in Cerer. 96. 456.

ὅτι — ἐτολμῶμεν. Vulgo *ὅτε*, quod *Stephanus* quoque in *ὅτι* mutari iusserat.

ἁγνὰ θύματα, sacrificia incruenta (*ἱερὰ ἄπυρα*, *Aeschyl*. Agamemn. 701.); antiquiores enim cruenta ignorasse tradunt etiam *Pausan*. Arcad. II. p. 690. *Porphyr*. de abstinent. II, 6. 7. sq. al. Cf. *Ovid*. Fast. I, 337. sq.

Ὀρφικοί τινες λεγόμενοι βίοι. De Orpheo cf. *Aristoph*. Ran. 1064. *Eurip*. Hippol. 946. Epinom. 2. p. 975. A. *Horat*. Ars poet. 391. sq. Hinc *βίος Ὀρφικός* dicebatur frugalis illa et sancta vita, quam Pythagoreos in primis secutos esse constat (Polit. X, 3. ubi v. not.). Cf. *Creuzer*. Symbol. et Mythol. T. III. p. 166.

σφόδρα λεγόμενα, int. *ἐστί*, i. e., *λέγεται*. *Ficinus*: „feruntur haec passim.“ Deinde pro *ἅτ'* recte *Stephanus* *ἅ γ'* scripsit. Paulo post *τί* correximus.

P. 234. *δεῖν πράττειν*. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *δεῖ*. Mox *δεῖν* vel ex *ἀεί* (vid. ad c. 19.) vel e praegressi *δεῖν* repetitione ortum est. Ad *ἀποπληροῦντα* int. pronomen indefinitum (nostr. man), quod, quum collective ponatur, recte excipit pluralis *σφᾶς*. *Λύπη* vero est dolor e fame sitique proficiscens, vid. Phileb. 31. E. al. Pro *ἀποπληροῦντα* Cod. Voss. *ἀποπληροῦνται*, in quo haud scio an *ἀποπληροῦντας* lateat.

διαπυρωτάτους. Cf. ad II, 9. Ad *ὁ* int. *ἔρως* (appetitio). *Ὕβρις* in amore libidinoso regnat, quocirca de hoc ipso praecipue usurpatur, vid. VIII, 6. p. 837. C. Cf. ad Phaedr. p. 257. Ante *ὁ* vero comma posuimus, ut sit: *ille videlicet* (*ἔρως*) cet.

τρέποντας. Sic *Stephanus* sine causa scripsit pro *τρέπον-*

pos. Quaest. II, 5. p. 639. E: *τοιαύτην ἔχει διάνοιαν, ὡς οὐ μέγα πόλει τειχῶν ὄφελος ἄνδρας ἐχούσῃ μάχεσθαι δυναμένους καὶ νικᾷν.* *Iustinus* XIV, 5. 7: murus urbi civium virtus. Hinc murus de viris fortibus, vid. *Drakenborch.* ad Sil. Italic. XVI, 68. Similiter verbis *χαλκᾶ καὶ σιδηρᾶ τείχη* significantur viri armati. Etiam hanc sententiam *Aristoteles* Polit. VII, 11. (c. 10. §. 5. p. 292. Schneid.) more suo cavillatur, *λίαν ἀρχαίως* hoc dici contendens.

τῶνδε ἕνεκα. Haec verba, quorum sensus tam manifestus est, interpretes non ceperunt. *Ficinus* prorsus ea neglexit, *Cornarius* vero cum praegressis coniunxit vertens: „et horum gratia non erigantur.“ Est vero: *hanc ob causam* (ita statuimus): *scilicet non solum viros armatos habemus, qui urbem defendant* (quos quidem longe praestantius esse urbis propugnaculum muris terrenis, poeta iam aliquis monuit), *verum etiam quotannis iuvenes emittimus, qui fossis* (*σκάψοντας*), *vallis* (*ταφρεύσοντας*) *aliisque id genus urbem contra hostes muniant.* Prius *μέν* referendum ad sequens *δέ*.

τεῖχος εἰ περιβαλοίμεθα. Vulgo *τεῖχος δὲ περιβαλοίμεθα*, ante *τεῖχος* plena interpunctione posita. Recte monuit iam *Stephanus*, *δέ* in *εἰ* mutandum esse; namque cohaerent haec cum antecedentibus: *τὸ δ' ἡμέτερον* (i. e., *ἡμεῖς*, vid. ad I, 11.) *γέλωτ' ἂν δικαίως πάμπολυν ὄφλοι, εἰ τεῖχος περιβαλοίμεθα.* Pro *εἰ περιβαλοίμεθα* legi quoque posse *περιβάλλεσθαι*, *Stephanus* itidem bene adnotavit; illud tamen praeferendum iudico. *Ficinus* vertit: „et muros quidem circumducimus, quod —.“ Mox *πρός* est insuper, praeterea, vid. ad V, 14.

P. 229. *δέ* post *τείχεσι* oppositum est praegresso: *μηδὲ τῷ φρουρεῖν τῆς σωτηρίας τυγχάνειν, ἀλλὰ διανοεῖσθαι* (quod pendet e participio *προκαλούμενον*), *τείχεσι καὶ πύλαις φραχθέντας, καὶ καθεύδοντας* (etiam dormientes) *σωτηρίας ὄντως μηχανὰς ἕξειν.* Sic optime se habet oratio. Vulgo *φραχθέντας τε καὶ καθεύδοντας* legitur, in quo merito iam *Stephanus* offenderat, qui *γέ* pro *τέ* legi iubebat. De *καί* (etiam, quamvis), participio iuncto; vid. *Valckenar.* ad Eurip. Phoeniss. p. 98 sq. — Pro *ἕξειν* Bas. 1. et 2. *ἕξιν*.

ἀγνοοῦντας δ' αὖ. Malim γ' αὖ: *quippe qui s. quia ignorant, veram quietem ex labore sequi.* De γέ cum participio vid. ad VI, 2.

ῥαθυμίαι. Sensus postulat ῥαθυμίας, *ex otio turpi et socordia*, vel, ut *Ficinus* vertit, e turpi otio et negligentia. Sed ῥαθυμίας vel ῥαθυμίαι haud dubie glossa est voci ῥαστώνης adscripta.

ἀλλ' εἰ δὴ τεῖχος cet. Cf. *Aristotel.* Polit. VII, 11. (c. 10. p. 291. Schneid.). Verba ὁμαλότητι cet. *Ficinus* ita expressit: „habeantque domus omnes sic tutum ad vias aditum;" verba igitur ὁμαλότητί τε καὶ ὁμοιότησιν cum praegressis coniunxit. Sed rectius cum sequentibus coniunguntur. Munitionem urbis in eo sitam esse vult, quod domus continuae sint et aequaliter in plateas excurrant. Mox οὐκ ἀηδές, int. ἔσται, ἰδεῖν αὐτήν, μιᾶς οἰκίας σχῆμα ἔχουσαν; ad διάφορος vero int. ἡ πόλις. De ὅλῳ καὶ παντί vid. ad V, 6., et de ῥαστώνῃ III, 5.

ἕως μὲν ᾖ τὰ κ. ἀ. In Bip. excidit τά, quod libri reliqui omnes habent. Mox οἰκεῖν est administrare, vid. I, 3.

ἐκλείπῃ. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἐκλείποι, vitiose, quum ἄν ad ὁπόσα pertineat. Mox ad ὅτε τε ταῦτα cet. e verbis κατεσκευασμένα περιμένει petendum est κατεσκευασμένα ἐστίν. Oratio ita procedere debebat: ὅτε δὲ ταῦτά τε καὶ τὰ περὶ ἀγορὰν — καὶ πάντα, ὅσα διδασκαλεῖα περιμένει τοὺς φοιτητὰς καὶ θέατρα τοὺς θεατάς, κατεσκευασμένα ἐστίν. — *ἐπὶ τὰ μετὰ τοὺς γάμους.* *Ficinus*: „ad ea, quae nuptias sequuntur."

CAP. XXI.

ἔστωσαν γεγονότες. Vid. ad IV, 6.

P. 230. *τὸ δὴ — ἐχόμενον εἰπεῖν*, utpote quod iam exposita excipit. Vulgo ante τό punctum extat, quo orationis cohaerentia solvitur. *Ficinus* neglexit verba τὸ δὴ — ἐχόμενον, *Cornarius* vero ita vertit: „iuxta quam (δίαιταν) quomodo et sponsus et sponsa vivere debeat in civitate multis aliis praestante, cum praedictis quidem cohaeret, sed non omnino dictu facile est." In praegressis *Stephanus* τινὰ τρόπον scribi iubebat, male. Mox Cod. Voss. τοῦτο ἔστι.

χρὴ ζῆν. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ζητεῖν. Quod *Stephanus*

reposuit, *Cornarius* coniecerat. Mox πράττοντας offendit, quum infra, ubi haec repetuntur, simpliciter positum sit: τά γε κοινὰ καὶ δημόσια ἐθελήσειν αὐτοὺς ζῆν διὰ νόμων. Igitur τὰ δημόσια καὶ κοινά est κατὰ τὰ δημόσια καὶ κοινά, in rebus publicis ac communibus. Quocirca admodum arridet *Faehsii* coniectura (Syllog. Lectt. p. 387.) scribentis τάττοντας, referendum ad νόμους: „quicunque ita censet, civitatibus leges esse ferendas, quae definiant, qua ratione in rebus publicis atque communibus eos oporteat vitam instituere, privatas vero res" cet. Quanquam in sententiarum nexum magis conveniret τάττων (ut infra προϊέμενος δὲ τὰ ἴδια ἀνομοθέτητα ἡγεῖται cet.), ut sit: qui in legibus dandis nonnisi ad res publicas et communes spectat cet. Sed participio vel ad legislatorem vel ad leges referendo ne opus quidem mihi videtur esse. Διανοεῖσθαι enim, cogitare (nostrum *gedenken*), est in animo habere, et νόμους ἀποφαίνεσθαι, πῇ est i. q. περὶ τούτου, πῶς: *qui urbi leges scribere cogitat de ratione vivendi sequae exhibendi in rebus publicis ac communibus.* Pro πράττοντας tunc adverbium desideramus ad ζῆν referendum; idque esse puto πρεπόντως, quo nihil aptius cogitari potest: *quomodo decenter vel convenienter ipsos vivere oporteat*, h. e., *quomodo ipsis vivendum sit, si decenter et honeste vivere velint.* — Tunc τῶν δὲ ἰδίων est περὶ δὲ τῶν ἰδίων, *quod vero ad res privatas attinet* (vid. ad I, 14.). In verbis ὅσον ἀνάγκη desidero μή: ὅσον s. καθόσον μὴ ἀνάγκη, *nisi quod necesse est*, ut Phaedon. c. 9: καθόσον μὴ πολλὴ ἀνάγκη μετέχειν αὐτῶν. Sensus esset: *de rebus vero privatis, paucis quibusdam exceptis necessariis, ne opus quidem esse leges dare.* Ad δεῖν repetend. νόμους ἀποφαίνεσθαι. *Ficinus* vertit: „propria vero etiam, quae necessaria sunt." *Cornarius:* „privatis autem, quantum necesse est, neque opus esse putat." Quae sensu destituta esse quilibet intelliget. Sequens δέ est explicans, *scilicet, enim*, vid. ad II, 1. alterum vero δέ post προϊέμενος orationem, fere interruptam verbis interpositis ἐξουσίαν δὲ ἑκάστοις — γίγνεσθαι, redorditur et continuat, vid. ad III, 14.

Τίνος δὴ χάριν cet. De hoc interrogationis usu vid. ad I, 5.

νομοθετήσαντος — ἐχομένοις, int. ὑμῖν. Mox oratio ἀνακόλουθος est; ita procedere debebat: *et hoc institutum initio quidem mirabile videri oportebat, postero autem tempore, quum id semel experti essent, longe praestare illud maximoque ad civitatis salutem momento esse intelligebant.* Verba igitur γευσαμένοις δέ

cet. ita subiecta sunt, ac si praecesserit: καὶ τοῦτο μὲν δὴ κατ' ἀρχὰς θαυμαστὸν ἦν, ὅτε πρῶτον ἐγένετο.

ὅτι θαυμαστὸν ὄν. Ni fallor, ὄν, ex ultima vocis θαυμαστόν syllaba ortum vel e praegressis τοῦτο μὲν δὴ θαυμαστὸν ὄν profectum, expungi debet, ut intelligatur ἦν. Et post ὃ δὴ ἔλεγον (*igitur quod dixi primo mirabile fuisse et difficile ad instituendum*) sequi debebat: τοῦτο νῦν οὐχ ὁμοίως δυσχερὲς — νομοθετεῖν ἂν εἴη; sed propter νῦν praepositum, ut praegresso τότε cum vi quadam opponeretur, τοῦτο in αὐτό transiit.

P. 231. γιγνόμενον, i. e., εἰ γίγνοιτο. *Ficinus*: „quod quamvis nusquam fiat, tamen si alicubi fieret, recte utique fieret." Accuratius *Cornarius*: „quodque si fieret, recte fieret, et nunc nusquam fit, et fere efficit, ut legislator, id quod ludentes facere solent, ignem caedat." — ὀλίγου, int. ὥστε δεῖν, *ita ut parum absit, quin*, h. e., *propemodum*, ut Phaedr. 258. E. Vid. *L. Bos.* Ellips. gr. p. 596. sq. ed. Schäfer. et *Matthiae* Gramm. graec. p. 457. — τὸ τῶν παιζόντων, κατὰ τὸ τῶν παιζόντων s. ὥσπερ οἱ παίζοντες λέγουσι, ut per iocum dicitur. Sic Polit. IV, 2. p. 422. E. ubi v. not. Similia sunt τὸ τοῦ Ὁμήρου Theaet. p. 183. E. Lib. VII, 2. 790. A: τὸ γὰρ ἄρτι ῥηθέν, τὸ λεγόμενον (vid. ad III, 9.), alia. — Verba εἰς πῦρ ξαίνειν vulgo interpretantur viri docti: ignem dissecare vel diverberare (sic *Erasmus* Adag. Chil. I. Centur. IV. p. 126.). *Ficinus* „ignem discerpere," *Cornarius* „ignem caedat." *Stephanus* in Thesaur. L. G. „incutere in ignem, int. πληγάς." Sed praepositio εἰς tunc otiosa esset; ξαίνειν enim, si est i. q. τύπτειν, vel cum accusativo construitur, ut ξαίνειν τινὰ μάστιξι, ῥάβδοις, al., vel cum κατά et genitivo, apposita voce πληγάς vel adiectivo, quod explendum est nomine πληγάς. Per se vero s. absolute ξαίνειν est carminare vel lanam ducere, trahere, ut Sophist. 226. B. *Aristotel.* Polit. V, 10. al. innum. loc. Hinc ξαίνειν εἰς πῦρ explico: carminare lanam in ignem, h. e., lanam carminatam in ignem coniicere (ubi flamma eam consumit), non, ut esse debet, in calathisco reponere, igitur frustra carminare et in universum frustra aliquid facere. Schol. Ruhnken. p. 227: παροιμία ἐπὶ τῶν καθ' ἑαυτῶν τι πραττόντων μάτην ἢ λεγόντων ἢ κακοπαθούντων λεγομένη. Similis fere coloris cum hoc proverbio nota illa sunt εἰς ψάμμον, εἰς ὕδωρ et κατὰ πετρῶν σπείρειν, εἰς ὕδωρ γράφειν, al. — De ἀνήνυτα vid. ad IV, 6. Pro ποιοῦντα vero sine ulla controversia, iam propter δρᾶν, legendum est

πονοῦντα. Sic Polit. VI, 2. p. 486. D: ἀνήνυτα (sic enim pro ἀνόνητα scribendum esse suspicor) δὲ πονῶν. Vid. ad IV, 6.

τὰ πολλά. Verba transposita ita cohaerent: τὰ πολλὰ δὲ τῶν ἀτάκτων ἢ τῶν κακῶς ταχθέντων λύει ἀλλ' ἕτερα τῶν εὖ τεταγμένων. Pronomen ἕτερος sic solet, praecipue pronomini τοιοῦτος, apponi, ut sit *itidem*, ut XII, 6. p. 953. D: ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων καὶ σοφῶν θύρας τοιοῦτος ἕτερος αὐτὸς ὤν. VII, 14. p. 810. A. al. Vid. *Wyttenbach.* ad Phaedon. p. 117. *Heindorf.* ad eund. p. 9. et nostra ad Polit. VI. p. 498. C. Igitur ἄλλα ἕτερα est: *alia, itidem multa, ex iis quae bene disposita sunt.*

οὗ δὴ καὶ νῦν ἐφέστηκε πέρι τ. λ.: *de quo scilicet quod dicebatur* s. *dicturi eramus, nunc substitit*, h. e., *in quo oratio nostra nunc substitit.* Praepositio περί a nomine suo divulsa est, vid. ad I, 10. Ἐφεστηκέναι est subsistere, ut Sympos. init. κἀγὼ ἐπιστὰς περιέμεινα. Male vertit *Ficinus:* „quod huic rei accidit.“ Nec magis *Cornarius* locum intellexit reddens: „de qua re etiam nunc nobis dicendum est.“ *Serrani* vero translationem, ex aliis misere conflatam, satius est silentio praeterire.

τὸ δὲ περὶ τὰς γυναῖκας. Respexit ad hunc locum *Aristotel.* Polit. II, 4. (c. 3. §. 2. Schneid.). In praegressis Cod. Voss. εἰπόρεί (sic) pro εἶπον. Deinde pro ἦται habet εἷλκται, quam scripturam *Stephanus* quoque memorat. De locutione εἰς φῶς ἄγειν, φέρειν s. ἐκφέρειν vid. ad IV, 12.

ἀλλ' ὃ καὶ ἄλλως cet. Vulgo ἄλλο, quod, *Stephani* coniecturam secuti, in ἀλλ' ὃ mutavimus; idque *Ficinus* videtur confirmare vertens: „*quod* quidem genus aliud hominum est.“ Ἀλλά est enimvero et ἄλλως omnino (*sonst auch*, h. e., *überhaupt*). — ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων est i. q. ἀνθρώπινον, referendum ad γένος. De μᾶλλον comparativis adiuncto vid. ad IV, 9. Verba τὸ θῆλυ epexegesi serviunt, vid. ad I, 6. Deinde punctum post ἀσθενές in comma mutavimus; itidem post τοῦτο et νομοθέτου commate distinximus; ut oratio universa sic cohaereat: ἀλλ' ὃ γένος (sc. τὸ θῆλυ) καὶ ἄλλως ἔφυ λαθραιότερον μᾶλλον καὶ ἐπικλοπώτερον ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων (i. e., λαθραιότατον — τῶν ἀνθρωπίνων), τοῦτο οὐκ ὀρθῶς ἀφείθη δύστακτον ὄν, τοῦ νομοθέτου εἴξαντος (legis latore concedente s. permittente; εἴκειν, quod lingua germanica servavit in verbo *weichen*, est h. l. *nachgeben*). Quae quidem etsi bene se habere videri possint, tamen, nescio quomodo, suspectum mihi est ἄλλως; suspicor enim genuinam fuisse scriptu-

ram ἄλλων; ἄλλων ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων est i. q. ἡμῶν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, *ceteris nobis hominibus*, h. e., *nobis*, *qui viri sumus*. Tunc comparativi λαθραιότερον et ἐπικλοπώτερον, apposito μᾶλλον (nostrum *bei weitem*) propriam suam habent potestatem. Deinde ὂν post δύςτακτον malim deleri, ut δύςτακτον sit i. q. ἄτακτον s. ἀκόσμητον: *dimissum s. relictum est male dispositum*. De sententia, cf. *Aristotel.* Polit. II, 7. (c. 6. §. 5. Schneid.).

παραῤῥεῖ, dilabuntur, instar aquae, h. e., pereunt s. corrumpuntur. Vid. *Valckenar.* ad Theocrit. Adoniaz. p. 242.

τὸ περὶ τὰς γυναῖκας ἀκόσμητον. Vulgo legitur ἀκοσμήτως, quod sensum non habet. Ἀκόσμητον, quod reposuimus, *Ficinus* quoque videtur legisse, quum verterit: „non est enim res muliebris, si iacere inordinata relinquitur, humanarum rerum solum, ut videri posset, dimidium.“ Oratio sic cohaeret: οὐ γὰρ τὸ περὶ τὰς γυναῖκας ἀκόσμητον (i. e., ἡ περὶ τὰς γυναῖκας s. τῶν γυναικῶν ἀκοσμία) περιορώμενον (si negligitur, susque deque habetur), ἥμισυ μόνον ἐστίν. Sensus est: *etsi enim genus muliebre dimidia generis humani pars est, tamen eius pravitas, si legibus non coërcetur, non dimidia est, sed maior quam pro unius huius generis ambitu ac numero: ut unum genus muliebre, si depravatum est, corruptius sit quam universum genus humanum esse posset, si solis viris constaret*. Ad verba πρὸς τὸ πλέον ἢ διπλάσιον εἶναι supplenda sunt εἰ ἀκόσμητόν ἐστι, h. e., ἐν τῇ κακίᾳ; et subiectum ad διπλάσιον est τὸ θῆλυ, petendum ex antecedente ἡ θήλεια φύσις. Praegressum δέ est ἀλλά, vid. ad II, 10. Pro τοσούτῳ Ald. Lov. Bas. 1. et 2. τοσοῦτον.

P. 232. δεδοικός. *Stephanus* malebat καταδεδυκός, ut Polit. IX, 5. p. 579. B. de tyranno: καταδεδυκὼς δὲ ἐν τῇ οἰκίᾳ τὰ πολλὰ ὡς γυνὴ ζῇ, φθονῶν καὶ τοῖς ἄλλοις πολίταις, ἐάν τις ἔξω ἀποδημῇ καί τι ἀγαθὸν ὁρᾷ. Ingeniosa est haec coniectura et multis nominibus vulgatae praeferenda; quanquam haud necessaria nobis videtur; nam etiam δεδοικός sensum commodum praebet; est enim timidum, in lucem s. in publicum prodire reformidans (nostr. *scheu, schüchtern*). Mox δ' post ἀγόμενον exterminandum esse iudico, cum verba ita cohaereant: εἰθισμένον γὰρ (τοῦτο τὸ γένος), δεδοικὸς — ζῆν, βίᾳ εἰς φῶς ἀγόμενον (si in lucem protrahendum sit), πολὺ κρατήσει τοῦ νομοθέτου, πᾶσαν ἀντίτασιν ἀντιτεῖνον.

ἧπερ εἶπον. Cod. Voss. οἷπερ εἶπον. Mox pro ἀτυχῆ (Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἀτυχῇ) scripsimus ἀτελῆ, quod *Ficinus* expressit

vertens: „ne disputatio de republica *manca* relinquatur," et *Faehsius* etiam p. 387. coniecit. *Α* et *Χ* frequentissime inter se permutata reperiuntur (vid. *Bast.* Comment. Palaeograph. p. 724. et 738. sq.). Hinc ex ἀτεχῆ factum est ατυχῆ.

CAP. XXII.

τὸ — κατεπεῖγον, i. e., ὃ κατεπείγει, vid. ad III, 15. Mox τὸ μὴ est *quominus.*

ὡς ἡ τῶν ἀνθρώπων γένεσις cet. Cf. *Censorin.* de die natali c. 4., ubi vid. *Lindenbrog.* p. 19. sq. — μῆκός τι τῆς ἀρχῆς, ἀφ' οὗ γέγονε (sc. τὸ ἀνθρώπινον γένος), pro: μῆκός τι τοῦ χρόνου, ἀφ' οὗ γέγονε; nam in voce ἀρχῆς latet iam id, quod verba ἀφ' οὗ γέγονε significant. In sequentibus offendo in vocibus ἂν et χρόνον; illud superfluum est et hoc e glossa profectum videtur esse (ea enim voce deleta, omnia clariora erunt: μῆκός τι τῆς ἀρχῆς — ἀμήχανον ὅσον γεγονὸς ἂν εἴη), nisi χρόνον malis intellecta praepositione κατά explicare (nam cum ἀμήχανον ὅσον, quod ad μῆκος referendum est, non cohaeret; igitur per se positum sit necesse est); quanquam hoc admodum langueret, quum notio temporis, quae in μῆκος iam latet, per se intelligatur. Sensus hoc postulabat: ἢ χρόνου, ἀφ' οὗ γέγονε, μῆκος ἀμήχανον ὅσον γεγονὸς ἂν εἴη. Ὅσον enim sic solet adiectivis subiungi, ut θαυμαστὸν ὅσον, μυρία ὅσα, al. Sic ἀμήχανον ὅσον IV, 1. p. 704. C. Phaedon. 95. C. Epinom. 6. p. 982. C. Vid. *Viger.* de idiotism. p. 128. De redundantia in γεγονὸς ἂν εἴη vid. ad IV, 6. Idcirco suspicari quoque possis, ἀρχῆς esse glossam et verba ita legenda: ἢ μῆκός τι, ἀφ' οὗ γέγονεν, ἀμήχανον χρόνου ὅσον γεγονὸς ἂν εἴη. Quid verum sit vel a vero propius absit, libri MSS. nos docebunt.

P. 233. καὶ βρώσεως. Haec corrupta esse apparet, et iterum libri veteres nullo nos auxilio iuvant. Vocem βρώσεως e sequentibus illatam scripturam genuinam arbitror expulisse, quae fortasse πλήρη fuit: ἐπιτηδεύματα παντοῖα, τάξεώς τε καὶ ἀταξίας πλήρη, καὶ πομάτων τε ἅμα καὶ βρωμάτων ἐπιθυμήματα παντοδαπά. *Ficinus* quomodo legerit, ex eius translatione difficile est perspectu, quae ita habet: „cibi item potusque et vescendi condiendique usus quam plurimos" —. *Cornarius* vertit: „et varia studia et cum ordine et sine ordine circa cibos et potus fuisse et ciborum varias penitus cupiditates." Quae sensum fere nullum ha-

bent. Mox μεταβαλεῖν orationis nexui accommodatius esse vulgato μεταβάλλειν *Faehsius* p. 387. arbitrabatur. *Ficinus* quoque: „in quibus animalia diversis modis *transmutata fuisse* credendum." Sed μεταβάλλειν quoque recte habet, si haec generaliter quasi dicta esse cogites.

Δήμητρος. De Cerere, eius filia (Κόρη) Proserpina, a Plutone rapta, et Triptolemo, frugum sationem docente, omnia nota sunt, v. *Apollodor.* Bibl. I, 5. ubi v. Heyn. Observatt. *Munker.* ad Hygin. 147. *Verheyk.* ad Antonin. Liber. I, 24. et *Ruhnken.* ad Hymn. in Cerer. 96. 456.

ὅτι — ἐτολμῶμεν. Vulgo ὅτε, quod *Stephanus* quoque in ὅτι mutari iusserat.

ἁγνὰ θύματα, sacrificia incruenta (ἱερὰ ἄπυρα, *Aeschyl.* Agamemn. 701.); antiquiores enim cruenta ignorasse traduntetiam *Pausan.* Arcad. II. p. 690. *Porphyr.* de abstinent. II, 6. 7. sq. al. Cf. *Ovid.* Fast. I, 337. sq.

Ὀρφικοί τινες λεγόμενοι βίοι. De Orpheo cf. *Aristoph.* Ran. 1064. *Eurip.* Hippol. 946. Epinom. 2. p. 975. A. *Horat.* Ars poet. 391. sq. Hinc βίος Ὀρφικός dicebatur frugalis illa et sancta vita, quam Pythagoreos in primis secutos esse constat (Polit. X, 3. ubi v. not.). Cf. *Creuzer.* Symbol. et Mythol. T. III. p. 166.

σφόδρα λεγόμενα, int. ἐστί, i. e., λέγεται. *Ficinus:* „feruntur haec passim." Deinde pro ἄτ' recte *Stephanus* ἅ γ' scripsit. Paulo post τί correximus.

P. 234. δεῖν πράττειν. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. δεῖ. Mox δεῖν vel ex ἀεί (vid. ad c. 19.) vel e praegressi δεῖν repetitione ortum est. Ad ἀποπληροῦντα int. pronomen indefinitum (nostr. man), quod, quum collective ponatur, recte excipit pluralis σφᾶς. Λύπη vero est dolor e fame sitique proficiscens, vid. Phileb. 31. E. al. Pro ἀποπληροῦντα Cod. Voss. ἀποπληροῦνται, in quo haud scio an ἀποπληροῦντας lateat.

διαπυρωτάτους. Cf. ad II, 9. Ad ὁ int. ἔρως (appetitio). Ὕβρις in amore libidinoso regnat, quocirca de hoc ipso praecipue usurpatur, vid. VIII, 6. p. 837. C. Cf. ad Phaedr. p. 257. Ante ὁ vero comma posuimus, ut sit: *ille videlicet* (ἔρως) cet.

τρέποντας. Sic *Stephanus* sine causa scripsit pro τρέπον-

τα, quod libri omnes (etiam Cod. Voss.) habent, et rectius esse indico. Etiam *Ficinus* τρέποντα legit, male illud ad νοσήματα referens; vertit enim: „hi tres morbi ad id, quod iucundissimum dicitur, *rapientes.*" Mox παρὰ τοῦ λεγομένου ἥδιστον, sensu iubente, scripsimus, quod *Stephanus* quoque coniecerat. De μέντοι, post μέν posito, vid. exempla a *Zeunio* collecta ad Viger. p. 586. sq. — ἀγωνίοισι θεοῖς. Dii ἀγώνιοι sunt οἱ τῶν ἀγώνων προεστῶτες, ut Hesych. interpretatur, Iupiter videlicet, Apollo, Neptunus et Mercurius, vid. *Aeschyl.* Supplic. 192.

σβεννύναι, est ὥστε vel πρὸς τὸ σβεννύναι, vid. II, 8. *Stephanus* memorat legi quoque σβεννύντων.

ἵνα καί. *Stephanus* ἵνα vel tollendum vel in τινά mutandum esse opinabatur. Cod. Voss. ἥνικα ἀφικόμεθα. Ni fallor ἅμα καί, quod praegresso τέ respondeat, legendum est. Ad δεῖ γίγνεσθαι intell. τὰς κοινωνίας. Deinde αὐτοῖς est πρὸς αὐτά, *propius ad ea accedentes;* pro αὐτοῖς vero, ni fallor, scribendum est αὐταῖς, int. ταῖς κοινωνίαις. Mox τὰ ἐπίπροσθεν αὐτῶν recte *Cornarius* vertit: „et quae ante haec posita esse debebant;" similiter *Ficinus* vertit. Deinde τάξαντες αὐτά bene *Ficinus* reddidit: „suum digesta in ordinem —. Ita sane, ut modo dicebam" cet.

P. 235. ὧν τανῦν cet. Ab Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ὧν abest. *Ficinus*: „*quae* modò dicta sunt."

CAP. XXIII.

ἀποδειξομένους. *Ficinus*: „Cogitare omnino sponsus et sponsa debent, quo pacto quam pulcherrimos et optimos civitati liberos poterunt *procreare.*" Unde bene coniecit *Faehsius* p. 387., ipsum fortasse legisse ἀποτεξομένους, vel ex contextu ita vertisse. Posterius mihi est probabilius, quum ἀποδειξομένους, cum ὅτι καλλίστους et ἀρίστους coniunctum, magis ad τῇ πόλει, quam ad παῖδας respiciat; est enim *exhibere* s. *praestare civitati,* in quo procreatio, ut speciale quidquam, simul latet.

τοῖς ἄρχουσιν ὁπόσας. Hyperbaton pro ὁπόσας ἄν τε καὶ ὁπόταν τοῖς ἄρχουσι δόξῃ προστάττειν. Vid. ad V, 10. *Ficinus* simpliciter vertit: „prout placuerit principibus." Ceterum Εἰλήθυια s. Εἰλείθυια (vid. *Schäfer.* ad Gregor. Corinth. p. 911. sq.) et Ἐλευθώ, Iuno Lucina, quae parturientibus opem fert (proprie: opitulatum it, ab ἐλεύθειν), plura apud Graecos templa habebat, vid.

Pausan. I, 18. 44. III, 17. Athenis eius templum non longe a Serapidis fano erat, vid. *Meurs.* de Athen. Attic. I, 9. *Gronov.* Thesaur. ant. graec. T. IV. p. 848.

μέχρι τρίτου μέρους ὥρας. *Ficinus* vertit: „tertiam horae partem commoraturae." *Cornarius* vero intellexit diei partem; et sic ὥρα nonnunquam pro die usurpatur, v. *Stephan.* Thesaur. G. L. T. IV. p. 787. F. Sed cur ab usitata vocis ὥρα significatione discedamus, causa nulla est.

ὑπὸ τῶν — θυσιῶν. Praepositio ὑπό auspicium et comitatum indicat, ut XI, 3. p. 817. D. Vid. *Hemsterhus.* ad Lucian. T. II. p. 434. et *Valcken.* ad Herod. p. 521.

P. 236. *εὔροια*, felix rerum successus (vid. *Gataker.* ad M. Antonin. II, 5. *Wesseling.* ad Diodor. Sic. XX, 33. T. II. p. 429.), h. l. est *fecunditas.* Mox *διαζεύγνυσθαι* est *se disiungant s. separent*, h. e., *divortium faciant;* ζυγός enim de iugo nuptiali adhiberi constat. Hinc διάζευξις XI, 10. p. 930. B., cui opponitur ξύζευξις (coniugatio, coniugium).

οἷς ἂν ἐπιτρέψωσιν. Construe: τούτοις ἐμμένειν, οἷς (i. e., ἃ) ἂν ἐπιτρέψωσιν οἵδε καὶ τάξωσιν. Ἐπιτρέπειν est *iubere*, ut *Xenoph.* Anab. VI, 5. 11: τὴν μὲν ἐπὶ τὸ δεξιὸν ἐπέτρεψεν ἐφέπεσθαι. Cf. *Dorvill.* ad Charit. p. 630. *Cornarius:* „et quae hi praeceperint ac constituerint, in his acquiescant." Cod. Voss. οἵδε τάξουσι.

μὴ ἑλών, nisi convicerit accusatores suos. Vid ad c. 9. Deinde ἐγγράψαντας est i. q. ἀναγράψαντας, *qui nomen ipsius in tabulis publicis inscripserunt.* Mox vulgo legitur ἐγγράψαντας. τῶν δὲ, μήτε γάρ cet. Bene vidit *Stephanus* scribendum esse τῶνδε, cum ἄτιμος coniungendum, ut verba, quae sequuntur, μήτε γάρ — ἴτω, sint posita pro τοῦ — ἰέναι cet.

ἐπιτελειώσεις. Interpretes liberorum procreationes intelligunt; equidem referendam esse puto hanc vocem ad sacrificia illa, quae post infantem natum solebant institui. Apud Graecos enim decimo a natali die, quo infanti nomen dabatur, res sacra fiebat cum convivio coniuncta; quod quidem dicebatur δεκάτην θύειν vel ἑστιᾶσαι, v. *Aristoph.* Av. 493: ἐς δεκάτην γάρ ποτε παιδαρίου κληθείς. V. 923: Οὐκ ἄρτι θύω τὴν δεκάτην ταύτης ἐγώ; Cf. *Suidas* v. δεκάτην ἑστιᾶσαι. *Bergler.* et *Küster.* ad Aristoph. l. l. Verbum autem ἐπιτελεῖν de rebus sacris usurpatur, ut ap. *Aelian.* V.

H. XII, 61: *καθ' ἕκαστον ἔτος ἐπετέλουν αὐτῷ.* Et in universum *τέλος, τελεῖν*, al. de rebus divinis, utpote summis (sacrificiis, mysteriis, al.), de sanctis omnibusque, quae praecipuae dignitatis graviorisque momenti sunt, adhibentur: itaque etiam ad matrimonium, cuius praesides dii erant, translata sunt, ut *τελειωθῆναι, τέλειοι θεοί*, al. Nugatur, si quid video, ipse summus *Ruhnkenius* ad Tim. p. 225., haec ab initiandi potestate, quae in vocibus *τέλος, τελεῖσθαι*, al. insit, derivans, *quia nuptiae marem feminamque velut novae vitae initiatos coniungant.*

ἐὰν μὲν παιδοποιουμένοις ἔτι, sc. *κοινωνῇ: iisque* (quibuscum rem habent) *adhuc liberos procreantibus.* Mox verba *μετὰ δὲ ταῦτα* significant tempus exactae procreationis. — *εἰς τὰ τοιαῦτα; εἰς* est *propter*, vid. ad I, 7. In praegressis Cod. Voss. exhibet *ἔστω πάντα.*

P. 237. *παραγεγράφθω* cet. Locus obscurus, quem interpretes diverse ceperunt. Equidem ita eum explicandum esse duxerim: *transscribatur* (annus ille) *e sacellis paternis in parietem album secundum numerum* (i. e. seriem s. ordinem) *magistratuum, qui secundum singulos annos numerantur*, h. e., *prout annorum serie rem publicam administrarunt. Τοῖχος λελευκωμένος* est i. q. *λεύκωμα*, tabula s. paries albus, albo s. gypso illitus, in quo negotia civilia, edicta, al. scribi et in publico proponi solebant, vid. Suid. Sic IX, 4. p. 859. A: *γράψαντα ἐν τοίχοις. Demosthen.* in Timocrat. p. 707. 12: *ὁ δὲ τιθεὶς τὸν καινὸν νόμον, ἀναγράψας εἰς λεύκωμα, ἐκτιθέτω πρόσθεν τῶν ἐπωνύμων.* Mox infinitivus *γεγράφθαι*, ut solet, imperativum sequitur, vid. *Schwebel.* ad Onos. p. 37. et virr. doct. ad Gregor. Corinth. p. 423. ed. Schäfer. — Ald. Steph. et Bip. *φατρίᾳ.*

ἣν ἂν δοκῇ χρείαν cet. *ad quemcumque usum* s. *ad quodcunque negotium* (de *χρείᾳ* vid. *Wernsdorf.* ad Himer. p. 171.) *ipsis uti debere* s. *utendum esse visum fuerit.* Sic *χρείαν χρῆσθαί τινι* Leg. IX, 9. p. 868. B: *χρωμένους τῷ κτείναντι χρείαν, ἣν ἂν ἐθέλωσι.* — *προστάττειν* pro imperativo positum. *Cornarius:* „ita ut singulis, quod possibile et decorum est, imperetur.“

LIBER SEPTIMUS.

CAP. I.

P. 241. *ὀρθότατα.* Scribendum, ni fallor, ὀρθότατ' ἄν.

ἕτερα παρὰ τὰς — ξυμβουλὰς παραγενόμενα: si (quae temere et fortuito ex ira vel cupiditate fiunt) *contra legis latoris consilium ac voluntatem eveniunt*, h. e., *si legis latoris consilio adversantur.* Post ἕτερα, ut post ἄλλα, al., παρά pro ἤ (quam) poni solet, v. *Böckh.* in Min. p. 120. *Schäfer* ad Dionys. Halicarn. de comp. verb. p. 117. sq. et virr. doct. ad Gregor. Corinth. p. 360. — *παραγενόμενα.* Lib. X, 3. p. 888. B: τὸ δὲ τοίνυν σοι παραγεγονὸς αὐτῶν πολλοῖς φράζοιμ' ἄν.

ἐπιζήμια cet., int. *αὐτά: mulctae ea obnoxia statuendo,* i. e., *poenas iis irrogando leges dare*, h. e., *poenas iis lege statuere.* Bas. 1. et 2. ἐπὶ ζημίᾳ.

δείγματα. Male ceperunt interpretes haec verba. Sensus est: *ita in lucem ea proferendo s. in luce collocando, ut specimen s. exemplum mercium ad venditionem exponi solet. Δεῖγμα* enim dicitur specimen s. exemplum rerum venalium, a mercatore expositum. Harpocrat. κυρίως μὲν τὸ δεικνύμενον ἀφ' (ἐφ'?) ἑκάστου τῶν πωλουμένων. Cf. *Wesseling.* ad Diod. Sic. II, 49. p. 161. Inde locus in Piraeeo sic dicebatur, ubi mercatores peregrini specimina et exempla mercium suarum ostendebant, v. *Meurs.* Piraeeus c. 5. Gronov. Thes. ant. graec. T. V. p. 1937. *Pierson.* ad Moer. p. 351. *Alberti* ad Hesych. h. v. Inepte *Ficinus:* „sed conabor ostendendo quasi digito, quae dico, in lucem efferre;“ eumque sequitur *Serranus. Cornarius:* „velut indiciis in lucem productis.“ Quae sequuntur verba ita cohaerent: νῦν γὰρ ἔοικε λεγομένοις κατά τι σκότος: *nunc enim videntur nonnihil obscure dicta esse. Κατὰ σκότος* est i. q. σκοτεινῶς (ut κατὰ τάχος, κατὰ μέρος, al. pro adverbio ponuntur); τί vero intendit, ut VI, 19.

ὅτι μὲν σώματα cet. Verba ita intelligenda sunt: ὅτι τήν γε πάντως ὀρθὴν τροφὴν δεῖ φαίνεσθαι δυναμένην (manifesto posse) σώματα καὶ ψυχὰς ὡς κάλλιστα καὶ ἄριστα ἐξεργάζεσθαι. Nota est haec verbi φαίνεσθαι cum participio coniuncti potestas. Mox σώματα δὲ κάλλιστα est: *corpora vero, quae pulcherrima futura sunt, id quod simplicissimum est, quam rectissime statim a teneris unguiculis debent crescere.* Propter praegressum ὡς κάλλιστα verba σώματα δὲ κάλλιστα praeposita sunt et per se quasi constituta: *quod vero ad id attinet, quod corpora diximus quam pulcherrima fieri oportere, simplicissima, opinor, ratio, qua hoc fieri potest, haec est, ut quam rectissime a teneris statim unguiculis crescant.*

P. 242. *τά γ' ἀνθρώπινα.* Ald. Lov. Bas. 1. et 2. τὰ δ' ἀνθρώπινα, cum puncto ante τὰ δ' ἀνθρ. *Ficinus* viam monstravit vertendo: „adeo ut contendendi ansas multis praebuerint, corpora humana a primis quinque annis in reliquis viginti in duplum non crescere."

Τί δῆτα —; ἦ. Libri editi scribunt Τί δῆτα, ὦ ξένε, ἢ τοῖς cet. Quod reposuimus, et *Ficinus* confirmat vertens: „Quid ais, hospes? numquid" — et *Stephanus* quoque coniecerat. Etiam in sequentibus *Ficinus* pro ἢ videtur legisse ἦ: „num ii, qui adhuc in utero parentis geruntur, laborabunt?" Ald. quoque, Lov. Bas. 1. et 2. ἢ scribunt. Sed recte hic habet ἤ, interrogatione Πῶς λέγεις praegressa, vid. ad Phaedr. p. 219. sq.

μειζόνως — ἢ δεῖ, *ultra quam debet s. decet.*

ὀρνίθων θρέμματα. Nota est ὀρτυγοκοπία illa (v. *Pollux* IX, 7. *Meurs.* de ludis Graecor. in Gronov. Thes. ant. gr. T. VII. p. 979. et nostra ad Alcibiad. I. p. 323.). In primis celebrata est pugna et commissio gallorum, quam Athenienses in victoriae de Xerxe reportatae memoriam quotannis in theatro instituebant, vid. *Aelian.* V. H. II, 28. ubi v. interpp. et *S. Petit.* Legg. Attic. p. 156.

λαβόντες ὑπὸ μάλης *sub ala* (tunica superinduta), igitur occulte gestantes. Ὑπὸ μάλης enim de omnibus usurpatur, quae occultantur et omnino teguntur, ne cadant vel effugiant vel etiam conspiciantur. Quocirca ὑπὸ μάλης λαβόντες generale est, quod verbis εἰς τὰς χεῖρας (int. ὑπὸ μάλης) et ὑπὸ τὴν ἀγκάλην (sub brachio) accuratius definitur. De ἕκαστος collectivo, cum plurali coniuncto, vid. ad I, 10.

P. 243. τὰ σώματα πάντα cet. Laudantur haec a *Stobaeo* Serm. XCIX. p. 549. 9. Vocem ἄκοπα (*ita ut non defatigentur. Cornarius* „citra lassitudinem") cum κινούμενα coniunximus, sensu postulante. Vulgo scribitur: κινούμενα, ἄκοπα ὀνίναται. Cod. Voss. καὶ κινούμενα, in marg. κατακινούμενα. Deinde pro πάντων e Stobaeo recepimus πάντως. Verbis, quae sequuntur, ὅσα — κινεῖται, praegressa illustrantur: *scilicet corpora omnia, quae* —. Pro ἐν ἑώραις Cod. Voss. αἰώραις, quae usitatior forma est huius vocis, vid. *Eustath.* ad Iliad. γ'. p. 589. Sic Phaedon. p. 470. Fisch. ὥσπερ αἰώραν τινὰ ἐνοῦσαν ἐν τῇ γῇ — αὕτη ἡ αἰώρα. Ἑώραις legimus v. c. ap. *Sophocl.* Oedip. R. 1264. Ceterum verbis ἐν ἑώραις significatur vectatio pensilis in curru, lectica, aliis eiusdem generis. — Paulo post pro ὀχουμένων scripsimus ὀχούμενα, sensu suadente; opponitur enim agitatio corporis se ipsum moventis (ὑπὸ ἑαυτῶν) ei motioni, qua agitatur alio quopiam insidens, ἐν ἑώραις (curru s. lectica pensili) ἢ καὶ κατὰ θάλασσαν (igitur navi) ἢ καὶ ἐφ' ἵππων. Ante v. καὶ ὑπ' ἄλλων in Stobaeo deest ἤ. — διὰ ταῦτα, harum motionum beneficio. Subiectum est τὰ σώματα.

CAP. II.

πλάττειν — οἷον κήρινον. Cf. ad lib. IV, 5. Mox post ὑγρόν *Wyttenbachius* (v. *Heusd.* Specim. crit. in Plat. p. 93.) addi iubebat ᾖ, cuius rei causam non perspicio; intelligi debet ἐστί, quod sexcenties ita omittitur, ut ap. *Xenophont.* Cyrop. VII, 1. 18: ἕως ἔτι σοι σχολή. Ὑγρόν est flexibile, vid. *Valcken.* ad Theocrit. I, 55. et nostra ad Pindar. Pyth. I, 16. in Beckii Comment. Societ. philol. Lips. V. III. P. II. p. 193. — Mox ἐπιπονεῖν, ne quis suspicetur ἔτι πονεῖν esse scribendum, sonat: *laborem ferendi continuare;* quae usitata est praepositionis ἐπί in compositis potestas.

τριετές. Sic Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *Stephanus* scripsit τρίετες; sed ex Grammaticorum praeceptione τριετές est adiectivum (trienne, trimum), τρίετες vero adverbium (triennio s. per triennium). Vid. *Coray* ad Heliodor. p. 103.

γράφωμεν. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. γράφομεν; deinde δή pro δεῖ; Cod. Voss. πολλοῦ τε. Mox τὸ γὰρ ἄρτι ῥηθέν est: *id quod modo dictum est,* h. e., ὥσπερ ἄρτι ἐρρήθη. Vid. ad VI, 21.

P. 244. *πρὸς τῷ μὴ ἐθέλειν.* Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *πρὸς τὸ μὴ ἐθ.*, mendose, quum sensus postulet *praeterquam quod.* Paulo inferius Ald. Lov. Bas. 1. et 2. vitiose *εἰργμεθα.* - *Ficinus:* „ut de corporibus incepimus.“ *Cornarius:* „eo modo, quo sermonem de corporibus incepimus.“ Praeterea *Stephanus* aut *τὸν — μῦθον λεχθέντα* scribendum aut ante *διαπεραίνειν* intelligendum esse *ὥστε* opinabatur. Equidem duas constructiones: *ὅνπερ ἠργμεθα τῶν περὶ τὰ σώματα μύθων* et: *ὅνπερ ἤργμεθα τὸν* s. *τοὺς περὶ τὰ σώματα μῦθον* s. *μύθους διαπεραίνειν*, in unam esse conflatas existimo.

σώματος — νέων. Haec verba, explicationis gratia praegressis *ἐπ' ἀμφότερα* (respectu ad utrumque) apposita, pendent e voce *στοιχεῖον*, ita ut *στοιχεῖον σώματός τε καὶ ψυχῆς* sit i. q. *στοιχεῖον παιδεύσεως τοῦ τε σώματος καὶ τῆς ψυχῆς:* fundamentum culturae tam corporis quam animi. Deinde *τὴν τιθήνησιν — ὡς ἔστι ξύμφορος* dictum est pro: *τὴν τιθήνησιν — ξύμφορον εἶναι*, vel *ὡς ἡ τιθήνησίς ἐστι ξύμφορος*, vid. ad I, 2. — Mox *οἰκεῖν — πλέοντας* est i. q. *τὸ οἰκεῖν — πλέοντας*, int. *ὡς ἔστι ξύμφορον.* Nihil frequentius est articulo omisso, si infinitivus substantivi munere fungitur. Sic VIII, 2. p. 830. E: *σφαιρομαχεῖν τε καὶ βολαῖς.* c. 4. p. 833. A. Vid. ad Polit. VI. p. 493. D. A Bas. 1. et 2. particula *εἰ* ante *δυνατόν* abest.

περὶ τὰ τῶν Κορυβάντων ἰάματα τελοῦσαι. De mendo mihi suspecta sunt haec verba; pro *Κορυβάντων* enim exspectabas *κορυβαντιώντων* (e quo per compendia tachygraphica scripto haud dubie *Κορυβάντων* natum est) et pro *τελοῦσαι* participium *οὖσαι:* *quae versantur in morbo Corybantio curando.* Nimis enim quaesitum esset *περὶ τά* accipere pro *τῶν*, ut *τὰ τῶν Κορυβάντων* esset: *morbi a Corybantibus immissi. Κορυβαντιασμός* (unde *κορυβαντιᾶν*) morbus ille dicebatur, quo laborantes sibi videbantur tibiarum sonum audire, quasi furiis agitabantur et insomniis vexabantur. *Strabo* X. T. IV. p. 211: *τῶν δὲ Κορυβάντων ὀρχηστικῶν καὶ ἐνθουσιαστικῶν ὄντων, καὶ τοὺς μανικῶς κινουμένους κορυβαντιᾶν φαμέν.* Vid. *Ios. Scaliger.* ad Catull. XXXVIII. 42, 8. et ad Euseb. p. 27. *Ruhnken.* ad Tim. p. 163. sq. Proficisci credebatur morbus a Corybantibus, sacerdotibus matris deûm in Phrygia, saltatione sua armata nobilitatis. Hinc Io 534. A: *ὥσπερ οἱ κορυβαντιῶντες οὐκ ἔμφρονες ὄντες ὀρχοῦνται.* Cf. *Lambin.* ad Horat. T. I. p. 48. C. *Barth.* ad Claudian. p. 895. *Meurs.* de saltat. in Gronov. Thesaur. ant. gr. T. VIII. p. 1248. sq. et *Moser.* ad Nonn. p. 231. sq. Verbum autem *κορυβαντιώντων* optime respon-

deret sequenti τῶν ἐκφρόνων βακχειῶν (insani furoris; nisi malis βακχείων: insane bacchantium s. furore afflatorum). Κορυβαντιώντων etiam *Ficinus* confirmat vertens: „quam quae remediis choribantium (sic) vacant."

ἡ ν ί κ α γ ὰ ρ ἄ ν cet. Cf. *Aristotel.* Polit. VII, 17. c. 15. §. 2. p. 310 sq. Schneid. — κ α τ α υ λ ο ῦ σ ι, quasi tibiae sono permulcent et consopiunt. Vid. ad Polit. III, 18. Mox ad ἰάσεις int. εἰσίν, et hoc pro: καθάπερ τὰς ἐκφρονας βακχείας (vel τοὺς ἔκφρονας βακχείους, i. e., τοὺς ἐκφρόνως βακχεύοντας; vid. supra) ἰῶνται αἱ περὶ ταῦτα τὰ ἰάματα οὖσαι.

P. 245. ἀ μ φ ό τ ε ρ α τ ὰ π ά θ η: insomnia infantum et insania morbo corybantio correptorum; in utroque enim conspicitur inquietudo, e timore proficiscens. Mox περὶ τὰ τῆς καρδίας nota est accusativi circumlocutio pro περὶ τὴν καρδίαν, et hoc pro τῆς καρδίας positum est, vid. ad I, 8. et III, 1. Verba ita cohaerent: ἡσυχίαν τῆς πηδήσεως περὶ τὰ τῆς καρδίας ἑκάστων χαλεπῆς γενομένης. Verba, quae sequuntur, παντάπασιν ἀγαπητόν τι praecedentibus anneximus, ut ante τοὺς μέν intelligatur *nempe* s. *scilicet*. Suspicor tamen verba esse manca; fortasse καί ante παντάπασι excidit: καί, παντάπασι ἀγαπητόν τι (id quod profecto amabile s. iucundi quid est), τοὺς μέν cet. Participia illa ἐγρηγορότας, ὀρχουμένους et αὐλουμένους referri oportet ad κορυβαντιῶντας, qui saltatione et tibiae sono (αὐλουμένους passive capiendum est), deorum auxilio, quibus sacra faciunt (καλλιερεῖν est litare), ad sanam mentem revocantur. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. διὰ βραχέων τε.

Π ά ν υ μ ὲ ν ο ὖ ν. Haec usque ad ἐννοεῖν in Ald. Lov. Bas. 1. desiderantur. Bas. 2. vero exhibet: *ΚΛ.* Πάνυ μὲν οὖν εἰ δέ γε αὐτῷ — ταῦτα, quod *Stephanus* bene correxit, Atheniensis nomen verbis Εἰ δέ γε — praefigens et αὐτῷ in οὕτω mutans. *Cornarius* interponi volebat: *ΚΛ.* Τί μήν; *ΑΘ.* Εἰ γοῦν τοιαύτην τὴν δύναμιν ἔχει cet. *Ficinus*: „*Cl.* Omnino. *Athen.* Si haec igitur talem aliquam vim habent." — Mox pro γίγνεσθαι *Cornarius* corrigebat κινεῖσθαι, haud dubie *Ficinum* secutus, qui vertit: „magis utique quovis ferri per formidinem consuescere;" sed recte habet γίγνεσθαι διὰ φόβων, ut solet γίγνεσθαι cum praepositione διά coniungi, ita ut idem sit, quod εἶναι ἔν τινι; velut δι' ἔχθρας γίγνεσθαι, al. Vid. *Abresch.* ad Aeschyl. Prometh. 120. et *Valcken.* ad Eurip. Phoeniss. 482. p. 177.

P. 246. *εἰς ψυχῆς μόριον ἀρετῆς.* Cohaerent haec ita: *εἰς μόριον ἀρετῆς ψυχῆς*, quo *ἀνδρία* significatur. Mox de *γιγνόμενον γίγνοιτ' ἄν* vid. ad III, 4. Paulo post Bas. 2. vitiose *Τινὰ οὖν* cet.

CAP. III.

σφόδρα — κινούμενα. Vulgo *σφοδρά*, quod esset adiectivum. *Cornarius:* „qui ex facili vehementer moventur.“ — *ἀκρόχολα* Schol. Ruhnk. p. 228. explicat: *προχείρως ὀργιζόμενα. καὶ ἀκροχολία ἡ τοιαύτη διάθεσις.* Cf. Polit. III, 18. *Aristotel.* Ethic. IV, 5. Sic V, 3. p. 731. D. *ἀκροχολοῦντα.* — Paulo post Ald. Lov. Bas. 1. et 2. Steph. *ἥ γε σφοδρά* (*Ficinus* quoque: „nimia servitus et atrox“). Bipontinus liber, operarum culpa, *σφόδρα* habet.

Ὧδέ πως· φθέγγ. Post *πῶς* interpunximus, quod libri editi neglexerunt. *Ficinus:* „Sic plane. Omne animal.“ Deinde libri veteres *τὸ κλαίειν*, Steph. *τῷ κλαίειν;* nos atticum revocavimus *κλάειν*, ut infra *κλάῃ*. Phileb. 48. A: *ὅταν ἅμα χαίροντες κλάωσι.* Cf. *Pierson.* ad Moer. h. v. *Cornarius:* „et sane ad (i. e. praeter) clamorem etiam magis quam alia iugi fletu vexatur.“

P. 247. *τοῖς δὴ παιδίοις τὸ δήλωμα* cet. Cf. *Aristotel.* Polit. VII, 17. (c. 15. §. 6. p. 312. Schneid.). Mox pro eo, quod vulgo legitur, *κλαυμοναί* scripsimus *κλαυθμοναί*, ex *Pollucis* auctoritate II, 164. p. 184. Deinde *Ficinus* plura videtur legisse vertens: „quod spatium non est parva vitae particula ad eam recte vel contra ducendam, *si ipsum recte vel contra ducitur.*“ In vocibus *οὐ σμικρόν* simul latet notio *τοῦ: οὐ σμικρὸν διαφέρον:* quod non parvi refert, num male an bene quis transigat. Subiectum verbi *διαγαγεῖν* pronomen est indefinitum.

τὰ τρία ἔτη. Cod. Voss. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *τὰ τριετῆ*, male. *Ficinus:* „in hoc triennio.“ Respicitur ad praegressa: *ἔστι δὲ ὁ χρόνος οὗτος τριῶν οὐκ ἐλάττων ἐτῶν.*

ἐγώ, Κλεινία. Vulgo legitur *ἐγὼ Κλεινίᾳ ξυνακολουθήσαιμ' ἄν;* unde *Stephanus* fecit *ἐγὼ Κλεινίᾳ ξυνακ.*, male, quum scribenbendum esse liqueat *ἐγώ, Κλεινία, ξυνακ.*, ut *Κλεινία* cohaereat cum *ὦ θαυμάσιε*, verborum traiectione nostro familiari, vid. ad I, 4. *Ficinus:* „hoc ego tibi non concedam, o mirifice Clinia.“

ὅρα δὲ καὶ σύ. Ab Ald. Lov. Bas. 1. et 2. abest σύ, quod recte *Stephanus* interposuit, *Ficinum*, ut videtur, secutus, qui vertit: „attende et tu, Megille, ac sententias utriusque diiudica." Sequentis verbi ξυνεπίκρινε primas litteras pronomen σύ elisisse patet.

ἀσπάζεσθαι τὸ μέσον. „Speusippus vetusque omnis academia voluptatem et dolorem duo mala dicunt esse opposita inter sese, bonum tamen esse, quod utriusque medium foret." *Aul. Gell.* Noct. Attic. IX, 5. Cf. *Diogen. Laert.* IV, 1. 4.

ἣν δὴ διάθεσιν καὶ θεοῦ cet. Quibus respicitur praegressum ἵλεων, quod proprium fere vocabulum est de propitio et placato numine. Sic Euthydem. p. 273. E: ἵλεω εἴητον· ἀτεχνῶς γὰρ ἔγωγέ σφω ὥσπερ θεὼ προσαγορεύω. Vid. *Athen.* VIII, 64. p. 339. T. III. Schweigh. , *Casaubon.* Animadv. p. 673 sq. T. IV. et *Potter.* ad Clem. Alexandr. T. I. p. 361.

P. 248. μήτ' οὖν αὐτόν — int. φημὶ δεῖν. Participium γιγνόμενον pro infinitivo positum est; vid. ad I, 11. *Ficinus* vertit: „adeo ut nec ipse ad voluptatem omnino proclivis sit: alioquin procul a dolore non erit: nec alium quemquam sive senem sive iuvenem, aut masculum aut feminam indulgere voluptatibus patiatur, minimeque omnium statim natos infantes." Verba ταὐτὸ τοῦθ' ἡμῖν non expressit, quae quid sibi velint, difficile dictu est. Ni fallor, scribendum est: αὐτὸ τοῦθ' ἡμῶν, ut αὐτὸ τοῦθ' (hoc ipsum: τὸ προπετῆ γίγνεσθαι πρὸς τὰς ἡδονάς) ad praegressa referatur et ἡμῶν ad ἄλλον. In verbis ἦθος διὰ ἔθος paronomasia inest, vid. ad II, 4.

τὰς φέρουσας ἐν γαστρί, *gravidas*, quod pendet e verbo θεραπεύειν, ita ut subiectum sit pronomen indefinitum.

μάργοις. Schol. Ruhnk. et glossa in Cod. Voss. ὑβριστικοῖς, ἀκρατέσι, μαινομένοις. Μάργον est insanum (Alcibiad. II. c. 11: μάργον τί μοι δοκεῖ εἶναι), h. e., vel ἄφρον, stultum, ut ap. Homerum, al., vel immoderatum s. ἀκόλαστον, ut in libidine, in cibo, in potu, al. Hinc μαργότης Tim. 72. E.

μέσον δέ τινα τέμνειν, int. βίον. Alias absolute dicitur μέσον τέμνειν, medio ire, medium tenere; imagine sumta a nautis, qui, periculosis scopulis interclusi, medium tenent cursum, ne in alterutrum impingant, ut bene explicat *Stephanus* Thesaur. G. L. T. III. p. 1590. F. Sic Protagor. 338. A: ἀλλὰ μέσον τοι

ἀμφοτέρους τεμεῖν. Epistol. VIII. p. 355. D: δίκαιον ἂν ἴσως καὶ ξυμφέρον γίγνοιτο ἡμῖν πᾶσι μέσον τεμεῖν. Politic. 262. B: διὰ μέσων δὲ ἀσφαλέστερον ἰέναι τέμνοντας. Et formula loquendi inde ducta est, quod, qui viam permeat, is eam secat, in duas quasi partes dividendo; hinc ὁδόν, πόρον, θάλασσαν, al. τέμνειν, et ap. Latinos viam, mare, al. secare. Legg. VII, 11. p. 803. E: ὁδοὶ τέτμηνται (apertae, patefactae sunt), καθ' ἃς ἰτέον. c. 14 p. 810. E: τὴν νῦν τετμημένην ὁδὸν -- πορεύεσθαι. Cf. *Iacobs.* Animadv. ad Antholog. graec. T. II. P. I. p. 224. Quod quidem *Cicero* imitatus dixisse putatur *medium ferire* in lib. de fato c. 17: Chrysippus tanquam arbiter honorarius medium ferire voluisse. Vid. *P. Victor.* Var. Lectt. I, 18. *Lambin.* et *Bremi* ad l. l. *Vechneri* Hellenolex. p. 558. ed. Heusing. et *Viger.* ad Euseb. Praep. Ev. VI. p. 23. Equidem *medium ferire* pro inepto habeo, et quum MS. Guelph. habeat *venire*, legendum esse iudico *tenere*, e quo ferre et deinde ferire factum est; *tenere*, verbum nauticum, responderet Graeco τέμνειν; nisi statuere malis, Ciceronem etiam pressius Graecorum μέσον τέμνειν reddidisse verbis *medium secare*, e quo itidem ferre (in aliis se ferre) proficisci potuit.

καὶ ἀκήκοας ἅμα, int. me sententiam tuam sequi. In Cod. Voss. post ἀεί signum extat, quo indicatur, alium loqui, post ἅμα vero illud omissum est.

CAP. IV.

ἄγραφα νόμιμα. Vid. ad I, 8. — ἐπιχυθείς, sermo qui affluxit, i. e., accessit. Politic. 302. C: τοῦ νῦν ἐπικεχυμένου λόγου. Similiter infra ἐθίσματα ἐπιῤῥέοντα.

περικαλύψαντα ἔχει, i. e., περιεκάλυψε, obtegunt s. operiunt, h. e., tutantur ac muniunt. Ἔχειν cum participio coniunctum pro modo finito eiusdem verbi ponitur, vid. ad Phaedr. p. 341. ibique citatis adde *Valcken.* ad Eurip. Phoeniss. p. 267 sq. v. 712. — Vulgo post σωτηρίᾳ interpungitur, quod sensum turbat. Ad πλημμελῶς int. ἔχει. Deinde P. 249. κεῖσθαι ἄλλα ὑφ' ἑτέρων, int. ποιεῖ, est: *et efficit, ut alia ab aliis* (ἑτέρων pro ἄλλων, ut IX, 11. 872. A. XI, 2. 915. C. 12. p. 933. E: Ὅσα ἄν τις ἕτερος ἄλλον πημήνῃ. Cf. *Heindorf.* ad Sophist. p. 300.) *prosternantur et deiiciantur* s. *corruant* (in verbo κεῖσθαι consequens, quod dicitur, pro antecedente positum est; nam quae prostrata sunt, ea

iacent) *ea ipsa*, *quae postero tempore bene exstructa fuerunt*, *si prisca* (fulcimenta) *dilapsa sunt.*

σοὶ δεῖ τὴν πόλιν. Pronomen σοί coniungendum est cum τὴν πόλιν, vid. ad I, 1. Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. mendose scribunt ποιεῖ. — Paulo post Cod. Voss. τριετῆ.

τοῖς — τρεφομένοις. Legebatur ταῖς — τρεφομέναις. Cod. Voss. τρεφομένοις; quocirca etiam τοῖς scripsimus.

παιδιῶν δέον ἂν εἴη. Vulgo παιδίων; sed sensus postulat παιδιῶν: *lusus opus erunt* (δέον ἂν εἴη, quod *Stephanus* in δέοντα mutari volebat propter praegressum ταῦτα, est i. q. δεήσει, opus erit infantibus lusu), h. e., *lusus efflagitabunt infantes a tertio ad sextum annum.* Παιδιῶν etiam *Schulthessius* in vers. german. T. II. p. 487. legendum esse vidit. Mox Ald. Lov. Bas. 1. 2. et Cod. Voss. δούλων τ'; Ald. Lov. Bas. 1. κολάζοντες et ἐμποιήσειν, ut B. 2. Paulo post Cod. Voss. μέχρι τῶν ἓξ ἐτῶν.

τῶν τε τροφῶν — ξυμπάσης. Pendent genitivi e sequente ἑκάστῃ, ac si scriptum sit: ἐφ' ἑκάστῃ τῇ ἀγέλῃ τῶν τροφῶν τε καὶ παιδίων. Et δώδεκα spectat ad duodecim tribus, ut statim exponitur. Mox κοσμοῦσαν est *regentem* s. *curantem*, ut X, 8. p. 898. C. et τῶν προειρημένων (int. τροφῶν) pendet e pronomine ἅς. Perperam *Stephanus* scripsit pro ἃς ἄν, quod libri omnes (etiam Cod. Voss.) exhibent, ὅσα ἄν. *Cornarius*: „ex supradictis quas legum custodes constituerint." Paulo post Ald. Lov. Bas. 1. et 2. αὐτήν.

P. 250. *ἀμφισβητοῦντα*, i. e., ἀμφισβητήσιμον, de cuius poena controversia est s. non constat et ipsa (quae imperat) incerta est. Cui opponitur ἀναμφισβήτητον ὄντα, de quo constat et convenit s. cuius poena nullam habet dubitationem ac controversiam. Deinde pro αὕτη scripsimus αὐτή. *Ficinus*: „puniat ipsa." Pro ἑξέτῃ *Budaeo* Comment. L. G. legendum esse videbatur ἑξέτην vel ἑξαετῆ; sed ἑξέτης, ut nomina, quorum terminatio est ης, heterocliton est. Sic Σωκράτη et Σωκράτην. Notanda vero est praepositio *μετά*, eleganti cuidam breviloquentiae serviens (vid. ad V, 14.); est enim μετὰ τὸν ἑξέτη: postquam (puer) sexennis factus est s. sexto aetatis post anno. — Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. κόρη. *Ficinus*: puerique deinceps cum aequalibus maribus.

ἵππων — τόξων εετ. In his concretum, quod dicimus,

pro abstracto (τῆς ἱππικῆς, τοξικῆς cet.) positum est, vid. ad IX, 1.

ἐὰν — ξυγχωρῶσι. *Cornarius*: „si vero consenserint, etiam puellas, ut discant saltem, maxime vero etiam ad armorum usum.“ ξυγχωρεῖν est non reclamare s. repugnare. *Καὶ δή* ante τά γε est *et quidem*. Ad τά γε πρὸς τὴν ὅπλων χρείαν (int. τείνοντα, pertinentia s. spectantia) e praegresso μαθήσεως petendum est μανθάνειν χρή. Deinde haud dubie scribendum est: τό γὰρ νῦν δὴ καθεστώς.

CAP. V.

τὰ περὶ τὰς χεῖρας. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. χρείας exhibent. *Ficinus* vero: „quod ad manus pertinet.“ Pro ἡμῶν *Cornarius* scribi volebat ἡμῖν. De sententia, *Aristoteles* dextrum sinistro naturà esse melius contendit, v. Hist. Anim. III, 4. IV, 8. de animal. incess. c. 4. Ethic. Nicom. V, 7. Eudem. IV, 5. Problem. XXI, 9. 12. Cf. *Gataker*. ad M. Antonin. XII. §. 6. p. 352.

τὰ κάτω τῶν μελῶν. Cod. Voss. κατὰ τῶν μελῶν. *Ficinus*: „inferioresque partes.“ Mox pro ἀνοίᾳ *Ficinus* videtur legisse ἀγνοίᾳ, ut *Cornarius* quoque scribi volebat; vertit enim ille: „manibus autem matrum — ignorantia;“ infra quidem legimus σχεδὸν ἄνοια, ubi *Ficinus* „dementia est,“ et fortius est ἄνοια quam ἄγνοια; attamen ἄγνοια praeferendum videtur esse. Vid. ad III, 9. — ἕκαστοι, i. q. ἕκαστος, unusquisque, nullo fere excepto. Eodem modo *Aristoteles* Polit. II, 10. (c. 9. §. 8. Schneid.): καὶ τὴν ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἄσκησιν, ὅπως ἀμφιδέξιοι γίνονται κατὰ τὴν μελέτην, ὡς δέον μὴ τὴν μὲν χρήσιμον εἶναι ταῖν χεροῖν, τὴν δὲ ἄχρηστον.

τῆς φύσεως γὰρ ἑκατέρων cet., i. e., τῶν μελῶν γὰρ ἑκατέρωθεν (utrinque, ab utraque parte) φύσει ἰσοῤῥοπούντων. Mox ἔθη (*Ficinus*: „per consuetudinem“) scripsimus pro ἤθη. Infra: ὅπως — μηδὲν τοῖς ἔθεσιν ἀποβλάπτωσι τὰς φύσεις. Idem iam *Stephanus* et *Gatakerus* ad M. Antonin. l. l. coniecerant. — Mox χρώμενον pro χρῆσθαι positum est, vid. ad I, 11.

P. 251. πρᾶγμα οὐδέν, parum s. nihil refert, ut infra οὐδὲν μέγα, haud magni est momenti, contra μέγα διαφέρει IV, 4. Nostrates graece admodum convenienter dicunt: *das macht*

nichts. Sic Gorg. 447. B: οὐδὲν πρᾶγμα, ὦ Σώκρατες· ἐγὼ γὰρ καὶ ἰάσομαι. Cratyl. 393. D. Euthyphr. p. 3. C. et E. al. *Xenophont.* Anab. VI, 6. 8. al. Ἐν, ut solet, abundat: *si quis lyram sinistra tractat s. tenet, plectrum vero dextra.* Vid. ad I, 14.

εἰς ἄλλα, int. ἔργα, οὕτω χρῆσθαι (manibus, puta, ita ut dextra magis quam sinistra utaris), μὴ δέον (i. e., δέοντος), quum hoc facere non oporteat s. ubi non oportet (vid. ad II, 5.). *Ficinus* verba μὴ δέον non expressit, *Cornarius* vero ita vertit: „et ad alia non ita uti oportere putat" (Ald. Bas. 1. et 2. scribunt similiter εἰς ἄλλα μὴ δέον, οὕτω χρῆσθαι). *Gatakerus* l. l. corrigebat μή, δέον; sine causa.

ἑκατέραις. Vulgo ἑκατέροις. Alterum, quod nos reposuimus, iam *Gataker.* l. l. scribi iusserat.

μαθών. *Stephanus* articulum ὁ praefigi iubebat; tunc etiam τοῦ μὴ μαθόντος scribi oporteret; sed articulo carere possumus, vid. ad III, 8.

παγκράτιον, quod ex pugilatu (ἐκ πυγμῆς) et lucta (ἐκ πάλης) constabat, vid. *Aristotel.* Rhetor. I, 5. §. 36. *Plutarch.* Sympos. II. p. 638. *Nicephor.* Schol. in Synes. p. 426. et *P. Fabri* Agonist. I, 9. Gronov. Thes. ant. graec. T. VIII. p. 1827. — Negatio οὐκ, orationi praefixa, etiam ad χωλαίνει δὲ καὶ ἐφέλκεται pertinet; δέ enim post χωλαίνει non particulae οὐκ oppositum est, sed verbis ἀπὸ μὲν τῶν ἀριστερῶν, quibus respondent ἐπὶ θάτερα. Ceterum χωλαίνειν est ex altera parte claudicare, mancum et imperfectum esse vel defici, et ἐφέλκεσθαι eleganter dicitur, qui membra s. crura languida trahit. — Mox Bas. 1. 2. et Cod. Voss. δεῦτα δή. — ἀργόν, vacuum, otiosum, inexercitatum.

Γηρυόνου. Schol. Ruhnk. p. 228: Γηρυόνης, Χρυσάορος καὶ Καλλιῤῥόης τῆς Ὠκεανοῦ, βασιλεὺς Ἐρυθείας τῆς νήσου, τῆς νῦν Γάδειρα καλουμένης, ὃς εἶχε τριῶν ἀνδρῶν συμφυὲς σῶμα, ἡνωμένον εἰς ἓν κατὰ τὴν γαστέρα, ἐσχισμένον δὲ (γρ. τε) εἰς τρεῖς ἀπὸ λαγόνων τε καὶ μηρῶν. Cf. *Apollodor.* Bibl. II, 5. 10. ubi v. Heyn. Observatt. T. II. p. 159. sq.

Βριάρεω. Schol. Οὐρανὸς ἐκ Γῆς πρώτους γεννᾷ Κόττον, Βριάρεω, Γύγην (*Apollodor.* I, 1. Γύην, ubi v. Heyn. Var. Lectt.), ἑκατόγχειρας τε καὶ πεντήκοντα κεφαλὰς ἔχοντας. Cf. *Perizon.* ad Aelian. V. H. V, 3. Ceterum eodem modo componuntur Geryones et Briareus in Euthydem. p. 299. C: Ἦ καὶ τὸν Γηρυόνην ἄν,

ἔφη, καὶ τὸν Βριάρεων οὕτω σὺ ὁπλίσαις; — De indicativo optativum φύοιτο excipiente vid. ad II, 10.

ἀρτίποδές τε καὶ ἀρτίχειρες, integris et pedibus et manibus, h. e., utroque et pede et manu utentes, ἀμφιδέξιοι; ἄρτιος est enim integer, omnibus suis numeris expletus (v. *Iacobs.* ad Anthol. graec. T. II. P. I. p. 129.). Sic ἀρτιμελής Polit. VII, 15. al.

CAP. VI.

P. 252. χρήσασθαι per se est capiendum, ut sit πρὸς τὸ s. ὥστε αὐτοῖς χρήσασθαι. Duo enim, quae esse debebant, orationis membra: τὰ δὲ μαθήματά που διττὰ εἴη ἄν, οἷς χρήσασθαι ξυμβαίνοι, in unam conflata sunt orationem. Mox ad γυμναστικῆς int. μαθήματα ξυμβαίνοι ἄν, i. e., εἴη ἄν: gymnasticae erit disciplina.

Μούσης λέξιν μιμουμένων, int. ἐστί, eorum, qui poëticam dictionem, h. e., versus vel carmina exhibent et imitatione exprimunt. Mox in φυλάττοντας (Cod. Voss. in marg. φυλαττόντων) ἀντίπτωσις attica inest. Sic V, 8. p. 736. E. genitivis praegressis sequitur ἀφιέντας — νεμομένους cet. XI, 12. p. 933. A: τῶν ἀνθρώπων, δυσωπουμένους πρὸς ἀλλήλους περὶ τὰ τοιαῦτα. Thucyd. I, 120: ἀνδρῶν γὰρ σωφρόνων μέν ἐστιν, εἰ μὴ ἀδικοῖντο, ἡσυχάζειν, ἀγαθῶν δέ, ἀδικουμένους, ἐξ εἰρήνης πολεμεῖν. Cf. *Koen.* ad Gregor. Corinth. p. 58. et 79. Schäf. *Fischer.* ad Weller. T. III. P. I. p. 387. et *Matthiae* Gramm. graec. p. 820. Quocirca sine causa *Stephanus* vel φυλαττόντων vel φυλάττουσα scribi iubebat. — Mox ad ἄλλη δέ int. ἐστί. *Cornarius:* „altera bonae habitudinis — gratia instituta est.“ — Verba, quae sequuntur, *Stephanus* sine causa tentavit. Τὸ προσῆκον est i. q. προσηκόντως, ut decet s. par est, ut solent adiectiva articulo etiam apposito usurpari, vid. *Musgrav.* ad Sophocl. Oed. Colon. 1711. *Fischer.* ad Weller. T. III. P. I. p. 217. Ἀποδιδομένης cave cum Stephano significatione activa accipias. Deinde post αὐτοῖς interpunxi; ἕκαστα αὐτά enim sunt quaeque pro se, et congrua singulorum membrorum flexio et extensio opponitur universorum motui; namque in apta singulorum membrorum flexione et extensione ipsa nititur saltatio. *Cornarius* vertit: „ut congrua flexio et extensio singulis ipsis attribuatur et concinnus motus ad omnem saltationem iuste dispergatur ac sequatur.“ Participium

διασπειρομένης praegresso sine copula annexum est; explicationi enim servit: *ita ut singulorum membrorum congrua motio in universam saltationem se effundat.* — Cod. Voss. *καὶ ἀποδιδομένης*. Pro *αὐτοῖς* Stephanus corrigebat *αὐτῆς* et pro *ἑκάστοις αὐτοῖς* *P. Faber* Agonist. II, 4. Gronov. Thes. ant. gr. T. VIII. p. 1940. coniiciebat *ἑκάστοις αὐτῶν εὐρύθμου κινήσεως, καὶ διασπειρομένης* cet.; sine causa. Vulgatam scripturam etiam *Ficinus* confirmat vertens: „ita ut sufficienter motus harmonicus diffundatur consequaturque universum saltationis ordinem."

Ἀνταῖος, Libyae rex, luctandi artis peritissimus, quamvis certamine ab Hercule victus, *Solin.* 24. ubi v. Salmas. p. 205. *Hygin.* fab. 31. Schol. ad h. l. p. 228. Eius meminit Plato etiam Theaet. p. 169. B.

Κερκύων, Vulcani (*Hygin.* fab. 187.) vel Neptuni (*A. Gell.* Noct. Attic. XV, 21.) filius, qui, in Isthmo degens, praetereuntes ad luctam cogere victosque interficere solebat, v. *Diodor. Sic.* IV, 61. Quarta eum pugna Theseus dicitur vicisse, v. *Pausan.* Attic. p. 94. I, 39. *Plutarch.* Thes. p. 5. B. al.

ἢ πυγμὴν Ἐπειός, *ἢ ἃ κατὰ πυγμὴν ξυνεστήσατο Ἐπειός.* Schol. Ruhnken. p. 229: *Ἐπειός, Πανοπέως τοῦ Φώκου, ὃς ἐπὶ τῷ Πατρόκλου ἀγῶνι ἐνίκησε πυγμήν. Ἄμυκος δέ, Ποσειδῶνος καὶ νύμφης Βιθυνίδος ἢ Μελίας, ὃς καὶ ἐξεῦρεν ἱμάντας πυκτικούς.* Amycus Argonautas cestu provocasse, sed a Polluce vel caesus vel vinctus esse traditur, vid. *Apollon. Rhod.* II. princ. ubi v. Schol. ad v. 98. Orphica Argonaut. 657. *Theocrit.* Idyll. XXII. *Valer. Flacc.* IV. init., al.

τὰ δὲ ἀπ' ὀρθῆς πάλης, ea vero, quae in *ὀρθῇ πάλῃ* fiunt, scilicet cervicis, manuum laterumque explicatio. Primum *ἀπὸ* substantivi circumlocutioni servit (proprie indicat, unde aliquid proficiscatur, quo fiat cet.). Vid. *Wesseling.* ad Diod. Sic. IV, 46. p. 289. *Heinrich* ad Mus. p. 52. et *Iacobs.* Animadv. ad Antholog. graec. T. I. P. I. p. 159. et ad Athen. p. 321 sq. Sic VIII, 4: *ἡ μὲν (ὀξύτης) ἀπὸ τῶν ποδῶν, ἡ δὲ καὶ ἀπὸ τῶν χειρῶν.* *Xenoph.* Laced. respubl. V, 9: *ὁμοίως γὰρ ἀπό τε τῶν σκελῶν καὶ ἀπὸ χειρῶν καὶ ἀπὸ τραχήλου γυμνάζονται.* al. Cf. Lexic. Xenophont. T. I. p. 318. *Fischer.* ad Weller. T. III. P. II. p. 115. Tunc verba *ἀπ' αὐχένων — ἐξειλήσεως* praegressa *τὰ ἀπ' ὀρθῆς πάλης* accuratius explicant. *Ὀρθή* s. *ὀρθία πάλη* s. *ὀρθοπάλη* erat lucta, qua stantes et erecti certabant (vid. *Mercurial.* II, 8. et *P. Fabri* Ago-

nist. I, 10. Gronov. Thes. ant. gr. T. VIII. p. 1829 sq.), opposita ἀνακλινοπάλη, qua humi iacentes luctabantur. Ἐξείλησις vero (ab ἐξειλεῖν, explicare, evolvere, expedire. Etymol. Mag. ἐξειλῆσαι — ἐκφυγεῖν· ἀπὸ τῶν ἐν τῷ παλαίειν ἀναλυόντων ἑαυτούς.) nihil aliud esse potest nisi explicatio (*das sich Herauswinden*), cui opposita sunt τὸ θλίβειν, τὸ κατέχειν, alia in lucta propria (vid. *Aristotel.* Rhetor. I, 5. *Pollux* III. al.); lucta enim tota erat in nexibus complicandis et explicandis, vid. *Salmas.* Exercit. Plin. in Solin. T. I. p. 205. Male, si quid video, *Spanhem.* ad Iulian. Orat. I. p. 111. interpretatus: cervicis, manuum et laterum reflexiones.

διαπονούμενα, de luctae laboribus et in universum de corporis exercitationibus verbum est proprium. Sic VII, 16. p. 813. B: πρὸς τὸ διαπονεῖν de saltatione. C. 17. p. 813. D: γυμνάσια γὰρ τίθεμεν καὶ τὰ περὶ τὸν πόλεμον ἅπαντα διαπονήματα. *Xenoph.* Cyrop. VIII, 8. 5. Lacedaem. respub. V, 8. *Lucian.* Anachars. §. 21. T. II. p. 269. Schmied. γυμνάσια καὶ διαπονήσεις τῶν σωμάτων. al. — Verba inverso ordine posita sunt pro μετὰ καταστάσεως εὐσχήμονος.

Κουρήτων ἐνόπλια παίγνια. Curetes, qui armati Iovem in Creta insula dicuntur custodivisse, ad fabulas Cretenses pertinent. Cf. *Heyn.* ad Apollodor. T. II. p. 7 sq. *Strabo* X, 3. §. 7. T. IV. p. 157. 160. §. 11. p. 171: διὰ τὸ νέοι καὶ κόροι ὄντες ὑπουργεῖν ἢ διὰ τὸ κουροτροφεῖν τὸν Δία. Cf. p. 278 sq. — *Ἐνόπλια παίγνια* (ἐνόπλιος ὄρχησις) sunt saltationes armatae s. πυῤῥίχαι (a Pyrrhicho Cretensi sic dictae, v. *Athen.* XIV, 7. *Harduin.* ad Plin. VII, 57. s. 56. *Mercurial.* de art. gymn. II, 7. *Salmas.* Plin. Exercit. in Solin. c. XI. p. 119 sq. T. I.), quae cum omni corporis flexu peragebantur quum plagae faciendae tum impetus declinandi causa. Vid. luculenta huius saltationis descriptio c. 18. Cf. *Meurs.* de saltat. vett. h. v. et in Miscell. Lacon. II, 12. *Perizon.* ad Aelian. V. H. III, 8. et quos supra excitavimus. Hinc ἐνόπλιος ῥυθμός. *Dionys. Halicarn.* Ant. Rom. T. I. p. 387: κινοῦνται γὰρ πρὸς αὐλὸν ἐν ῥυθμῷ τὰς ἐνοπλίους κινήσεις. Schol. ad *Aristoph.* Nub. 651: καὶ ἐνόπλιον, εἶδος ῥυθμοῦ, πρὸς ὃν ὠρχοῦντο σείοντες τὰ ὅπλα. Cf. *Spanhem.* ad Callimach. p. 291. et ad Iulian. Orat. I. p. 108 sq. *Iacobs.* ad Anthol. graec. V. II. P. III. p. 75 sq.

Διοσκόρων. Dioscuri, Iovis e Leda Tyndaride filii, Castor et Pollux (v. *Apollod.* Bibl. III, 11. §. 2.), quos Lacedae-

monii in primis colebant (v. *Spanhem.* ad Callim. in Pallad. v. 24.), saltationem πολεμικὴν s. πυῤῥίχην invenisse dicuntur (*Athen.* XIV, 630. *Meurs.* Miscell. Lacon. II, 12. Gronov. Thesaur. ant. gr. T. V. p. 2387.). Respicitur autem h. l. saltationis genus illud, quod virgines Lacedaemoniae in Dianae Caryatidis honorem quotannis peragebant, τὸ καρυατίζειν, cuius quidem auctores ferebantur Dioscuri. *Lucian.* de saltat. §. 10. T. I. p. 550: *Λακεδαιμόνιοι μὲν, ἄριστοι Ἑλλήνων εἶναι δοκοῦντες, παρὰ Πολυδεύκους καὶ Κάστορος καρυατίζειν μαθόντες (ὀρχήσεως δὲ καὶ τοῦτο εἶδος, ἐν Καρύαις τῆς Λακωνικῆς διδασκόμενον), ἅπαντα μετὰ μουσῶν ποιοῦσιν, ἄχρι τοῦ πολεμεῖν πρὸς αὐλὸν καὶ ῥυθμὸν καὶ εὔτακτον ἔμβασιν τοῦ ποδός.* Cf. *Meurs.* Graec. Feriat. lib. IV. Gronov. Thesaur. ant. gr. T. VII. p. 809. de saltat. vett. Thesaur. T. VIII. p. 1261. et *Manso* in Sparta T. I. P. II. p. 219 sq.

ἡ δὲ αὖ — κόρη. Laudat hunc locum *Eusebius* Praep. Ev. XIII, 19. p. 706. B. Significatur vero Minerva, Ἀθηνᾶ, Athenarum custos et patrona, (πολιὰς et πολιοῦχος dicta, vid. *Spanhem.* ad Callimach. in Pallad. 53.). — Mox Euseb. οὐκ ᾠήθη δεῖν κεναῖς χερσίν. Suidas T. I. p. 75. ἀθύρας, et Ald. Lov. Bas. 1. et 2. τὴν παντελεῖ. Paulo post Euseb. et Cod. Voss. πάντως. Illud πασίν in Bip. nihil nisi error est typographicus; libri enim reliqui omnes παισίν habent. Quod monendum esse putavi, propterea quod in Heusdii Var. Lectt. p. 156. παισίν e cod. Voss. enotatum est, ac si πασίν scriptura sit librorum editorum.

P. 253. *προσόδους*, in supplicationibus, quibus ad deorum templa et aras itatur. *Demosthen.* de coron. p. 254. 15: τῷ θυσίας καὶ προσόδους τοῖς θεοῖς, ὡς ἀγαθῶν τούτων ὄντων, ὑμᾶς πεποιῆσθαι. Cf. *Philo* de vit. contempl. p. 484. 14. 485. 6. ubi v. Mangei. *Athen.* VI, 14. *Pollux* I, 25. IV, 53. interpp. ad Thom. Mag. et *L. Bos.* Animadv. ad Aristid. p. 551. ed. Oxon. — *πομπάς*, pompas religiosas, vid. ad Polit. I, 1. De accusativo ποιουμένους post dativ. τοῖς παισί vid. ad III, 5.

Τὸ τοίνυν cet. Absolute haec posita sunt: de s. quod attinet ad Musarum et Apollinis munera; περί vero circumlocutionem facit, vid. I, 8.

CAP. VII.

P. 254. *τὰ αὐτὰ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως*, de rebus constanter iisdem manentibus et immutabilibus, Platoni familiare est, vid. *Wyttenbach.* ad Phaedon. p. 198 sq. — Post participia *κινούμενα* — *χρώμενα* sequi debebat (*αὐτὰ*) *λώβην φέρειν τῇ πόλει τὴν μεγίστην φαῖμεν ἂν ὀρθότατα λέγοντες* (de *φαῖμεν* — *λέγοντες* vid. ad III, 4.); oratione vero mutata, post genitivos, qui dicuntur, consequentiae: *προσαγορευόντων τῶν νέων*, infinitivi *κεῖσθαι* et *τιμᾶσθαι* positi sunt, quos respiciens *τούτου* (int. *τοῦ κεῖσθαι* et *τιμᾶσθαι*) *λώβην εἶναι* — *φαῖμεν ἂν* sequitur, perinde ac si praecesserit (*τοῦ*) *κινεῖσθαι* — *καινοτομεῖσθαι* et *χρῆσθαι*. In verbis *τοῖς τῶν αὐτῶν σωμάτων* pronomen *αὐτῶν* ita positum est, ut abundare videatur; opponitur vero *τοῖς σκεύεσι* (*σκεύη* sunt utensilia s. supellex cuiusvis generis), et *ἄλλοις* est *etiam*, vid. ad II, 9. — *ὁμολογουμένως*, constanter, concorditer, pari ratione, vid. ad Polit. VI, 19. p. 510. D.

τοῦ τε ῥήματος. *Ῥῆμα* est dictum, sententia verbis expressa (*Satz, Spruch*), ut Polit. I. p. 336. A. Cratyl. 399. A. Theaet. 190. C. ubi vid. *Heindorf.* p. 449. — Mox Cod. Voss. *εὐμεταστάτους*, in marg. vero *εὐμενεστάτους*. *Ficinus:* „habebis — benevolentissimos.“

μειζόνως — ἡμῶν αὐτῶν, plus quam (alias) audimus, h. e., quam maxima possumus attentione. Vid. ad I, 14.

P. 255. *ὡς ἔπος εἰπεῖν* est: *ut in universum dicam*, igitur *in omnibus, nullo excepto.* Cod. Voss. *ἐν*, *ὡς* cet.

ὥστε, εἴ τις. Verba, quae in libris editis male interpunguntur, ita cohaerent: *ὥστε* (quocirca), *ὡς* (quemadmodum) *τὰ σώματα — πρὸς ἡδονὴν καὶ ὑγίειαν ἄριστα διάγει — ταυτὸν* (idem) *δὴ δεῖ νομίζειν τοῦτο γίγνεσθαι καὶ περὶ τὰς τῶν ἀνθρώπων διανοίας.* Pro *ταραχθέντα* Cod. Voss. in marg. *ταχθέντα*, mendose. — *κατέστη.* *Καταστῆναι*, aor. II., vim passivi habet, ut sit *restitui;* Polit. VII, 2. p. 517. A: *πρὶν καταστῆναι τὰ ὄμματα.* *Xenoph.* Cyrop. II, 1. 27: *καὶ εἰ ταραχθεῖεν, θᾶττον καταστῆναι.* Contra active *καταστῆσαι* Legg. IX, 3. p. 856. E. et *καθιστάναι* c. 6. p. 862. C. — Mox ad *ἐντραφῶσι* int. *αἱ ψυχαί*, etsi sequitur singularis *ἡ ψυχή.* Deinde pro *τούτων τι κινεῖν σέβεται*, orationis forma mutata, sequitur *σέβεται — τό τι κινεῖν τῶν τότε καθεστώτων*, quasi praecesserit *ἐὰν γάρ τισι νόμοις ἐντραφῶσι.*

ἁμόθεν γέ ποθεν, alicunde. Vid. *Eustath.* ad Odyss. α. v. 10. p. 10 sq. Falso Scholiast. ap. Ruhnk. ad Tim. p. 26. explicat ὁπωςδήποτε, καθ' ὁτιοῦν.

ἀποτρέπουσιν, int. τὸν νεωτερισμὸν τῶν παιδιῶν. Mox ante ἑτέρους desidero negationem οὐχ, ut verba ita cohaereant: ὅτι ἀνάγκη τούτους τοὺς παῖδας τοὺς ἐν ταῖς παιδιαῖς νεωτερίζοντας ἄνδρας γενέσθαι οὐχ ἑτέρους τῶν ἔμπροσθεν παίδων: *pueri viri fiant a pueris non diversi necesse esse*, h. e., *aeque mutabiles et novarum rerum cupidi*, ac in pueritia erant. Ad γενομένους int. ἄνδρας. — Mox *ὡς ἥξοντος τοῦ — κακοῦ* pro accusativo cum infinitivo posita sunt. Vid. ad I, 1.

CAP. VIII.

P. 256. *ἔχον*. Sic omnes libri praeter Bipontinum, qui, operarum culpa, habet ἔχων.

καθιερῶσαι. Cf. II, 3. p. 656. D. E. Mox *ξυλλογισαμένους* (subducta ratione) *Ficinus* omisit. *Cornarius:* „supputatione facta."

τάξαι μὲν πρῶτον τίνας. *Stephanus* scribi volebat τινάς, ut *Cornarius* vertit: „et primum quidem *aliquas* constituere oportet;" sed τίνας recte habet: *primum constitui oportet, τίνας ᾠδὰς δεῖ ἐφυμνεῖσθαι καὶ ποίαις χορείαις γεραίρειν τὴν θυσίαν, deinde consecrandi sunt et cantus et chori singulis diis.* Oratio, iterum mutata, ita procedere debebat: τάξαντας πρῶτον μὲν τὰς ἑορτάς —, μετὰ δὲ τοῦτο τὰς ᾠδὰς καὶ χορείας· καὶ πρῶτον μὲν τάξαι τίνας — μετὰ δὲ τοῦτο αὐτὰς καθιεροῦν. — *καὶ τῶν ἄλλων*, intellige deorum liberos ac daemonas, ut in praegressis.

τίς τῳ θεῶν. Legebatur τῶν θεῶν, Cod. Voss. τῷ θεῶν.

P. 257. *ἐξείργειν*, quod alias est excludere, ἐκβάλλειν (ut XI. p. 935. E: ἐξείργειν ἐκ τῆς χώρας. p. 936. C: ἐκ μὲν ἀγορᾶς ἀγορανόμοι ἐξειργόντων αὐτόν.) h. l., ut c. 23. p. 823. C. 824. C. XI, 13. 935. C. c. 14. 936. C., est *arcere, impedire* s. *prohibere*, ut ap. *Thucyd.* I, 118. II, 13. *Aeschin.* contra Timarch. p. 56. et 72. T. III. al.

Πρὸς τούτῳ — λόγῳ. Vulgo τοῦτο; lectionem τούτῳ *Stephanus* memorat, eique, quod mirari debemus, vulgatam prae-

fert. *Πρὸς τινὶ γίγνεσθαι* est versari in aliqua re consideranda, exponenda, al. Mox *πάθωμεν* est i. q. *ποιῶμεν*, ut sequitur *καὶ δὴ καὶ τὸ παρὸν ἡμῖν ὡςαύτως ποιητέον.* Sic *τί γὰρ πάθω;* Euthydem. 302. E. Vid. Schol. ad Eurip. Hecub. 614. et 1021. *Spanhem.* et *Küster.* ad Aristoph. Nub. 234. *Gataker.* Adversar. XIII. p. 131. *Reitz.* ad Lucian. T. II. p. 73. 918. Bip. et *Valckenar.* ad Eurip. Phoeniss. 902. p. 335.

ἀνέροιτ' ἂν αὑτόν. Vulgo *αὐτόν*. Illud iam *Cornarius* expressit vertens: „percunctabitur *se ipsum* et alios." *Αὑτόν* spectat ad praegressum *μόνος*, ut *τοὺς ἄλλους* ad *μετ' ἄλλων πορευόμενος*. *Stephanus* praeter *αὑτόν* etiam *αὐτό* (*τὸ ἀπορούμενον*) proponebat.

P. 258. *νόμους — ᾠδάς.* Vid. ad III, 15.

ὕπαρ ἐγρηγορώς, certum vigilans, ut *Horat.* Satyr. II, 5. 100. dicit. Alias inter se opponuntur vel coniunguntur *ὄναρ* et *ὕπαρ*, ut XII, 14. p. 969. B. Vid. *Valckenar.* ad Ammon. p. 217 seq. Mox *ὠνείρωξε* est *per somnia quasi imaginatus est; ὀνειρώττειν* est enim fere id quod *ὀνειροπολεῖν*, ut Polit. V, 20. VII, 13. Cratyl. 439. C. Theaet. 158. C. In universum opponitur certae et clarae cogitationi vel cognitioni. Vid. ad II, 3. — *ὁ μὲν τοιοῦτος*, sc. *ὁ οὐ — φθεγγόμενος οὐδ' ἐν ὀρχήσει κινούμενος.* Mox constantiae causa scribendum erat *ἱερῆς*.

CAP. IX.

ἀσφαλέστατον, quod tutissimum est, scilicet formas quasdam (exempla quaedam generalia, quasi imagines) oratione fingere s. statuere. Mox Cod. Voss. *ἐκ μέν*, vitiose.

βλασφημίαν. Plurimum enim credebantur nocere verba male ominata, quando a cognatis pronuntiarentur. Vid. *Casaubon.* ad Theophrast. XIX. p. 203. Fisch. et cf. *Athen.* VIII, 66. p. 342. T. III. Animadv. V. IV. p. 676.

ὄτταν. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *ἧτταν*. Cod. Voss. *ὄτταν*, quod *Stephanus*, lectore non monito, recepit. Schol. in Cod. Voss. (et ap. Ruhnk. explicat: *φήμην, μαντείαν· καὶ ὀττεύεσθαι τὸ μαντεύεσθαι.* *Ὄττα* proprie est tacita mentis divinatio s. ominatio, et tunc ipsum omen. Vid. *Ruhnken.* ad Tim. p. 197 sq. Deinde verba *πατρί τε* in Ald. Lov. Bas. 1. et 2. desunt. *Ficinus* autem: „nonne dicemus, hunc patri et suis male ominatum fuis-

se." Ceterum φαῖμεν — φθέγγοιτο e duabus structuris conflatum est: ἆρ' οὐκ ἄν, φαμέν, — φθέγγοιτο et ἆρ' οὐκ ἂν φαῖμεν — φθέγγεσθαι.

P. 259. ῥήμασι cet. Cf. *Cicero* de legib. II, 24. — ξυντείνοντες, incitantes, instigantes, ad tristitiam commoventes.— Mox ἀποψηφίζεσθαι est latis suffragiis reprobare, reiicere, ut ap. *Demosthen.* Philipp. IV. p. 140. 16. pro Coron. p. 271. 6. Cf. omnino de hoc verbo *Taylor.* in Reisk. Appar. crit. in Demosth. T. I. p. 257. et T. II. p. 962 sq.

ἀποφράδες. Schol. Ruhnk. ἡμέραι, ἐν αἷς τοῖς κατοιχομένοις χοὰς ἐπιφέρουσιν, ἢ αἱ πρὸς πράξεις ἀνεπιτήδειοι. Similiter glossa in Cod. Voss. Cf. Moer. Attic. et Hesych. h. v. *Brodaeus* Miscell. Posth. II, 17. p. 498. Latinorum sunt dies religiosi. *A. Gell.* Noct. Attic. IV, 9: „dicuntur tristi omine infames impeditique, in quibus et res divinas facere et rem quampiam novam exordiri temperandum est, quos multitudo imperitorum prave et perperam *nefastos* appellant." Ubi vid. interpp.

Καρικῇ — μούσῃ. Schol. Ruhnken. τῇ θρηνώδει· δοκοῦσι γὰρ οἱ Κᾶρες θρηνῳδοί τινες εἶναι, καὶ ἀλλοτρίους νεκροὺς ἐπὶ μισθῷ θρηνεῖν. τινὲς δὲ ἐξήκουσαν τῇ βαρβάρῳ καὶ ἀσαφεῖ, ἐπειδὴ οἱ Κᾶρες βαρβαρόφωνοι.

ἀπαλλάττωμαι. Ald. Lov. et Bas. 1. ἀπαλλάττωμεν. Mox libri omnes, excepto Stephan., ἡμᾶς αὐτούς, ut *Ficinus*: „igitur a nobis ipsis hoc rursus exquiro." Ἡμᾶς postularet ἐπανερωτῶμεν. — ταῖς ᾠδαῖς dativus est, qui dicitur, commodi: *formarum cantibus* (designandis ac constituendis) *servientium.* Vid. ad II, 10. Deinde post Παντάπασι μὲν οὖν commate rectius distinguitur, de quo iam *Stephanus* monuit.

γνόντας δεῖ. Repetitum est δεῖ cum particula δή, quae orationem redintegrat; hinc αὐτούς sequitur. Sententia, quae hic exponitur, uberius illustratur in Alcibiad. II. pluribus locis.

P. 260. ὡς οὔτε ἀργυροῦν cet. In Ald. Lov. Bas. 1. et 2. καί pro ὡς exhibetur, quae perpetua fere harum particularum permutatio est, vid. *Schäfer.* Melet. crit. p. 73. Ceterum vituperat *Longinus* XXIX. §. 1. dictionem ἀργυροῦν et χρυσοῦν πλοῦτον, sed v. *Ruhnken.* et *Weiske* in not. ad Longin. p. 376. Πλοῦτον videlicet ambigue positum est, ita ut simul ad Πλοῦτον deum referatur; hinc ἱδρυμένον (vid. ad V, 9.) ἐνοικεῖν.

εὐχὰς οὐκ ὀρθάς. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. scribunt: ἡμαρτημένον, εὐχὰς οὐκ ὀρθὰς ἡμῖν, τοὺς πολ. *Stephanus* comma post ἡμῖν delevit, quasi εὐχὰς οὐκ ὀρθὰς cum εὔχεσθαι ποιήσει coniungi possit. Locum ita scripsimus, ut verba εὐχὰς οὐκ ὀρθὰς epexegesi serviant (τοῦτο ποιήσας ἡμαρτημένον, sc. εὐχὰς οὐκ ὀρθὰς ποιήσας), et ἡμῖν vel cum πολίτας coniungatur (*nostros cives*) vel ad ποιήσει εὔχεσθαι referatur, ex usitata pronominum personalium in dativo casu redundantia. — Mox pro τῶν ante περὶ μοῦσαν Ald. Lov. Bas. 1. et 2. vitiose scribunt τόν.

ἀποδεδειγμένοις. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἀποδεδεγμένοις. Sed ἀποδεικνύναι, *constituere*, *creare*, unice in hunc locum quadrat; accedit, quod sequens ἀποδεδειγμένοι illud requirit. Mox τὸν τῆς παιδείας ἐπιμελητήν positum est pro ὁ τῆς παιδείας ἐπιμελητής, quod cum ἀποδεδειγμένοι coniungendum erat, sed propter praegressum εἰλόμεθα accusativus est positus, ita resolvendus: καὶ ὁ τῆς παιδείας ἐπιμελητής, ὃν εἱλόμεθα, int. ἀποδεδειγμένος ἐστίν.

CAP. X.

P. 261. τέλος ἐπιστήσηται. Legebatur soloece ἐπιστήσεται; nam πρὶν ἄν coniunctivum postulat; quocirca huc referri non oportet particulae ἄν usum cum indicativo futuri coniunctae, de quo vid. *Marcland.* ad Eurip. Iphig. Taur. 894. *Brunck.* ad Theogn. 1015. ad Sophocl. Philoct. 1089. et Aristoph. Nub. 465. *Locell.* ad Xenoph. Ephes. p. 229. *Wolf.* ad Demosth. Lept. p. 344. *Schäfer.* ad Gregor. Corinth. p. 66. — De sententia, celebratum est Solonis dictum ap. *Herodot.* I, 32. Cf. *Sophocl.* Oedip. R. 1515. *Eurip.* Androm. 100. Troad. 513. Suppl. 270. Iphig. Aul. 161. Hercul. fur. 103. *Dionys.* ap. Stob. Serm. CIII. p. 560. *Ovid.* Metamorph. III, 135 sq. al. — Deinde vulgo γινομένοις scribitur, quod haud scio an in γενομένοις mutari oporteat. Cod. Voss. ἀνδράσιν τε καὶ γυναιξίν. — Paulo post ἔστι (extant) pro enclitico πολλά ἐστι scripsimus.

ὅ τι μὲν ἄν. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ὅτι; deinde ἐπανερόμενον, ut Cod. Voss., in quo genuinae mihi scripturae videntur vestigia inesse; namque ἐπανερομένους nonnisi quaesita quadam ratione explicare possis: in quaestionem revocantes, h. e., repetentes s. recolentes; et *Cornarius*, qui vertit: „quod vero mancum, id repetant ac concinnent,“ Stephanum videtur adduxisse, ut ἐπα-

νερομένους corrigeret. Ἐπανερόμενον igitur ex ἐπανορθούμενον, tachygraphice scripto, natum esse suspicor, quod quidem eum praebet sensum, quem orationis cohaerentia postulat: *illud vero* (int. τὸ ἐνδεές) *emendatum et expletum ad numeros aptos redigere* s. *numeris includere*; ἐπανορθούμενον referendum ad materiam emendandam ac perficiendam, et ἐπιῤῥυθμίζειν ad formam poëticam s. musicam. Similiter *Ficinus:* „et quae minus sufficienter (dicta), poetis (sic) viris musicisque adhibitis corrigant et absolvant."

μὴ ἐπιτρέποντας; ἐπιτρέπειν cum negatione est *non admittere, recusare* s. *propulsare*, ut XII, 13. p. 966. C. Vid. exempl. in Lexic. Xenophont. T. II. p. 333. Mox ἀλλ' ἢ est *nisi, praeterquam*, ut IX, 13. p. 875. D: ἀλλ' ἢ κατὰ βραχύ. XII, 7. p. 956. A: βάμματα δὲ μὴ προσφέρειν, ἀλλ' ἢ πρὸς τὰ πολέμου κοσμήματα. Cf. *Valcken.* ad Eurip. Hippol. 932. *Hoogev.* ad Viger. p. 475. Lexic. Xenophont. T. I. p. 133. *Hermannus* ad Viger. p. 778. post ἀλλ' ἢ omissum esse statuit aliud membrum, ut h. l. ἢ οὐκ οἶδα τίσιν; quae arguta interpretatio vereor ut cuiquam placere possit. Ἀλλά coniunctio, cum particula ἢ connexa, ponitur pro ἄλλος, nomini praegresso iungendo. Si v. c. Phaedr. p. 231. B. legimus οὐδὲν ὑπολείπεται, ἀλλ' ἢ ποιεῖν προθύμως, hoc dictum est pro: οὐδὲν ἄλλο ὑπολείπεται, ἢ ποιεῖν προθύμως. Et sic nostro etiam loco ἐπιθυμίαις — ἀλλ' ἢ τισιν ὀλίγοις dictum est pro ἄλλοις, ἢ τισιν ὀλίγοις, s. ἄλλαις, ἢ τισιν ὀλίγαις. Ὀλίγοις, etsi ad ἡδοναῖς et ἐπιθυμίαις referendum est, tamen recte habet, vid. ad I, 14. Deinde verba ὅτι μάλιστα sequentibus iunximus. Paulo post αὐτῶν (τῶν τοῦ νομοθέτου βουλημάτων) scripsimus pro αὐτῶν, quod sensum contrarium habet.

πᾶσα δ' ἄτακτος. Sensus postulat ἀτάκτου, ut *Ficinus* vertit: „Omnis profecto ordinata musa, quamvis suavis musa non adiungatur, longe melior est, *quam cum est sine ordine.*" In sequentibus inter se opponuntur μοῦσα τεταγμένη (musa sobria ac severa) et γλυκεῖα (communis illa, quae soli oblectationi servit); et qui in illa educatus est, is eius contrariam (suavem illam) ἀνελεύθερον vocat, contra, qui in suavi educatus est, is sobriam illam ἀηδῆ nuncupat; igitur altera severitate, altera suavitate excellit, ut par sit utriusque ratio, si suavitatem et severitatem spectes, sin virtutis rationem habeas, unice praestat sobria illa musa. Haec est sententiarum series, ad quam verba exigere oportet τὸ δ' ἡδὺ πάσαις: quaelibet musa propriam suam suavitatem ha-

bet; quod inde perspicitur, quod, qui in sobria musa educatus est, is pervulgarem illam aspernatur, contra in pervulgari institutus sobriam vocat ingratam. Ad πάσαις int. ἐστί, ut *Cornarius* bene verba cepit vertens: „iucunditas autem omnibus inest.“ Quocirca *Stephanus* sine causa e *Ficini* translatione: „suavitas autem et iucunditas musis omnibus est *communis*,“ depromsit κοινόν, quod libri veteres ignorant. Si quid desiderarem, equidem ἐν ante πάσαις suspicarer interponendum esse. — Mox post ἐν ᾗ γάρ — διαβιῷ, sequi debebat ταύτην ἐπαινεῖ τε καὶ ἡδεῖαν εἶναί φησιν; igitur σώφρονι μέν — μισεῖ positum est ac si praecesserit: ὁ μὲν γὰρ ἐκ παίδων — τραφεὶς ἐν σώφρονι μούσῃ καὶ διατεταγμένῃ, εἰ ἀκούει τῆς ἐναντίας, μισεῖ cet. Pro διατεταγμένῃ *Stephanus* memorat scribi quoque τεταγμένῃ, quod placet. Κοινή est pervulgaris illa et solam oblectationem sectans.

P. 262. περὶ ἑκατέρας, circa utramque, sobriam et pervulgarem illam, quae eximie dicitur suavis esse, quia ad solam voluptatem spectat; per se vero neutra vel iucundo vel iniucundo praestat (utraque enim per se iucunda est et iucunda habetur ab eo, qui in illa educatus est), sed si virtutem spectes, una sola probanda est sobria musa. ἐκ περιττοῦ cet.: impari vero ratione illa (sobria) meliores reddit, qui in ipsa educati sunt, haec vero (pervulgaris illa et suavis) deteriores, h. e., *in hoc vero sibi impares sunt, quod* cet. — Pro δέ post ἀκούων Cod. Voss. in marg. δή.

χωρίσαι. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. χωρῆσαι. *Ficinus:* „forma quadam distinguere debemus.“ Mox iidem libri ὅλη γε ἡ ἁρμονία, et τούτων post ἑκάστοις repetunt.

ἔστι δὲ ἀμφοτέροις cet. Locus aperte mendosus est, quem ita corrigendum esse arbitror: ἔστι δὲ ἀμφοτέροις μὲν (ἄῤῥεσι et θηλείαις, ut supra) ἀμφότερα ἀνάγκη τὰ ἑπόμενα ἀποδιδόναι, τὰ μὲν τῶν ἀῤῥένων, τὰ δὲ τῶν θηλειῶν, αὐτῷ τῷ τῆς φύσεως ἑκατέρου διαφέροντι· τούτῳ (nisi malis ὅτῳ, *quo quidem*) δεῖ καὶ διασαφεῖν. Verba ita cohaerent: ἔστι δὲ ἀνάγκη, ἀμφοτέροις μὲν ἀμφότερα, τὰ μὲν τῶν ἀῤῥένων, τὰ δὲ τῶν θηλειῶν (utraque, tam mascula quam feminea, carmina) ἀποδιδόναι, τὰ ἑπόμενα (consentanea, convenientia) αὐτῷ τῷ τῆς φύσεως ἑκατέρου διαφέροντι (utriusque naturae differentiae, h. e., diversae utriusque, viri et feminae, naturae). Ἀμφότερα, voci ἀμφοτέροις subiectum, ut solent pronomina coniungi (ἄλλος ἄλλον, al.), ex abundanti fere positum est.

Et universa oratio proprie e duabus conflata est: ἔστι δὲ ἀνάγκη, ἀμφοτέροις τὰ ἑπόμενα ἀποδιδόναι, ὥστε ἀμφότερα, τὰ μὲν τῶν ἀῤῥένων, τὰ δὲ τῶν θηλειῶν, αὐτῷ τῷ τῆς φύσεως ἑκατέρου διαφέροντι ἔπεσθαι: utrisque vero oportet convenientia (carmina) tribuere, ita ut utraque (carmina, tam mascula quam feminea (proprie carmina quum virorum tum feminarum), diversae utriusque sexus naturae respondeant. *Μέν* illud post ἀμφοτέροις, non sequente δέ, positum est, vid. ad II, 8; et tamen suam habet vim; nam in ἀμφοτέροις μέν cet. carmina utriusque sexus componuntur, in sequentibus vero mascula carmina a femineis distinguuntur. Ante τὰ δὲ τῶν θηλειῶν (*Stephano* auctore liber vetus habet τὸ δὲ τῶν θηλειῶν) excidisse τὰ μὲν τῶν ἀῤῥένων, iam e voce ἑκατέρου colligitur. Similiter *Ficinus:* „et utrisque convenienter (quo τὰ ἑπόμενα confirmari videtur) attribuendae, et quid *virum* quidve mulierem deceat, ex ipsa utriusque naturae differentia declarare.“ Cod. Voss. ἀνάγκῃ, vitiose. Deinde Ald. Lov. Bas. 1. et 2. δεῖν.

τὸ δὴ μεγαλοπρεπὲς οὖν. *Stephanus* scribi volebat ὄν; haud dubie propter *Ficinum*, qui vertit: „Porro, quod magnificum est.“ Sed τὸ μεγαλοπρεπές est i. q. τὴν μεγαλοπρέπειαν.

οἷον δή τις. Post οἷον, *Stephanus* monet, videri posse particulam δέ desiderari. Sed intelligenda est particula explicans: *scilicet, nempe;* vid. ad I, 4.

τὰ τροπίδια, int. ξύλα, sunt ligna ad fabricandas navium carinas apta, quae fundamento navis serviunt, primae eius formae s. lineamenta. Cod. Voss. τροπιδεῖα scribit. Verba τὴν τ. ν. ἀρχήν appositio sunt, quae dicitur, ad τὰ τροπίδια: *tanquam navis exstruendae fundamentum.* Vulgo τὰ τροπίδια cum ὑπογράφεται coniunctum legitur; praegressis vero annectendum esse, iam e sequentibus: ὄντως αὐτῶν τὰ τροπίδια καταβάλλεσθαι perspicitur. Τροπίδια et τρόπις translate ponuntur ἐπὶ καταβολῆς τινὸς καὶ ἀρχῆς πράγματος. Vid. Etymol. M. — Deinde ante ὄντως — καταβάλλεσθαι int. *scilicet*, et ad σκοπεῖν suppl. ὥστε: *ad considerandum* s. *ut perscrutemur*, ποίᾳ μηχανῇ — διακομισθησόμεθα. Vid. ad II, 8. — In verbis διὰ τοῦ πλοῦ τούτου τῆς ζωῆς imago inest veteribus admodum familiaris. Vid. *Iacobs* ad Antholog. graec. T. I. P. II. p. 75. et *Wyttenbach.* ad Phaedon. p. 227. Similiter c. 16. p. 813. D: πάντ' ἡμῖν κατ' ὀρθὸν πλεῖ.

P. 263. θεοῦ τι παίγνιον. Vid. I, 13. ubi cf. not. Respe-

xit ad hunc locum *Clemens Alexandr.* Strom. VII. p. 714. T. II. p. 845. Pott.

τὸ δ' ἦν. Vulgo *τόδ'*, quod sensu caret. *Stephanus* corrigebat: *τὸ δ' ἐναντίον ἦν*, *contra autem.* Sed unice verum est, quod reposuimus, *τὸ δ'*, *at vero*, vid. ad I, 11. p. 642. A. Bene *Cornarius:* „at in bello neque ludus neque disciplina memorabilis unquam fuit neque est neque erit." Notatu dignum est *ἦν*, instar aoristi positum; quocirca cum *πεφυκυῖά ποτε* (praeterito), *οὖσα* et *ἐσομένη* coniunctum tria tempora complectitur. Deinde *τὸ δέ* pro *τὸ δή* scripsimus, quia haec verba sententiam continent praegressae oppositam. Et praecedit *ἐν πολέμῳ μέν*. *δή* est scilicet: *sed oportet, id quod studio nobis dignissimum esse dicimus, unumquemque vitam et plurimum et optime in pace agere.* Notus est hic articuli usus, ut in *τὸ μέγιστον* (id quod maximum est), al. Vid. *Fischer.* ad Weller. T. I. p. 342. sq. *Wyttenbachius* in Bibl. Crit. V. III. P. IV. p. 84. scribi volebat *δεῖν;* sed *δεῖ* recte habet; verba enim ita cohaerent: *δεῖ δέ, τό φαμεν — εἶναι σπουδαιότατον*, h. e., *τὸ σπουδαιότατον, ὅ φαμεν ἡμῖν εἶναι.*

τίς οὖν ὀρθότης, ᾗ. Vulgo *ᾗ* desideratur. *Stephanus* corrigebat: *τί οὖν ὀρθότατα παίζοντά ἐστι διαβιωτέον;* sed voce *ὀρθότης*, scriptori nostro admodum familiari, aegre careamus, et agnoscit eam etiam *Ficinus* vertens: „quae autem ludendi in vita recta sit *ratio.*" Verissimum nobis videbatur *ᾗ*: *τίς οὖν ὀρθότης* (*ἐστίν*), *ᾗ*, h. e., *τίνι οὖν ὀρθότητι.* Oratio universa, interpositis Homeri versibus interrupta, ita cohaeret: *τίς οὖν ὀρθότης* (*ἐστίν*), *ᾗ παίζοντά ἐστι διαβιωτέον, τίνας δὴ παιδιὰς θύοντα καὶ ᾄδοντα* (*διαβιωτέον*) — *ὁποῖα δὲ ᾄδων ἄν τις — ἀμφότερα ταῦτα πράττοι, τὸ μὲν τῶν τύπων εἴρηται, τὰ δὲ καὶ τὸν δαίμονά τε καὶ θεὸν αὐτοῖσιν ὑποθήσεσθαι* (*νομίζειν δεῖ*): *haec partim generaliter exposita sunt, partim deus ipse unumquemque edocebit.* *Τὸ μὲν τῶν τύπων* ita positum est, ac si praecesserit *κατὰ τὴν ὀρθότητα, ᾗ παίζοντά ἐστι διαβιωτέον, κατὰ δὴ τὰς παιδιάς, ἅς* cet.: *quod vero ad rectam ludendi rationem attinet, scilicet* (*δή*) *ad lusus et sacrificiorum et carminum et saltationum, quibus et deum nobis placemus et inimicos propulsemus, nonnullae formae iam dictae sunt*, h. e., formae (regulae generales) partim iam expositae sunt, partim vero expositione nulla indigent, propterea quod deus unicuique eas praecipiet. De accusativis *παίζοντα*, *ᾄδοντα*, al., e gerundio *διαβιωτέον* pendentibus, vid. ad I, 11. Verba *ὁποῖα δὲ ᾄδων ἀμφότερα* (*τοὺς θεοὺς ἵλεως αὑτῷ κατασκευάζειν* et

τοὺς ἐχθροὺς ἀμύνεσθαι) *πράττοι* (*efficiat*, h. e., *assequatur*) praegressa repetunt. Particula *δέ* post *ὁποῖα* interposita est, ut solet relativis subiici, vid. ad III, 2. De *ὁδοὶ τέτμηνται* vid. ad VII, 3. Mox *προςδοκῶντα* ex *ἰτέον* pendet. Versus autem, qui sequuntur, ex Odyss. III, 26. sq., depromti sunt. Cod. Voss. *ἔκητι*.

P. 264. *διανοηθέντας*. Cod. Voss. *διανοουμένους*. — *οἷςτισι*, int. *θεοῖς*. Ad *ἱλεούμενοι* e praegressis repete *οὕςτινας* (*θεούς*) *τε καὶ ὁπότε*. De voce *θαύματα* vid. ad I, 13. — *τὸ πολύ*, maximam partem, vid. ad III, 10.

παθών. *Ficinus* „commotusque fuerim," quasi legerit *ὑπ' αὐτοῦ* (*τοῦ θεοῦ*) *παθών*, ab eo affectus. Particulam vero *καί* ab iis inculcatam esse censeo, quos participia sine copula coniuncta offendissent; qua omissa sensus emergit optimus: *deum enim respiciens s. contemplans ita affectus sum* (*accidit mihi quasi invito*. Sic c. 14: *τί — πεπονθὼς λέγεις;* quid tibi accidit, ut ita dicas?), *ut dicerem, quae nunc dixi*.

CAP. XI.

διδασκαλείων. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. vitiose *διδασκαλίων*; *διδασκάλια* enim sunt *δίδακτρα*, minervalia, *διδασκαλεῖον* vero ludus literarius s. schola. Vid. VI, 11. Pro *εὐρυχώρια* vero haud dubie *εὐρυχωρίαι* (campi lati, loca spatiosa) scribendum est. *Εὐρυχωρία* legimus in Theaet. 194. D. Tim. 60. E. Epist. III. p. 319. C.

ἀκροβολισμῶν. *Ἀκροβολισμός* s. *ἀκροβόλισις* proprie est iaculorum ex edito loco emissio, deinde in universum iaculatio; vid. Phavor. et Hesych. v. *ἀκροβολίζεσθαι*. Cf. VII, 4. p. 794. C. et c. 17. init.

ἐν δὲ τούτοις. Laudat haec *Euseb.* Praep. Ev. XIII, 19. p. 706. C., ubi ante *διδασκάλους* legitur *δεῖ*; sed hoc latet haud dubie in particula *τέ* post *διδάσκειν*; namque *τέ* nihil, quo referatur, habet. Sic omnia optime cohaerent: *ἐν δὲ τούτοις πᾶσι* (*διδασκαλείοις καὶ γυμνασίοις*) *οἰκοῦντας διδασκάλους ἑκάστων ξένους, μισθοῖς πεπεισμένους, δεῖ διδάσκειν* cet. Pro *οἰκοῦντας* Cod. Voss. *οὐκ ὄντας*, idemque *Vigerus* ad Euseb. p. 68. coniecerat; sed *οἰκοῦντας*, quod sensum commodum habet, etiam *Ficinus* agnoscit vertens: „peregrini magistri pretio conducendi, qui, illic habitantes, —

instituant." *Φοιτῶντα* est: *ita ut non is — veniat* (*φοιτᾷν* proprium esse verbum constat de iis, qui scholas frequentant), et *ἐᾷν* est *negligere, non uti*, ut Polit. II, 17.

πάντ' ἄνδρα καὶ παῖδα. Proverbialis locutio, quam in Euthydemi quoque fine legimus: *τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, αὐτός τε καὶ τὰ παιδία.*

P. 265. *τὰ αὐτὰ δέ.* Euseb. *ταυτά.* Cod. Voss. *τὰ αὐτὰ δὲ δὴ καί.* Mox *οὔτε ἱππικῆς οὔτε γυμναστικῆς* e verbo *φοβηθείς* pendet; intelligenda est praepos. *περί*, et sequens *ὡς* est *ne*, ut ap. *Xenophont.* Cyrop. V, 2. 11: *καὶ ἀνδρὸς δ', ἔφη, τῇ θυγατρὶ μὴ φοβοῦ ὡς ἀπορήσεις ἀξίου ταύτης.* Nomina vero *ἱππικῆς* et *γυμναστικῆς* praegressis, ut assolet (vid. ad I, 2.), iuncta sunt, quum subiectum sequentium esse deberent: *neutiquam verens, ne equitatio et gymnastica viris quidem conveniat, a feminarum autem natura abhorreat.* In alia omnia discesserunt viri docti hunc locum interpretantes. Sententiam ipsam, mulieres pariter ac viros esse instituendas, fusius tractavit *Musonius* in Wyttenb. Philomath. T. I. p. 157. sq.

Σαυρομάτιδας. Amazones significantur Sauromatides (v. *Plin.* H. N. VI, 13. *Pompon. Mel.* I, 19. III, 4.), de quibus *Eustath.* ad Dionys. *ἔθνος δὲ γυναικεῖον αἱ Ἀμαζόνες πρὸς τῷ Θερμώδοντι, διὸ καὶ ἀπὸ μητέρων ἐγενεαλογοῦντο, καθὰ καὶ Ἀῤῥιανὸς ἱστορεῖ. ἐκαλοῦντο δέ ποτε καὶ Σαυρομάτιδες διὰ τὸ ἐν Σαυροματικῇ ποτὲ Σκυθίᾳ οἰκῆσαι, καθάπερ προγέγραπται ἐν τοῖς περὶ Σαυροματῶν.* Cf. *Herodot.* IV, 11. *Iustin.* II, 4. *Ian. Rutgers.* Var. Lectt. IV, 4. p. 1?7. sq. et *Klaproth.* Itinerar. in Caucas. (Hal. et Berol. 1812. 8.) T. I. p. 644. sq. De Scythissis bellicosis in universum conferendi sunt *Diodor. Sic.* II, 45. sq. *Strabo* XI. T. IV. p. 434. sq. et *Taylor.* Lectt. Lysiac. c. IV. p. 242. sq. T. VI. ed. Reisk.

ἐκ τῶν αὐτῶν τελῶν. Explico haec ita: *per eadem tributa et labores*, et refero ad *διπλασίας*: *quae dupla esset per eadem* (utrique sexui communia) *et tributa et labores*, h. e., *si eadem feminis essent tributa et labores, quae sunt viris.*

ἔστι μέντοι — λεγομένων. Tribuuntur haec verba in Ald. Lov. Bas. 1. et 2. Atheniensi; *Ficinus* autem recte ea Cliniae assignat.

Ἀλλὰ — εἶπον. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *εἰπών.* Cornarium secutus *Stephanus* scripsit *εἶπον*, male post *γάρ* interpungens et

δεῖ pro δεῖν, quod libri veteres omnes exhibent, reponens. *Εὖ*, quod in libris editis praegresso annexum reperitur, cum *διελθόντος* coniunximus, ut sit *recte s. ita ut par est*. Pro *διελθόντος* vero videndum est annon *διελθόντας* (int. *ἡμᾶς*) scribendum sit. Pro *ἐᾶσαι* vero *Ficinus* videtur legisse *πάντα*, quod, si liber aliquis vetus suppeditasset, recipere haud dubitassemus. Vertit enim *Ficinus:* „Totam primo disputationem decet percurrere, deinde, quod potissimum videtur, eligere." Pro *διεξελθεῖν* Cod. Voss. *διελθεῖν*.

CAP. XII.

Τόδε ἔμοιγε, int. *κεχαρισμένον ἐστίν*. *Ficinus:* „hoc ipsum mihi placet." Vulgo *τὸ δὲ ἔμοιγε*. *Τόδε* etiam *Stephanus* scribi iussit.

P. 266. *οὐκ ἀποσβήσεται τὸ μὴ οὐ λέγειν*. Recte *Ficinus:* „non cessabit asserere." *ἀποσβέννυσθαι* enim, extingui, tolli, est i. q. *παύεσθαι*. *Xenoph.* Cyropaed. VIII, 8. 13: *τὸ μέντοι τὰ ἱππικὰ μανθάνειν καὶ μελετᾶν ἀπέσβηκε* (vi intransitiva, de qua v. *Stephan.* Thesaur. L. G. T. III. p. 748. et *Ruhnken.* ad Tim. p. 40.). Particulae *μὴ οὐ* affirmant, vid. *Hermann.* in Mus. stud. antiquit. V. I. Fasc. I. p. 220. sq. Ceterum *Stephanus* scripturam memorat *ἀποβήσεται*.

ἔμπροσθεν θεῖμεν ἄν, praeponere s. praeferre possimus. *τῶν νῦν ἀποδεδειγμένων*, int. *τάξεων*, earum s. ex iis, quae nunc legibus constitutae sunt, h. e., quae hodie extant. *Ἀποδεικνύναι* est lege constituere et in universum constituere s. statuere, ut c. 9. p. 801. D: *τοῖς περὶ ταῦτα ἀποδεδειγμένοις κριταῖς*. X, 15. p. 907. E: *πρὸς τὸ περὶ τούτων ἀποδεδειγμένον κρίνειν δικαστήριον*. *Xenoph.* Lacedaem. respubl. X, 7: *τοῦτον ἀπέδειξε* (*ὁ Λυκοῦργος*) *μήτε νομίζεσθαι εἶναι*. Oecon. VII, 30: *καλὰ εἶναι ὁ νόμος ἀποδείκνυσιν, ἃ καὶ ὁ θεὸς ἔφυσεν — δύνασθαι*. Monui propter *Cornarium*, qui vertit: „ex nunc demonstratis."

πότερον (*ταύτην τὴν τάξιν*), *ἥν*, i. e., *καθ' ἣν Θρᾷκες — χρῶνται*.

ταλασίας, lanificii, est i. q. *ταλασιουργίας*; v. Schol. Ruhnk. p. 229. Tim. Lex. p. 247. et Olympiod. Comment. ad Alcib. I. MS. in Ruhnk. not. ad Tim. l. l.

κόρας μὲν γυμνασίων μετόχους. Cf. *Manso* in Sparta.

T. I. P. II, p. 161. sq. Mox ἀργοὺς est *vacuas* a lanificio, ut ἀργός et ἀργία cum genitivo solent coniungi. Male *Ficinus* vertit: „in otio quidem lanificium curent." In sequentibus pro δέ scripsimus δή; opposita enim inter se sunt: ἀργοὺς μὲν ταλασίας ἀσκητικόν τινα βίον — διαπλέκειν et θεραπείας δὲ αὖ — εἰς τὶ μέσον ἀφικνεῖσθαι: mulieres, a lanificio vacuae, sollertem quidem et haud otiosam vilemque vitam agunt, in rei vero domesticae cura liberorumque educatione mediam quandam viam ingrediuntur, ita ut etiam vilioribus rebus partim vacent. In universum igitur dicere vult Athenienses, mulieres Spartanas neque tam otiosas vivere, quam mulieres Athenienses, neque tam laboriosas et serviles esse, quam Thracias, sed medium fere tenere.

ὥστ' οὐδ' cet. Verba ita cohaerent: ὥστ' οὐδὲ — δύνασθαι φόβον παρασχεῖν —, οὔτε κοινωνῆσαι — οὔτε μιμήσασθαι δυνάμεναι. Nominativi δυνάμεναι et λαβοῦσαι ita positi sunt, ac si oratio recta praecesserit; et solet ὥστε sic cum nominativo et infinitivo poni, ut ap. *Xenoph.* Mem. Socrat. I, 2. 1. IV, 4. 1. Cyropaed. IV, 2. 19. Oecon. II, 8. Deinde P. 267. vulgo post πατρίδος interpungitur, quum ὡς cum ἀντιστάσας cohaereat: *ut, si forte patria vastetur, fortiter resistant. Γέ* vero est *saltem*, vid. ad II, 8. — Mox pro αὐτάς in παρὰ γυναῖκας δὲ αὐτάς, ni fallor, ταύτας vel τοιαύτας legendum est. Mox Bas. 1. et 2. ἡμῶν pro ὑμῶν.

τέλεον cet. *scilicet, si feminis desidiam concedat et solorum virorum rationem habeat, simplicem pro duplici felicitatem civitati ipsum comparare.*

ἀτάκτοις. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἀτάκταις. Steph. ἀτάκτως. Mox καταδραμεῖν, in aliquem incurrere, est invehi, carpere aliquem. Vid. *Menag.* ad Diogen. Laert. VII, 187.

CAP. XIII.

ἐγγὺς δ' ἐχόμενα. Vox ἐγγύς abundat fere, quum ἐχόμενα (int. τούτων) iam sit *proxima* s. *proxime sequentia*, ut c. 15. p. 811. D: τά τε τούτων ἐχόμενα καὶ ὅμοια. VIII, 1. init. Τούτων μὴν ἐχόμενά ἐστι. IX, 13. init. τὸ δ' ἐχόμενον τούτων. — αὐταῖς, i. e., αὐτῶν, vid. ad I, 1.

P. 268. θεασαμένους et ἰδόντας, ut solet, dativos ἄρχουσι et ἀρχούσαις excipit, de quo vid. ad III, 5. — ξυσσίτων. Vulgo

ξυσσιτίων. Sic Epist. VII. p. 350. C. ξύσσιτος cum ξυνέστιος coniunctum legitur. Ξυσσίτων etiam *Schulthessius* (vers. germ. T. II. p. 489.) legendum esse duxit. — Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. μετὰ δὲ ταύτας, πείσαντας. *Ficinus* vero: „et postquam tam principes quam ceteri diis ipsis — libaverint.“ Quod cum Stephano scripsimus, id Cornario debetur. Bene subiicit *Stephanus*: „in qua lectione volui te cernere, quantam depravationem afferat interdum litera ex unius vocis fine ad principium alterius transiens.“ Cuius generis corruptiones innumeras deprehendimus in veterum libris editis. — In praegressis ante ἄρχουσι desidero particulam καί vel similem aliquam. Λύειν, dissolvere, est dimittere: *ita ut, libatione peracta, domum quisque suam redeat.* De κατὰ ταῦτα οὕτως vid. ad I, 5.

ταῦτα κεκοσμημένοις. Sic libri veteres omnes; ταῦτα est i. q. ταύτῃ, sic, vid. ad III, 9. *Ficinus*: „his igitur hominibus *sic* institutis.“ Sine causa igitur *Stephanus* scripsit ταύτῃ. Mox libri veteres ἄρα et δεῖν.

τό γε δίκαιον est i. q. δίκαιόν γε; vid. ad I, 6. — οὕτως cum ζῶντα coniungendum.

καταπεπιασμένῳ. Sic in marg. Cod. Voss. scribitur pro eo, quod libri omnes exhibent, καταπεπεσμένῳ (*Cornarius*: „ex pigritia velut concocto“); unice vero et praegressis (πιαινόμενον — δεῖ ζῆν) et sententiarum nexui convenit καταπεπιασμένῳ (a πιαίνω). Accedit *Ficini* auctoritas vertentis: „desidi *obesoque* per inertiam animali.“ Κατά, ut in compositis solet (v. *Zeun.* ad Viger. p. 638.), repletionem indicat, ut καταπεπιασμένος sit *prorsus obesus* s. *saginatus*.

τετρυχωμένων. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. τετρυφωμένων. *Stephanus* scripsit τετρυμένων; sed propius abest a vulgata scriptura, quod recepimus, τετρυχωμένων (a τρυχοῦσθαι, i. e., τρύχεσθαι, exhauriri, defatigari). Affert hanc lectionem *Stephanus* e libro veteri, eaque *Cornarii* emendatio est. Nec aliter *Ficinus* legit vertens: „ab alio laboribus exercitato et quasi extenuato.“

δι' ἀκριβείας ἱκανῆς. Cod. Voss. δι' ἀκριβείας μὲν ἱκανῆς. Mox ad ἴδιαι int. ὦσι. Deinde pro ἅπαντ' ᾖ, quod *Stephanus*, lectore non monito, scripsit, Ald. Lov. Bas. 1. et 2. πάντῃ. Paulo post τὰ δέ coniunge cum τανῦν λεγόμενα, ut μετ' ἐκεῖνα δεύτερα sit: ἃ μετ' ἐκεῖνα δεύτερά ἐστι. *Cornarius*: „quae vero post illa rursus secunda sunt, de quibus nunc dicimus.“

ὑπὸ — νόμου. Ald. Lov. Bas. 1. μόνου, Bas. 2. μόνον. *Ficinus* vero: „a iusta lege mandatum." Unde *Cornarius* νόμου corrigendum esse monuit, quod *Stephanus* tacite recepit.

τοῦ γὰρ — ὀρεγομένου. Genitivi τοῦ γὰρ βίον παρασκευάζοντος pendent e comparativis διπλασίας et ἔτι πολλῷ πλέονος ἀσχολίας. Verba τοῦ ὀρεγομένου Πυθιάδος — νίκης praegressis epexegesis causa subiecta sunt. Mox pro ἀρετῆς scripsimus ἀρετήν (*virtutis causa* s. *ad virtutem assequendam*); verba enim ita cohaerent: ὁ ᾑρημένος (electus) βίος περὶ τὴν τοῦ σώματος καὶ ψυχῆς ἐπιμέλειαν εἰς ἀρετήν (respectu ad virtutem). Etiam aptius, ni fallor, legeretur ὁ τὴν — ἐπιμέλειαν ᾑρημένος βίος (active), ut *Cornarius* vertit: „vita, quae rectissime totius corporis ac animae curam ad virtutem elegit." *Ficinus* plura praetermisit vertens: „qui recte animi corporisque virtuti vacat."

εἰς ἀπόδοσιν. *Stephanus* coniecturam memorat εἰς ἐπίδοσιν, quam reprobat; „neque enim displicet eum dici τῷ σώματι ἀποδιδόναι πόνους καὶ τροφήν, qui tribuit corpori, quae illi debentur, quod ad exercitationes et quod ad nutrimentum attinet." Sensus est: nihil enim, quod ad hoc opus non pertinet (huc non spectat) impedimento esse debet, quominus et corpori et animo, quae ipsis conveniant, tribuamus. Διακώλυμα εἰς ἀπόδοσιν est i. q. διακώλυμα τοῦ ἀποδιδόναι: cui hoc propositum est, nullo negotio, quod ad finem illum non spectat, a consilio suo se averti patietur. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. mendose ψυχῇ. Intell. εἰς ἀπόδοσιν μαθημάτων τε καὶ ἐθῶν (fortasse rectius scribitur ἠθῶν) ψυχῇ προσηκόντων. — Mox de *τοῦτ' αὐτὸ πράττοντι* vid. ad Phaedr. p. 330.

P. 269. *ἀρξάμενον ἐξ ἕω*, inde ab aurora. Vid. ad Alcibiad. I. p. 299.

τὸ γὰρ ὅλην διατελεῖν cet. Laudat haec *Stobaeus* Serm. XXX. p. 211. 16., ubi καθεύδοντα — τοῦτ' scriptum extat. Ceterum quis non recordetur loci illius celeberrimi in Homeri Ilíad. II, 24:

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,
Ὧι λαοί τ' ἐπιτετράφαται καὶ τόσσα μέμηλε.

Quem *Clemens* quoque *Alexandr.* Paedag. II, 9. p. 219. T. I. Pott. imitatione expressit.

καὶ δὴ καὶ δέσποιναν. A Stobaeo alterum καὶ abest; de-

inde δούλην τε καὶ δοῦλον exhibet. Πρός est *ad*; i. e., *coram*, et αὐτούς cohaeret cum δοῦλον — παῖδα. Nisi malis πρὸς αὐτούς scribi, ut sit *inter se*; subiectum tunc est δοῦλον cet. Et hoc nunc pro vero habeo. Paulo post Stob. ἐξεγειρομένους et πάντως habet.

ὕπνος γὰρ δὴ πολύς. Citat haec verba *Stobaeus* etiam Serm. I. p. 22. 52. *Clemens Alexandr.* Paedag. II, 9. p. 219: ὕπνος — ἡμῶν ὠφέλειαν ἐπιφέρων, οὐδ' αὐταῖς ταῖς περὶ τὴν ἀλήθειαν πράξεσι πάντα ἁρμόττων ἐστίν, εἰ καὶ κατὰ φύσιν ἐστίν. Etiam sequentia καθεύδων γὰρ οὐδεὶς cet. *Clemens* expressit Paedag. II, 9. p. 218. Cf. *Iulian.* Orat. II. et *Diogen. Laert.* III, 39. — Mox pro αὐτοῦ scripsimus αὑτοῦ, quod ad ἐγρηγορότα referendum. Verba deinde ἔστι δ' οὐ πολύ *Ficinus* reddidit: „ad hanc vero non multo opus est somno, si quidem bene assueveris."

πολεμίοις τε ἅμα. In Stob. p. 211. deest τέ, p. 27. vero invenitur.

CAP. XIV.

P. 270. βιωτέον, i. e., βιοῦν δεῖ; hinc πρόβατα et ἄλλο; verbalia enim et dativo et accusativo personae iunguntur, vid. *Wyttenbach.* ad Muson. in Philomath. P. II. p. 15.

κατηρτυμένην. *Stephanus* lectionem affert κατηρτισμένην (a καταρτίζω), eaque Cornarii coniectura est; sed multis nominibus praestat κατηρτυμένην; καταρτύειν enim, moderari, inprimis de equis usurpatur freno coërcendis ac domandis. *Sophocl.* Antig. 474:

> Σμικρῷ χαλινῷ δ' οἶδα τοὺς θυμουμένους
> Ἵππους καταρτυθέντας.

Plutarch. Themist. p. 112. E: τοὺς ταχυτάτους πώλους ἀρίστους γίγνεσθαι, ὅταν, ἧς προσήκει, τύχωσι παιδείας καὶ καταρτύσεως. Tunc in universum est moderari et institutione componere, ut Men. 88. B: σωφροσύνη — καὶ εὐμαθία μετὰ μὲν νοῦ καὶ μανθανόμενα καὶ καταρτυόμενα ὠφέλιμα, ἄνευ δὲ νοῦ βλαβερά. Egregie respondet κατηρτυμένην sequentibus: διὸ δὴ πολλοῖς — χαλινοῖς τισὶ δεῖ δεσμεύειν. *Cornarii* autem coniecturam *Ficinus* videtur confirmare vertens: „cum prudentiae fontem nondum perfectum habeat."

χαλινοῖς τισί. *Cebet.* tabul. c. 33: γράμματα, ἔφη, καὶ τῶν ἄλλων μαθημάτων, ἃ καὶ Πλάτων φησὶν ὡσανεὶ χαλινοῦ τινὸς δύναμιν

ἔχειν τοῖς νέοις, ἵνα μὴ εἰς ἕτερα περιόπῶνται. Ceterum pro αὐτῷ, quod in Ald. Lov. Bas. 1. et 2. reperitur, scripsimus αὐτόν, rel. ad παῖδα. Ficinus quoque: „ideo multis quasi frenis vinciendus est." Stephanus scripsit αὐτό, quod ad θηρίον referendum esset, satis inepte. Ad verba ὑβριστότατον θηρίων cf. VI, 11. p. 766. A. et cum universa sententia comparandus est *Aristotel.* Polit. I, 2. (§. 12. Schneid.).

παιδίας. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. παιδιᾶς. Recte *Stephanus* reposuit παιδίας, *infantiae* (vid. *Hemsterhus.* ad Aristoph. Plut. 1057. et *Schweighaeus.* ad Athen. VII. p. 422. T. IV.). *Ficinus:* „ad *puerilem* lasciviam regendam." Mox verba ita cohaerent: ἔτι δ' αὖ (praeterea) αὐτὸν δεσμεύειν δεῖ τοῖς διδάσκουσι καὶ ὁτιοῦν (per magistros cuiuscunque disciplinae s. artis) καὶ μαθήμασιν, ὡς ἐλεύθερον: *et institutione* (in universum) *ea, quae hominem liberum decet.* Sequens ὡς est *tanquam.* — ἐπισκοπείτω, *observato et animadvertito eum, qui, quum peccantibus adfuerit, eos non castigavit.* Ἐπισκοπεῖν est speculari, ut *Demosthen.* adv. Lacrit. p. 932. 25. T. II: καὶ ἅμα ἐπεσκοποῦμεν, εἴ τι ἐξαιροῦνται ποθεν ἐκ πλοίου ἢ πεντηκοστεύονται. — δέον, quum oportuisset; vid. ad II, 5.

τοῦτον δὲ αὐτόν cet. Non de eo disseritur, quomodo eum, qui liberorum educationi praeficiendus sit, ipsum erudiri oporteat (in sequentibus enim de liberorum educatione exponitur), sed quam institutionis formam lex ipsi praescribere debeat. Igitur verbo παιδεύειν scriptor lusit, quasi dicere voluerit: is, qui institutionem moderatur, ipse quoque (αὐτὸς αὖ) a lege institutus sit necesse est, h. e., institutionis pueris impertiendae ratio a lege ipsi praescripta esse debet. — Cod. Voss. τούτων δέ. — ἀφερμηνεύειν, vid. ad II, 5.

P. 271. τὰ δὲ ἐν γράμμασι — ὄντα, quod vero ad ea attinet, quae oratione soluta s. prosa (ἄνευ μέτρων) scripta sunt. Mox Cod. Voss. χρῆσοι.

ἔχεις τῷ λόγῳ. Ἔχειν, tenere, est scire, ut Phaedon. 424. Fisch. Polit. V. p. 477. B. Alcibiad. I. p. 110. Cf. *Boissonad.* ad Philostrat. p. 350. Mox τὰ δὲ περὶ τὰ γράμματα πρῶτον: *et primum quidem quod ad litteras attinet, secundo quod ad lyram* cet.; apodosis vero deest: haec nondum satis tenes: περὶ τούτων οὐχ ἱκανῶς ἔχεις, ut infra sequitur; scilicet oratio interrogatione interposita τίνων δὴ πέρι λέγομεν et iis, quae sequuntur,

interrupta est. — πρὸς τὰ αὐτὰ ταῦτα, τὸν πόλεμον, τὴν οἰκονομίαν et τὴν κατὰ πόλιν διοίκησιν. τὰ χρήσιμα τῶν cet.: *quae ad illa utilia sunt ex iis, quae in rerum coelestium*, h. e., coeli, *conversione fiunt*. Τὰ θεῖα, divina, sunt enim res coelestes et naturales (Sic *Xenoph*. Mem. Socr. I, 1. 15: οἱ τὰ θεῖα ζητοῦντες), i. q. ἐπουράνια (Apolog. Socrat. c. 3. Hipp. Mai. 285. C: τὰ περὶ τὰ ἄστρα τε καὶ τὰ οὐράνια πάθη) s. μετέωρα (Apolog. c. 2. 10. Cf. *L. Bos*. Exercitatt. philol. p. 27.). Cf. *Ernesti* Clav. Ciceron. v. *divinus* p. 484. sq. — διοικεῖν, disponere, spectat, ut in sequentibus exponitur, ad temporum divisionem et rerum sacrarum ordinationem. In praegressis ὧν ἔφαμεν δεῖν, int. μανθάνειν, pronomen, ut solet, casum nominis λογισμῶν sequitur; igitur posita illa sunt pro οὓς ἔφαμεν δεῖν (μανθάνειν). Vid. ad IV, 11.

τῶν ἐνιαυτῶν. Cod. Voss. τὸν ἐνιαυτόν.

διείρηται. Vulgo διῄρηται, quorum verborum frequentissima est confusio. Διείρηται, etiamsi ab aliis rationibus discesseris, iam sequentia ὡς οὔπω διείρηκέ σοι postulant. Accedit, quod sensus quoque διείρηται flagitat. Distingui videlicet debent διαιρεῖν et διερεῖν; illud est proprie dividere, distinguere, et tunc explorare, perscrutari (nam quod perscrutamur, per partes singulas consideremus necesse est), et deinde in universum est considerare, perpendere. Sic *perscrutari* est Phaedon. c. 56: καὶ ἐὰν αὐτὰς ἱκανῶς διέλητε; *considerare* s. *perpendere* Gorg. p. 495. C: Ἴθι δή μοι — διελοῦ τάδε (male *Heindorfius*, Dorvillium secutus, exponit: distincte haec explica.); *diiudicare* est Protag. p. 314. B: ἡμεῖς γὰρ ἔτι νέοι, ὥστε τοσοῦτον πρᾶγμα διελέσθαι. Hipp. Mai. p. 285. C: ἃ σὺ ἀκριβέστατα ἐπίστασαι ἀνθρώπων διαιρεῖν; in quo quidem loco διαιρεῖν notionem fere adiunctam habet explicandi, disputandi cet. Contra διερεῖν est distincte enarrare, definire, constituere, et in universum dicere. Sic c. 16. p. 613. A: Ἀληθῆ καὶ ταῦτα διείρηκας. et paulo ante: ἐν τοῖς πρόσθεν διείρηται πάντα. XI, 12. p. 932. E: τὰ μὲν θανάσιμα αὐτῶν διείρηται — τούτων οὐδέν πω διεῤῥήθη. Epinom. 13. p. 991. B: ἄνευ τῶν νῦν διειρημένων. Quocirca etiam Lib. I, 14. p. 647. C. scribendum esse iudico ὧν δ' ἑκάτερον ἕνεκα, διειρήμεθα pro διῃρήμεθα. VII, 23. p. 824. B: ὁ διειρημένος ἂν εἴη λόγος. XI, 8. p. 927. E: ἔτι δὲ νόμους — μετρίως διειρημένους. Male in Lexic. vulgatis διείρηται et διῄρηται quasi promiscue usurpari traduntur; *Dorvillius* vero ad Charit. p. 645. a propria verbi διαιρεῖν notione aberravit; quo factum est,

ut **διαιρεῖν** in locis illis, ubi *διείρηται*, al. legimus, reponendum esse opinaretur.

διείρηκε. Cod. Voss. in marg. *διήρηκες* (exhibet enim *διείρηκες*). — *ἐπικαλοῦντές τι* (*κατά τί* s. *κατά τινὰ τρόπον*, *quodammodo*, *fere*): *increpantes fere sermonem in eo*, *quod* —. Mox Cod. Voss. in marg. *προσιτέον*, quam scripturam *Stephanus* quoque memorat. Sed recte habet *προσοιστέον*; est enim *προσφέρεσθαι* se inferre, h. e., accedere, ut Polit. V, 2: *τὸν πρότερον ἀεὶ προσφερόμενον ἀναστρέφοντα κρούειν*. Tim. 74. C: *τὸν προσφερόμενον ἔξωθεν καὶ περιϊστάμενον πάγον ἀμυνεῖσθαι μετρίως.* Ad *προσοιστέον* int. *αὐτῷ*: *ne accedere quidem ad disciplinam oportet*, quod oppositum est *τῷ ἰέναι εἰς ἀκρίβειαν τοῦ μαθήματος.* — *ὥς δ' αὔτως.* Vid. ad V, 2.

P. 272. *τρεῖς.* Sic Ald. Lov. Bas. 1. et 2.; *Stephanus* scripsit *τρίς*, nisi, quod probabilius est, operarum culpa hoc factum est; idque Bipont. recepit. Ad *ἐνιαυτοὶ τρεῖς* ex sequentt. petendum est *μέτριοι ἂν εἶεν.* — *εἰς γράμματα*, *ad litteras discendas*; *εἰς* enim consilium indicat, vid. *Fischer.* ad Weller. T. III. P. II. p. 151. — *ἕτερα τρία*, itidem tres annos, sc. ac in litteris discendis. De *ἕτερα* vid. ad VI, 21. Cod. Voss. *εἰς ἕτερα.*

καὶ μήτε πατρί. Sic de Cornarii coniectura scripsimus; vulgo enim *καὶ μήτε* desiderantur, quo, ut sensus expleatur, opus est. Oratio ipsa propter interposita *μήτ' αὐτῷ* (*τῷ παιδὶ*) *φιλομαθοῦντι μηδὲ μισοῦντι* mutata est; post *καὶ μήτε πατρί* sequi debebat: *ἐξέστω τὸν παῖδα ἐᾶν μείζω ἢ καὶ ἐλάττω διατριβὴν ποιεῖσθαι.* Etiam *Stephanus* *καὶ μήτε πλείω* — *ἐλάττω* praegressis annecti iubebat; reliqua autem sic corrigebat: *μηδὲ πατρὶ*, *μήτ' αὖ τῷ φιλομαθοῦντι*; sed *αὐτῷ* (quod ad puerum spectat, de cuius institutione disseritur) recte habet. Ceterum *φιλομαθοῦντι* refertur ad *μείζω*, *μισοῦντι* vero ad *ἐλάττω διατριβὴν ποιεῖσθαι.* Particula *μηδέ* ita posita est, ac si ante *φιλομαθοῦντι* eadem praecesserit; si sensum spectas, est i. q. *ἤ*. Cod. Voss. pro *μηδέ* exhibet *ἢ καί*, quod sequentibus *ἢ καὶ ἐλάττω* bene respondet; attamen eo non opus est. Mox e Cod. Voss. *παιδείων* pro *παιδίων* recepimus; vid. ad I, 12. *Παιδείων* etiam in Lexico Bas., cuius saepius iam memini, scriptum extat.

πρὸς τάχος — ἀπηκριβῶσθαι: *sed ut et celeritate et pulcritudine exacta* s. *perfecta id* (*τὸ γράφειν* et *ἀναγνῶναι*) *pueri faciant* (a pueris peragatur), *nisi natura eos inverit* (ita ut per se

s. suopte ingenio id assequantur), *illa aetate non curandum est.* Verba ἐν τοῖς τεταγμένοις ἔτεσι (inde a decimo aetatis anno) cum χαίρειν ἐᾷν coniunximus. Ἀπηκριβῶσθαι est τὸ ἀπηκριβῶσθαι, i. e., τὴν ἀκρίβειαν vel τὸ ἀκριβῶς (exacte, perfecte) γράφειν καὶ ἀναγνῶναι. De hoc infinitivi sine articulo positi usu vid. ad VII, 2.

πρὸς δὲ δή. Πρός est *praeterea*, vid. ad V, 14. Ad μαθήματα int. χρὴ διαπονεῖν. Ceterum τμήματα (τιμημάτων, quod Bipont. habet, nihil est nisi error typographicus) ῥυθμῶν sunt *incisa* s. *segmenta numerorum.* Deletis ῥυθμῶν τμημάτων *Cornarius* scribi iubebat ἄνευ τούτων. — τητώμενα. Schol. Ruhnk. et in marg. Cod. Voss. στερισκόμενα. Mox libri veteres mendose scribunt πορήσειν — πρὸς αὐτὸν — λέγεις. — Deinde πολλακισμυρίοις coniunctim scripsimus.

P. 273. ἐχθοδοποῦ. Schol. κακοποιοῦ, ἀπεχθοῦς. Vid. *Ruhnk.* ad Tim. p. 128. Ad genitivos τῆς αὐτῆς ὁδοῦ ἐχθ. γεγ. infinitivus desideratur. Vir doctus in Misc. Observatt. V. II. P. II. p. 307. supplendum esse arbitrabatur ἔχεσθαι, quod satis placebat *Ruhnkenio* ad Tim. l. l. Sed nihil interponendum esse iudico; oratio enim, verbis ἴσως — χείρους γε interrupta, ad finem non perducta est; quocirca redintegratur repetito κελεύεις in verbis μεθ' ὧν διακελεύει με cet. Particula δέ post ἴσως a cod. Voss. abest. Mox ἐκ τῶν παρόντων λόγων est i. q. τοῖς παροῦσι λόγοις: *viam his sermonibus patefactam.* Vid. *Viger.* de idiotism. p. 600. Herm.

CAP. XV.

ποιηταί τε. Ni fallor, scribendum est ποιηταί γε (γέ affirmandi vim habet); τέ enim nihil habet, quo referatur. Deinde verba καὶ πάντων — μέτρων e cod. Voss. recepimus (scribitur ibi μετρῶν), eaque *Ficinus* quoque in libris suis invenit; vertit enim: „aliisque generibus metrorum.“ Μέτρα sunt ipsa carmina metro certo composita, ut Sympos. 187. D: χρώμενον ὀρθῶς τοῖς πεποιημένοις μέλεσί τε καὶ μέτροις, ὃ δὴ παιδεία ἐκλήθη.

φασὶ δεῖν οἱ. Sic emendavimus, quod vulgo scribitur, φασὶ δεινοί; δεῖν et sensus et linguae ratio postulant; contra δεινοί ab hoc loco alienum est. Articulus οἱ noti quid indicat: *illi, quos innumeros esse constat.* Vid. ad II, 1. *Ficinus* δεινοί, vitiosum illud, ita reddidit: „multi facultatis huiusmodi professores.“ Un-

de colligere possit, οἱ δεινοί (quibus Sophistae significentur, qui se iuventutis educatores esse professi fuerint) fortasse scribendum esse; tunc vero propter τοὺς ὀρθῶς παιδευομένους (pueros recte instituendos) δεῖν itidem interponendum esset. — ποιοῦντας, faciendo (indem s. dadurch, dass man sie — mache). — πολυηκόους (vid. ad Phaedr. p. 384.) — πολυμαθεῖς. Phaedr. p. 275. A: πολυήκοοι γάρ σοι γενόμενοι ἄνευ διδαχῆς πολυγνώμονες εἶναι δόξουσιν, ἀγνώμονες ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος ὄντες καὶ χαλεποὶ ξυνεῖναι, δοξόσοφοι γεγονότες ἀντὶ σοφῶν. — οἱ δέ, opponitur praegr. οἱ πολλακισμυρίοι, ac si οἱ μὲν πολλακισμυρίοι praecesserit. Vid. ad I, 3.

P. 274. ἕκαστον τούτων, int. τῶν ποιητῶν, quorum carmina vel tota vel per partes ediscenda esse iuventuti illi praecipiunt. Mox ἐφῄ atticum restituimus. Τοῦ Stephanus interrogationis nota a sequentibus separandum esse opinabatur, ut esset τίνος: *Itane interrogas, qua de re loquar?* Sed τοῦ respicit ad praegressa Τοῦ πέρι λέγεις, ut sit: περὶ τούτου s. τοῦτο λέγω, *hoc dico, scilicet* πρὸς τί παράδειγμα cet. Quae ratio quum in ipsis Platonis libris frequentissima sit, mirari debemus, *Stephanum* in ea aliquid offendere potuisse. Sic statim post similiter verba Τοῦ δὴ πέρι; excipit Τοῦ cet.

δεῦρ' ἀεί. Sic *Suidas* legit h. v., ubi locum nostrum laudavit. Vulgo δεῦρο δή, in quo δή ex δεῖ, quocum ἀεί creberrime permutatum reperitur, profectum esse liquet. Δεῦρ' ἀεί est *hucusque, hactenus* (Schol. ad Aeschyl. Eumen. 599: τὸ ἀεὶ ἐπὶ τοῦ ἕως Ἀττικοὶ πολλάκις). Sic Politic. 292. C: δεῦρ' ἀεὶ προεληλύθαμεν. Vid. *Valcken.* ad Eurip. Phoeniss. p. 413. et in Thom. Mag. p. 143. (in Ruhnk. al. Epist. ad Ernest.) *Porson.* ad Eurip. Orest. 1679., qui subiicit: „sed ibi (in libr. edit. Plat.) mendose δεῦρο δή editur.“ — Ceterum ἀποβλέψας absolute positum est pro ἐμοῦ ἀποβλέψαντος, vid. ad III, 7. Particula vero δέ post ἔδοξαν orationem redintegrat et continuat.

ἐπῆλθε. Hoc verbum, quod libri editi ignorant, e cod. Voss. recepimus; eandem scripturam *Stephanus* memorat.

ἢ χύδην οὕτως εἰρημένους. Χύδην de iis usurpatur, quae nullis adstricta legibus sunt, igitur oratione prosa ac pedestri scripta vel dicta. Sic *Aristotel.* Rhetor. III: διὸ καὶ τῶν μέτρων πάντες μνημονεύουσι μᾶλλον τῶν χύδην. Ceterum *Pollux*, qui lib. II, 1. p. 687. hunc locum citat, ita videtur eum legisse: ἔν τε ποιή-

μασι καὶ χύδην. — τὰ μάλιστα, i. q. μάλιστα, ut ap. *Xenoph.* de mag. equit. offic. VIII, 5. Apolog. 18. al. Vid. *Viger.* de idiot. p. 416.

ταῦτα, hos nostros sermones. Mox τὰ τούτων ἐχόμενα (*his proxima*) καὶ ὅμοια referenda sunt ad μὴ μεθιέναι. Ad περιτυγχάνῃ int. τοιούτοις; et ἀδελφά (*similia*, vid. ad III, 5.) appositio est, quae dicitur, ad γεγραμμένα et λεγόμενα. Pro νόμων vero e cod. Voss. reposuimus λόγων. *Ficinus* quoque: „et huic disputationi consentanea." — De ἀρέσκῃ, cum accusativo coniuncto, vid. ad III, 16.

CAP. XVI.

P. 275. μετὰ τὸν γραμματιστήν. Sic Cod. Voss. et *Ficinus*: „verum post literarum magistrum nonne de citharista dicendum?" Vulgo μετὰ τὴν γραμματικήν.

τὴν τῶν μελῶν μίμησιν — μεμιμημένην. *Stephanus*, nescio e quo libro, lectionem μίμησιν affert, quam, quum sensui unice conveniat, recipiendam esse duximus. Eandem *Ficinus* confirmat vertens: „in cantibus affectus animi imitantibus." Vulgo κίνησιν legitur. Μίμησις μεμιμημένη est imitatio effícta s. facta. Sic c. 18. p. 815. A. et IV, 1. fin. μιμήσεις πονηρὰς μιμεῖσθαι; quae loquendi ratio Atticorum propria est. Deinde verba τά τε τῆς ἀγαθῆς ὁμοιώματα καὶ τὰ τῆς ἐναντίας, quae propter antecedentia: ἐν τοῖς παθήμασιν ὅταν ψυχὴ γίγνηται interposita sunt, praegressorum: τὴν τῶν μελῶν μίμησιν — μεμιμημένην, explicationi serviunt.

P. 276. In verbo ἐκλέξασθαι antecedens, quod dicitur, pro consequente positum est; relatum enim ad τὴν — μίμησιν — μεμιμημένην, quod verbis τά τε τῆς ἀγαθῆς ὁμοιώματα καὶ τὰ τῆς ἐναντίας explicatur, est distinguere, discernere; igitur: *ut rectam* (h. e., animi boni) *et malam* (i. e., animi pravi) *imitationem discernere* (igitur meliorem eligere) *possit, et alteram* (pravi animi imitationem) *reiiciat* s. *reprobet, alteram vero laudet.* — Mox Cod. Voss. ἀποβάλλῃ — προσφέρων. Sed προφέρειν εἰς μέσον s. εἰς τὸ μέσον recte habet. Sic XI, 13. fin. Phileb. 57. A. al. — Deinde idem liber προσκαλούμενος. Προκαλεῖσθαι vero est *provocare*, *cohortari*, ut ap. *Xenoph.* Mem. II, 3. 17: προκαλούμενον ἑαυτὸν εἰς τὸν ἀγῶνα τοῦτον. Paulo post Ald. Lov. Bas. 1. et 2. κτίσιν. *Ficinus*: „ad virtutis ipsius possessionem."

τὴν δ' ἑτεροφωνίαν cet. Oratio, verbis interpositis *καὶ δὴ καὶ παρεχομένους, καὶ τῶν ῥυθμῶν — λύρας* interrupta, redintegratur verbis *πάντα οὖν τὰ τοιαῦτα μὴ προσφέρειν* (int. *δεῖ*). Ad *τὴν δ' ἑτεροφωνίαν* igitur intelligenda sunt *μὴ προσφέρειν δεῖ.* Participia vero illa *παρεχομένους* et *προσαρμόττοντας* quasi absolute posita sunt; scilicet sequi debebat post *τὴν ἑτεροφωνίαν* cet. *καὶ δὴ καὶ τὸ πυκνότητα μανότητι — παρέχεσθαι καὶ τὸ — προσαρμόττειν*; propter participia vero *ἰεισῶν* et *ξυνθέντος* orationem mutavit scriptor, et participia quarto casu ad praegressa adiunxit. Bas. 2. *τοῦ ποιητοῦ.* -- *πυκνότητα.* Sic Polit. VII, 12. *πυκνώματα*, ubi vid. not. *Martian. Capell.* 9. p. 320: „spissum dicitur trium sonorum composita quaedam qualitas.“ De reliquis ad artem musicam spectantibus vid. *Hist. Academ. Inscript.* V. II. p. 199.

διείρηται. Stephanus scripturam profert *διήρηται*, quam *Dorvillius* ad Charit. p. 645. probat; sed vid. ad c. 14. Mox *διήρηκας* idem legi memorat.

ταῦθ' ἡμῖν. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *ταῦτα θ' ἡμῖν.*

P. 277. *καθάπερ.* *Stephanus* ante *καθάπερ* particulam *καὶ* necessariam putabat; potius intelligenda est particula explicans, velut *nempe*, vid. ad I, 4. — *καὶ γυμναστικῆς*, int. *τὸ διδασκαλικὸν ὑπόλοιπον ὂν ἀποδιδόντες.*

πρὸς τὸ διαπονεῖν οὐκ ἀνεπιτηδειότερον, ut *haud ineptius* s. *inhabilius*, i. e., *minus exerceantur quam pueri.* Sic capienda esse puto haec verba. *Ficinus* vertit: „ut his apte exerceantur.“ *Cornarius*: „puellis autem saltatrices non inidoneae fuerint ad exercitationem.“ Igitur *ἀνεπιτηδειότερον* cum *ὀρχηστρίδες* coniunxit. De verbo *διαπονεῖν* vid. ad VII, 6.

λογισμῷ τε ξυνών. Exspectabas *ξυνιείς*; et haec genuina, ni fallor, scriptura est, quae, quum in *ξυνιῶν* abiisset, quod citerioris est graecitatis (sic *συνιῶν* legimus ad Rom. III, 11. et *συνιοῦσι* Matth. XIII, 13. al., a *συνιέω* derivata), deinde in *συνών* vel *ξυνών* mutata est. De sententia, vid. ad lib. VI, 12. — *Κατ' ὀρθὸν πλεῖ*, rectum tenet cursum, i. e., „recta sunt; frequens imago. Sic *Sophocl.* Antigon. 190: *καὶ ταύτης ἔπι Πλέοντες ὀρθῆς.* *Cicero* ad divers. XII, 25: „una navis est iam bonorum omnium, quam quidem nos damus operam ut rectam teneamus.“

μὴ δέ, int. *εὖ τραφέντων καὶ τρεφομένων τῶν νέων*, h. e., *sin minus.* Tunc cogitatione supplere oportet: *omnia perversa fiunt,*

vel tale quid, quod, ut ipse dicit, Atheniensis pronuntiare veretur. *τοὺς σφόδρα φιλομαντευτὰς σεβόμενοι, de urbe nova futura augurari et infausti quid pronuntiare reformidantes* (sic Tim. 69. D: σεβόμενοι μιαίνειν τὸ θεῖον). Ad τοὺς σφόδρα φιλομαντευτάς (qui augurandi nimis cupidi sunt) verbum desidero, velut μιμεῖσθαι; nisi τοὺς φιλομαντευτάς pro abstracto, τὴν φιλομαντείαν, positum esse dixeris, sicuti concretum solet abstracti loco usurpari, vid. ad c. 4.

CAP. XVII.

γυμνάσια γὰρ τίθεμεν. Laudat haec *Eusebius* Praep. Ev. XIII, 19. p. 706. D., ubi τιθῶμεν scribitur. — *τοῖς σώμασι;* dativus instrumenti est index, vid. ad I, 6.

διεξόδων τακτικῶν. Significantur exercitus in acie constituti expeditiones. Vid. *Viger.* ad Euseb. p. 68. Sic ἔξοδος ap. *Lys.* T. V. p. 579. 582. — *πορείας στρατοπέδων,* castrorum s. exercitus profectionis, contra στρατοπέδευσις est castra metandi actio.

P. 278. *ξυντείνει.* Sic Cod. Voss. Bas. 2. et Euseb. Vulgo ἐπιτείνει. Ξυντείνειν εἴς τι est spectare s. pertinere ad aliquid, vid. ad I, 11.

μεμελετηκυίας, int. εἶναι δεῖ. Mox, ut θέσεως ὅπλων de castris metandis, sic ἀναιρέσεως de castris movendis capiendum est. De locutione ὅπλα τίθεσθαι vid. ad IV, 2.

εἰ μηδενὸς ἕνεκα, ἀλλ' εἰ, i. e., εἰ μηδενὸς ἕνεκα ἄλλου, εἰ δέ ποτε, vid. ad Phaedr. p. 228. *Stephanus* excidisse putabat ἄλλου, ut *Ficinus* vertit: „si nullius rei alterius gratia, tamen" —. Sed ἀλλ' εἰ positum est pro μηδενὸς ἄλλου, εἰ δέ. — *τοὺς φυλάξοντας — ἱκανοὺς εἶναι:* εἶναι τοὺς φυλάξοντας (i. e., οἳ φυλάξουσι) ἱκανοὺς τό γε τοσοῦτον: *ut sint, qui liberos reliquamque civitatem custodiant, ad hoc saltem idonei.* Τοὺς φυλάξοντας, etsi proprie γυναῖκας respicit, tamen generatim positum est. Quocirca ἱκανούς sollicitari non debet. De participii cum articulo coniuncti usu vid. ad III, 15.

ὃν οὐδὲν ἀπώμοτον. Sic, *Stephano* auctore, scripsimus pro ὧν οὐδὲν ἀπώμοτον; idemque in Lexico Bas. scriptum reperitur v. ἀπώμοτον. Ὃν posito, etiam sequentia ἀνάγκην (Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἀνάγκη) παρασχεῖν habent, unde regantur: vel etiam

ex contrario, quum neutiquam impossibile sit s. quum omnino fieri possit, ut hostes necessitatem afferant pro ipsa urbe pugnandi, prava erit civitas, in qua mulieres ad aras confugiant, non arma capiant. *Τοὐναντίον* eo referendum est, quod tunc mulieres non in urbe remanent, ut eam custodiant, sed ipsae quoque arma sumere debent ad hostem propulsandum. Itaque iis, quae Stephanus proposuit ad locum corrigendum, supersedere possumus. — *ἀπώμοτον* proprie est, quod quis factum esse aut fieri posse abiuraverit s. iureiurando negaverit, igitur quod pro impossibili haberi potest vel debet. Schol. Ruhnk. et Schol. in Cod. Voss. *ἀπηγορευμένον, φευκτόν*.

ὡς μηδ᾽ ὥσπερ ὄρνιθας cet. *Musonius* in Wyttenbach. Philomath. T. I. p. 159: *δεῖ δὲ καὶ ἀμυντικῶς ἔχειν τὰς γυναῖκας, εἰ μὴ νὴ Δία φαίνεσθαι μέλλουσι κακίους ἀλεκτορίδων καὶ ἄλλων ὀρνίθων θηλειῶν, αἳ πολὺ μείζοσι θηρίοις ἑαυτῶν ὑπὲρ τῶν νέων διαμάχονται* (*γρ. διαλλάττονται*). Sic etiam *Lycurgus* Orat. adv. Leocrat. p. 229. T. IV: *τὰ γοῦν ζῶα τὰ πετεινά, ἃ μάλιστα πέφυκε πρὸς τάχος, ἔστιν ἰδεῖν ὑπὲρ τῆς αὐτῶν νεοττιᾶς ἐθέλοντα ἀποθνήσκειν*. Cf. *Synes.* Epist. CXXXI. p. 267. C.

πρὸς ἱερὰ φερομένας. Commode laudat *Faehsius* Aeschyl. Sept. adv. Theb. 165 sq. ubi: *Βρέτη πεσούσας πρὸς πολισσούχων θεῶν Αὔειν, λακάζειν, σωφρόνων μισήματα*.

τοῦ κακοῦ χωρίς. Sensum expressit *Ficinus* vertendo: „et dedecori hoc et detrimento (*κακοῦ*) est civitati.“ Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *ὅδ᾽* pro *ὃ δ᾽*. Deinde *μηνύσῃ* scripsimus pro soloeco illo *μηνύσει*. Denique hoc notari debet, *πάλην* h. l., sensu latissimo positam, non solum luctam, verum etiam pugilatum et pancratium significare. Vid. *P. Faber* Agonistic. III, 8. Gronov. Thesaur. ant. gr. T. VIII. p. 2146.

CAP. XVIII.

P. 279. *τῆς μὲν — δυνάμεως*. Desideratur *περί*, quod, etsi saepe omitti solet, ita ut genitivus absolute ponatur, tamen in hoc orationis nexu, ubi *τῆς μέν* et *περὶ δὲ τῆς ἄλλης* sibi respondent, abesse nequit. Haud dubie alterum *περί*, quod ad *παλαίστραν* pertinet, illud ante *τῆς μέν* de loco suo deturbavit. Haud infrequens vero est huius praepositionis usus, quo cum duplici casu in uno et eodem orationis circuitu ponitur, ut VII, 7. fin. *ὅσα δὲ περὶ τὰ τῶν ἠθῶν ἐπαίνου τε καὶ ψόγου πέρι πυκνὰ μεταπί-*

πτει. Sic et c. 19. p. 817. E. XII, 9. p. 960. B. Cum genitivo bis posita reperitur XII, 8. init. καὶ νόμοι περὶ τῶν ξυμβολαίων εἰς δύναμιν τῶν μεγίστων πέρι πάντων εἴρηνται. — Ad τὸ μέχρι δεῦρο non opus est, ut suppleatur εἰρημένον; namque articulus adverbiis sic adiungi solet, ut ex nostrae linguae indole abundet.

τὴν μὲν κατὰ πόλεμον cet. Eodem modo duae harmoniae, altera ἐν πράξει πολεμικῇ καὶ ἐν πάσῃ βιαίῳ ἐργασίᾳ, altera ἐν ἑκουσίῳ πράξει, ponuntur Polit. III, 10. p. 399. B., qui locus totus conferendus est cum nostro.

ἣν εἰρηνικὴν cet. Vulgo haec ita leguntur: ἐμμέτροις, εἰρηνικὴν ἄν τις λέγων κατὰ φύσιν, τὴν τοιαύτην ὄρχησιν λέγοι, quo orationis cohaerentia solvitur. Primum enim duo saltationis seriae genera describuntur: τὴν μὲν (int. ὄρχησιν χρὴ νομίζειν εἶναι) κατὰ πόλεμον — τὴν δ' ἐν εὐπραγίαις, deinde denominantur. Quocirca ἣν ante εἰρηνικὴν interposuimus, quod facile omitti poterat, si quis εἰρηνικὴν λέγοι praegressis: τὴν δ' ἐν εὐπραγίαις, iungendum esse putasset. Nec aliter *Ficinus* videtur legisse vertens: „hunc si quis pacificum appellet motum, secundum naturam appellare videbitur.“ Verba κατὰ φύσιν cum λέγοι coniungenda sunt; κατὰ φύσιν s. φύσει est ὀρθῶς, ἀληθῶς. Deinde δέ scripsimus pro δή post πολεμικήν; δή enim locum habere nequit; quod itidem *Ficinus* confirmat vertens: „illum *vero* a pacifico diversum.“ De πυῤῥίχῃ vid. ad c. 6.

τάς τε εὐλαβείας cet. Admodum perspicue hunc locum reddidit *Cornarius*: „quae evitationes omnium plagarum et ictuum nutando (ἔκνευσις est *declinatio*, *evitatio*) et cedendo et exiliendo in altum et deprimendo (*Ficinus* „humique se contrahendo,“ *Grynaeus* „humique se submittendo“) imitatur, et rursus his contrarias motiones exprimit, quae ad agendum feruntur, et gestus in arcuum et iaculorum ictibus et omnium plagarum imitationes exprimere conantur.“ Pro ξύν ante ταπεινώσει exspectabas αὖ (rursus, contra); sed ξύν motum videtur esse loco suo (ante ἐκνεύσεσι). Mox ad τὰς ἐναντίας e praegresso εὐλαβείας petendum est generale illud κινήσεις, et pro participio μιμουμένην, referendo illo ad τὴν πολεμικὴν (ὄρχησιν), oratione mutata, sequitur ἐπιχειρούσας μιμεῖσθαι, quod refertur ad τὰς ἐναντίας τὰς ἐπὶ τὰ δραστικὰ αὖ σχήματα φερομένας; propter annexa illa καὶ πασῶν πληγῶν μιμήματα orationem scriptor mutavit et, oblitus quasi praecedentis τὴν

πολεμικήν, quo universa oratio spectat, ad proxime praegressum τάς — ἐναντίας φερομένας respiciens ἐπιχειρούσας μιμεῖσθαι subiecit. — *πληγῶν μιμήματα μιμεῖσθαι* est plagarum species et formas s. simulacra (sic enim Latini *belli* s. *pugnae simulacra* vocant pugnam ludicram et exercitationis causa institutam, vid. *Lucret.* II, 40. *Virgil.* Aen. V, 585. *Liv.* XXIX, 22. al.) exhibere.

τὸ δὴ ὀρθόν cet. Libri editi ita scribunt: τότε (sic Ald. Lov. Bas. 1, 2., Stephan. τό τε; sed τέ hic locum habere nequit) ὀρθὸν ἐν τούτοις (Ald. μιμεῖσθαι τότε ὀρθὸν ἐν τούτοις. καὶ τὸ εὔτονον) — εὔτονον τῶν ἀγαθῶν — ψυχῶν, ὁπόταν — γιγνόμενον, ὀρθὸν μὲν τὸ τοιοῦτον, τὸ δὲ τ. cet. Quae quomodo cohaereant et quem sensum habeant, difficile ad intelligendum est. Τὸ ὀρθόν nihil aliud esse potest nisi ἡ ὀρθότης, quocirca verba ὀρθὸν μὲν τὸ τοιοῦτον separari debent. Τῶν ἀγαθῶν σωμάτων καὶ ψυχῶν cohaeret cum ὁπόταν γίγνηται (vid. de hoc hyperbato ad VI, 23.). Pro τότε vero scribendum esse τὸ δέ liquet: *rectum in his et solidum est* (εὔτονον, validum s. firmum est solidum, *das Tüchtige*), *si bonorum corporum et animorum imitatio fit recta et conveniens* (εὐθυφερές proprie: in rectum tendens), *quae quidem imitatio plerumque per corporis membra fit* (ad τῶν τοῦ σώματος μελῶν int. μίμημα); *et hoc quidem rectum est, contrarium vero non rectum*, vel: recte probatur s. admittitur, contrarium vero non recte. Ἀποδεχόμενον enim sumere ita potes, ut pro infinitivo positum sit (vid. ad I, 11.); tunc et ad ὀρθόν et ad οὐκ ὀρθόν referendum est; quanquam nescio an ὀρθόν, quod glossae simile est, expuncto scribendum sit ἀποδεχόμεθα: et hoc quidem rectum est, eius vero contrarium haud probamus s. admittimus.

P. 280. *ἕκαστος εἴτε* cet. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἕκαστον, Steph. ἑκάστων, quod quid sibi velit, divinare non possum; haud dubie Stephanus propter *Ficinum* ita scripsit, qui vertit „in singulis" Deinde, quum ἀντιλαμβανόμενος nihil, quocum cohaereret, habuerit, *Stephanus* interposuit τίς post φύσιν, quod libri veteres omnes ignorant. Subiectum nanciscimur, si ἑκάστων illud in ἕκαστος mutamus; tunc etiam pronomine τίς non opus habemus. Sed ita nondum persanatum esse locum existimo, et a vero propius abesse mihi hoc videtur: θεωρητέον ἑκάστοτ', εἴτε vel ἑκάστοτε, εἰ ὀρθῶς εἴτε μὴ κατὰ φύσιν cet. *εἰ — εἴτε* est *utrum — an*, ut IX, 15. p. 878. E: τιμᾶν, εἰ τεθνά-

ναι χρὴ τὸν τοιοῦτον, εἴτε τι μεῖζον — πάσχειν. *Herodot.* III, 35: σὺ νῦν μάθε αὐτός, εἰ λέγουσι Πέρσαι ἀληθέα, εἴτε αὐτοὶ λέγοντες ταῦτα παραφρονέουσι. *Xenoph.* Cyropaed. II, 1. 7: Ἀλλ' εἰ μὲν ἀνδρῶν προσδεῖ ἡμῖν, ἔφη ὁ Κῦρος, εἴτε καὶ μή, αὖθις ξυμβουλευσόμεθα. Ad ἀντιλαμβανόμενος διατελεῖ nihil suppleri oportet; subiectum est enim tertia persona eaque indefinita, vid. ad I, 7.

ὅση μὲν βακχεία. Sic *Stephanus* bene reposuit pro ὅσοι μὲν βακχεῖα. Ad βακχεία int. ὄρχησις; i. e., ὄρχησις τῶν Βακχῶν, quo spectat ταύταις (ταῖς Βάκχαις). *Ficinus:* „quae bacchica Bacchumque sequentium est." *Cornarius:* „Quae quidem Baccharum est et eorum, qui has sequuntur." ἑπομένων vero ταύταις est *et eorum, qui his similes sunt;* ἕπεσθαι enim τινί est coniunctum esse cum aliqua re, respondere, simile esse, convenire, ut c. 10. VIII, 1. p. 828. C: τῶν τούτοις ἑπομένων. VIII, 5. p. 834. E: τῶν ῥαψῳδῶν καὶ τῶν τούτοις ἑπομένων (et his similium). IX, 1. p. 853. A: τὰ κατὰ γεωργίας τε καὶ ὅσα τούτοις εἵπετο (et quae cum his coniuncta erant). X, 3. p. 887. D: καὶ ὄψεις ὁρῶντες ἑπομένας αὐτοῖς. c. 8. p. 897. A: καὶ τούτοις ἑπομένας θερμότητας cet. — De saltatione bacchica vid. *Lucian.* de saltat. §. 22. T. I. p. 552. Schmied. — Νύμφας. Intelligendae sunt Nymphae fontium sacrorum, de quibus qui bibissent, numine divino credebantur afflari; unde νυμφόληπτοι dicti, v. ad Phaedr. p. 260. et 393. De *Silenis* et *Satyris* vid. *Perizon.* ad Aelian. V. H. III, 18. et *Wernsdorf.* ad Himer. p. 253. Ceterum significantur varia saltationis genera, quibus Nymphae, Pan, Sileni et Satyri imitando exhibebantur. Cf. *Xenophont.* Sympos. VII, 5. *Pollux* IV, 14. *Meurs.* de saltat. vett. in Gronov. Thesaur. ant. graec. T. VIII. p. 1288 sq. — Pro κατοινωμένους *Stephanus* memorat legi quoque κατῳνωμένους. — Ἃς referendum est ad τῶν ταύταις ἑπομένων.

περικαθαρμούς. *Stephanum* secuti scripsimus coniunctim περικαθαρμούς, ut in Critia p. 120. A. περικαθήραντες legimus. Nisi ὄντων excidisse statuas, ut sit περὶ καθαρμοὺς ὄντων; vulgata certe lectio tolerari nequit. Post καθαρμοὺς *Stephanus* inseruit τέ, quo carere possumus. Sensus est: *si lustrationes et sacra quaedam faciunt.* Genitivus participii ἀποτελούντων absolute positus est, vid. ad VI, 4. — Particula μήν praegresso μέν post ὅση opposita est, vid. ad IV, 11. — Pro αὐτῷ Ald. Lov. Bas. 1. et 2. αὐτόν.

CAP. XX.

Ἔτι δή. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. δεῖ. Mox libri veteres ἔστι recte scribunt, Stephan. et Bip. ἐστί. Deinde pro μετρικὴ e cod. Voss. reposuimus μετρητικὴ. Vid. Politic. 283. C. Protagor. 356. D. E. Dialog. de iusto p. 372. D.

ὡς ἀκριβείας ἐχόμενα, cum perfectione coniuncta, h. e., perfecte s. exacte, ἀκριβῶς s. δι' ἀκριβείας. Sic ἐχόμενον cum genitivo nominis coniunctum adiectivi vel adverbii circumlocutionem facit, ut Lib. II, 3. p. 656. C: ῥυθμοῦ — ἐχόμενον est ῥυθμικόν. III, 1. p. 677. C: τέχνης ἐχόμενον, i. e., τεχνικόν. Sic et c. 9. p. 689. C. IV, 4. 709. C. V, 6. 734. D. VI, 18. p. 775. D. VII, 18. fin. VIII, 7. p. 839. D. IX, 5. p. 859. E. c. 7. p. 863. D. XI, 4. p. 918. D. Polit. VI, 9. p. 496. A. Enthydem. p. 306. C. al.

ὅσα αὐτῶν ἀναγκαῖα. Verba καί πως corrupta esse censeo, etsi explicari possunt cum *Ficino* ita: „multitudini vero quae necessaria sunt, rectissimeque (int. necessaria) dicuntur, turpe est nescire." Ni fallor, scribendum est: ὅσα αὐτῶν ἀναγκαῖα ὡς ὀρθότατα λέγεται (*quod ad ea attinet, quae vulgo s. multitudini necessaria rectissime dicuntur*), μὴ ἐπίστασθαι μὲν τοῖς πολλοῖς (αὐτά), αἰσχρὸν (ἐστί), δι' ἀκριβείας δὲ ζητεῖν πάντα οὔτε ῥᾴδιον οὔτε δυνατὸν (ἐστί). *Καί* e postremis vocis ἀναγκαῖα syllabis natum est.

P. 284. ὁ τὸν θεὸν παροιμιασάμενος: qui proverbium illud (ἀνάγκῃ οὐδὲ θεοὶ μάχονται, de quo vid. ad V, 10.) in deum finxit s. de deo fecit. De οὐδὲ — μὴ cum coniunctivo vid. ad III, 12. Deinde pro τῶν τε ἀναγκαίων scripsimus τῶν ἀναγκῶν, quam scripturam *Stephanus* memorat. *Ficinus*: „quod equidem de divinis necessitatibus intelligendum arbitror." *Dorvillius* ad Charit. p. 419. vulgatum tueri conabatur, τέ in media periodo abundanter sic poni arbitratus. Mox τῶν δὲ ἀνθρωπίνων praegressum ἀναγκῶν respicit, per se vero absolute positum est: *nam quod ad humanas* (necessitates) *attinet, stultissimum est de iis loqui* (sc. deum iis resistere non posse); propter interpositum vero εἰς ἃς οἱ πολλοὶ βλέποντες λέγουσι τὸ τοιοῦτον, constructio mutata est; οὗτος enim πάντων τῶν λόγων spectat ad λέγουσι τὸ τοιοῦτον.

οἷος δυνατός. Alterutrum fortasse delendum est; nam *οἷος*, infinitivo iunctum, iam per se est i. q. *δυνατός.* Nisi scribere malis *ὅς δυνατός* (int. *εἴη*): *eas* (disciplinarum necessitates, h. e., scientias) *pro absolute necessariis habeo, sine quibus neque deus neque daemon, neque heros hominibus erit, qui rerum humanarum possit procurationem habere.* Mox verbum *θεῖος* haud dubie ad Lacedaemonios spectat, de quibus vid. ad I, 3. Praegressum *τίς — πράξας — μαθών*, et ad *θεός — ἥρως* et ad *ἄνθρωπος* referendum, generaliter positum est; praeterea illis *ἀνθρώποις θεός* respondet sequens *ἄνθρωπος θεῖος;* oppositi enim inter se sunt *θεός* et *ἄνθρωπος*, sicuti necessitates ipsae, de quibus, scientiarum ratione habita, hoc loco disputatur; divinae enim sunt absolutae, humanae vero illae, quas relativas vocamus.

ταῦτ' οὖν δὴ πάντα. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *δεῖ*, solemni errore; sicuti paulo post *δή* pro *δεῖ* iidem exhibent. Deinde Cod. Voss. *καὶ μωρία.* Fortasse pristina scriptura erat *πολλή καὶ μεγάλη μωρία*, ut *ἡ* e voce *μεγάλη* remanserit; *πολύς* enim, *καί* intercedente, cum alio adiectivo coniungi amat. Attamen praeferenda videtur vulgata scriptura, et articulus vim suam habet: *admodum stulta est haec* (i. e., vulgaris illa) *opinio* s. *admodum stulte sentiunt, qui ita sentiunt.* Vid. ad II, 1.

τί μετὰ τίνος. *Ficinus* videtur legisse *μετά τινός;* vertit enim: „et quid cum alio." Sed solent ita particulae et pronomina interrogativa sibi subiici.

καὶ πᾶσαν τὴν τούτων κρᾶσιν. Accusativus est absolutus, ita positus, ac si praecedat *ταῦτα δέ* (*quod ad haec vero attinet*), *ποῖα ἕκαστα* cet. *μαθητέον.* Mox *τούτων — τῶν μαθημάτων* a reliqua oratione separavimus. *Cornarius:* „haec sunt, quae primum recte percipere oportet, et deinde ad alia discenda his disciplinis ducibus progredi." Deinde ante *κατὰ φύσιν* interposuimus *καί*, a postrema vocis *εἰρῆσθαι* syllaba elisum. Idque Cod. Voss. confirmat.

CAP. XXI.

Τοσάδε — ἕκαστα. Cod. Voss. *ἑκάστων.* De Aegyptiorum institutione cf. *Diodor. Sic.* I, 81. ubi v. Wesseling. p. 91. Verba, quae sequuntur, ita cohaerent: *πρῶτον μὲν γὰρ περὶ λογισμοὺς παισὶν ἐξευρημένα* (*ἐστὶ*) *μαθήματα, ἀτεχνῶς μετὰ παιδιᾶς τε καὶ ἡδονῆς μανθάνειν* (gerundium, ut in *ἡδὺ ὁρᾷν*, al.), scili-

cet., *μήλων διανομαί* cet. De verbis *μήλων — διάνομαί* cf. *Athenaeus* XV. p. 442 sq. T. V. et Animadvers. T. VIII. p. 49 seq. Schweighaeus.

ἐφεδρείας, int. *διανομαί*. Certaturi enim de ordine inter se sortiebantur, globulis in urnam immissis, quibus singulis litera inscripta erat; quibus eadem obtigisset litera, ii una certabant (haec est *ξύλληψις*, comparatio pugilum sortito facta); sin impar erat certantium numerus, qui imparem sortitus globulum esset, is postremus cum victore decertabat; quapropter *ἔφεδρος*, tertiarius, dicebatur. Vid. *Scaliger* ad Manil. p. 417. *P. Fabri* Agonist. I, 24. Gronov. Thes. ant. gr. T. VIII. p. 1891. seq. *Spanhem.* ad Callimach. H. in Del. 125. et *Dorvill.* ad Charit. p. 388. Interpretes latinos horum verborum sensus prorsus fugit.

καὶ δὴ καὶ παίζοντες cet. Verba ita coniunge: *καὶ δὴ καὶ οἱ φιάλας ἅμα κεραννύντες ἢ καὶ ὅλας διαδιδόντες* (*distribuentes*, quod oppositum est *τῷ ἅμα κεραννύντες*) *παίζοντες* (ludendo), *ὠφελοῦσι* cet. *Οἱ δέ* positum, ac si *οἱ μέν* praecesserit, vid. ad I, 3. Pro *ἀργύρου* (ex argento, i. e., argenteas) Ald. Lov. Bas. 1. et 2. vitiose *ἀργυροῦ*.

P. 286. *ἐνοῦσαν — ἄγνοιαν*. Accusativi absolute positi sunt pro genitivis (vid. ad I, 2.): *quum ridicula et turpis harum rerum ignorantia in hominibus insit.* Pro *ἄνοια* scripsimus *ἄγνοια* (vid. ad III, 9.). *Ficinus* quoque: „quum natura ignoratio — omnes homines teneat.“

ὑηνῶν. Cod. Voss. *ὑεινῶν* (esse deberet *ὑείων* vel *ὑεικῶν*); in marg. *σκαιῶν καὶ ἀμαθῶν*. Sic et *Suidas* T. III. p. 527. v. *ὑεικόν*, ubi locum nostrum citat, *ὑηνῶν* exhibet, et Schol. Ruhnk. p. 230: *ὑηνῶν· χοιρείων ἢ σκαιῶν καὶ ἀμαθῶν*. Vid. *Ruhnken.* ad Tim. p. 262.

ὅ τι καί φῃς. *Καί*, tandem (*denn*), in oratione interrogativa ita usurpari solet. Sic c. 22. p. 821. E. al. Vid. Ephemerid. scient. et art. Landishut. T. I. P. II. p. 108.

μήτε σφόδρα. Respicit hoc *σφόδρα* (*magis*), cui opponitur *ἠρέμα* (*minus*), ad praegressum *σφόδρα* in Cliniae responsione. Cod. Voss. *ῥήματα* pro *ἠρέμα*.

P. 287. *τῶν ἁμαρτημάτων*. Hoc pro glossa habeo voci *ἐκείνων* adscripta.

ἥτινι. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *εἴτινι.* *Ficinus:* „qua natura factum sit, ut alia invicem commensurari possint quidem, alia vero non possint.“ Mox *ἤ* est *alioqui*, vid. II, 12. — In seqq. *φιλονεικεῖν προβάλλοντα* (quaestionem proponentem) pendet e praegresso *ἀναγκαῖον*. Verba *διατριβήν* — *διατρίβοντα* explicationis causa apposita sunt; subiectum est persona indefinita. *Ficinus* a graeca oratione longius recessit, *Cornarius* vero bene vertit: „ita ut pueri inter se semper exercitium proponant, ludo senum talario longe iucundius, et in meditationibus eorum, quae his digna sunt, conversentur ac contendant.“ — *Σχολαὶ ἄξιαι τούτων* sunt conversationes s. disputationes (quales in otio habentur, i. e., *διατριβαί*, quocum etiam coniungitur illa vox, v. *Stephan.* Thesaur. L. G. T. III. p. 1206. F.), his rebus (disciplinis) convenientes. *ἄξιον* est enim congruum, conveniens (entsprechend), ut in Agesil. I, 1: *Ἀγησιλάου ἀρετῆς ἄξιον ἔπαινον*. Vid. *Raphel.* ad Rom. VIII, 18. — De *πεττείᾳ*, calculorum ludo, in quo calculi in abaco s. laterculo movebantur (in *κυβείᾳ* cubi s. tali iaciebantur), vid. Schol. Ruhnk. *Meurs.* de lud. Graec. Gronov. Thesaur. T. VII. p. 971 sq. *I. C. Bulenger.* de lud. vett. Gronov. Thes. ant. gr. T. VII. p. 934 sq. *Polit.* ad Eustath. T. I. p. 431. — *Πρεσβυτῶν* ita positum, ac si *πεττείας* non praecedat.

πάμπολυ. Quod vulgo ante *πάμπολυ* legitur, *οὖ*, id, sensu postulante, delevimus. Etiam *Ficinus*: „multum enim tesserae istaeque doctrinae inter se distare videntur.“ Sensus est: *profecto multo praestantiores sunt hae disciplinae tesserarum s. calculorum ludo.*

οὐκοῦν νῦν. In Ald. Lov. et Cod. Voss. haec Atheniensi tribuuntur; cui obstat *ὦ ξένε*, quo Clinias Atheniensem solet alloqui.

P. 288. *ἐνέχυρα λύσιμα* cet.: *ita* (ponantur) *ut quasi pignora ex reliqua civitate* (h. e., civitatis constitutione) *eximi*, h. e., *concidi s. tolli possint.* — De *θέντας νόμους* et *θεμένους* vid. ad I, 6. — *φιλοφρονῆται*, i. e., *ἀρέσκῃ*, *grata sint*, h. e., *placeant* et *probentur.*

CAP. XXII.

τὸν μέγιστον θεόν. Celebratissimum est effatum, quod crebro respexerunt serioris aetatis scriptores, ut *Cicero* de nat.

Deor. I, 12. *Mercur.* ap. Stob. Serm. LXXVIII. p. 466. 17. *Clemens Alexandr.* Strom. V. p. 585. B. (T. II. p. 692. Pott.) *Theodoret.* Therap. lib. II. et IV. *Cyrill.* contr. Iulian. I. al. *Cicero* l. l. „iam de Platonis inconstantia longum est dicere, qui in Timaeo (p. 28. E: *τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν*) patrem huius mundi nominari neget posse, in legum autem libris, quid sit omnino deus, anquiri oportere non censeat." — πολυπραγμονεῖν proprie dicitur, qui res curiose tractat ad ipsum non pertinentes, qui negotiis alienis implicatur, suis ipse rationibus consulere negligens. Sic Polit. IV, 10: *τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν δικαιοσύνη ἐστί.* Gorg. 526. C: *τὰ αὑτοῦ πράξαντος καὶ οὐ πολυπραγμονήσαντος ἐν τῷ βίῳ.* Charmid. 161. D: *ἦ οὖν ἐπολυπραγμονεῖτε καὶ οὐκ ἐσωφρονεῖτε τοῦτο δρῶντες.* Cf. Legg. XII, 6. p. 952. C Theaet. 184. E. al. Notionem habet adiunctam nimii rerum alienarum studii et curiositatis cuiusdam immoderatae (quam nos dicimus Vorwitzigkeit). Cf. *Lambin.* ad Horat. T. II. p. 126. B. et *Valckenar.* ad Eurip. Hippol. p. 247. — Pro *δεῖν* Cod. Voss. *δεῖ.* — τὸ δὲ ἔοικε cet., *si v. c. spectas astronomiam, quae in rerum coelestium causas inquiri iubet.*

τὸ λεγόμενον, doctrina, quam dicimus, quae in causis rerum coelestium indagandis versatur. Mox pro vitioso *ἐπειδὰν* scripsimus *ἐπεὶ δ' ἄν*, quod et sensus et orationis cohaerentia postulare nobis visi sunt. *Ficinus* quoque vertit: „*sed* cum probam — putem." *Ἐπεί* est *quanquam, attamen*, vid. ad III, 6. — καταψευδόμεθα, vid. ad III, 15.

P. 289. ταῦτα ἀεί. Legebatur *ταῦθ' ἃ ἀεί*, quod et sensum et orationis nexum turbat. *Ficinus*: „solem autem ac lunam errare semper omnes cognovimus." Sic etiam *Cornarius*: „solem vero et lunam semper haec facere omnes cognoscimus." Paulo post Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *τὸ μέχρι τοσοῦτον.* De verbis *τὸ μέχρι τοσοῦτον — μέχρι τοῦ* vid. ad II, 12.

ἡμεῖς δέ. E praegresso *πειρῶ* petendum est *πειρασόμεθα.* Phaedon. 71. E: *ἐγώ σοι — ἐρῶ καὶ αὐτὴν — σὺ δέ μοι τὴν ἑτέραν* (int. *ἐρεῖς*). Praegressa *Τοῦτο μὲν ὀρθὸν* cum sequentibus *ξυγχωρῶ κἀγώ* cet. non conveniunt; oratio videlicet verbis *τοῦτο μὲν ὀρθὸν* inchoata (quae excipere debebat: *μαθητέον εἶναι προστάττειν* vel simile quid, ut *ὀρθὸν* cum verbo cohaereat: *τοῦτο ὀρθὸν (ἐστὶ) προστάττειν μαθητέον εἶναι*) non absolvitur, sed alia eaque nova

oratio infertur: ξυγχωρῶ κἀγὼ cet. — χρόνον παμπόλλον, int. ἔργον ἐστί, vid. ad IV, 3. Verba τεκμήριον δέ, quae nihil aliud sonant nisi *nam*, sexcenties ita usurpantur. Qui exempla quaerit, is adeat *Hoogev.* ad Viger. p. 142.

οὔτε νέον οὔτε πάλαι. Vulgo vitiose scribitur νέος. *Ficinus:* „nec nuper nec iam olim.“ Νέον est νεωστί. Ita etiam *Stephanus* legendum esse monuit. Ad δυναίμην desideramus particulam ἄν. Vulgo autem σφῶν vitiose praegressis annexum legitur. De pronomine relativo nomini vel alteri pronomini subiecto vid. ad V, 10. Cod. Voss. ἀκηκοώς, σφῶν ἅ.

P. 290. τό γε τοσοῦτον. Cod. Voss. τοῦτό γε τοσοῦτον, quod rectius videtur esse; respicitur enim praegressum: τὸ μέχρι τοσούτου μαθεῖν — μέχρι τοῦ μὴ βλασφημεῖν.

ταύτῃ δόξομεν. Haud dubie scribendum est δοξάζομεν.

δολιχοδρόμων. Vid. ad VIII, 4. — ὡς βραδύτατον, int. ὄντα, h. e., βραδύτατον εἶναι. Vid. ad I, 12.

γελοῖόν τε καὶ οὐκ ὀρθόν cet. Ὅ, quo libri editi carent, de coniectura interposuimus, sensu et orationis structura flagitantibus; *Stephanus* ante γελοῖον desiderabat εἰ. Deinde Aldum, Lov. et Cornarium secuti Cliniae verba Ἀληθέστατα — ἐστί tribuimus. Bas. 1. 2. et Steph. ita legunt: *ΚΛ.* Γελοῖον μὲν οὐδαμῶς. *ΑΘ.* Οὐ μὴν — ὑμνούντων. *Ficinus:* „Nunc vero quum de diis similiter peccemus, nonne ridiculi sumus similiterque aberramus a recto? Cl. Ridiculi quidem nullo pacto, neque tamen accepti deo, dum falsa de ipsis canimus. Cl. Si haec ita se habent, vera dicis.“ Ipsa tamen Cliniae verba Ἀληθέστατα, εἴπερ γε οὕτω ταῦτ᾽ ἐστίν, documento sunt, praegressa omnia Atheniensi esse tribuenda. In ipsis autem verbis mendum inest. Pro γελοῖον μὲν οὐδαμῶς haud dubie scribendum est ὀρθὸν μὲν οὐδαμῶς, ut in praegressis legimus: οὔτε ὀρθῶς οὔτε — προσφιλῶς. Γελοῖον e praegressis γελοῖόν τε καὶ οὐκ ὀρθῶς huc irrepsit. οὐ μὴν οὐδέ — γέ est *neque etiam*. Sic X, 11. p. 902. D: Οὐ μὴν οὐδέ γε κυβερνήταις. c. 14. p. 906. E: Οὐ μὴν οὐδὲ στρατηγοῖς γε. Epinom. c. 2. p. 975. C. Nugatur Schol. Ruhnk. p. 230. varie haec verba explicans: ἀλλὰ μήν, ὡς ἐπὶ τοῦδε, ἢ οὐδαμῶς, ἢ οὐ μόνον, ἢ ἔτι μήν, ἢ ὅμως δέ. Eadem margini Cod. Voss. adpicta legimus. Pro ἄν τότε *Stephanus* adnotat legi quoque ἄν ποτε; sed sequens νῦν postulat τότε.

CAP. XXIII.

P. 291. *τά γε παιδείας.* Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *τά τε παιδείας.*

περὶ δὲ θήρας cet. Levi haec vinculo praegressis annexa sunt, ut ordinem quendam et continuationem in legum expositione merito desideremus. Quanquam id ab horum librorum ingenio haud abhorret.

ἐπὶ μεῖζον εἶναι. *Stephanus* scribi malebat *ἰέναι* pro *εἶναι*, ut esset: *quod enim legislatori iniungitur, ulterius progredi videtur, quam ut positis legibus suo munere defunctus esse dici possit; aliquid namque praeter leges esse, quod mediam quandam inter admonitionem et leges naturam habeat.* Bipont. editor corrigebat *ἔτι μεῖζον εἶναι*, ut *Cornarius* vertit: „videtur enim id — adhuc maius esse, quam ut latis legibus discedat." Neutro opus esse puto; *ἐπί* enim, accusativo iunctum, consilium et finem indicat (vid. *Hutchinson.* ad Xenoph. Cyrop. I. p. 9. *Valcken.* ad Herodot. VII, 193.). Igitur *ἐπὶ μεῖζον εἶναι* est ad s. propter maius esse, h. e., *ad maius quid spectare, quam huc, ut* cet. — Cod. Voss. *νομοθετεῖν — τοὺς νόμους.*

γέμειν. Sic *Cornarius* emendavit. Vulgo legitur: *εἶναι. πολλῆς ἀνοίας γε μὴν γεγραμμένων.* *Ficinus:* „idque tentare, dementis esse. Ita vero conscriptis legibus" cet. In marg. Cod. Voss. adscriptum est *γέμει*, quod e Stephani coniectura fluxit; sed *γέμειν*, e *φαμέν* pendens, recte habet, ut interposita particula *τέ* docet; verba enim ita cohaerent: *οὐ γάρ φαμεν ῥητὰ εἶναι, πολλῆς τε* (int. *φαμέν*) *ἀνοίας γέμειν, λέγοντες* (pro *λέγοντας ἡμᾶς*: *si ea dixerimus;* quia subiectum huius enuntiationis idem est cum subiecto verbi primarii *φαμέν*, nominativus de more positus est) *οἴεσθαι αὐτὰ ὡς νόμους τιθεμένους εἶναι* (pro *τιθέμενα εἶναι;* participium enim, ut solet, praedicati sui casum sequitur, vid. ad V, 8.).

τοῖς τοῦ νομοθέτου. Vocem *νομοθέτου* e cod. Voss. recepimus, confirmante *Ficino*, qui vertit: „qui legumlatoris leges ferentis et laudantis vituperantisque scriptis omnino per totam vitam paruit." — *τελεώτερον δὲ ὧδε εἰρημένον*, int. *ἐστί* s. *ἔσται*: *perfectius*, h. e., *rectius vero sic dicetur, eum esse bonum* (*ὡς ἄρα*, int. *οὗτος ἀγαθός ἐστιν*), *ὅς* cet. *Τελεώτερον εἰρημένον* spectat ad *τέλεος — ἔπαινος.*

δεῖ μὴ μόνον. Sic *Ficinus* („leges non solum perscribet"), Bas. 2. Cornar. et Stephan.; in libris Ald. Lov. et Bas. 1. *δὴ μόνον* extat.

ὅσα — εἶναι. Haec verba, quae in libris veteribus omnibus desiderantur, *Stephanus* tacite interposuit, haud dubie *Ficinum* secutus vertentem: „sed etiam declarationem quandam his adiungat, qua, quae honesta turpiave sibi videntur, significet." — *ἐμπεδοῦν.* Vid. ad III, 5. — *τὰ — κατειλημμένα, quae lex poenis cogit*, h. e., *mulctis impositis imperat; καταλαμβάνειν* est enim obstringere, cogere s. adigere. *Ficinus*: „quam quae mulcta imposita a legibus mandata fuerint." — *δηλοίη* (vulgo *δηλοῖ*) *μὲν ἂν — μᾶλλον*, magis enim declarabit, quod volumus.

περιειλημμένον. Hoc *Cornario* debemus; Ald. enim, Lov. Bas. 1. et 2. *περιλειμμένον.* Cornario *Ficinus* praeivit vertens: „nomine uno comprehensa." *Πάμπολυ* est, ut constat, late patens.

οὐ μόνον θηρίων. *Stephanus* ita iubebat scribi: *θηρεύματα, οὐ μόνον δὲ τὴν θηρίων, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἄξιον ἐννοεῖν θήραν;* quo non opus est; constructio, ut solet, mutata est, quum oratio ita procedere debuisset: *πάμπολυ δὲ καὶ τὸ* (int. *πρᾶγμα*) *περὶ τὰ πεζὰ θηρεύματα, οὐ μόνον* (*περὶ τὰ θηρεύματα*) *θηρίων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀνθρώπων· ἄξιον γὰρ καὶ ταύτην ἐννοεῖν τὴν θήραν, τήν γε* (eamque) *κατὰ πόλεμον.* Pro *τήν τε* iam *Stephanus* correxerat *τήν γε.* Quemadmodum vero venatio simulacrum quoddam pugnae et optima bellicae disciplinae meditatio atque exercitatio habebatur, (v. *Xenoph.* Cyropaed. I, 2. 10: *ὅτι ἀληθεστάτη αὐτοῖς δοκεῖ αὕτη ἡ μελέτη τῶν πρὸς τὸν πόλεμον εἶναι.* *Cicero* de nat. deor. II, 64: „Iam vero immanes et feras beluas nanciscimur venando, ut et vescamur iis et exerceamur in venando ad similitudinem bellicae disciplinae." Vid. *Rittershus.* ad Oppian. Cyneget. I, 86. p. 12 sq.) ita h. l. ipsae insidiae bellicae, quibus hostes intercipiuntur, *θῆραι* vocantur. Sic *Xenoph.* de mag. equit. offic. IV, 17: *ἀεὶ μέντοι ἰσχυροτέρῳ τὸ ἀσθενέστερον θηρᾶν.* *Anabas.* V, 1. 9: *ἐὰν οὖν κατὰ μέρος μερισθέντες φυλάττωμεν καὶ σκοπῶμεν, ἧττον δύναιντ' ἂν ἡμᾶς θηρᾶν οἱ πολέμιοι.* Similiter *Sophocl.* Ai. 2: *πεῖράν τιν' ἐχθρῶν ἁρπάσαι θηρώμενον* (insidiantem).

πολλὴ δὲ καὶ ἡ cet. *Ficinus* vertit: „alius (venatus) pedestrium, nec ferarum solum, verum etiam hominum, horumque non bellicus tantummodo, verum etiam qui per amicitiam, et alius quidem laudem, alius vituperationem habet.“ Hinc *Stephanus* ante *ἣ μὲν* inseri iubebat *καὶ* vel *ᾧ;* sed verborum *ἐστί* et *ἔχουσα* modi inter se permutati sunt, pro: *πολλὴ δὲ καὶ ἡ κατὰ φιλίαν (θήρα) θηρεύουσα* (int. *ἐστί*), *ἣ μὲν ἔπαινον, ἣ δὲ ψόγον ἔχουσα* (eaque partim laudanda partim vituperanda); *ἐστί* vero omisso pro participio *ἔχουσα* modus finitus *ἔχει* positus est. Idcirco comma ante *ἣ μέν* delevimus. Ceterum *ἡ θήρα κατὰ φιλίαν* est venatio, i. e., studium amicos non solum sibi conciliandi (idque honestum), verum etiam captandi (quod *ψόγον ἔχει*). Sic *Xenoph.* Mem. Socr. II, 6. 28: *θηρᾶν ἐπιχειρεῖ τοὺς καλούς τε κἀγαθούς· ἴσως δ' ἄν τι σοι κἀγὼ συλλαβεῖν εἰς τὴν τῶν καλῶν τε κἀγαθῶν θήραν ἔχοιμι διὰ τὸ ἐρωτικὸς εἶναι.* §. 29: *οὐκ ἀπείρως οἶμαι ἔχειν πρὸς θήραν ἀνθρώπων.* III, 11. 7: *οὐ γὰρ δὴ — οὕτω γε ἀτεχνῶς οἴεσθαι χρὴ τὸ πλεῖστον ἄξιον ἄγρευμα, φίλους, θηράσειν.* §. 9: *τίνι οὖν — τοιούτῳ φίλους ἂν ἐγὼ θηρῴην;* Verba *θήρα, θηρᾶν, θηρεύειν*, al. praecipue quoque in re amatoria usurpantur, vid. *Dorvill.* ad Charit. p. 555 sq. et *Villoison.* ad Long. III. p. 184. In universum de variis iisque translatis horum verborum significationibus conferendi sunt *Wesseling.* ad Diodor. Sic. XX, 63. T. II. p. 452. *Wyttenbach.* Epist. critic. p. 52. *Heusd.* Spec. crit. in Plat. p. 88. *Boissonad.* ad Philostrat. p. 418. De Latinorum verbo *venari*, similiter usurpari solito, vid. *Burmann.* ad Phaedr. III, 4. 4.

P. 292. *στρατοπέδοις* ab hoc loco alienum, eoque omisso, sensus perspicuus est. *Κλωπεῖαι* et *κλωπεύειν* s. *κλοπεύειν* recte et de latronibus et de militibus ponitur; est enim et furari (quod latronum proprium est) et spoliare (quod in milites cadit). *Στρατόπεδα* vero pro ipsis militibus poni constat. Tim. Lexic. p. 240. v. *στρατόπεδον· λέγεται καὶ τὸ πλῆθος τῶν στρατιωτῶν.* Vid. Lexic. Xenophont. V. IV. p. 109.

θήρας δὲ πέρι τιθέντι. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *περιτιθέντι.* In sqq. *Ficinus* plura de suo videtur addidisse vertens: „quae in venatione laudanda sunt, laudet, quae contra, vituperet.“ Verba ita intelligenda sunt: *partim* (alia) *laudare oportet*, *partim* (alia) *vituperare.* *πρός* est ratione habita, vel, ut *Cornarius* vertit, respectu habito ad —. Deinde *ἐξείργειν*, impedire (vid. ad cap. 8.), est *avocare, abducere.* — Cod. Voss. *τὸν μέν*, *τὸν νομοθέτην.*

ἑξῆς. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἐξ ἧς. *Ficinus*: „his ita propositis, congrua deinceps laus —.“ Paulo post τὸ μετὰ τοῦτο et ἑξῆς posita sunt ἐκ παραλλήλου, quod dicitur, ut VIII, 4. p. 834. A: τὸ δὲ μετὰ ταῦτα — ἑξῆς. Vid. ad I, 5.

ἀγκιστρείας (libri veteres vitiose ἀγγιστρείας) est piscatus, qui hamis fit; unde τὸ ἀγκιστρευτικόν Sophist. 220. D.

μήτε ἐγρηγορόσι μήτε εὕδουσι, *neque die neque noctu.* Similiter in Sophist. l. l. τὸ νυκτερινὸν et τὸ μεθημερινὸν piscatus genus distinguitur. Cf. *Casaubon.* ad Athen. XV. p. 355 sq. T. VIII. et *Schweighaeuser.* p. 347. Ceterum θήρα, quae κύρτοις peragitur, ἀργὸς dicitur, quia ictu (πληγῇ), h. e., humana vi non indiget. Sophist. 220. B: καθ' ἃ τὸ μὲν ἕρκεσιν αὐτόθεν (solis retibus) ποιεῖται τὴν θήραν, τὸ δὲ πληγῇ. Κύρτος vero est nassa, h. e., fiscella viminea angusti colli (Fischreuse), v. Sophist. 220. C. Eius descriptio legitur in *Oppian.* Halieut. III, 341 sq. et *Sil. Italic.* V, 47 sq. ubi v. interpp.

εἰς τὸν ἔσχατον νοῦν, i. e., εἰς νοῦν τοῦ ἐσχάτου s. τῷ ἐσχάτῳ, *ne infimo quidem in mentem veniat.* Ἔσχατος, ut Latinorum *postremus* (sic ap. *Cicer.* Rosc. Amer. 47: homo postremus. Id. ad Brut. Epist. 16. med. Philipp. II, 44. al.) saepenumero pro vilissimo et pessimo ponitur, ut ap. *Aristot.* Polit. VII, 1. ubi v. Victor. Sed, ne quid dissimulemus, suspectum videri possit εἰς τὸν νοῦν, quum ἐπέρχεσθαι non solum dativo (vid. *Hemsterhus.* ad Lucian. T. I. p. 206. Bip.), verum etiam accusativo simplici (sic paulo post, lib. XII, 13. Phaedon. c. 38. p. 88. C. Vid. ad Polit. I, 5. et *Corai.* ad Isocrat. de pace T. II. p. 140.) ita iungatur, ut sit: mentem subire, in mentem venire. Quocirca εἰς τὸν νοῦν e glossa profectum videtur. Ceterum hic locus obversabatur *Eustathio* in Odyss. μ'. p. 492. 9: οὔτε ὀρνίθων ἐτεχνῶντο θήραν, ἣν ὡς αἱμύλον ὁ Πλάτων οὐ φιλεῖ.

τῶν ἄρκυσι, οὐδ' ἡ (θήρα) τῶν ἄρκυσι — χειρουμένων τὴν ἄγριον τῶν θηρίων ῥώμην. Vulgo τῶν, quod ante ἄρκυσι posuimus, ante διαπαύματα scriptum, hoc est, loco suo motum, extat.

μόνη — ἀρίστη. Cf. *Oppian.* Cyneget. I, 67 sq. et *Rittershus.* ad v. 86. p. 13. — Ald. Lov. Bas. 1. et 2. πάσῃ et Cod. Voss. δέ.

P. 293. τούτων δὴ πάντων cet. *Stephanus* vel ἐπαίνου μὲν πέρι καὶ ψόγου scribi vel πέρι expungi volebat; sed haec prae-

positionis collocatio in nostro offendere non debet, vid. ad I, 4. Certe malim πέρι pro suppositicio habere, quam ἐπαίνου et ψόγου scribere; tunc enim articulus ὁ ante διειρημένος expungi deberet. Pro διῃρημένος (*Ficinus:* „sed laus vituperatioque venandi ista distincta sit") e cod. Voss. recepimus διειρημένος, quod et sensus et linguae usus poscunt; vid. ad VII, 14. Deinde Cod. Voss. τοὺς ἱερεῖς.

ἄρκυσι. Vulgo κυσί, quod ab hoc loco alienum est; praegressa: ἄρκυσί τε καὶ πάγαις, etiam hoc loco ἄρκυσι legendum esse, documento esse debebant; idque quum *Schulthessium* quoque corrigentem vidissem, recipere haud dubitavimus. Opponuntur autem venatores, qui retibus et laqueis utuntur ad feras noctu capiendas, iis, qui equis vel canibus eas persequuntur et pugnam quasi cum iis committunt. — Pro ἐάσῃ Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἐάσει. *Ficinus:* „nemo uspiam *sinat* venari."

ἐν ἀργοῖς μὲν ἀγροῖς. Vulgo legitur ἐν ἀγροῖς μέν, Cod. Voss. autem ἀργαῖς pro ἀγροῖς et in marg. ἀργοῖς habet; hinc scripsimus, id quod sensus flagitat, ἐν ἀργοῖς μὲν ἀγροῖς, ut *Ficinus* vertit: „per incultos agros;" cui optime respondet sequens ἐν ἐργασίμοις δέ; ἀργόν enim (i. e. ἀεργόν, inaratum) est *incultum*, ut IX, 12. p. 873. D: τῶν ὅσα ἀργὰ καὶ ἀνώνυμα. *Xenoph.* Cyropaed. III, 2. 1. Oecon. IV, 8. 10. XIX, 8. XX, 21. al. — Quod vero post ἱεροῖς legitur, ἁγίοις, id ferri nequit, quum nihil nisi glossa sit. *Ficinus* videtur iterum ἀργοῖς legisse, quum verterit: „a cultis locis sacrisque *incultis* a quocunque pellatur;" sed offendit ἀργοῖς repetitum, praegresso insuper ἐργασίμοις; certe abesse tunc non posset *καί* vel *καίπερ: etsi inculti sint. Cornarius* simpliciter vertit: „in cultis autem et sacris locis prohibent ipsum, quisquis in eum inciderit."

ὀπῶν ἀναθολώσει. *Suidas*, hunc locum excitans v. ἀναθολώσει T. I. p. 165., legit ὅπως pro ὀπῶν. *Ficinus:* „dummodo succorum non utatur permixtione." Ὀπός est succus s. liquor ex plantis vel sponte emanans vel scarificatione, terebratione, aliis id genus effluens. — De accusativo absolute posito ἐνυγροθηρευτήν vid. ad I, 8.

LIBER OCTAVUS.

CAP. I.

P. 296. *γίγνοιτ᾽ ἄν.* Cod. Voss. *γίγνοιντ᾽ ἄν*, haud dubie propter *θυσίαι*; sed *γίγνοιτ᾽* recte habet, referendum illud ad *ἄμεινον* et *λῷον*, ita ut ne *ἅςτινας θυσίας* quidem, quod *Stephanus* volebat, scribere opus sit; ad *αἵτινες* enim *θυσίαι* int. *ποιητέαι* vel simile verbum, quod ut supprimeretur, verba statim sequentia *καὶ θεοῖς* (Bas. 2. *τοῖς*) *οἷςτισιν ἄμεινον* — *θυούσῃ τῇ πόλει γίγνοιτ᾽ ἄν*, quibus simul constructio mutata est, in causa fuerunt. Ad *πόσαι* iterum *ποιητέαι* intelligi oportet. Deinde Cod. Voss. *ἂν εἶναι νομοθετεῖν;* fortasse scribere librarius volebat: *ἂν εἴη νομοθετεῖν.* In seqq. verba *τὸν ἀριθμόν* vel e praegressis irrepserunt, vel e sequentibus librariorum incuria huc inculcata sunt. — Paulo post *αὑτῶν* pro *αὐτῶν* scripsimus. *Ficinus* quoque: pro se ipsis, habet.

θύοντας, *τοὺς πολίτας* intellig. vel pronomen indefinitum. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *θύοντα.* — *ὅσαις χωρὶς ἀνδρῶν προςήκει*, int. *εἶναι*, *quas viris exclusis peragi oporteat.*

τὸ τῶν χθονίων, i. e., *τοὺς χθονίους* (*θεούς*), — *καὶ τοὺς τούτοις ἑπομένους* (*qui his similes sunt*, vid. ad VII, 18.). De hoc articuli *τό* cum genitivo coniuncti usu vid. ad I, 8.

P. 297. *οὐκ ἔστιν ᾗ*, *nullo modo;* vid. ad IV, 11.

τοῖς δὲ εὐδαιμόνως ζῶσιν usque ad *ἀγαθόν* laudat *Aristides* Orat. Platon. I. p. 73. T. II. Cod. Voss. *μήθ᾽ ἑαυτούς.* Ab Arist. *αὐτούς* abest. Deinde Arist. *ἔχειν* pro *σχεῖν.* Ad *τελέως γενόμενον ἀγαθόν* subiectum est pronomen indefinitum.

ταυτὸν — *ἀνάγκῃ.* Vocem *ἀνάγκῃ*, quam libri editi ignorant, *Cornarium* secuti interposuimus, idque *Stephanus* quoque

cet., μήλων διανομαί cet. De verbis μήλων — διανομαί cf. *Athenaeus* XV. p. 442 sq. T. V. et Animadvers. T. VIII. p. 49 seq. Schweighaeus.

ἐφεδρείας, int. διανομαί. Certaturi enim de ordine inter se sortiebantur, globulis in urnam immissis, quibus singulis litera inscripta erat; quibus eadem obtigisset litera, ii una certabant (haec est ξύλληψις, comparatio pugilum sortito facta); sin impar erat certantium numerus, qui imparem sortitus globulum esset, is postremus cum victore decertabat; quapropter ἔφεδρος, tertiarius, dicebatur. Vid. *Scaliger* ad Manil. p. 417. *P. Fabri* Agonist. I, 24. Gronov. Thes. ant. gr. T. VIII. p. 1891. seq. *Spanhem.* ad Callimach. H. in Del. 125. et *Dorvill.* ad Charit. p. 388. Interpretes latinos horum verborum sensus prorsus fugit.

καὶ δὴ καὶ παίζοντες cet. Verba ita coniunge: καὶ δὴ καὶ οἱ φιάλας ἅμα κεραννύντες ἢ καὶ ὅλας διαδιδόντες (*distribuentes*, quod oppositum est τῷ ἅμα κεραννύντες) παίζοντες (ludendo), ὠφελοῦσι cet. Οἱ δέ positum, ac si οἱ μέν praecesserit, vid. ad I, 3. Pro ἀργύρου (ex argento, i. e., argenteas) Ald. Lov. Bas. 1. et 2. vitiose ἀργυροῦ.

P. 286. ἐνοῦσαν — ἄγνοιαν. Accusativi absolute positi sunt pro genitivis (vid. ad I, 2.): *quum ridicula et turpis harum rerum ignorantia in hominibus insit.* Pro ἄνοια scripsimus ἄγνοια (vid. ad III, 9.). *Ficinus* quoque: „quum natura ignoratio — omnes homines teneat.“

ὑηνῶν. Cod. Voss. ὑεινῶν (esse deberet ὑείων vel ὑεικῶν); in marg. σκαιῶν καὶ ἀμαθῶν. Sic et *Suidas* T. III. p. 527. v. ὑεικόν, ubi locum nostrum citat, ὑηνῶν exhibet, et Schol. Ruhnk. p. 230: ὑηνῶν· χοιρείων ἢ σκαιῶν καὶ ἀμαθῶν. Vid. *Ruhnken.* ad Tim. p. 262.

ὅ τι καὶ φῄς. *Καί*, tandem (*denn*), in oratione interrogativa ita usurpari solet. Sic c. 22. p. 821. E. al. Vid. Ephemerid. scient. et art. Landishut. T. I. P. II. p. 108.

μήτε σφόδρα. Respicit hoc σφόδρα (*magis*), cui opponitur ἠρέμα (*minus*), ad praegressum σφόδρα in Cliniae responsione. Cod. Voss. ῥήματα pro ἠρέμα.

P. 287. τῶν ἁμαρτημάτων. Hoc pro glossa habeo voci ἐκείνων adscripta.

ἤτινι. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. εἴτινι. *Ficinus:* „qua natura factum sit, ut alia invicem commensurari possint quidem, alia vero non possint.“ Mox ἤ est *alioqui*, vid. II, 12. — In seqq. φιλονεικεῖν προβάλλοντα (quaestionem proponentem) pendet e praegresso ἀναγκαῖον. Verba διατριβὴν — διατρίβοντα explicationis causa apposita sunt; subiectum est persona indefinita. *Ficinus* a graeca oratione longius recessit, *Cornarius* vero bene vertit: „ita ut pueri inter se semper exercitium proponant, ludo senum talario longe iucundius, et in meditationibus eorum, quae his digna sunt, conversentur ac contendant.“ — Σχολαὶ ἄξιαι τούτων sunt conversationes s. disputationes (quales in otio habentur, i. e., διατριβαί, quocum etiam coniungitur illa vox, v. *Stephan.* Thesaur. L. G. T. III. p. 1206. F.), his rebus (disciplinis) convenientes. ἄξιον est enim congruum, conveniens (entsprechend), ut in Agesil. I, 1: Ἀγησιλάου ἀρετῆς ἄξιον ἔπαινον. Vid. *Raphel.* ad Rom. VIII, 18. — De πεττείᾳ, calculorum ludo, in quo calculi in abaco s. laterculo movebantur (in κυβείᾳ cubi s. tali iaciebantur), vid. Schol. Ruhnk. *Meurs.* de lud. Graec. Gronov. Thesaur. T. VII. p. 971 sq. *I. C. Bulenger.* de lud. vett. Gronov. Thes. ant. gr. T. VII. p. 934 sq. *Polit.* ad Eustath. T. I. p. 431. — Πρεσβυτῶν ita positum, ac si πεττείας non praecedat.

πάμπολυ. Quod vulgo ante πάμπολυ legitur, οὔ, id, sensu postulante, delevimus. Etiam *Ficinus*: „multum enim tesserae istaeque doctrinae inter se distare videntur.“ Sensus est: *profecto multo praestantiores sunt hae disciplinae tesserarum s. calculorum ludo.*

οὐκοῦν νῦν. In Ald. Lov. et Cod. Voss. haec Atheniensi tribuuntur; cui obstat ὦ ξένε, quo Clinias Atheniensem solet alloqui.

P. 288. ἐνέχυρα λύσιμα cet.: *ita* (ponantur) *ut quasi pignora ex reliqua civitate* (h. e., civitatis constitutione) *eximi*, h. e., *concidi* s. *tolli possint.* — De θέντας νόμους et θεμένους vid. ad I, 6. — φιλοφρονῆται, i. e., ἀρέσκῃ, *grata sint*, h. e., *placeant* et *probentur.*

CAP. XXII.

τὸν μέγιστον θεόν. Celebratissimum est effatum, quod crebro respexerunt serioris aetatis scriptores, ut *Cicero* de nat.

Deor. I, 12. *Mercur.* ap. Stob. Serm. LXXVIII. p. 466. 17. *Clemens Alexandr.* Strom. V. p. 585. B. (T. II. p. 692. Pott.) *Theodoret.* Therap. lib. II. et IV. *Cyrill.* contr. Iulian. I. al. *Cicero* l. l. „iam de Platonis inconstantia longum est dicere, qui in Timaeo (p. 28. E: *τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν*) patrem huius mundi nominari neget posse, in legum autem libris, quid sit omnino deus, anquiri oportere non censeat." — πολυπραγμονεῖν proprie dicitur, qui res curiose tractat ad ipsum non pertinentes, qui negotiis alienis implicatur, suis ipse rationibus consulere negligens. Sic Polit. IV, 10: *τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν δικαιοσύνη ἐστί.* Gorg. 526. C: *τὰ αὑτοῦ πράξαντος καὶ οὐ πολυπραγμονήσαντος ἐν τῷ βίῳ.* Charmid. 161. D: *ἦ οὖν ἐπολυπραγμονεῖτε καὶ οὐκ ἐσωφρονεῖτε τοῦτο δρῶντες.* Cf. Legg. XII, 6. p. 952. C Theaet. 184. E. al. Notionem habet adiunctam nimii rerum alienarum studii et curiositatis cuiusdam immoderatae (quam nos dicimus Vorwitzigkeit). Cf. *Lambin.* ad Horat. T. II. p. 126. B. et *Valckenar.* ad Eurip. Hippol. p. 247. — Pro δεῖν Cod. Voss. δεῖ. — τὸ δὲ ἔοικε cet., *si v. c. spectas astronomiam, quae in rerum coelestium causas inquiri iubet.*

τὸ λεγόμενον, doctrina, quam dicimus, quae in causis rerum coelestium indagandis versatur. Mox pro vitioso ἐπειδὰν scripsimus ἐπεὶ δ' ἄν, quod et sensus et orationis cohaerentia postulare nobis visi sunt. *Ficinus* quoque vertit: „*sed* cum probam — putem." Ἐπεί est *quanquam, attamen*, vid. ad III, 6. — καταψευδόμεθα, vid. ad III, 15.

P. 289. ταῦτα ἀεί. Legebatur ταῦθ' ἃ ἀεί, quod et sensum et orationis nexum turbat. *Ficinus*: „solem autem ac lunam errare semper omnes cognovimus." Sic etiam *Cornarius*: „solem vero et lunam semper haec facere omnes cognoscimus." Paulo post Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *τὸ μέχρι τοσοῦτον.* De verbis *τὸ μέχρι τοσούτου — μέχρι τοῦ* vid. ad II, 12.

ἡμεῖς δέ. E praegresso *πειρῶ* petendum est *πειρασόμεθα.* Phaedon. 71. E: *ἐγώ σοι — ἐρῶ καὶ αὐτὴν — σὺ δέ μοι τὴν ἑτέραν* (int. *ἐρεῖς*). Praegressa *Τοῦτο μὲν ὀρθὸν* cum sequentibus *ξυγχωρῶ κἀγώ* cet. non conveniunt; oratio videlicet verbis *τοῦτο μὲν ὀρθὸν* inchoata (quae excipere debebat: *μαθητέον εἶναι προστάττειν* vel simile quid, ut *ὀρθὸν* cum verbo cohaereat: *τοῦτο ὀρθὸν (ἐστὶ) προστάττειν μαθητέον εἶναι*) non absolvitur, sed alia eaque nova

oratio infertur: ξυγχωρῶ κἀγὼ cet. — *χρόνου παμπόλλου*, int. ἔργον ἐστί, vid. ad IV, 3. Verba *τεκμήριον δέ*, quae nihil aliud sonant nisi *nam*, sexcenties ita usurpantur. Qui exempla quaerit, is adeat *Hoogev.* ad Viger. p. 142.

οὔτε νέον οὔτε πάλαι. Vulgo vitiose scribitur νέος. *Ficinus:* „nec nuper nec iam olim.“ Νέον est νεωστί. Ita etiam *Stephanus* legendum esse monuit. Ad δυναίμην desideramus particulam ἄν. Vulgo autem σφῶν vitiose praegressis annexum legitur. De pronomine relativo nomini vel alteri pronomini subiecto vid. ad V, 10. Cod. Voss. ἀκηκοώς, σφῶν ἅ.

P. 290. *τό γε τοσοῦτον.* Cod. Voss. τοῦτό γε τοσοῦτον, quod rectius videtur esse; respicitur enim praegressum: τὸ μέχρι τοσούτου μαθεῖν — μέχρι τοῦ μὴ βλασφημεῖν.

ταύτῃ δόξομεν. Haud dubie scribendum est δοξάζομεν.

δολιχοδρόμων. Vid. ad VIII, 4. — *ὡς βραδύτατον*, int. ὄντα, h. e., βραδύτατον εἶναι. Vid. ad I, 12.

γελοῖόν τε καὶ οὐκ ὀρθόν cet. Ὅ, quo libri editi carent, de coniectura interposuimus, sensu et orationis structura flagitantibus; *Stephanus* ante γελοῖον desiderabat εἰ. Deinde Aldum, Lov. et Cornarium secuti Cliniae verba Ἀληθέστατα — ἐστί tribuimus. Bas. 1. 2. et Steph. ita legunt: *ΚΛ. Γελοῖον μὲν οὐδαμῶς. ΑΘ. Οὐ μὴν — ὑμνούντων. Ficinus:* „Nunc vero quum de diis similiter peccemus, nonne ridiculi sumus similiterque aberramus a recto? Cl. Ridiculi quidem nullo pacto, neque tamen accepti deo, dum falsa de ipsis canimus. Cl. Si haec ita se habent, vera dicis.“ Ipsa tamen Cliniae verba Ἀληθέστατα, εἴπερ γε οὕτω ταῦτ' ἐστίν, documento sunt, praegressa omnia Atheniensi esse tribuenda. In ipsis autem verbis mendum inest. Pro γελοῖον μὲν οὐδαμῶς haud dubie scribendum est ὀρθὸν μὲν οὐδαμῶς, ut in praegressis legimus: οὔτε ὀρθῶς οὔτε — προσφιλῶς. Γελοῖον e praegressis γελοῖόν τε καὶ οὐκ ὀρθῶς huc irrepsit. *οὐ μὴν οὐδέ — γέ* est *neque etiam.* Sic X, 11. p. 902. D: Οὐ μὴν οὐδέ γε κυβερνήταις. c. 14. p. 906. E: Οὐ μὴν οὐδὲ στρατηγοῖς γε. Epinom. c. 2. p. 975. C. Nugatur Schol. Ruhnk. p. 230. varie haec verba explicans: ἀλλὰ μήν, ὡς ἐπὶ τοῦδε, ἢ οὐδαμῶς, ἢ οὐ μόνον, ἢ ἔτι μήν, ἢ ὅμως δέ. Eadem margini Cod. Voss. adpicta legimus. Pro ἂν τότε *Stephanus* adnotat legi quoque ἄν ποτε; sed sequens νῦν postulat τότε.

CAP. XXIII.

P. 291. τά γε παιδείας. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. τά τε παιδείας.

περὶ δὲ θήρας cet. Levi haec vinculo praegressis annexa sunt, ut ordinem quendam et continuationem in legum expositione merito desideremus. Quanquam id ab horum librorum ingenio haud abhorret.

ἐπὶ μεῖζον εἶναι. *Stephanus* scribi malebat ἰέναι pro εἶναι, ut esset: *quod enim legislatori iniungitur, ulterius progredi videtur, quam ut positis legibus suo munere defunctus esse dici possit; aliquid namque praeter leges esse, quod mediam quandam inter admonitionem et leges naturam habeat.* Bipont. editor corrigebat ἔτι μεῖζον εἶναι, ut *Cornarius* vertit: „videtur enim id — adhuc maius esse, quam ut latis legibus discedat.“ Neutro opus esse puto; ἐπὶ enim, accusativo iunctum, consilium et finem indicat (vid. *Hutchinson.* ad Xenoph. Cyrop. I. p. 9. *Valcken.* ad Herodot. VII, 193.). Igitur ἐπὶ μεῖζον εἶναι est ad s. propter maius esse, h. e., *ad maius quid spectare, quam huc, ut* cet. — Cod. Voss. νομοθετεῖν — τοὺς νόμους.

γέμειν. Sic *Cornarius* emendavit. Vulgo legitur: εἶναι. πολλῆς ἀνοίας γε μὴν γεγραμμένων. *Ficinus:* „idque tentare, dementis esse. Ita vero conscriptis legibus“ cet. In marg. Cod. Voss. adscriptum est γέμει, quod e Stephani coniectura fluxit; sed γέμειν, e φαμέν pendens, recte habet, ut interposita particula τέ docet; verba enim ita cohaerent: οὐ γάρ φαμεν ῥητὰ εἶναι, πολλῆς τε (int. φαμέν) ἀνοίας γέμειν, λέγοντες (pro λέγοντας ἡμᾶς: *si ea dixerimus;* quia subiectum huius enuntiationis idem est cum subiecto verbi primarii φαμέν, nominativus de more positus est) οἴεσθαι αὐτὰ ὡς νόμους τιθεμένους εἶναι (pro τιθέμενα εἶναι; participium enim, ut solet, praedicati sui casum sequitur, vid. ad V, 8.).

τοῖς τοῦ νομοθέτου. Vocem νομοθέτου e cod. Voss. recepimus, confirmante *Ficino*, qui vertit: „qui legumlatoris leges ferentis et laudantis vituperantisque scriptis omnino per totam vitam paruit.“ — τελεώτερον δὲ ὧδε εἰρημένον, int. ἐστὶ s. ἔσται: *perfectius*, h. e., *rectius vero sic dicetur, eum esse bonum* (ὡς ἄρα, int. οὗτος ἀγαθός ἐστιν), ὅς cet. Τελεώτερον εἰρημένον spectat ad τέλεος — ἔπαινος.

δεῖ μὴ μόνον. Sic *Ficinus* („leges non solum perscribet"), Bas. 2. Cornar. et Stephan.; in libris Ald. Lov. et Bas. 1. *δὴ μόνον* extat.

ὅσα — εἶναι. Haec verba, quae in libris veteribus omnibus desiderantur, *Stephanus* tacite interposuit, haud dubie *Ficinum* secutus vertentem: „sed etiam declarationem quandam his adiungat, qua, quae honesta turpiave sibi videntur, significet." — *ἐμπεδοῦν.* Vid. ad III, 5. — *τὰ — κατειλημμένα, quae lex poenis cogit*, h. e., *mulctis impositis imperat; καταλαμβάνειν* est enim obstringere, cogere s. adigere. *Ficinus*: „quam quae mulcta imposita a legibus mandata fuerint." — *δηλοίη* (vulgo *δηλοῖ*) *μὲν ἂν — μᾶλλον*, magis enim declarabit, quod volumus.

περιειλημμένον. Hoc *Cornario* debemus; Ald. enim, Lov. Bas. 1. et 2. *περιλειμμένον.* Cornario *Ficinus* praeivit vertens: „nomine uno comprehensa." *Πάμπολυ* est, ut constat, late patens.

οὐ μόνον θηρίων. *Stephanus* ita iubebat scribi: *θηρεύματα, οὐ μόνον δὲ τὴν θηρίων, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἄξιον ἐννοεῖν θήραν;* quo non opus est; constructio, ut solet, mutata est, quum oratio ita procedere debuisset: *πάμπολυ δὲ καὶ τὸ* (int. *πρᾶγμα*) *περὶ τὰ πεζὰ θηρεύματα, οὐ μόνον* (*περὶ τὰ θηρεύματα*) *θηρίων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀνθρώπων· ἄξιον γὰρ καὶ ταύτην ἐννοεῖν τὴν θήραν, τήν γε* (eamque) *κατὰ πόλεμον.* Pro *τήν τε* iam *Stephanus* correxerat *τήν γε.* Quemadmodum vero venatio simulacrum quoddam pugnae et optima bellicae disciplinae meditatio atque exercitatio habebatur, (v. *Xenoph.* Cyropaed. I, 2. 10: *ὅτι ἀληθεστάτη αὐτοῖς δοκεῖ αὕτη ἡ μελέτη τῶν πρὸς τὸν πόλεμον εἶναι.* *Cicero* de nat. deor. II, 64: „Iam vero immanes et feras beluas nanciscimur venando, ut et vescamur iis et exerceamur in venando ad similitudinem bellicae disciplinae." Vid. *Rittershus.* ad Oppian. Cyneget. I, 86. p. 12 sq.) ita h. l. ipsae insidiae bellicae, quibus hostes intercipiuntur, *θῆραι* vocantur. Sic *Xenoph.* de mag. equit. offic. IV, 17: *ἀεὶ μέντοι ἰσχυροτέρῳ τὸ ἀσθενέστερον θηρᾶν.* *Anabas.* V, 1. 9: *ἐὰν οὖν κατὰ μέρος μερισθέντες φυλάττωμεν καὶ σκοπῶμεν, ἧττον δύναιντ' ἂν ἡμᾶς θηρᾶν οἱ πολέμιοι.* Similiter *Sophocl.* Ai. 2: *πεῖράν τιν' ἐχθρῶν ἁρπάσαι θηρώμενον* (insidiantem).

πολλὴ δὲ καὶ ἡ cet. *Ficinus* vertit: „alius (venatus) pedestrium, nec ferarum solum, verum etiam hominum, horumque non bellicus tantummodo, verum etiam qui per amicitiam, et alius quidem laudem, alius vituperationem habet." Hinc *Stephanus* ante ἡ μὲν inseri iubebat καὶ vel ᾧ; sed verborum ἐστὶ et ἔχουσα modi inter se permutati sunt, pro: πολλὴ δὲ καὶ ἡ κατὰ φιλίαν (θήρα) θηρεύουσα (int. ἐστί), ἡ μὲν ἔπαινον, ἡ δὲ ψόγον ἔχουσα (eaque partim laudanda partim vituperanda); ἐστὶ vero omisso pro participio ἔχουσα modus finitus ἔχει positus est. Idcirco comma ante ἡ μέν delevimus. Ceterum ἡ θήρα κατὰ φιλίαν est venatio, i. e., studium amicos non solum sibi conciliandi (idque honestum), verum etiam captandi (quod ψόγον ἔχει). Sic *Xenoph.* Mem. Socr. II, 6. 28: θηρᾷν ἐπιχειρεῖ τοὺς καλούς τε κἀγαθούς· ἴσως δ' ἄν τί σοι κἀγὼ συλλαβεῖν εἰς τὴν τῶν καλῶν τε κἀγαθῶν θήραν ἔχοιμι διὰ τὸ ἐρωτικὸς εἶναι. §. 29: οὐκ ἀπείρως οἶμαι ἔχειν πρὸς θήραν ἀνθρώπων. III, 11. 7: οὐ γὰρ δὴ — οὕτω γε ἀτεχνῶς οἴεσθαι χρὴ τὸ πλείστου ἄξιον ἄγρευμα, φίλους, θηράσειν. §. 9: τίνι οὖν — τοιούτῳ φίλους ἂν ἐγὼ θηρῴην; Verba θήρα, θηρᾷν, θηρεύειν, al. praecipue quoque in re amatoria usurpantur, vid. *Dorvill.* ad Charit. p. 555 sq. et *Villoison.* ad Long. III. p. 184. In universum de variis iisque translatis horum verborum significationibus conferendi sunt *Wesseling.* ad Diodor. Sic. XX, 63. T. II. p. 452. *Wyttenbach.* Epist. critic. p. 52. *Heusd.* Spec. crit. in Plat. p. 88. *Boissonad.* ad Philostrat. p. 418. De Latinorum verbo *venari*, similiter usurpari solito, vid. *Burmann.* ad Phaedr. III, 4. 4.

P. 292. στρατοπέδοις ab hoc loco alienum, eoque omisso, sensus perspicuus est. Κλωπεῖαι et κλωπεύειν s. κλοπεύειν recte et de latronibus et de militibus ponitur; est enim et furari (quod latronum proprium est) et spoliare (quod in milites cadit). Στρατόπεδα vero pro ipsis militibus poni constat. Tim. Lexic. p. 240. v. στρατόπεδον· λέγεται καὶ τὸ πλῆθος τῶν στρατιωτῶν. Vid. Lexic. Xenophont. V. IV. p. 109.

θήρας δὲ πέρι τιθέντι. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. περιτιθέντι. In sqq. *Ficinus* plura de suo videtur addidisse vertens: „quae in venatione laudanda sunt, laudet, quae contra, vituperet." Verba ita intelligenda sunt: *partim* (alia) *laudare oportet*, *partim* (alia) *vituperare.* πρός est ratione habita, vel, ut *Cornarius* vertit, respectu habito ad —. Deinde ἐξείργειν, impedire (vid. ad cap. 8.), est *avocare, abducere.* — Cod. Voss. τὸν μέν, τὸν νομοθέτην.

ἑξῆς. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἐξ ἧς. *Ficinus*: „his ita propositis, congrua deinceps laus —." Paulo post τὸ μετὰ τοῦτο et ἑξῆς posita sunt ἐκ παραλλήλου, quod dicitur, ut VIII, 4. p. 834. A: τὸ δὲ μετὰ ταῦτα — ἑξῆς. Vid. ad I, 5.

ἀγκιστρείας (libri veteres vitiose ἀγγιστρείας) est piscatus, qui hamis fit; unde τὸ ἀγκιστρευτικόν Sophist. 220. D.

μήτε ἐγρηγορόσι μήτε εὕδουσι, *neque die neque noctu*. Similiter in Sophist. l. l. τὸ νυκτερινὸν et τὸ μεθημερινὸν piscatus genus distinguitur. Cf. *Casaubon.* ad Athen. XV. p. 355 sq. T. VIII. et *Schweighaeuser.* p. 347. Ceterum θήρα, quae κύρτοις peragitur, ἀργὸς dicitur, quia ictu (πληγῇ), h. e., humana vi non indiget. Sophist. 220. B: καθ' ἃ τὸ μὲν ἕρκεσιν αὐτόθεν (solis retibus) ποιεῖται τὴν θήραν, τὸ δὲ πληγῇ. Κύρτος vero est nassa, h. e., fiscella viminea angusti colli (Fischreuse), v. Sophist. 220. C. Eius descriptio legitur in *Oppian.* Halieut. III, 341 sq. et *Sil. Italic.* V, 47 sq. ubi v. interpp.

εἰς τὸν ἔσχατον νοῦν, i. e., εἰς νοῦν τοῦ ἐσχάτου s. τῷ ἐσχάτῳ, *ne infimo quidem in mentem veniat.* Ἔσχατος, ut Latinorum *postremus* (sic ap. *Cicer.* Rosc. Amer. 47: homo postremus. Id. ad Brut. Epist. 16. med. Philipp. II, 44. al.) saepenumero pro vilissimo et pessimo ponitur, ut ap. *Aristot.* Polit. VII, 1. ubi v. Victor. Sed, ne quid dissimulemus, suspectum videri possit εἰς τὸν νοῦν, quum ἐπέρχεσθαι non solum dativo (vid. *Hemsterhus.* ad Lucian. T. I. p. 206. Bip.), verum etiam accusativo simplici (sic paulo post, lib. XII, 13. Phaedon. c. 38. p. 88. C. Vid. ad Polit. I, 5. et *Corai.* ad Isocrat. de pace T. II. p. 140.) ita iungatur, ut sit: mentem subire, in mentem venire. Quocirca εἰς τὸν νοῦν e glossa profectum videtur. Ceterum hic locus obversabatur *Eustathio* in Odyss. μ'. p. 492. 9: οὔτε ὀρνίθων ἐτεχνῶντο θήραν, ἣν ὡς αἱμύλον ὁ Πλάτων οὐ φιλεῖ.

τῶν ἄρκυσι, οὐδ' ἡ (θήρα) τῶν ἄρκυσι — χειρουμένων τὴν ἄγριον τῶν θηρίων ῥώμην. Vulgo τῶν, quod ante ἄρκυσι posuimus, ante διαπαύματα scriptum, hoc est, loco suo motum, extat.

μόνη — ἀρίστη. Cf. *Oppian.* Cyneget. I, 67 sq. et *Rittershus.* ad v. 86. p. 13. — Ald. Lov. Bas. 1. et 2. πάσῃ et Cod. Voss. δέ.

P. 293. *τούτων δὴ πάντων* cet. *Stephanus* vel ἐπαίνου μὲν πέρι καὶ ψόγου scribi vel πέρι expungi volebat; sed haec prae-

positionis collocatio in nostro offendere non debet, vid. ad I, 4. Certe malim πέρι pro suppositicio habere, quam ἐπαίνου et ψόγου scribere; tunc enim articulus ὁ ante διειρημένος expungi deberet. Pro διηρημένος (*Ficinus*: „sed laus vituperatioque venandi ista distincta sit“) e cod. Voss. recepimus διειρημένος, quod et sensus et linguae usus poscunt; vid. ad VII, 14. Deinde Cod. Voss. τοὺς ἱερεῖς.

ἄρκυσι. Vulgo κυσί, quod ab hoc loco alienum est; praegressa: ἄρκυσί τε καὶ πάγαις, etiam hoc loco ἄρκυσι legendum esse, documento esse debebant; idque quum *Schulthessium* quoque corrigentem vidissem, recipere haud dubitavimus. Opponuntur autem venatores, qui retibus et laqueis utuntur ad feras noctu capiendas, iis, qui equis vel canibus eas persequuntur et pugnam quasi cum iis committunt. — Pro ἐάσῃ Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἐάσει. *Ficinus*: „nemo uspiam *sinat* venari.“

ἐν ἀργοῖς μὲν ἀγροῖς. Vulgo legitur ἐν ἀγροῖς μέν, Cod. Voss. autem ἀργαῖς pro ἀγροῖς et in marg. ἀργοῖς habet; hinc scripsimus, id quod sensus flagitat, ἐν ἀργοῖς μὲν ἀγροῖς, ut *Ficinus* vertit: „per incultos agros;“ cui optime respondet sequens ἐν ἐργασίμοις δέ; ἀργόν enim (i. e. ἀεργόν, inaratum) est *incultum*, ut IX, 12. p. 873. D: τῶν ὅσα ἀργὰ καὶ ἀνώνυμα. *Xenoph.* Cyropaed. III, 2. 1. Oecon. IV, 8. 10. XIX, 8. XX, 21. al. — Quod vero post ἱεροῖς legitur, ἁγίοις, id ferri nequit, quum nihil nisi glossa sit. *Ficinus* videtur iterum ἀργοῖς legisse, quum verterit: „a cultis locis sacrisque *incultis* a quocunque pellatur;“ sed offendit ἀργοῖς repetitum, praegresso insuper ἐργασίμοις; certe abesse tunc non posset καί vel καίπερ: *etsi inculti sint*. *Cornarius* simpliciter vertit: „in cultis autem et sacris locis prohibent ipsum, quisquis in eum inciderit.“

ὀπῶν ἀναθολώσει. *Suidas*, hunc locum excitans v. ἀναθολώσει T. I. p. 165., legit ὅπως pro ὀπῶν. *Ficinus*: „dummodo succorum non utatur permixtione.“ Ὀπός est succus s. liquor ex plantis vel sponte emanans vel scarificatione, terebratione, aliis id genus effluens. — De accusativo absolute posito ἐνυγροθηρευτήν vid. ad I, 8.

LIBER OCTAVUS.

CAP. I.

P. 296. *γίγνοιτ' ἄν.* Cod. Voss. *γίγνοιντ' ἄν*, haud dubie propter *θυσίαι*; sed *γίγνοιτ'* recte habet, referendum illud ad *ἄμεινον* et *λῷον*, ita ut ne *ἅστινας θυσίας* quidem, quod *Stephanus* volebat, scribere opus sit; ad *αἵτινες* enim *θυσίαι* int. *ποιητέαι* vel simile verbum, quod ut supprimeretur, verba statim sequentia *καὶ θεοῖς* (Bas. 2. *τοῖς*) *οἷστισιν ἄμεινον — θυούσῃ τῇ πόλει γίγνοιτ' ἄν*, quibus simul constructio mutata est, in causa fuerunt. Ad *πόσαι* iterum *ποιητέαι* intelligi oportet. Deinde Cod. Voss. *ἂν εἶναι νομοθετεῖν*; fortasse scribere librarius volebat: *ἂν εἴη νομοθετεῖν*. In seqq. verba *τὸν ἀριθμόν* vel e praegressis irrepserunt, vel e sequentibus librariorum incuria huc inculcata sunt. — Paulo post *αὑτῶν* pro *αὐτῶν* scripsimus. *Ficinus* quoque: pro se ipsis, habet.

θύοντας, *τοὺς πολίτας* intellig. vel pronomen indefinitum. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *θύοντα*. — *ὅσαις χωρὶς ἀνδρῶν προσήκει*, int. *εἶναι*, *quas viris exclusis peragi oporteat.*

τὸ τῶν χθονίων, i. e., *τοὺς χθονίους* (*θεούς*), — *καὶ τοὺς τούτοις ἑπομένους* (*qui his similes sunt*, vid. ad VII, 18.). De hoc articuli *τό* cum genitivo coniuncti usu vid. ad I, 8.

P. 297. *οὐκ ἔστιν ᾗ*, *nullo modo;* vid. ad IV, 11.

τοῖς δὲ εὐδαιμόνως ζῶσιν usque ad *ἀγαθόν* laudat *Aristides* Orat. Platon. I. p. 73. T. II. Cod. Voss. *μήθ' ἑαυτούς*. Ab Arist. *αὑτούς* abest. Deinde Arist. *ἔχειν* pro *σχεῖν*. Ad *τελέως γενόμενον ἀγαθόν* subiectum est pronomen indefinitum.

ταυτὸν — ἀνάγκη. Vocem *ἀνάγκη*, quam libri editi ignorant, *Cornarium* secuti interposuimus, idque *Stephanus* quoque

vulgatae lectioni anteferendum censuit. Haud dubie *Cornarius* e libris MSS. lectionem illam petiit.

πλειους δέ. Excidisse ἐνίοτε vel tale quid liquet. — *τοτὲ δὲ καί.* Sic *Stephanus* iam id, quod vulgo legitur, τότε δὲ καί corrigendum esse monuit. Vid. ad V, 12.

P. 298. *μηδ' αὖ τῶν.* Sic egregie *Stephanus* vulgatam lectionem μηδ' αὐτῶν emendavit. Vid. ad V, 3. — *ἐὰν μὴ καί* pro ἐὰν καὶ (etiamsi) μὴ μουσικὰ πεφύκῃ. — *ἀποδιδόντων.* Genitivus participii dativos excipit, ut solet, vid. ad VI, 4. *γέρας* est ὡς γέρας, muneris loco; alioqui enim τὸ γέρας scribendum esset. Quanquam videndum est, annon οὗτοι ἀποδιδόντων (imperat.) αὐτοῖς γέρας scribi oporteat, ut *Ficinus* videtur legisse vertens: „hi probis viris honorem hunc tribuant, ut solis libertatem in Musis praestent."

Θαμύρου. Thamyras dicitur primus cithara sine voce cecinisse, *Plin.* H. N. VII, 36. Cf. de eo *Homer.* Iliad. II, 595. sq. Eius meminit Plato etiam in Polit. X, 15. ubi v. not. et Ion. 533. B., ubi cum Orpheo itidem componitur. — Cod. Voss. ὄντων.

CAP. II.

ἀναφέρειν, sensu reciproco, *se colligere*, *ad se redire* (v. *Wernsdorf.* ad Himer. p. 141.), est h. l. *secum reputare*; et παραδεικνύντα ἑαυτῷ τῷ λόγῳ nihil aliud esse potest nisi: *sibimet ipsi rem sermone repraesentantem, ut de ea deliberet.*

τίνας ποτὲ τρέφω. Sic Cod. Voss. et *Ficinus*: „in civitate instituenda *quales cives* educare studeo?" Vulgo τίνα ποτέ.

ἀθλητὰς τῶν μεγίστων ἀγώνων. Polit. III, 13: ἀθληταὶ μὲν γάρ οἱ ἄνδρες τοῦ μεγίστου ἀγῶνος. Ubi v. not. Deinde de exercitationibus et prolusionibus vid. *P. Fabri* Agonist. III, 11. Gronov. Thesaur. ant. gr. T. VIII. p. 2176. sq.

P. 299. *ἀντὶ ἱμάντων σφαίρας.* Ἱμάς est caestus pugilum, i. e., lorum ex corio bubulo, quod manibus alligabatur (Theocrit. XX, 3: χεῖρας ἐπιζεύξαντα μέσας βοέοισιν ἱμᾶσιν. Cf. v. 80. *Virgil.* Aen. V, 374. 405. sq. 425.). Huic vero insuebatur massa plumbea, aerea vel ferrea (σφαῖρα, pila s. globus dicta), ut graviori adversarius ictu feriretur; hinc σφαιρομαχεῖν (infra p. 830. C.) et σφαιρομαχία. Vid. *Senec.* Epist. LXXX. init. ubi v. Gru-

ter. *Stat.* Sylv. IV. praef. *Pollux* III, 150. *Beroald.* Var. Adnot. II, 8. *Potter.* Archaeol. Graec. II, 21. Verba ἀντὶ ἱμάντων nihil aliud sonare possunt, nisi *pro caestibus simplicibus pilas circumligaremus*, h. e., *caestibus insueremus pilas*. Male, si quid video, *Schneiderus* Lexic. graec. verba ἀντὶ ἱμάντων ita accepit, ac si essent: pro ipsis caestibus.

εἴδωλον ἄψυχον. Similiter Romani ad palum se exercebant, vid. *Iuvenal.* Satyr. VI, 246. *Senec.* Epist. XVIII. §. 6. *Veget.* de re milit. I, 11. II, 23. Deinde ποτ' ἐν ἐρημίᾳ cum Cod. Voss. scripsimus; ἐν a libris editis abest. — σκιαμαχεῖν, exercitationis causa pugnae simulacrum edere s. pugnam secum meditari, quasi adversario opposito. Cf. *Virgil.* Aen. V, 376. *A. Politian.* Misc. 54. p. 255. Bas. et *Schol.* ad Philostrat. Heroic. p. 393. ed. Boisson. Hinc proverbialiter fere usurpatur de iis, qui speciose et inaniter aliquid faciunt, Polit. VII, 5. Apolog. c. 2. Cf. *Erasmi* Adag. Cent. VI. Chil. IV. 48. *Hadr. Iun.* Adag. Cent. VI. prov. 81. Sic *Plutarchus* philosoph. decret. IV, 12: καθάπερ ἐπὶ τοῦ σκιαμαχοῦντος καὶ κενὰς ἐπιφέροντος τὰς χεῖρας. Ex hoc igitur intelligitur, cur τὸ σκιαμαχεῖν dicatur nihil aliud esse nisi τὸ χειρονομεῖν, i. e., brachia iactare s. gesticulari. Χειρονομεῖν et χειρονομία plerumque de saltatione ponuntur (vid. *Quintilian.* Instit. Orat. I, 12. §. 17. ubi v. Spalding. T. I. p. 242. *Salmas.* in Vopisc. p. 496. sq. *Meurs.* de saltat. vett. in Gronov. Thes. ant. gr. T. VIII. p. 1298. sq. et *Schneider.* ad Xenoph. Sympos. II, 19. p. 165.); sed de pugilatione quoque usurpatur. *Pausan.* VI, 10. de Glauci Carystii statua: σκιαμαχοῦντος δὲ ὁ ἀνδριὰς παρέχεται σχῆμα, ὅτι ὁ Γλαῦκος ἦν ἐπιτηδειότατος τῶν κατ' αὐτὸν χειρονομῆσαι πεφυκώς. Hinc Suidas χειρονομεῖν explicat verbo πυκτεύειν; etenim ut συμπλοκὴ propria erat τῆς πάλης, sic ἡ χειρονομία propria τῆς πυγμῆς. V. *P. Fabri* Agonist. Paralip. in Gronov. Thes. VIII. p. 2254. sq.

διαμαχούμενον. Sic pro διαμαχόμενον iam *Stephanus* scribendum esse viderat, quod *Ficinus* confirmat vertens: „pro vita — pugnatura." In praegr. Cod. Voss. ἕκαστός τε. — ταῦτα, idcirco, hanc ob causam, vid. ad IV, 6. Interrogatio, quae sequitur: οὐκ ἄρα νομοθετήσει — φοβηθεὶς (*wird er etwa aus Furcht — nicht das Gesetz geben?* ut in praegressis: ἄρ' ἂν δείσαντες — οὐκ ἂν ἐτολμῶμεν; ἄρα igitur ad φοβηθεὶς referendum est, ut in loco laudato prius ἂν cum participio δείσαντες coniungi oportet) in reliquam orationem ita transit, ut paene evanescat; verba enim

τὰς δὲ οἷόν τινας μείζους — προστάξει interrogativam orationem statim excipiunt, ita ut interrogatiónis nota, quae in libris editis comparet, ab ea separari non possit. — *τὰ σμικρά,* int. *γυμνάσια*. Deinde *ξυντείνων*, activa significatione, est *eo referens*, h. e., *horum gratia instituens.* Sic X, 12: *πρὸς τὸ κοινῇ ξυντείνων βέλτιστον.* Gorg. p. 507. D: *καὶ πάντα εἰς τοῦτο τὰ αὐτοῦ ξυντείνοντα καὶ τὰ τῆς πόλεως.*

μείζους. Quae his annexa leguntur, *τὲ καὶ ἐλάττους*, ea ab hoc loco aliena sunt, quum de exercitationibus maioribus hic disseratur, sicut in praegressis de minoribus ac levioribus expositum est. Nec *Ficinus* ea expressit. — *ἐνέδρας* pro genitivo habeo e nomine *κατάληψιν* pendente; *ἐνέδρα* est locus insidiarum s. ubi hostes latent, ut ap. *Thucyd.* III, 90: *τούς τε ἐκ τῆς ἐνέδρας τρέπουσι.* *Xenoph.* Cyropaed. V, 4. 4: *οἱ δὲ Ἀσσύριοι — εὐθέως ἀνίστανται ἐκ τῆς ἐνέδρας.* Hist. Graec. V, 1. 12: *ἐπεὶ δὲ παρήλλαξαν οἱ πρῶτοι τὴν ἐνέδραν, ἐξανίστανται.*

P. 300. *σφαιρομαχεῖν* est i. q. *τῷ σφαιρομαχεῖν*, vid. ad VII, 2. *Ficinus* haec verba ita cepit, ac si *σφαιρομαχοῦντας* legerit; vertit enim: „et pila se exerceant, undique se vertentes, ac telis utantur, ad vèra et periculosa tela quam proxime accedentibus.“ *Cornarius* autem *σφαιρομαχεῖν* cum *χρωμένους* coniunxit: „et pugna per pilas et iaculationibus telorum aliquantulum periculosorum quam proxime ad veras accedentibus utentes.“ De *σφαιρομαχεῖν* vid. supra adnotata. — In verbis, quae sequuntur, *τοῖς μὲν τιμὰς — διανέμων* subiectum mutatum est; referri enim haec oportet ad legislatorem, ad quem spectat *προστάξει* in superioribus, etsi *ἡ παιδιά* praecedit. — *οὐ σμικρῷ.* — *ἐκείνου*: *quod quidem malum sit urbi illo longe maius.*

CAP. III.

ὑπ' ἔρωτος, int. *ταῦτα γίγνεσθαι*, pro *τὸν ἔρωτα* (*εἶναι αἰτίαν*). Pro *ποιοῦντες*, quod vulgo legitur, scripsimus *ποιοῦντος*, et sensu et orationis structura id flagitantibus. *Stephanus* vel *ποιοῦντος* vel *ποιοῦντας* scribendum esse censebat. *ἄσχολον* referendum ad pronomen indefinitum: *qui* (*ἔρως*) *homines ita occupat et negotiis distrahit, ut res alias curare non possint.* Sic infra *ζήτησις παρέχουσα ἄσχολον ἕκαστον.* Ceterum de lucri studio inhonesto et liberali institutioni pernicioso similia protulit *Iulianus*

Orat. I. Cf. *Wyttenbach.* in Iulian. Bibl. Crit. V. III. P. II. p. 13.

P. 301. ἀπληστίαν, vid. ad II, 9.

καθάπερ θηρίον. Hoc vel θηρία pro eo, quod in libris scribitur, θηρίῳ reponendum esse recte censuit *Stephanus.* Sic etiam *Ficinus* vertit: „quibus subministrantibus, veluti pecora, ventri ac veneri serviant.“ *Heusdius* Spec. crit. p. 64. θηρίῳ ita defendere studebat, ut poneret, Platonem in mente habuisse scribere αὐτῷ ἡ δύναμις; quod quidem virum tantae doctrinae tamque elegantis iudicii statuere potuisse, sane mirandum est.

αἰτία μήτε ἄλλο — ἐῶσα. Vulgo ante μήτε legitur τοῦ, quod a librario profectum esse liquet participium ἐῶσα negligente. *Stephanus* pro τοῦ corrigebat τοῦτο, quod referretur ad διακωλύουσα; sed τοῦτο, quum statim sequatur μήτε ἄλλο καλὸν — ἐῶσα ἀσκεῖν, locum habere nequit. Etiam magis nugatur Bip. editor, Platonem τοῦ cum διακωλύουσα (sic) coniunxisse censens. *Αἰτία διακωλύουσα* (*causa impediens,* h. e., *impedimentum*) uberius exponitur participiis ἐῶσα (*utpote quae* cet.) — ἀπεργαζομένη et ποιοῦσα.

οἷς γε ἀνάγκη cet. Verba ita coniungenda essent: οἷς γε ἀνάγκη, πεινῶσι (int. χρημάτων) ἀεὶ (κατὰ) τὴν ψυχὴν τὴν αὐτῶν, διὰ βίου διεξελθεῖν: semper vivere, animo s. cupiditate esuriente, h. e., nunquam expleta, plura semper appetente. Sed locum esse corruptum liquet. Verba τὴν ψυχὴν (ψυχή esse deberet animus, h. e., cupiditas, v. *Luzac.* Exercit. Acad. Spec. I. p. 32. sq.) τὴν αὐτῶν offendunt, in primis illud τὴν αὐτῶν, quasi quis alio, non suo ipse animo concupiscere possit. Tunc διὰ βίου semper est *per totam vitam,* ut paulo post; διὰ βίου ἄπληστος ζήτησις. Vid. ad I, 12. *Wesseling.* ad Herod. I, 173. p. 188. et *Valcken.* ad Herod. VI, 12. p. 443. Denique διὰ βίου διεξελθεῖν positum esse deberet pro τὸν βίον διεξελθεῖν (ut Phaedon. p. 453: τὸν βίον διεξελθοῦσα. al.), quod quo exemplo tueri possis, equidem nescio. Ne multa: ad τὴν ψυχὴν τὴν αὐτῶν nisi statuas participium excidisse, ut sit: *suam ipsorum vitam periculo exponentibus* vel tale quid, scribendum esse censeo τὴν τύχην — διεξελθεῖν: *fortunam suam tentare* s. *quaerere* (διεξελθεῖν, percurrere, est tentare, periculum facere, ut *Demosth.* Olynth. II. p. 19. 17: ὅτι πάντα διεξελήλυθεν, οἷς πρότερον παρακρουόμενος μέγας νῦν ηὐξήθη.), quod quidem in lucri-studiosos, et mercatores et milites et latrones, apprime quadrat. Nihil vero frequentius est vocum ψυχή et τύχη confusione;

vid. *Holsten.* ad Demophil. sentent. p. 112. sq. *Dorvill.* ad Char. p. 422. et *Schäfer.* Melet. crit. p. 117. sq. *Ficinus* vertit: „qui fame coguntur per omnem vitam suam animam cruciare," quasi legerit διὰ βίου τοῦ αὐτῶν. Particula ἀεί cum πεινῶσι coniungenda est.

μία ἡ διὰ βίου cet. Articulum ἡ apposui, linguae legibus eum flagitantibus. — Deinde Cod. Voss. λέγεις pro λέγειν.

P. 302. ἀκόντων ἐκοῦσα. *Schulthessius* scribi iubebat ἄκουσα, sensu adversante; tyrannus enim v. c. neutiquam cogitur ad imperium suscipiendum, sed sponte sua eo potitur. — ξὺν ἀεί τινι βίᾳ. Vid. ad I, 10. — Mox αἴτια διαφερόντως (int. ὄντα), i. e., αἰτίαι διαφέρουσαι. Sensus est: *Hae duae sunt causae omnium quidem propemodum* (σμικροῦ, ut ὀλίγου, int. δεῖν, *parum abest quin;* vid. *Viger.* de idiotism. p. 115. et *Matthiae* Gramm. graec. p. 457.) *praecipuae, harum autem rerum prorsus praecipuae. Ficinus:* „Hae duae omnium quidem quodammodo, horum certe praecipuae causae sunt."

CAP. IV.

P. 303. καὶ νικητήρια. Particulam καί *Stephanus* recte monuit interponendam esse; citra necessitatem, dicit Bip. editor, quasi νικητήρια, ut adiectivum, cum ἆθλα coniungi possit. Sic etiam supra c. 1. p. 829. C: νικητήρια δὲ καὶ ἀριστεῖα — δεῖ διανέμειν.

ἡ μὲν ἀπὸ τῶν ποδῶν cet., partim pedum partim manuum. Praepositio ἀπό genitivi circumlocutionem facit, vid. ad VII, 6. Mox φυγεῖν, i. q. τὸ φυγεῖν, (vid. ad VII, 2.), explico: *quod ad fugam vel persecutionem attinet* (αἱρεῖν est enim cursu persequi, et deinde capere), ἡ τῶν ποδῶν, int. ὀξύτης ἐστὶ πολεμικώτατον. Tunc bene sequitur ἡ δ' ἐν ταῖς ξυμπλοκαῖς μάχη καὶ ξύστασις (conflictio), quibus pugna stataria significatur, opposita illa τῷ φυγεῖν καὶ ἑλεῖν. In seqq. desidero χειρῶν vel χειρός ad ἰσχύος καὶ ῥώμης, ut sensus sit universus: *quod ad fugam et persecutionem attinet, pedum velocitas maxime conducit, pugna vero et conflictio, qua luctando decertatur* (i. e., certamen statarium) *manus s. manuum robore indiget.* Ad δεομένη int. ἐστί; vid. ad III, 11. Praeterea ἰσχύος et ῥώμης coniuncta offendunt; ni fallor, ἰσχύος supposititicum est; ις enim ex postrema vocis praecedentis

ξύστασις syllaba et χνος e voce χειρός compendiose scripta nasci potuit; ἰσχύος vero scripto, καὶ interponeretur necesse erat.

σταδιοδρόμον. Libri editi omnes στασιοδρόμον, quod vitium neminem miror animadvertisse. Δρόμος, cursus, peragebatur in stadio, quod (*Plinio* auctore H. N. II, 23. Sed cf. *Strabo* VII. p. 497. ibique Casaubon. et *Gronov.* ad A. Gell. Noct. Attic. I, 1.) 125 passus (pedes sexcentos et viginti quinque) efficiebat, et quadruplex erat: 1) στάδιον, cursus in stadio (spatio 125 passuum); 2) δίαυλος, cursus duplicatus, quo cursores idem stadium bis emetiebantur; ad stadium enim quum pervenissent, eo recurrebant, unde cursum coeperant (vid. *Spanhem.* ad Callim. H. in Pallad. 23.); 3) δόλιχος, cursus, quo sexies vel septies stadium emetiebantur (*Spanhem.* ad Callim. p. 553.); et 4) ὁπλίτης, cursus armatus (v. Schol. ad Aristoph. Av. 293. Cf. *Pollux* III, 147. *Spanhem.* ad Callim. 626. sq.). Οἱ διαυλοδρόμοι vel pedibus vel curru stadium bis emetiebantur; idcirco post δίαυλος memoratur ὁ ἐφίππειος (δρόμος), cursus equestris, ita ut ὁ δίαυλος proprie dictus sit cursus pedester, cuius singularis quaedam species ὁ ἐφίππειος fuerit, eiusdem vero mensurae ac pedester cursus. Ceterum primi omnium ex athletis provocabantur cursores, et postremi ii, quos graviora subire certamina oportebat. Vid. *P. Fabri* Agonist. I, 28. Gronov. Thes. VIII. p. 1913. sq. et c. 30. p. 1920. sq. — Verbo ὡπλισμένον cursus ὁπλίτης significatur, qui h. l., quum cursus omnino sine armis non peragatur, est cursus in gravi armatura. Vid. *P. Fabri* Agon. II, 34. Gronov. Thes. p. 2095. — Pro ἐφίππιον e cod. Voss. ἐφίππειον recepimus, ut ap. *Xenoph.* Cyrop. VIII, 3. 6. legitur.

ἐπονομάζοντες, refertur ad praegressum ὃν — ἀφήσομεν; quocirca, constructione mutata, διαμιλλώμενον sequitur, ac si scriptum sit: καὶ πάλιν ὁπλίτην ἀφήσομεν, βαρύτερον ὁπλίτην (αὐτὸν) ἐπονομάζοντες, λειοτέρας δι' ὁδοῦ διαμιλλώμενον (*qui — decertet*). *Ficinus:* „brevius ac planius spatium cursurus." Nescimus, an de suo addiderit *brevius*.

τὸν δὲ ἄλλον, i. e., reliquum: *eum vero cursorem, qui reliquus* (igitur postremus) *est*, sagittarium puta, ἀφήσομεν ἁμιλλώμενον τὴν (ὁδὸν) δι' ὀρῶν τε καὶ παντοίας χώρας, quod oppositum est illis λειοτέρας δι' ὁδοῦ. De hac pronominis ἄλλος significatione vid. Lexic. Xenophont. V. I. p. 138. Similiter c. 11. Ab Ald. Lov. Bas. 1. et 2. praepositio διά abest. — In seqq. δι' ἑκατόν

scripsimus pro δὲ ἑκατόν, quod vitiosum esse liquet. Cod. Voss. παιδικόν.

P. 504. τοῖς μὲν τῶν ἀγενείων, int. ἀθλήμασι. Sensus est: *viri iustum s. plenum cursum* (ὅλον τὸ μῆκος τοῦ δρόμου) *conficient* (quod quidem quum per se pateat, praetermissum est); *imberbes duas de tribus partes cursus* (ita ut in δολίχῳ v. c., ubi stadium sexies emetiebantur, quater ipsis percurrendum sit; nam τὰ δύο τῶν τριῶν, 2/3, numeri sex est quatuor), *et pueri dimidiam eius partem* (ita ut in δολίχῳ spatium ter emetiantur). Pro τοῖς δὲ παισί exspectabas τοῖς δὲ τῶν παίδων; sed oratio sic variari solet. Verba τοξόταις — ἁμιλλωμένοις ita explico: *sive ut τοξόται sive ut ὁπλῖται decertant*, h. e., *sive levis sive gravis armaturae sunt*. Male *Ficinus* vertit: „hi cum sagittariis ceterisque armatis concertent." *Schulthessius* vero difficultates in hoc loco inveniebat, quae, si recte eum interpreteris et scriptoris mentem paulo accuratius investiges, nullae erunt.

γυναιξὶ δέ. Laudat hunc locum *Euseb*. Praep. Ev. XIII, 19. p. 707. B. Dativus γυναιξί pendet e θήσομεν, sed propter κόραις μὲν ἀνήβοις et ταῖς δὲ τρισκαιδεκέτεσι ita positus est, ut absolutus videatur esse: *quod ad feminas attinet*. Γυμναῖς oppositum est sequentibus πρεπούσῃ στολῇ ἐσταλμένας. Quomodo γυμναῖς intelligendum sit, docebit inter alios *Manso* in Spart. T. I. P. II. p. 163. sq. Ceterum Cod. Voss. ἀγήμοις pro ἀνήβοις. — Euseb. ἔφιππον et vulgo ἐφίππεον; vid. supra adnotata. Deinde Euseb. τρισκαιδεκαέτεσι et μενούσης (vulgo μὲν οὔσαις), quod recepimus, quum κοινωνίας ad certamina referri oporteat, ut infra p. 834. D. Sensus igitur est: *usque ad nuptias durante certaminum communione, ita ut neque annum vigesimum transgrediatur, neque intra decimum octavum subsistat*. In seqq. Euseb. ταύταις ἐσταλμέναις; sed recte habent accusativi, vid. ad I, 11. Particula δέ post πρεπούσῃ interposita est, quia oratio verbis interiectis μέχρι γάμου -- ὀκτωκαίδεκα interrumpitur; sic enim procedere debebat: ταῖς δὲ τρισκαιδεκέτεσι μέχρι γάμου πρεπούσῃ στολῇ ἐσταλμέναις (θήσομεν) καταβαίνειν ἐπὶ τὴν ἅμιλλαν τ. τ. δρόμων.

τὰ δὲ κατ' ἰσχύν: *quod ad roboris certamina attinet*, opposita illa τῷ δρόμῳ, in quo velocitas (ὀξύτης) regnat. Verba τανῦν ὅσα βαρέα coniungenda sunt cum τῶν τοιούτων: *quae nunc gravia habentur* (int. ἀθλήματα). Distinguuntur enim gravia et levia certamina; in illis erant lucta, pugilatus et pancratium, in

his cursus et saltus. Vid. *P. Fabri* Agonist. I, 30. Gron. Thes. VIII. p. 1919. sq., qui vero male scribi iubebat ὄσα· βαρέα. Ad μάχην int. θήσομεν, et participia διαμαχομένους et διαμιλλωμένους rem uberius describunt (*ita ut — certent*). Mox ἃ δὲ δεῖ — νικᾶν est: *quod vero attinet ad ea, quae —;* oratio iterum abrupta est verbis καθάπερ — καλῶς, ita ut pro ταῦτα χρὴ ξυννομοθετεῖν τοὺς περὶ ὁπλομαχίαν ἄκρους inferatur ταυτὸν δὴ (quod respicit ad καθάπερ —) καὶ τ. π. ὁπλ. ἄκρους χρὴ ξυννομοθετεῖν. Vulgo scribitur μὴ ποιήσαντα, cui sequens μὴ παθὼν ἢ δράσας adversatur; nec *Ficinus* negationem habet vertens: „quae vero quotque (εἰς ὁπόσα potius est *in quantum*, h. e., *quatenus*) facere aut non pati victorem oporteat." Quocirca iam *Cornarius* μὴ exterminandum esse bene monuerat. Ceterum cf. *Gatacker.* Advers. Miscell. II, 7. in Opusc. crit. p. 503. E. F. — Euseb. νομοθετεῖν. Cod. Voss. τῇ τοῦ — καὶ τοῦ.

ἥτις διακρίνει τάξις, pro ἥτινι τάξει (*quanam pugnandi ratione*) ὁ ἡττώμενος διακρίνεται s. διακριτέος: *et ob quam certaminis rationem quem pro victo haberi oporteat.*

παγκρατίου. Vid. ad VII, 5.

οὔτε τις πολλή. Vulgo οὔτε τις πολλῶν οὔτε πολλή. *Stephanus* οὔτε τι πολλῶν scribi volebat, ut τὶ abundaret; sed τὶς loco suo motum esse liquet, et solet τὶς huiusmodi vocibus adiungi, ut πᾶς τις, ἔνιοί τινες, al. Vid. virr. doct. ad Gregor. Corinth. p. 7. sq.

P. 305. λόγον ἔχουσα, *memorabilis, praecipua.*

ἡμῖν. Pro ἡμῖν suspicetur fortasse quispiam scribendum esse ὑμῖν (*Ficinus:* „nemo vestrum tenet"); sed ἡμῖν quoque recte habet; spectat enim simul ad legis latorem, urbi instaurandae, tanquam suae, leges scribentem.

ἅρματος — τροφεύς, i. e., *equorum,* ut Latinis quoque *currus* pro *equis* usurpatur, v. c. *Virgil.* Georg. I, 514: nec audit currus habenas. Aen. XII, 287: currus infrenare. *Sil. Ital.* XVI, 366. *Lucan.* VII, 570. al. — Verba, quae sequuntur, admodum distorta ita cohaerent: ὥστε τούτου μὲν ἀγωνιστάς, οὐκ ἐπιχώριον (int. ὂν s. ὃ οὐκ ἐπιχώριόν ἐστι) τιθέντας (i. e. τιθέναι), ἔσται νοῦν μήτε ἔχειν (i. e., τοῦ νοῦν μήτε ἔχοντος μήτε κεκτῆσθαι δοκοῦντος). Sed nimis dura est haec verborum structura. Quocirca vide, ne in ἔσται vitium lateat. Equidem ὃ ante οὐκ exci-

disse et ἔστι pro ἔσται scribendum esse existimem: ὥστε τοῦτον ἀγωνιστάς, ὃ οὐκ ἐπιχώριόν ἐστι, τιθέντας νοῦν μήτε ἔχειν μήτε δοκεῖν κεκτῆσθαι, ut cohaereant ὥστε τιθέντας (h. e., *si quis ponat* s. *ponere velit;* non opus est articulo τούς; vid. ad III, 8.) — μήτε ἔχειν νοῦν μήτε δοκεῖν (aliis) κεκτῆσθαι.

μονίπποις, *singularibus equis* (*Pollux* X, 53. 54.), qui opponuntur curum trahentibus. — ἀβόλοις, qui primos dentes nondum amiserunt, igitur pullis. Vid. Schol. Ruhnk. *Pollux* I, 182. al. – παιδιάν. Sic Cod. Voss. pro παιδείαν. *Ficinus* quoque: „equestrem ludum pro regionis natura tribuere licet." Cf. quae paulo post sequuntur. — Deinde αὐτῶν (Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἑαυτῶν) post τούτων et δρόμων ad equos referendum, quibus οἱ καταβαίνοντες μεθ' ὅπλων subiunguntur; καταβαίνειν vero Latinorum est *descendere in certamen*, ut supra. *Xenoph.* Anabas. IV, 8. 27: πολλοὶ γὰρ κατέβησαν, καί, ἅτε θεωμένων τῶν ἑταίρων, πολλὴ φιλονεικία ἐγίγνετο.

θηλείας δὲ περὶ τούτων cet. Construe: οὐκ ἄξια (i. e., ἄξιον, *non iustum est*, non decet s. oportet) βιάζεσθαι θηλείας νόμοις καὶ ἐπιτάξεσι περὶ τῆς τούτων κοινωνίας (*quod attinet ad communionem*, i. e., τούτων κοινωνεῖν). Ceterum laudat hunc locum *Eusebius* Praep. Ev. XIII, 19. p. 707. D. — Deinde post δυσχεραίνῃ interpunximus, ut κοινωνεῖν ἐὰν cohaereant et ἡ φύσις referatur ad θηλείας; quocirca intell. αὐτῶν, et ad μὴ δυσχεραίνῃ suppl. ταῦτα (τὰ ἀθλήματα). Vulgo post κοινωνεῖν interpungitur.

CAP. V.

δή νυν. Vid. ad I, 5. — Deinde ὑπὸ διδασκάλων pro simplice διδασκάλων scripsimus, sensu iubente. Sic etiam *Stephanus* scribi voluit, *Ficino* praeeunte, qui vertit: „seu quae *sub* magistris quotidie exercemus." Ὑπό auspicium indicat, vid. ad VI, 23.

τῶν τρίτοις ἑπομένων. Interpretes vertunt, qui hos sequuntur; potius est: *qui his similes sunt*, vid. ad c. 18. Deinde τότε respicit praegressum ταχθέντων — μηνῶν: quum menses, dies et anni diis eorumque comitibus (qui deos sequuntur duces, daemones videlicet) constituti fuerint.

P. 306. ὅπως ἂν ἔννοιαν. Sic scripsimus pro ὅπως ἔννοιαν, et propter sensum (ὅπως ἄν est enim *quomodocunque*) et propter coniunctivum διανεμηθῶσι. Facillime ἄν excidere potuit ante ἔννοιαν.

καὶ γενομένων cet. Vulgo haec a praegressis distincta legebantur, quum cohaereant cum illis: *ut qui, ut de his ipsis deliberarent, convenerint et ipsi quoque lege constituerint, quando et qui et quibuscum certamina debeant inire.*

θεοῦ μὲν μάλιστα ἔργον, int. ἐστὶ vel εἴη ἄν, sc. πείθειν Deinde ad νῦν δέ int. τούτου οὐχ οἵου τε ὄντος, τοῦ ἐπιτάξεις αὐτὰς παρὰ θεοῦ γίγνεσθαι. — *ἑπόμενον*, conveniens. In seqq. pro ἀνθρώπων οὐδένα, cod. Voss. secuti, scripsimus ἄνθρωπον οὐδένα, *omnino neminem.* — Cod. Voss. μόνῳ μόνος; sed in vulgata scriptura chiasmus inest, satis frequens ille apud optimos scriptores; vid. ad I, 3. Paulo post Ald. Lov. Bas. 1. et 2. παιδίαν.

P. 307. *τί τις χρήσεται.* Sic, Ficino praeeunte, *Stephanus* bene scribendum esse monuit pro ξυννοήσαντά τι, τίς χρήσεται; vertit enim ille: „qua in re quispiam ea civitate utatur."

εἰ κρατεῖ. Vulgo εἰ κρατοῖ. *Ficinus:* „Profecto si leges superiores multas nobis pellunt cupiditates, nihil mirum est." Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. πρὸς τῷ σωφρονεῖν.

ὅσαι γε ἀνθρώπιναι. Vulgo ὅσα γε ἀνθρώπινα, quod esset ἐπιθυμίας τούτων, ἅ γε ἀνθρώπινα; sed ipsas significari cupiditates humanas, i. e., ab ipso homine profectas, patet ex opposita amoris cupiditate, quam ab Amore deo in hominum animis excitari veteres constat credidisse. Etiam *Ficinus* vertit: „ceteris quidem humanis cupiditatibus modum adhibent;" et similiter *Cornarius.* In seqq. *Ficinus* ita vertit, ac si legerit: γυναικῶν ἀντὶ ἀνδρῶν καὶ ἀνδρῶν ἀντὶ γυναικῶν, quo significaretur naturae repugnans ille amor tribadum (quae cum feminis consuescunt quasi viris) et paediconum (qui viris utuntur feminarum loco). Et facile ἀντί ante ἀνδρῶν excidere poterat. Sed ne hoc quidem opus est; ἀνδρῶν enim et γυναικῶν ita explicanda sunt: amor mulierum ut s. tanquam virorum, et virorum tanquam feminarum (i. e., amor tribadum et paediconum). Intelligenda igitur est particula ὡς, quae sexcenties sic omissa reperitur, ut X, 2. p. 854. E: παράδειγμα ὀνήσει. 11. fin. ἐπῳδῶν γε μὴν προσδεῖσθαί μοι δοκεῖ μύθων ἔτι τινῶν. XI, 12. p. 933. D: λεγέσθω δὴ λόγος ὅδε νόμος (ut lex, instar legis) περὶ φαρμακείας. al. Cf. *Taylor.* ind. Lys. p. 928. T. VI. *Fischer.* ad Theophr. p. 8. *Schäfer.* ad Long. p. 375. et ad L. Bos. Ellips. p. 782. sq. *Hermanno,* qui in Mus. ant. stud. V. I. Fasc. I. p. 191. ὡς in talibus intelligendum esse negavit, assentiri nequeo; semper enim comparatio quaedam inest, velut si

Xenoph. Anab. IV, 2. 29. dicit: ἐχρῶντο δὲ αὐτοῖς (τοῖς τοξεύμασι) ἀκοντίοις; quis haec cum Hermanno ita interpretabitur: τὰ τοξεύματα αὐτοῖς ἀκόντια ἦν? Sensus potius est: sagittis utebantur Graeci tanquam iaculis, h. e., ita ac si iacula essent s. iaculorum loco; namque vera iacula neque erant neque Graeci pro talibus ea habere poterant. Et similiter ceteri loci, quos viri docti excitarunt, capiendi sunt.

ὅθεν δὴ μυρία — κακά. Egregie illustravit hanc sententiam *Propertius* Eleg. I, 14. 17. sq.

τί τεμὼν φάρμακον, quonam remedio adhibito. τέμνειν φάρμακον proprie est herbas medicas vel radices secare, h. e., praeparare; tunc translate in universum sonat medicinam adhibere, remedium comparare. Sic XI, 4, p. 919. B: τούτων οὖν χρὴ φάρμακον ἀεὶ τέμνειν τὸν νομοθέτην. Epist. VIII. p. 353. E: τούτων δὴ χρὴ πάσῃ προθυμίᾳ πάντας τοὺς Ἕλληνας τέμνειν φάρμακον. — Cod. Voss. διαφυγήν.

τῶν πολλῶν τρόπων, i. e., τῶν τρόπων τῶν πολλῶν. Malim τῶν τῶν πολλῶν τρόπων.

αὐτοὶ γάρ ἐσμεν: *soli enim sumus* (αὐτοί, de prima pluralis persona, est, quod nostrates dicunt, *für uns*), ut liberius et sine invidia loqui possimus. Nota videlicet est Lacedaemoniorum et Cretensium paederastia (v. *Strab.* X. T. IV. p. 297. sq. *Servius* ad Aen. X, 325. *Wetsten.* in N. T. V. II. p. 26.); quocirca coram pluribus hac de re exponi sine invidia non poterat. Optima haec scriptura est, et loci nexui linguaeque ipsius rationibus convenientissima; sic enim Attici usurpant αὐτοί ἐσμεν, ubi liberius se loqui posse significare volunt (vid. *Aristoph.* Acharn. 506. Thesmoph. 478. 548. Parmen. 137. A. *Lucian.* T. I. p. 230. *Cicero* quoque de divinat. II, 12: „sed soli sumus, licet verum exquirere sine invidia" cet.). Post *P. Victor.* Var. Lectt. XXIII, 23. *Küster.* ad Acharn. 506. et *Hemsterhusium* ad Lucian. T. II. p. 278. Bip. illustravit hoc loquendi genus *Heusdius* Spec. crit. in Plat. p. 30. De pronominis vero αὐτός significatione vid. *Hermann.* in Beckii Act. Seminar. philol. V. I. p. 47. sq. Quocirca mirari debemus, *Cornarium* verba illa, omnibus ex partibus sanissima, sollicitasse scribendo ἴσμεν „ipsi enim id novimus," et *Stephanum*, summum virum, quem ut literarum graecarum heroa veneramur, illud comprobare potuisse, ita de hoc loco exponentem: *retinendo hanc lectionem intell. Nos enim sumus Creten-*

ses (quasi vero Atheniensis, qui hoc dicit, Cretensem se esse profiteri potuerit), *ideoque id scire possumus. Sed crediderim potius mutandum esse ἐσμέν in ἴσμεν, ut dicat: ipsi enim id novimus.* Etiam Bipontino editori res ipsa ἴσμεν postulare videbatur. *Ficinus* haec verba reddere neglexit. Solus *Grouius* secutus est *αὐτοὶ γάρ ἐσμεν*, recte vertens „*car nous sommes seuls*," male vero id ita interpretans „soit dit entre nous," quasi de arcana quadam re agatur.

τὸν πρὸ Λαΐου νόμον. Laius enim, Thebarum rex, qui Chrysippum, Pelopis filium, dicitur rapuisse (vid. *Valckenar.* diatrib. in Eurip. fragm. III. p. 23. et *Heyn.* ad Apollod. Bibl. III, 5, 5. Observatt. p. 237.), auctor habebatur amoris puerorum. Vid. *Athen.* XIII. p. 602. F. *Aelian.* V. H. XIII, 5.

πρὸς τὰ τοιαῦτα, int. *τὰ ἀφροδίσια.* Interpretes haec verba neglexerunt.

P. 308. *τοῦτο — οὐχ ὁμολογεῖ: hoc in his* (in amore illo turpi) *inesse non consentit* (sc. is, qui de amore naturali leges statuere fingitur), h. e., *huic amorem illum adversari censebit.* — *ἢ ταῦτα μέν — ἢ* est: an hoc interrogare non opus est, propterea quod per se intelligitur cet. Vid. ad Phaedr. p. 219. In seqq. Cod. Voss. *ἆρ' οὖν.* Deinde post *εἶναι* cum Bas. 1. et 2. interrogationis notam posuimus. *Ficinus:* „Quomodo ergo verum hoc esse dicimus? Amicitiae utique — naturam considerare necesse est."

CAP. VI.

P. 309. *οὐ ῥᾳδία.* Libri omnes mendose scribunt *ῥᾳδίᾳ.* Cum sequentibus conferend. est Sympos. c. 19: *τί ἔσθ', ὃ βούλεσθε, ὦ ἄνθρωποι, ὑμῖν παρ' ἀλλήλων γενέσθαι;* Cf. c. 30. ed. nostr. — Mox *τοῦτον* pro *τούτων* scripsimus. *Ficinus:* „qui tertio hoc amat amore." Eandem lectionem *Stephanus* memoravit. De verbis *ἔχων ἔρωτα* vid. ad Phaedr. p. 262. ibique citatis addatur Polit. IX. p. 575. A. X. 610. C. E. 612. D.

καθάπερ ὀπώρας. Recte *Ficinus* vertit: „eiusque formam quasi fructum quendam esuriens petens." Iuventuti flos, *ὥρα*, fructui, *ὀπώρᾳ*, comparatur, quia amator, ut cupiditatem, quasi famem, expleat, eo vesci cupit. *Himer.* Sophist. p. 68: *ἵνα τὴν ὥραν τὴν τῶν χρωμένων καρπώσηται.* Ὀπώρα, ut constat, est et

autumnus et fructus, qui illo anni tempore maturantur (utc. 10.); hinc, ut Latinorum autumnus (v. c. *Horat.* Od. II, 5. 10.) ad aetatem maturam s. pubertatem transfertur, ut ap. *Pindar.* Nem. V, 11. Isthm. II, 8. ubi v. interpp. *Chaerem.* ap. Athen. XIII. p. 608. al. Praeterea advertenda est paronomasia in *ὥρας* — *ὀπώρας* et *ὁρῶν* — *ἐρῶν* (bene *Ficinus:* „et animo *considerat* potius quam *desiderat*"); vid. ad II, 4.

ἥγηται, praeteritum aoristum, vim praesentis habet, ut *Euripid.* Phoeniss. 563: *καὶ μέγ' ἥγησαι τόδε. Xenoph.* Cyrop. VIII, 2. 3: *ἃ οἱ θεοὶ ὑφήγηνται ἀγαθὰ εἰς οἰκειότητα ἀδελφοῖς.* Vid. virr. doct. ad Viger. p. 212. sq. et *Fischer.* ad Weller. T. II. p. 259. sq.

τὴν περὶ τὸ σῶμα πλησμονήν. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. exhibent *τὴν περὶ τοῦ σώματος πλησμονήν*, *Stephanus* vero e libro veteri reposuit *τὴν περὶ τὸ σῶμα τοῦ σώματος πλησμονήν*, non animum advertens, quod miror, *τοῦ σώματος* nihil esse nisi interpretamentum illorum *περὶ τὸ σῶμα;* praepositionem enim cum accusativo genitivi circumlocutionem facere constat, vid. ad I, 8. — In seqq. Cod. Voss. *ἐν τῇ πόλει ἐνεῖναι*, quod placet.

ἢ πῶς λέγομεν. Vulgo *λέγωμεν*. Vid. ad I, 3. — In seqq. *ἐσαῦθις* (v. *Schweigh.* ad Appian. Praef. p. 110. V. III.) pro *εἰσαῦθις* et *σφῷν* scripsimus. — *ἐπᾴδων*, incantans quasi carminibus, h. e., rationibus eo adducens, ut in sententiam nostram discedat. De translato eoque exquisito verbi *ἐπᾴδειν* usu vid. *Spanhem.* ad Iulian. Caes. p. 53. ed. Heusing. et *Fischer.* ad Phaedon. p. 322. — *ἴτω*, eveniat, succedat, h. e., sit ita, in eo acquiesco. Sic Apolog. c. 2: *ὅμως δὲ τοῦτο μὲν ἴτω, ὅπῃ τῷ θεῷ φίλον.* Proprie est formula, qua utuntur, qui securi et contenti aliquid amplectuntur. Vid. *Hemsterhus.* ad Callim. H. in Del. v. 128. p. 170. sq.

P. 310. *τῇ μὲν* — *τῇ δ' αὖ.* Vulgo *τὴν μὲν, τὴν δ' αὖ.* *Ficinus:* „partim quidem facilem, partim omnino difficilem." Etiam infra c. 7: *τῇ μὲν ῥᾴστην ἁπασῶν, τῇ δὲ χαλεπωτάτην.* Scripturam, quam recepimus, etiam Stephanus memorat, e veteri libro (qui haud dubie *Ficinus* est) depromtam.

νόμος ἄγραφος. Vid. ad I, 8. Ad participia *ξυγκαθεύδοντα* et *ἀσπαζόμενον* (Cod. Voss. *ἀσπαζόμενοι*) int. pronomen indefinitum (*man*), quod in ipso verbo latet.

κατασβέννυσι. In Cod. Paris. *γρ. κατασβεννύει ψιλῶς.* Mox Bas. 2. *αἰσχρόν.*

ἄρ' οὐ τοῦτ' ἐστί. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἄρ' οὐ τ. *Ficinus* vero: „causa autem nonne haec est?" Deinde post ἐστί in libris veteribus interrogationis nota comparet, quam nos voci ἁμαρτίας subiiciendam esse putavimus. Pro λεγομένῃ vero scripsimus λεγομένων, quod praegressum ἀκούειν τε λεγόντων postulat. Similiter *Cornarius* vertit: „audit semper et ubique *eos*, qui haec *dicunt*, *et ea*, quae tum per risum tum in omni seria tragica actione saepe *dicuntur*."

Θυέστας cet. De hoc pluralis numeri usu vid. ad Sympos. p. 289. Ceterum *Thyestes*, Pelopis filius, ex sua ipse filia Pelopia traditur Aegisthum suscepisse, v. *Pausan.* II, 18. — *Oedipum* Iocastam matrem suam constat uxorem duxisse et Eteoclem, Polynicem, Ismenen et Antigonen ex ea suscepisse, v. *Apollodor.* III, 5. ubi v. Heyn. Observatt. — *Macareus* vero cum sorore sua Canace rem habuisse traditur, v. *Hygin.* fab. 238.; nefandum enim habuerunt Graeci, cum sorore eadem matre nata (vid. interpp. ad Cornel. Nep. Praefat. 1.) corpus miscere, v. *Simplic.* in Epictet. c. 47. et Schol. ad Arist. Ran. p. 252. De his incestis vid. *Spanhem.* ad Iulian. Orat. I. p. 90. — *ἄλλως — παρὰ τὸν νόμον;* bis, ut solet, idem significatur.

CAP. VII.

P. 311. *ὅτι καθιερώσας*, int. particul. *scilicet.*

ὅπως δὲ αὖ cet.: *sed videndum quoque est, ut efficere possit, ut omnes hoc dicere velint.* Notus est hic particulae ὅπως usus, plane respondens ille nostri sermonis consuetudini, qua particulam *dass* elliptice usurpamus, ut h. l.: *dass er aber auch nur im Stande ist* — (Vid. ad Viger. p. 435. et *L. Bos.* Ellips. p. 643. et 651. ed. Schäf.). *Ficinum* fugit huius loci sensus; vertit enim: „qua vero ratione id assequi poterit, ut libenter idem omnes praedicent;" quasi interrogatio sit.

τοῦ μὲν ἄῤῥενος cet. Citat haec *Clemens Alexandr.* Paedag. II, 10. p. 224. T. I. ed. Pott. Cf. *Philo* de vita contempl. T. II. p. 481. sq. et de speciali lege p. 783.

εἰς πέτρας — σπείροντας. Proverbialiter dicitur εἰς πέτρας vel κατὰ πετρῶν σπείρειν, ut εἰς ὕδωρ et κατὰ θαλάττης σπείρειν, vid. *Erasm.* Adag. p. 126. Praegressum ἀπεχομένους, ut et sequens, est: *ita ut abstineant.* — Deinde pro οὐ Clem. ὅτι. Quae

sequuntur verba, ita cohaerent: οὐ μήποτε γόνιμον (ὄν, h. e., γόνιμον ἔσται καὶ) φύσιν τὴν αὐτοῦ λήψεται ῥιζωθέν: ubi nunquam vitale erit et radicibus quasi actis suam nanciscetur naturam, h. e., secundum generis sui naturam progerminabit atque crescet. In his autem verbis mendum adhuc insidet; μήποτε enim absque negatione οὐ locum hic habere nequit; quocirca scribendum est: οὗ οὐ μήποτε — λήψηται, vid. ad III, 12.

ἀρούρας θηλείας, ab agro femineo. Etenim ut verba arandi (ἀροῦν v. c. in *Sophocl.* Oedip. R. 1484. 1497.) ad procreationem transferuntur, sic etiam ἄρουρα de matris utero s. matrice ponitur, ut ap. *Aeschyl.* Sept. adv. Theb. 758. de Oedipode: ὅςτε μητρὸς ἁγνὰν Σπείρας ἄρουραν, ἵν' ἐτράφη, 'Ρίζαν αἱματόεσσαν Ἔτλα. *Sophocl.* Oedip. R. 1256: μητρῴαν δ' ὅπου Κίχοι διπλῆν ἄρουραν οὗ τε καὶ τέκνων. Tim. 91. D: κἄτα δρέψαντες ὡς εἰς ἄρουραν τὴν μήτραν cet. Similes sunt ἄλοκες πατρῷαι Oedip. T. 1211. *Eurip.* Phoeniss. 18. al. Sic Latini quoque, ut *Lucret.* IV, 1103:

Atque in eo est Venus, ut muliebria conserat *arva*.

Virgil. Georg. III, 136: nimio ne luxu obtusior usus sit genitali *arvo*. Cf. *Rittershus.* ad Oppian. Halieut. IV, 26. *Gatacker.* de N. T. styl. c. 11. et *Hemsterhus.* ad Lucian. Tim. §. 17. Hinc in legibus Atticis ἐπ' ἀρότῳ παίδων, v. *Wesseling.* ad S. Petit. Legg. Attic. p. 533. *Heindorf.* ad Cratyl. p. 78. et ἀροτήρ de marito, *Eurip.* Troad. 750. al.

P. 312. κεκτήμην. Scribendum fortasse κεκτῄμην, optativi forma. In seqq. vulgo δοκῇ legitur; δοκεῖ etiam Cod Voss. habet, qui praeterea τότε scribit. — De μὴ δυνατὸν εἶναι δύνασθαι vid. ad I, 14.

ἐλεγχθὲν δ' ἔργῳ cet. *et quamvis re ipsa comprobatum sit et apud vos vere fiat, tamen, quod ad mulieres attinet* s. propter mulieres *ne in vestris quidem civitatibus videtur fieri posse* (videtur consentaneum esse fieri). τό γε γυναικῶν, quod ad mulieres attinet (von Seiten der Weiber). φύσιν vero ἔχειν (ut Polit. V, 17. VI, 4. Theaet. p. 147. D. *Demosth.* Olynth. II. p. 25: ἀλλ' οὔτ' εὔλογον οὔτ' ἔχον ἐστὶ φύσιν τοῦτό γε. al.) est i. q. λόγον ἔχειν, consentaneum esse. Interpretes aliter hunc locum ceperunt. *Ficinus* enim vertit: „et tamen apud vos re ipsa fieri videtur, quod inter mulieres ne in civitatibus quidem vestris fieri posse putatur.“ *Cornarius:* „sed re ipsa compertum est, fieri posse

etiam apud vos, et tamen adhuc mulieres in vestris civitatibus non videntur ad haec ut fiant naturâ praeditae esse."

ὀρθῶς γε σὺ λέγων, pro *λέγεις*, vid. ad IV, 6. — *ἐχόμενον πιθανότητος*, h. e., *πιθανόν*, vid. ad VII, 20. Mox Clinias respondet, etsi Atheniensis in praegressis cum Megillo sermonem contulerat, quia verbis *βούλεσθε ὑμῖν πειραθῶ* una cum Megillo appellatus est.

ἢ φαύλως, int. *ἔχων τὸ σῶμα*, h. e., *ἢ* (an), *εἰ φαύλως ἔχει κατὰ τὸ σῶμα*. Ceterum similiter *ἰδιωτικῶς ἔχειν τὸ σῶμα* dicitur *Xenophonti*, Mem. Socrat. III, 12. 1., qui, corporis exercitatione et cura neglecta, infirmo et male sano corpore est; nam sicut *ἰδιώτης* (quod artis perito in universum opponitur) et *ἀσκητής* (in arte gymnastica exercitatus) inter se opponuntur (vid. *Xenophont.* Mem. Socr. III, 7. 7. Hier. IV, 6. de mag. equit. offic. VIII, 1.), sic et *ἰδιωτικῶς ἔχειν τὸ σῶμα* opponitur *τῷ εὖ ἔχειν τὸ σῶμα* s. *τῇ εὐεξίᾳ*, quae arte gymnastica comparatur, v. *Xenoph.* Mem. Socr. II, 2. 20. III, 5. 15. Atque eo aptius *ἰδιωτικῶς* positum est, quum de athletis statim disputetur.

τὸν Ταραντῖνον Ἴκκον. Iccus, nobilis athleta, qui Olymp. LXXVII. floruit. Eius meminit Plato etiam in Protag. p. 316. D. Schol. Ruhnk. p. 231: *σταδιοδρόμοι γάμων ἀπάντων ἀπείρατοι, α' Ἴκκος Ταραντῖνος, β' Κρίσων Ἱμεραῖος, γ' Ἄστυλλος Κροτωνιάτης, δ' Διόπομπος Θεσσαλός*. De Icco v. *Themist.* Orat. XXIII. p. 290. A. *Eustath.* ad Dionys. Per. 376. *Meurs.* de Archont. Athen. II, 17. Gronov. Thes. ant. graec. T. IV. p. 1191. *Perizon.* ad Aelian. V. H. XI, 3. De sententia, *Horat.* Art. poet. 412:

Qui studet optatam cursu contingere metam,
Multa tulit fecitque puer, sudavit et alsit,
Abstinuit Venere et vino.

Cf. *Clemens Alexandr.* Strom. L. III. *P. Fabri* Agon. III, 5 sq. Gronov. Thes. ant. gr. T. VIII. p. 2130 sq. *Desid. Heraldus* de rer. iudicat. auct. II, 10. §. 8. p. 1201. in Otton. Thesaur. iur. Roman. T. II. — Verba ipsa ita capienda sunt, ut *κεκτημένος* — *ἥψατο* pro *κεκτημένον ἅψασθαι* posita esse dicamus. Oratio enim sic procedere debebat: *Ἆρ' οὖν οὐκ ἴσμεν ἀκοῇ, τὸν Ταραντῖνον Ἴκκον διὰ τὸν — ἀγῶνα καὶ τοὺς ἄλλους, ὧν διὰ φιλονεικίαν καὶ τέχνην — ἐκέκτητο, ὡς λόγος, οὔτε τινὸς — γυναικὸς — ἅψασθαι εἰ ὡς ὁ Ταραντῖνος Ἴκκος — οὔτε — ἥψατο*. Orationis stuctura abrupta

est interpositis ὧν διὰ φιλονεικίαν cet., quae quum per se poni debuissent (ὧν διὰ φιλονεικίαν — ἐκέκτητο), cum sequentibus coniuncta sunt, ita ut pro modo finito ἐκέκτητο participium κεκτημένος poneretur, cohaerens illud cum ἥψατο. Pro ὧν *Heindorfius* ad Protag. p. 489. ὡς scribi iubebat; sed διὰ τὸν — ἀγῶνα —, ὡς διὰ φιλονεικίαν nimis durum esset, quum διὰ τὸν — ἀγῶνα et διὰ φιλονεικίαν ad unam et eandem enuntiationem pertineant; praeterea offenderet διὰ τὸν — ἀγῶνα et διὰ φιλονεικίαν, unum idemque bis expressum. Contra si ὧν legas, διὰ φιλονεικίαν alium habet sensum, eumque convenientissimum; est enim διὰ φιλονεικίαν ὧν, i. e., περὶ ὧν: *in quibus ut certare et victoriam reportare posset, et artem et fortitudinem cum temperantia illam coniunctam sibi comparaverat.* Τὸν Ταραντῖνον Ἴκκον, ut nomen poni solet, priori orationis membro iunctum est, quum posterioris subiectum esse oportuisset, vid. ad I, 2. De Ὀλυμπίασι (vulgo Ὀλυμπιασι) vid. ad V, 2. Particula τέ inter τούς et ἄλλους otiosa est et haud dubie exterminanda. — ὡς λόγος, int. ἐστί, v. *Markland.* ad Eurip. Suppl. 655. et *Valcken.* ad Herodot. p. 598, 54. — De οὔτ' — οὐδ' vid. ad I, 9.

P. 313. Κρίσωνα. Crison Himeraeus cursu vicit, archonte Philisco, Olymp. LXXXIII. et LXXXV. Vid. *Meurs.* de archont. Athen. II, 21. III, 1. Gronov. Thes. V. IV. p. 1200. et 1203. Diodorum Sic., Pausan. Dionys. alios secuti, Κρίσωνα pro Κρίσσωνα scripsimus. — *Astylus* (Vulgo Ἄστυλλον legitur) Crotoniates vicit Anchise archonte Olymp. LXXIII, 1. Vid. *Meurs.* II, 5. Gronov. Thes. p. 1182 sq. — *Diopompus* (Diodoro, Eusebio et Anonymo Theopompus Thessalus dicitur) Olymp. LXXXI, 1. victoriam reportavit, *Meurs.* III, 2. Gronov. Thesaur. p. 1204 sq.

λόγος — ἔχει, i. e., κατέχει, eadem de iis fama obtinet; vid. *Valcken.* ad Eurip. Hippol. 1465. et *L. Bos.* Ellips. p. 488 sq. et 621. ed. Schäfer. Simile est lib. XI, 8. p. 927. A: ταῦτα περιέχοντες λόγοι. c. 11. p. 931. D: φήμη κατέχει. — Deinde Cod. Voss. τό γ' ἐμῶν. — σφριγῶντες, luxuriantes, vid. *Rittershus.* ad Oppian. Cyneg. III, 368. et *Ruhnken.* ad Tim. p. 244 sq.

νίκης ἕνεκα πάλης, i. e., ἕνεκα νίκης ἐν πάλῃ, vid. ad Polit. I, 3. — κηλήσομεν. Κηλεῖν, ut ἐπᾴδειν, usurpatur, vid. ad VIII, 6. et *Iacobs.* in Athen. p. 264.

CAP. VIII.

διὰ κάκην, i. e., *κακίαν*, vid. ad V, 8. — Cod. Voss. *νομίμου*. Deinde pro *γενηθέντες* scripsimus *γεννηθέντες*, quod *Stephanus* e libro vet. protulit.

ἠΐθεοι, coniugii expertes, coelibes (v. *Quintil.* Inst. Orat. I, 6. §. 36. ubi v. Spalding. p. 162.). Etymol. M. p. 422, 40: *ἠΐθεος ὁ ἄπειρος γάμου, νέος*: Sic legg. IX, 14. p. 877. E: *ἠΐθεον δὲ ἢ καὶ γεγαμηκότα*. Vid. *Valcken.* ad Eurip. Phoen. 953. p. 349. et *Ruhnken.* ad Tim. p. 132 sq. — *γάμων τε ἁγνοί*. Sic *Philo* de monarch. II. T. II. p. 229: *παρθένον οὖν ὁ ἀρχιερεὺς ἀγέσθω γάμου ἁγνήν*. *Xenoph.* Ephes. II, 13: *ὁ δὲ Περίλαος ἐπόμνυται τηρήσειν αὐτὴν γάμων ἁγνήν*.

P. 314. *ἐμμένοντες*. Ald. Lov. Bas. 1. 2. *ἐμμένοντος*.

Ἀγύμναστον cet. Male cepit haec verba *Cornarius*. *τοῦ σώματος* cum *ἄλλοσε* coniungendum, ut sit: *in alias corporis partes; sic Xenoph.* Hellen. IV, 8. 7: *ἄλλοσε ἀποβαίνων τῆς παραθαλαττίας*. — Post *ῥώμην* in libro vet. inveniri *ἦν*, Stephanus refert. — Mox *δέσποινα* de voluptate, vid. ad I, 7. — *ὀλιγάκις χρώμενοι: eo ipso, quod raro utuntur*, et *σπανίῳ — χρώμενοι: si enim raro eo — utuntur; σπανίῳ* pro adverbio positum est, ut ap. *Xenoph.* Cyrop. VII, 5. 37: *σπάνιος — φανείη*.

λανθάνειν — δρῶντά τι. Vid. *Wyttenbachius* Bibl. crit. V. III. P. IV. p. 84. — *ἔθει καὶ ἀγράφῳ — νόμῳ*, vid. ad I, 8.

ἀλλ' οὐ τὸ μὴ πάντως δρᾶν. Magna in his lectionis diversitas et in libris editis et apud interpretes. Nos Ald. Lov. Bas. 1. et 2. secuti post *δρᾶν* interpunximus, ut particula *οὕτω* novam incipiat orationem. Sic et *Ficinus* et *Cornarius* verterunt; male Stephanus *δρᾶν οὕτω, τοῦτο αἰσχρὸν* — scripsit. Deinde pro *τοῦτο*, quod in libris omnibus comparet, scripsimus *τό τε*, sensu et orationis cohaerentia id postulantibus. Varia tentavit *Stephanus*, quae quum satisfacere nequeant et locus, leni nostra correctione admissa, medicina alia non indigeat, satius duco silentio praeterire. Praegressa vero *ἀλλ' οὐ — δρᾶν Ficinus* vertit: „turpeque sic non omnino agere," quasi *οὕτω* pro *οὐ τὸ* legerit. *Cornarius*: „sed non turpe, si quis omnino non faciat." Aliud quid sententiarum nexum flagitare, persuasum mihi est; sensus enim, quem verba *ἀλλ' οὐ — δρᾶν* exhibent, ipsi legislatoris menti adversatur,

ut qui poenis eos teneri velit, qui matrimonium refugiant, et qui καλὸν esse dixerit τὸ λανθάνειν τούτων τι δρῶντα. Quocirca pro οὐ scribendum esse suspicor αὖ: ἀλλ' αὖ (int. αἰσχρόν): *sed itidem quoque turpe, concubitu omnino se abstinere;* ἀλλ' αὖ est vernaculum: *im Gegentheil aber auch.* In illo videlicet, qui amore prorsus abstinet, nimia temperantia vituperanda est, contra in hoc, qui palam id facit atque impudenter, libidinis protervitas est notanda. — In seqq. προςαγορεύομεν cum cod. Voss. scripsimus. Idque *Stephanus* quoque reponendum esse vidit. δευτέραν. Prima enim cupiditatem coërcendi ratio est lex de amore naturali data, quam fama debet sacrare, altera est lex, quae prudentius et rarius amore nos frui iubet.

ἓν γένος ὄν, genus hominum moderatum et virtutis studiosum, quod tria genera complectitur, τὸ θεοσεβές, τὸ φιλότιμον et τὸ τῶν τρόπων τῆς ψυχῆς ὄντων καλῶν ἐν ἐπιθυμίᾳ γεγονός, ut in seqq. exponitur. Verba ἓν γένος subiectum sunt verbi βιάζοιτ' ἄν.

P. 315. ταῦτα δή cet. Verba ita cohaerent: ταῦτα δὴ τανῦν λεγόμενα, καθάπερ ἐν μύθῳ, ἴσως εὐχαί ἐστι. Monui propter *Koenium* ad Gregor. Corinth. p. 133. ed. Schäfer., qui, hunc locum citans, post δή et λεγόμεν' interpungit. De vocis εὐχαί usu vid. ad V, 8. — In seqq. Cod. Voss. ἄρισται.

ἄθυτα. Ap. *Clement. Alex.* Paedag. II, 10. T. I. p. 224., ubi hic locus legitur, ἄθετα et παλλακίδων extat. Ἄθυτα pro ἀπευκτά positum esse *Budaeus* censet; ἄθυτον est, in quo sacra (legitima) non facta sunt, ut ap. Suid. h. v. γῆμας ἀθύτους τε καὶ ἀγάμους γάμους; igitur quod non sacratum vel legitimum est. Sic *Iamblich.* vit. Pythag. §. 195: ἄθυτος καὶ νόθη συνουσία. Hinc in seqq. μετὰ ἱερῶν γάμων. Ceterum σπέρματα παλλακῶν et ἀῤῥένων σπείρειν e duabus conflatum dictionibus est, altera: σπέρματα σπείρειν εἰς παλλακάς, altera: ἄρουραν παλλακῶν σπείρειν (vid. ad c. 7.); σπείρειν est enim etiam agrum conserere et colere, ut ap. *Xenophont.* Cyrop. VIII, 3. 38: σκάπτων καὶ σπείρων κάὶ μάλα σμικρὸν γήδιον.

τὸ μὲν τῶν ἀῤῥένων, int. ἐρωτικόν, i. e., τὸν τῶν ἀῤῥένων ἔρωτα. τὸ δὲ γυναικῶν vero est: *quod autem ad feminas earumque amorem attinet.* Collectivum illud τινί excipiunt pluralia ὠνηταῖς et κτηταῖς. Mox ἄν post τάχ' pertinet ad νομοθετοῦντες. —

Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. αὐτῶν pro αὐτὸν τῶν. — εἴτε εἷς, int. ἐστί.

ὅδε δὲ Κλεινίας —. Cod. Voss. ὁ δὲ δή. Vulgatum vero *Ficinus* quoque expressit: „Clinias vero iste." Ὅδε est δεικτικῶς positum (nostr. hier), vid. *Schäfer.* Melet. critic. p. 77 s. — Paulo post Ald. Lov. Bas. 1. et 2. εἴ τι pro ἔτι exhibent.

CAP. IX.

κατασκευάζεσθαι. Sic cod. Voss. pro κατεσκευάσθαι, quod merito *Stephanum* offendit, adeo ut κατασκευάσασθαι corrigeret. Deinde μέν, quod *Stephanus* in ἡμῖν mutari iubebat, recte habet; respondet enim illi τὸ δὲ τίνα τρόπον, int. αὐτὰ κατασκευάζεσθαι δεῖ, ita ut ὃ ἔφαμεν — γίγνεσθαι per parenthesin interposita sint. Pro φαμέν vero, ne quis ex Grynaei translatione coniiciat, Ficinum legisse ἔφαμεν, haud abs re erit monere, genuinam Ficini translationem hanc esse: „quam quidem rem alibi difficilem esse *dicimus*;" quanquam ἔφαμεν, si libri spectatae fidei praeberent, equidem vulgato praeferendum esse censerem. Et ita *Cornarius* quoque vertit. Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἀπεργάσασθαι, quod *Stephanus*, ut mihi videtur, sine causa in ἀπεργάσεσθαι mutavit.

παντοδαπός. Cod. Voss. παντοδαπῶς. *Ficinus:* „victus in aliis civitatibus multiplex variisque ex locis." — ἐκ διπλασίων ἢ τούτοις: e duplo pluribus (rebus vel elementis), quam his (civibus nostris futuris) erit.

πολὺ δ' ἐλάττους, i. e., ἀλλὰ καὶ πολὺ ἐλάττους. Vid. ad II, 10. *Cornarius:* „non enim dimidia solum legum pars suffecerit, sed multo pauciores." — Libri vett. πολλοί. Cod. Voss. ἔστι δ' pro ἔτι δ'.

τελωνειῶν, vectigalium. Vulgo τελωνικῶν, quod inter πανδοκεύσεων et μεταλλειῶν positum non posse locum habere, *Stephanus* quum egregie vidisset, aut τελωνειῶν aut πανδοκευτικῶν et μεταλλευτικῶν Platonem scripsisse arbitratus est. Prius recepimus. — ἐπιτόκων τόκων: quibus foeneratorum improbitas notatur, usuram cum sorte coniungendi, quo usuram usurae (τόκον τόκου, vid. *Aristoph.* Nub. 1155. ubi v. Spanh. et *Theophr.* Char. c. X. §. 3.) accipiant et sors fiat ex usura. — τὰ πολλά, maximam partem;

vid. ad I, 10. — *μελιττουργοῖς*, apiariis s. rem apiariam factitantibus, ut Polit. VIII, 13.

ἐπὶ τὴν τροφὴν καὶ τοὺς ὅσοι. Sic de coniectura scripsimus pro: *ἐπὶ τοὺς τὴν τροφὴν καὶ ὅσοι*, in quo *τούς* loco suo motum esse liquet. *Stephanus* post *τροφήν* participium desiderabat „nisi dicamus," subiiciens, „ex sequenti ξυνδιαπονοῦσι relinqui subaudiendum *διαπονοῦντας*." Quod ferri non posset. Editor Bipontinus supplendam esse aut praepos. *περί* ante *τροφήν* aut intellig. *βλέποντας* opinabatur, quorum neutrum satisfacit. Denique *Schulthessius τούς* deleri malebat. Quod verissimum est et sponte quasi se offert, id nemini in mentem venisse, satis mirari non possum. De *τοὺς ὅσοι* vid. ad V, 3. — Cod. Voss. *ὁρείου*.

μὴ κινείτω cet. Citat haec *Eusebius* Praep. Ev. XII, 38. p. 611. D. ubi *ἐσχατιαῖς* et *κεκτημένου* scribitur; sed recte vulgatum habet: *si, utpote agri possessor in terrae finibus, alteri, peregrino, vicinus est. κεκτημένος*, int. *ἀγρόν*, est possessor (vid. ad I, 8.), et *ἐσχατιά, τὸ ἔσχατον μέρος χωρίου*, Hesychio interprete. Cf. Suid. et *Hemsterhus.* ad Lucian. Tim. T. I. p. 143. Deinde Euseb. *τὰ ἀκίνητα — τοῦτ' εἶναι.* Libri vett. articul. *τό* ante *τἀκίνητα* ignorant, quem Stephanus sine causa interposuit. De verbis ipsis vid. ad III, 6. — Ceterum conferendae sunt cum his Solonis leges de finibus regundis in *S. Petiti* Legg. Attic. p. 37 sq. et 480 sq. Vid. etiam *I. Ioach. Stephanus* de iurisdict. vett. Gronov. Thes. ant. gr. T. VI. p. 2748 sq.

ἄλλον πλὴν ὅρον. Haec verba, quae uncis inclusimus, miror nemini adhuc suspecta fuisse, quum glossematis iam manifesta sint; adscripta enim sunt, ut significaretur, *τὸν μέγιστον πέτρον* non de ipso termino esse capiendum, sed proverbialiter quasi positum esse. Nec *Ficinus* ea expressit vertens: „malitque unusquisque saxum ingens movere quam parvum lapidem, iureiurando a diis firmatum, quo amicitiae et inimicitiae terminentur." Inepte *Cornarius:* „quivis antem malit saxum aliud maximum movere aggredi, quam terminum aut parvum lapidem." — Cod. Voss. *φιλίαν τε καί.* — *τοῦ μέν*, int. *πολίτου*.

ὡς ἀνάδαστον — ποιοῦντος, i. e., *τοῦ ἀνάδαστον — ποιεῖν*, quod est terram s. agrum denuo dividere, igitur terminos mutare, promovere et novos constituere; *ἀνάδαστος* enim *γῆ* est *ἡ πάλιν εἰς διαίρεσιν διαδιδομένη*, Timaeo interprete p. 33., ubi v.

Ruhnk. Verba τοῦ ὀφλόντος iterum ex interpretamento inculcata sunt.

ἐπεργασίας. Ἐπεργασία mutuum est ius arandi in terra aliena, communio culturae inter duos vel populos vel vicinos, τὸ τὴν ἀλλήλων ἐργάζεσθαι, Pollux VII, 142. Sic *Xenoph.* Cyrop. III, 2. 23: ἐπιγαμίας δὲ εἶναι καὶ ἐπεργασίας καὶ ἐπινομίας καὶ ἐπισυμμαχίαν δὲ κοινήν, εἴ τις ἀδικοίη ὁποτέρουςοῦν. Praepositio ἐπὶ successionem ac vicissitudinem, h. e., communionem mutuamque rationem indicat.

ἰατρευόμενος, *ut corrigatur;* sic translate usurpatur ἰατρεύεσθαι, ut IX, 6. p. 862. C: τούτων ὁπόσα μὲν ἰατά, ὡς οὐσῶν ἐν ψυχῇ νόσων, ἰᾶσθαι, τὸ δὲ τῆς ἰάσεως ἡμῖν τῆς ἀδικίας τῇδε ῥέπειν χρὴ φάναι.

ἐπινέμῃ, *si in alieno agro pecora pascit s. alienis pascuis utitur.* Vid. supra ἐπεργασία.

P. 318. τὴν τοῦ γείτονος. Sic Stephano emendante scripsimus pro τῶν τοῦ γείτονος. *Cornarius* vertit: „et si quis materiam ex agro igne expurgans, proximi agrum non vitaverit;“ ac si τὸν (ἀγρὸν) τοῦ γείτονος legerit. *Ficinus* vero: „si quis ignem in materiam sic immiserit, ut vicino non caverit“ —. Simplicissimum est reique convenientissimum, quod reposuimus, ut πυρεύων per se capiatur: *si quis ignem in agro vel silva faciat ad quemcunque usum*, et τὴν τοῦ γείτονος cum τὴν ὕλην coniungatur.

ἐὰν φυτεύων μὴ ἀπολείπῃ, int. ζημιούσθω. Ceterum τὸ μέτρον — ἀπολείπειν est mensuram praescriptam s. spatium (interstitium) inter suum et alienum agrum relinquere. In his, ut paulo post ipse significat, Platoni obversatas esse Solonis leges de spatio inter fundos relinquendo (vid. *Plutarch.* Solon. p. 91. D. *S. Petit.* Legg. Attic. p. 483.), bene iam *Desid. Heraldus* Observatt. et Emendatt. c. XLI. p. 1364. in Otton. Thesaur. Iur. Rom. T. II. observavit.

παροχετεύειν, derivare per alios canales, vel alio deducere, est h. l. missum facere, praeterire; eoque usus est verbo, quia h. l. de aqua ducenda disserit; qui quidem verborum lusus optimis est scriptoribus familiaris. Mox verba ναμάτων — ἄγειν in Ald. Lov. Bas. 1. et 2. desiderantur, quae unde *Stephanus* depromserit, nos fugit.

πλὴν αὐτῆς τῆς ὀχεταγωγίας. *Cornarius:* „ita ut non laedat, nisi quantum ex aquae ductu contingit." Ὀχεταγωγία est i. q. ὀχετηγία, aquarum ductio.

ἀϋδρία — ξύμφυτος: *aquae inopia locis ex terra insita est terrae ipsius ariditas, quae pluvias* (τὰ ἐκ Διὸς ἰόντα, int. ὕδατα s. νάματα, vid. ad VI, 8) *continet ac bibit, nec extra se dimittit* (ἀποστέγειν est i. q. στέγειν, de quo vid. ad IV, 6.). *Cornarius:* „absorbeat et occultet." — Ald. Lov. Bas. 1. et 2. vitiose ἀνδρία habent, quod *Stephanus* in ἀϋδρία mutavit. *Ficino* praeeunte, qui vertit; „quod si aquae inopia solo insita in locis aliquibus aquas ab Iove prodeuntes non retinet (sic.)." Similiter *Cornarius* corrigebat ἀνυδρία, quod ap. *Xenoph.* Cyrop. VIII, 6. 21. legitur. — Cod. Voss. ἀποστέγειν et ἐλλιπῇ. Subiectum in verbis ἐλλείπει τῶν — πομάτων et ὀρυττέτω est pronomen indefinitum (man), vid. ad I, 7. 12. De ἐλλείπῃ vid. ad V, 10. Deinde ἐν τῷ αὐτοῦ (Cod. Voss. αὐτοῦ) χωρίῳ scripsimus pro ἐν τῷ αὐτῷ χωρίῳ. — Pro κεραμίτιδος Cod. Voss. κεραμίδος, Ald. et Lov. κεραμίτηδος, Bas. 1. et 2. κεραμήτιδος. Scripturam nostram confirmat et res ipsa et *Plutarchus* de vitando aer. alien. T. II. p. 827. D: Ὁ Πλάτων ἐν τοῖς Νόμοις οὐκ ἐᾷ μεταλαμβάνειν ὕδατος ἀλλοτρίου τοὺς γείτονας, ἂν μὴ παρ' αὐτοῖς (i. e., ἐν τῷ αὐτῶν χωρίῳ, ut h. l.) ὀρύξαντες ἄχρι τῆς κεραμίτιδος καλουμένης γῆς ἄγονον εὕρωσι νάματος τὸ χωρίον· ἡ γὰρ κεραμῖτις φύσιν ἔχουσα λιπαρὰν καὶ πυκνὴν στέγει παραλαβοῦσα τὸ ὑγρὸν καὶ οὐ διίησι. Cur ultra argillam fodi non iubeatur, explicat *Plinius* H. N. XXXI, 3: „figulari creta semper adimitur spes, nec amplius puteus foditur." Ceterum ἡ κεραμίς s. κεραμῖτις γῆ est argilla vel creta (Thonerde), etiam terra Samia vel Lemnia dicta; hinc *Clem. Alex.* Strom. I. p. 321. (274. Sylb.), hunc locum citans, μέχρι τῆς Παρθενίου καλουμένης; namque Παρθένιος γῆ est i. q. Samia, quia Samos quondam Parthenia dicta est, vid. *Callimach.* in Del. v. 49. ubi v. interpp. et *Plin.* H. N. V, 31. — De aquae ducendae et hauriendae iure ap. Athenienses vid. *Ioach. Stephanus* de iurisdict. vett. Graec. c. XIV. in Gronov. Thes. ant. gr. V. VI. p. 2748. Conferenda praeterea est Solonis lex ap. *Plutarch.* vit. Solon. p. 91. Cf. *S. Petit.* Legg. Attic. p. 481 sq.

δι' ἀκριβείας ᾖ, int. τὸ ὕδωρ: *si aqua etiam vicinis parca s. tenuis est.* ἀκρίβεια et ἀκριβῶς saepenumero significationem habent tenuitatis; namque parcus in sumtu non necessario evitando exactus est. Sic Galenus coniungit ἀκριβῶς διαιτᾶν cum le-

πτῶς. Graeco ἀκριβὲς et ἀκριβῶς plane respondet vernaculum *genau*, quod similiter est et diligens s. exactus et parcus. Latinorum est attentus. Operam perdidit *Faehsius* p. 390. ἐὰν δ' ἄχρι βαιὸν ᾖ vel ἐὰν δὲ δι' ακριβείας βαιὸν ᾖ (*si vicinis parum sit aquae, vel, si vicini quoque summa cura adhibita parum aquae inveniant*) excogitans. Etiam sequentia, quae sanissima sunt, male tentavit idem vir doctus, corrigens: δεξάμενος παρὰ τῶν ἀγρονόμων; ταξάμενος vim passivi et medii continet (vid. ad Polit. III, 22. p. 476.); est enim: *sich anweisen* s. *bestimmen lassend*, ut infra quoque: ταξάσθω ὁ βουλόμενος (de utrisque). *Cornarius*: „constitutum aquationis modum ab agrorum curatoribus accipiat." — ἐκ Διὸς ὕδατα γιγνόμενα casus sunt absoluti. — διὰ ταῦτα, διὰ τὸ βλάπτειν et rixas ex illo ortas. — Cod. Voss. τάξεσθω.

P. 319. πείθεσθαι. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. μὴ πείθεσθαι.

CAP. X.

Ὀπώρας δὲ χρή. Cod. Voss. δὲ δή. — Κοινωνίας, *quod ad fructuum communitatem attinet, eam hoc modo fieri oportet.* De hoc genitivi usu v. ad I, 14. Malim tamen κοινωνίαν scribi. Ὀπώρα, autumnus (hinc ἡ θεὸς αὕτη), fructus vel poma significat, vid. ad c. 6.

τὴν μὲν Διονυσιάδα. Vulgo interpositum legitur παιδείαν, quod, ab hoc loco prorsus alienum, haud dubie ex librarii interpretatione profectum est, qui παιδιάν (Lov. παιδίαν, unde παιδείαν factum est) adscripserat, ut festa Bacchica significaret, immemor scilicet praegressi ὡρεάς, quo referendum esse τὴν Διονυσιάδα sensus docet. *Cornarius* corrigebat Πανδείαν: Pandeam Dionysiadem, intelligens „fructus, qui non recondebantur, sed in usum ac esum veniebant, maxime in festis Dionysiacis et Pandeis, quae post Dionysiaca peragebantur." Sed primum non de festis diebus, sed de fructibus agitur, deinde festi illi dies Πάνδια vel Πάνδεια (τά) vocabantur. Coniecturam vero nostram confirmat *Ficinus*, simpliciter vertens: „unum (donum) Dionysiacum, quod recondi non potest, alterum vero, quod repositioni aptum est." Si quid in vocis παιδείαν locum substituendum sit, equidem suspicer γενναίαν legendum esse; ut significentur uvae, al. *generosae*, quae, quum servari nequeant, simulac maturatae sunt, eduntur; contra agrestes fructus servantur et conduntur, ut ma-

turiores fiant vel etiam exarescant; unde uvae et ficus passae. Sic paulo inferius: τῆς ἄλλης ὀπώρας τῆς εἰς ἀπόθεσιν ἀσταφίδος οἴνου τε καὶ ξηρῶν σύκων ἀνεπιτηδείου, quod ad uvas et ficus generosas refertur, quae agrestibus opponuntur, sicut γῆς δὲ ἀγροίκου λεγομένης praecedit. Et postulare videntur γενναίαν verba quae sequuntur: τὴν γενναίαν νῦν λεγομένην.

ὃς ἂν ἀγροίκου ὀπώρας cet. Citavit haec *Athenaeus* XIV. p. 376. T. V. Cf. Schweighaeus. Animadv. T. VII. p. 611. Ἀγροίκου ὀπώρας explicatur verbis appositis βοτρύων εἴτε καὶ σύκων, ut *Cornarius* bene cepit vertens: „quicunque de rusticis fructibus, uvis aut ficubus, gustaverit.“ Ceterum *Hesiodus* (Op. et dies v. 608.) similiter vindemiae tempus significat Arcturo („stella post caudam ursae maioris, posita in signo Bootae,“ *Servius* ad Virgil. Aen. I, 748.); qui oritur circa aequinoctium autumnale, v. *Plin.* H. N. XVIII, 31. s. 74. *Columell.* XI, 2. 63. Cf. *Pfaff.* de ortu et occas. sider. p. 51.

ὃς δ' ἂν cet. Laudat haec *Euseb* Praep. Ev. XIII, 21. p. 713. C., ubi ὅταν et ἐκ τῶν οἰκείων (ut Cod. Voss.) scribitur, sed genitivus simplex recte habet, vid. ad VI, 9. Ceterum γενναῖον, de fructibus usurpatum, est generosum (edel), contra ἀγροῖκον agreste (wild). *Masurus* ap. Athen. XIV, 19. explicat voce εὐγενῆ (quae bono sunt genere) vel τὰ ἐπιγεγενημένα (nata post insitionem, h. e., ἐγκεκεντρισμένα, gepfropft). *Eustath.* ad Iliad. V. p. 455: τάχα δὲ καὶ ἡ μεγάλη. Quae omnia una generositatis notione continentur.

δρεπέσθω. Euseb. et Cod. Voss. καρπούσθω, quod interpretatio illius est. — μὴ πείσας, int. τὸν κεκτημένον. Deinde ἑπομένως, *Stephano* emendante, pro ἑπόμενος scripsimus; est *convenienter* s. *secundum*, ut Tim. p. 27. C: ἑπομένως δὲ ἡμῖν εἰπεῖν. — Pro νόμῳ Euseb. λόγῳ. — In verbo κατέθετο (*quod non deposuit* vel *custodiendum* s. *servandum tradidit*, v. *Valcken.* ad Herodot. VI, 73.; et in universum: *quod non suum est*) subiectum est persona indefinita, vid. ad I, 6. Similiter XI, 1. p. 913. C: ἃ μήτε αὐτὸς κατέθετο — μὴ πείσας τὸν θέμενον, ἀνέληται. Sic etiam Solon ap. Diog. Laert. I, 57: ἃ μὴ ἔθου, μὴ ἀνέλῃ, εἰ δὲ μή, θάνατος ἡ ζημία. Vid. *S. Petit.* Legg. Attic. p. 60. et 640. — ἐκείνως respicit praegressum ἑπομένως τῷ νόμῳ. Deinde, Eusebium secuti, δὴ illud post δέ, ab hoc loco alienum, delevimus, et σύκον pro σύκων scripsimus: *secundum acinorum in racemo et ficuum*

in ficu (*h.* e., in caule ficus arboris, unde fructus decerpsit) *numerum.* Etiam *Ficinus:* „pro singulis ficubus uvarumque acinis aequalia numero verbera patiatur." Praegressum ῥᾶγα postulat σῦκον.

καὶ τῶν τοιούτων. Cod. Voss. καὶ τὸν τοιοῦτον. Mox P. 320. *τῆς ἀνεπιτηδείου κεκτῆσθαι* (ad possidendam s. ad possessionem, ut ἄξιον κεκτῆσθαι, al., in quibus κεκτῆσθαι fere abundat): *fructus, qui non apti sunt ad conservationem vini passi ficuumque passarum,* h. e., *qui servari vel condi nequeunt, ut vel vinum passum* (quod ex uvis passis s. in sole arefactis conficiebatur, vid. *Columell.* XII, 39.) *inde conficiatur vel ficus aridae ex iis fiant.* *ἀσταφίς* s. σταφίς est uva passa, h. e., arefacta (panduntur enim in sole, ut arefiant), quam nos dicimus *Rosine.*

ἀμυνέσθω. Hysteron proteron pro: ἀμυνέσθω (arcetor, propellitor) καὶ τυπτέσθω ἄνευ τραυμάτων.

φαγὼν αὐτοῦ. Ut supra: ὀπώρας φαγεῖν. Schol. Lucian. V. I. p. 496: ἀλλ' ἐπειδὴ φιλοῦσιν Ἀθηναῖοι τὸ ἐπὶ μέρους, λέγεται ὡς τὸ· ἔφαγον τοῦ ἄρτου, ἔπιον τοῦ οἴνου cet. Vid. virr. doct. ad Gregor. Corinth. p. 123. ed. Schäf. -- *ὑποφέρων* est i. q. ἀποφέρων (quod Cod. Voss. habet), *auferens,* ut ὑπάγειν Attici dicunt pro προάγειν, al., notione adiuncta τοῦ clam.

CAP. XI.

ξύντροφα ad πνεύματα non solum refertur, sed etiam ad γῆν et ἥλιον. *Ficinus:* „quae cum aqua simul ea nutriunt, quae terra nascuntur." Significantur vero ἄνεμοι φυτουργοῦντες, ut *Lucian.* bis accus. §. 1. T. II. p. 202. eos vocat, Latinorum *aura genitabilis* s. *fecunda*, vid. nostra ad Anthol. latin. poet. p. 54. Pro ξύντροφα vero, quum h. l. activam habeat significationem, haud scio an ξυντρόφα scribendum sit; vid. *Eustath.* ad Iliad. γ'. p. 324. 19. Schol. Venet. Hom. ad Il. γ'. p. 354. ρ'. 5.

τὴν ἀξίαν — ἀπογραφόμενος: damni aestimationem conscribens conscriptamque iudici tradens. De verbo ἀπογράφειν et ἀπογράφεσθαι vid. *Reisk.* ind. Demosth. p. 94. In seqq. *Ficinus* et *Cornarius* ita vertunt, ac si legerint οἱ ἐξηγηταὶ vel οἱ ἐξηγηταὶ τῶν νόμων. Sed recte habet vulgatum; sic enim XI, 2. fin. κατὰ τὸν τῶν ἐξηγητῶν νόμον. IX, 12. p. 873. D: ὧν ἐξηγητάς τε ἅμα

καὶ τοὺς περὶ ταῦτα νόμους ἐπανερομένους χρὴ — ποιεῖν. De ἐξηγηταῖς, religionum interpretibus, vid. ad VI, 7. Pro ἀφηγῶνται vero haud dubie scribendum est ὑφηγῶνται, vid. ad II, 12.

P. 321. *ζημιοῖ*, i. e., *βλάπτῃ*. Sic XI, 3. p. 916. E: *τῇ λέξει ταύτῃ πολλὰ ζημιοῦνταί τε καὶ ζημιοῦσιν ἑτέρους.* *Xenoph.* Cyrop. II, 2. 25. III, 1. 16. 30. al. Vid. *Wetsten.* ad Matth. XVI, 26. *Valcken.* ad Herod. VII, 39. — In seqq. ante *διὰ τῶν αὐτοῦ κτημάτων* haud dubie excidit *αὐτὸς ἤ*, ut haec respondeant praegressis *αὐτὸν ἢ τῶν αὐτοῦ* (int. *κτημάτων*) *τι*. Similiter *Ficinus* vertit: „et ceterorum omnium, quae per iniuriam sponte quis aut vi aut clam *vel per se* et per illa, quae possidentur ab eo, in personam aut in rem intulerit." — Ad *ἐπιδεικνὺς* int. *ὁ βλαπτόμενος*, et *τιμωρείσθω*, significatione medii, est *ultionem* s. *poenas expetito, si damnum tres minas non excedit.* Deinde *ἕκαστον τῶν ἐγκλημάτων* pro *ἑκάστων τ. ἐγκ.* scripsimus, commate post *ἀδικήματα* posito, ut sit *τὰ δὲ — ἀδικήματα: quod vero ad — attinet.*

λήξεων — δικῶν cet. *Δίκης λῆξις* est privatae litis intentio, i. q. *ἔγκλημα*, vid. ad VI, 9. Polit. IV, 4. p. 484. et *Sigon.* de republ. Athen. III, 4. p. 1575. Sic XII, 4. p. 948. C: *ἐν γὰρ λήξεσι δικῶν — ἐξαιρεῖν δεῖ τοὺς ὅρκους τῶν ἀντιδικούντων ἑκατέρων.* et p. 949. A: *δικῶν δὲ περὶ λήξεως τὸν αὐτὸν τρόπον εἶναι πρὸς ἀλλήλους πᾶσι τὴν κρίσιν.* — *προσκλήσεων.* *πρόσκλησις* est litis denunciatio, vocatio, ut lib. IX, 2. p. 855. D: *εἰσαγωγὰς δὲ τούτων καὶ προσκλήσεις καὶ ὅσα τοιαῦτα.* Ubi v. Schol. Ruhnk. p. 234. *Προσκαλεῖσθαι* est enim citare ad iudicium, in ius vocare, ut XI, 14. p. 936. E: *ἐάν τις ἑκὼν μὴ θέλῃ μαρτυρεῖν, προσκαλεῖσθαι τὸν δεόμενον, ὁ δὲ προσκληθεὶς ἀπαντάτω πρὸς τὴν δίκην.* Cf. *Sigon.* de rep. Athen. III, 4. p. 1574. Gron. Thes. T. V. Sic et *καλεῖσθαι*, ut in seqq. — *κλητήρων.* *Κλητῆρες* dicebantur apparitores, qui munus habebant in ius vocandi eos, quibus dica scripta erat, et hoc ipsum testandi, in ius quempiam vocatum esse, ne id infitiari posset; igitur hactenus testes erant accusatori. Vid. Lexic. Rhetor. MS. in Ruhnkenii not. ad Tim. p. 159. *Salmas.* Observatt. ad Ius Attic. et Rom. p. 858 sq. *Vales.* ad Harpocrat. p. 112. *Sam. Petit.* ad Legg. Attic. p. 401. *Taylor.* ad Demosth. p. 217. T. I. Reisk. Appar. crit. in Demosth. et T. II. p. 987 sq. *Matthiae* Miscell. philol. V. I. P. III. p. 257. — *ἐπιθυεῖν*, int. *κλητήρων*, ut dicitur *ἐπὶ μαρτύρων*, *coram* s. *praesentibus*, v. *Fischer.* ad Weller. T. III. P. II. p. 229.

ἐμπείρως ἴσχοντες, i. q., *ἔμπειροι ὄντες*, ut dicitur *ἐρωτικῶς ἔχειν τινός*, vid. ad Polit. VI. p. 485. C.

τὸ δὲ τῶν ἄλλων δημιουργῶν cet. Cod. Voss. *τῶν δὲ τῶν ἄλλων*. Est: *de opificibus*, s., ut *Cornarius* vertit: *quod vero ad opifices attinet, hoc modo leges constituere oportet*. *ἄλλων* adverbialiter reddi potest *ceterum* s. *cetera;* proprie est: *quod reliquos attinet, qui opifices sunt.* Vid. ad II, 9.

τέχνην γὰρ ἱκανήν cet. Laudantur haec a *Stobaeo* Serm. XLI. p. 272. 7. Mox *ἐπιτηδεύειν* personam continet indefinitam, ita ut activum pro passivo videatur positum esse.

P. 322. *δύο δὲ ἐπιτηδεύματα* cet. Uberius de hoc loco exposuit *Plato* in Polit II, 11. — *ἐπιτροπεύειν* est *administrare*, h. e., *regere*, *ἐπιστατεῖν*, ut Polit. VII, 2. p. 516. B. c. 4. p. 519. B. Theaet. 153. A. Cratyl. 413. B. Phileb. 28. D. Polit. 189. — Ad *αὐτός* int. *ἱκανός ἐστι*.

ὑπάρχον — γίγνεσθαι, i. e., *ὑπάρχειν*, vid. ad II, 11. De *ὑπάρχειν* vid. ad II, 10. — In seqq. *ἐπιμελόμενος* videtur exterminandum esse, utpote ab hoc loco alienum. Sensus est: *causam praetendens, quod, quum plures habeat operarios et ex his plus lucri faciat, quam ex sua ipsius arte* (ex arte, quam ipse factitat), *consentaneum sit, illos magis sibi curae esse quam artem suam.* Verba *τῆς αὐτοῦ τέχνης* coniungi possunt cum *πλείω*, ut sit: *lucrum maius facere, quam suae ipsius artis* (lucrum sit), h. e., *quam ex sua ipse arte facere possit;* ut *ἢ τῆς αὐτοῦ τέχνης*, sicut in praegressis, non opus sit scribere. Cod. Voss. *δι ἐκείνων*, et deinde *εἰς μίαν ἕκαστος*; quocirca fortasse scribendum est *εἷς μίαν ἕκαστος*. *Ficinus* tamen simpliciter vertit: „sed singuli opifices singulis artibus vacent et ab iis victum acquirant.“ Paulo post Cod. Voss. *τὸν αὐτὸν δρόμον*, *Ficinus* vero: „ad cursum suum convertant.“ Qui aliena tractat et suas res negligit, is dicitur *ἐκτὸς δρόμου* s. *τῶν ἐλαιῶν φέρεσθαι* (extra oleas vagari, proprie extra stadium currere), ut Cratyl. 414. B. Vid. *Erasmi* Adag. p. 229.; hinc, qui ad sua revocatur, is *κατευθύνεται εἰς τὸν αὐτοῦ δρόμον*.

τῶν ἀναιρέσεων τῶν ἔργων: *de ipsorum operibus, num probanda sint necne.* Hoc sensus postulat, ut et *Ficinus* vertit: „de mercede autem opificum, de operis ipsorum approbatione aut improbatione, de iniuria etiam, quam vel patiuntur vel in-

ferunt, aediles usque ad drachmas quinquaginta cognoscant." ἀναίρεσις vero tantummodo abrogatio s. reiectio est; quocirca excidisse nonnulla videntur. Nisi malis statuere, Platonem ipsum alterum, quod voci ἀναιρέσεων respondeat, intelligendum reliquisse.

ἢ περὶ τινὰ ἄλλην τέχνην. Respiciunt haec ad praegressa ὅσα περὶ θεοὺς — ξενικὰ θυμιάματα, vox vero ἄλλην spectat ad βαπτὰ χρώματα, ita ut artes reliquae tincturae opponantur. — μηδενὸς ἀναγκαίου χάριν, nisi necessitatis alicuius causa, h. e., nisi necessarium quidquam est. Deinde ad τῶν — ἀναγκαίων int. ὄντων, et genitivus est partitionis index, ita ut τὶ intelligere possis.

CAP. XII.

P. 323. Τροφῆς cet. Verba ita cohaerent: ὀρθότης τις τροφῆς καὶ διανομῆς τῶν ἐκ τῆς χώρας, ἐγγὺς τῆς (ὀρθότητος) τοῦ Κρητικοῦ νόμου γιγνομένη, ἔοικε κατὰ τρόπον ἂν γίγνεσθαι. De lege Cretensi vid. *Aristotel.* Polit. II, 8, (c. 7. §. 3. Schneid.).

ὅσα — πράσιμα ἂν ἑκάστοις ᾖ. Verba ita capienda: καὶ ξύμπαντα ζῶα (ἀκολουθείτω), ὅσα ἂν πράσιμα ἑκάστοις ᾖ, i. e., ὅσα ἂν ἕκαστος πράσιμα (venalia, i. q., ὤνια, v. *Pollux* VII, 8. et Moer. v. ὤνιος) ἔχῃ. Vulgo ἐν ἑκάστοις legitur, quod sensum non habet; accedit, quod ὅσα — ᾖ particulam ἂν flagitant. — In seqq. Cod. Voss. οἵτινες αὐτῶν. Sed οἵ est relativum et particulae τέ respondet καί in καὶ ὅσοι. Peregrini sunt vel tales, qui, patria relicta (μετοικοῦντες, v. Schol. Ruhnk. p. 232.) domicilium in urbe constituerunt (ξυνοικοῦντες), vel tales, qui negotii alicuius vel publici vel privati causa in urbem proficiscuntur.

P. 324. Τῷ μὲν τοίνυν τοιούτῳ. Ni fallor, scribendum est Τοῦ μὲν τοίνυν τοιούτου (int. τοῦ βελτίονος ἢ χείρονος), quod pendeat a πλέον: *nulla harum trium partium de illo* (meliore vel deteriore) *plus habeto*, h. e., *vel melior vel deterior sit reliquis partibus*. Deinde vulgo legebatur ἢ τοῖς δεσπόταις. Cod. Voss. μήτε δεσπόταις; unde nos scripsimus μήτε τὸ δεσπόταις, quod sensus postulat. Etiam *Stephanus* ante τοῖς interponi iubebat τό. Ceterum his verbis τὸ ἴσον et οὐκ ἴσον, cuius in praegressis meminit, explicatur; τὸ ἴσον enim cernitur in partium sibi aequalium (*quod ad qualitatem attinet: τὴν τῆς ὁμοιότητος*

ἰσότητα) distributione, τὸ ἄνισον vero in peculiari duarum partium distributione, quam civis quisque secundum eorum, quae ipsi alenda sunt, numerum instituit. διανέμειν (χρὴ) λαβόντα τὸν ἀριθμόν: *dividere oportet ita, ut numerus sumatur*, h. e., *secundum numerum.*

κατὰ μέσον τὸ δωδεκατημ. Cod. Voss. κάτα μέσα τῶν δωδεκ. Mox ἐξῃρῆσθαι est *secreta et electa* s. *designata esse;* ἐξαιρεῖσθαι est enim eximiam alicui portionem s. eximie tribuere et designare, ut Alcibiad. I. c. 18: εἰς τὸν κόσμον ἐξῃρημένους τὸν τῆς γυναικός. Vid. *Wyttenbach.* ad Plutarch. de S. N. V. p. 68 sq.

ἔντοποι Μαγνητῶν, int. εἰσίν. Ἔντοποι est i. q. ἐντόπιοι (Phaedr. 262. D.), *Dii indigetes* (ἐγχώριοι), quos Magnetes quondam coluerunt. Scilicet in ea regione insulae Cretae, ubi urbs nova condenda, quondam Magnetas (qui in Asiam minorem posthac videntur migrasse, ubi Magnesiam urbem condiderunt, vid. *Strabo* XIV. T. V. p. 569. Schol. Apollon. Rhod. Argonaut. I, 584. Schol. Ruhnk. p. 234: Μαγνησία πόλις ἐν Κρήτῃ, Θεσσαλῶν ἄποικος, ἐξ ἧς οὗτοι. Plures autem fuerunt urbes eiusdem nominis, in Ionia ad Maeandrum, v. *Plin.* H. N. V, 29. *Liv.* XXXVII, 45., in Lydia, v. *Liv.* XXXVI, 43. XXXVII, 10. 11. al., in Macedonia, v. *Plin.* H. N. V, 29. al.) habitasse, pluribus in locis significatur, ubi urbs nova Magnesia quasi instaurata vocatur, ut XI, 4. p. 919. D: Μαγνητῶν, οὓς ἂν ὁ θεὸς ἀνορθῶν πάλιν κατοικίζῃ. XII, 3. p. 946. B: ὅτι Μαγνητῶν ἡ κατὰ θεὸν πάλιν τυχοῦσα σωτηρίας πόλις. c. 14. p. 969. A: σὺ γὰρ τὴν Μαγνητῶν πόλιν ἢ ᾧ ἂν θεὸς ἐπώνυμον αὐτὴν ποιήσῃ — κατασκευάσας ὀρθῶς. Et aperte dicitur Magnesia lib. IX, 5. p. 860. E: τί ξυμβουλεύεις ἡμῖν περὶ τῆς νομοθεσίας τῇ τῶν Μαγνητῶν πόλει; Ex regione illa Magnetes antiquitus iam migrasse traduntur lib. IV, 1. p. 704. C: παλαιὰ γάρ τις ἐξοίκησις ἐν τῷ τόπῳ γενομένη τὴν χώραν ταύτην ἔρημον ἀπείργασται χρόνον ἀμήχανον ὅσον.

ἀρχηγός est princeps, auctor vel praeses, vid. *Wesseling.* ad Diodor. Sic. V, 64. p. 387 sq. In seqq. τοὺς τῶν ἀγρονόμων ἄρχοντας est i. q. τὴν τῶν ἀγρονόμων ἀρχήν, ut sequitur τὴν τῶν ἀστυνόμων ἀρχήν. Deinde aor. ἐπιμεληθῆναι indicat tempus incertum indefinitumque, ἐπιμέλεσθαι vero certum; igitur aoristus actionem significat universam, quae quovis tempore fieri possit vel debeat, praesens vero specialem, ut quae certo semper tempore fiat.

CAP. XIII.

P. 325. *τῶν κατ' ἀγορὰν* (int. *πραγμάτων*) *ἐπιμέλεια αὐτοῖς ἔσται*. — In seqq. *τῶν δὲ ὠνίων* (*quod vero ad venalia attinet*), *πρῶτον μὲν σκοπεῖν* (*χρή*), *εἰ τὰ περὶ ξένους πωλεῖν ταχθέντα τοῖς ἀστοῖς γίγνεται ἕκαστα κατὰ νόμον*. Cod. Voss. *τοὺς ξένους*. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *αὐτοῖς* pro *ἀστοῖς*, ut etiam in sequentibus. Mox pro *νόμος δ' ἔστω* in libro vet. legi *νόμος δ' ἑκάστῳ* *Stephanus* memorat. — *μηνὸς τῇ νέᾳ*. Schol. Ruhnk. p. 231: *ἔνη καὶ νέα ἡ τριακοστὴ τοῦ μηνὸς ἡμέρα παρ' Ἀθηναίοις οὕτως ἐκαλεῖτο· ἐκλήθη δὲ ἔνη καὶ νέα, ὅτι τὸ μέν τι μέρος ἔχει τοῦ παρῳχημένου μηνός, ὅπερ ἔνη ἐστι· καὶ γὰρ ἔνον τὸ παλαιόν φασι· νέον δὲ τὸ νῦν ἐπιλαβὸν τοῦ εἰσεληλυθότος, ὃ διὰ τοῦ νέα δηλοῦσι*. Vid. *Plutarch.* vit. Solon. p. 92. C. *Tim.* Lex. p. 103. ed. Ruhnk. et *Alberti* ad Hesych. T. I. p. 1236.

ἐπιτροπεύουσι, *qui civibus* (dativus commodi) *hoc procurant*, h. e., *quibus cives eius rei procurationem dederunt*.

δωδεκάτῃ. *Ficinus* legit *δεκάτῃ*; vertit enim: „decimo vero die.“ *Οἱ μέν*, int. *πολῖται*, *οἱ δέ*, *ξένοι*. Deinde pro *αὐτοῖς* scripsimus *αὖ τοῖς*, quod *Stephanus* iam coniecerat. — In verbis, quae sequuntur, *ὁπόσων* — *πρᾶσις* opposita sunt *γεωργοῖς μέν* et *ξένοις δέ*, ut et *πρᾶσις* et *ὠνεῖσθαι*: *et omnium rerum, quae ab agricolis venduntur, a peregrinis vero, ut necessaria, emuntur*. *Cornarius* bene vertit: „externi vero emere et ab aliis sibi comparare necesse habent.“ *Ficinus*: „necesse autem est, peregrinos omnia a possidentibus emere, ne cauponatio in tritico et hordeo circa farinam ac cetera alimenta ulla fiat;“ ac si legerit *παρὰ τῶν κτωμένων*. Sed optime habet nostra scriptura; *ὠνεῖσθαι* enim *παρ' ἄλλων κτωμένοις* positum est pro *κτᾶσθαι ὠνουμένοις παρ' ἄλλων*: *quae, ab aliis emendo, sibi comparare necesse habent*. Vid. de hac participii et infinitivi permutatione ad IV, 8. Ceterum *πιλήσεως* Schol. Ruhnk. p. 232. explicat: *τῆς διὰ τῆς τῶν ἐρίων πυκνώσεως γινομένης ἐσθῆτος*. Sicuti voce *πλοκή* significantur, quae texta sunt (textilia), sic voce *πίλησις* (i. q. *πίλημα* vel *πιλητόν*, a *πιλεῖν*, quod est condensare et cogere) coactilia vel ex lana coacta (Filz) confecta.

καπηλείας δὲ τούτων (int. *σκευῶν*, *δερμάτων*, *ἐσθῆτος* cet.), absolute posita sunt: *quod attinet ad* —. Verba *εἰς ἄλφιτα νεμηθέντων* cet. *Cornarius* ita reddidit: „hordeum in polentam comminutum aut etiam aliud omne alimentum.“ *ἄλφιτον* est enim

farina hordeacea (vid. Polit. II, 12. ubi v. not.), aqua humoreve alio macerata, h. e., polenta, v. *Stephan.* Thes. L. G. T. I. p. 377. C. D. Mox P. 326. Cod. Voss. οἴνου τε μεταβαλλόμενος. μεταβάλλεσθαι, permutare, h. e., vendere vel negotiari (ut h. l. in vino ciboque vendendo) proprium est τοῦ καπήλου vel παλιγκαπήλου, qui a mercatoribus emit, quod lucri causa in foro vendat, vid. *Salmas.* Observatt. ad Ius Attic. et Rom. p. 94. sq. de usur. p. 340. *Hemsterh.* ad Arist. Plut. 1157. et nostra ad Polit. II, 12. Hinc apposita sunt verba: ὃ δὴ καπηλείαν ἐπονομάζουσιν οἱ πλεῖστοι. Schol. Ruhnk. explicat μεταβαλλόμενος verbo μεταπιπράσκων, quod in Cod. Voss. marg. adscriptum est.

ζώων διαμερισθέντων. Genitivi sunt partitionis, vid. ad I, 8. et VI, 9. *Cornarius* vertit: „frusta animalium concisorum." διατιθέσθων est *vendunto; διατίθεσθαι* est enim proprie venale s. merces exponere, et tunc vendere, v. Etymol. M. Thom. Mag. *Casaub.* ad Strab. p. 17. *Dorvill.* ad Charit. p. 269. et *Wesseling.* ad Diod. Sic. I, 66. p. 76. Mox Cod. Voss. καθόσον ἂν βούλοιτο. ὅσημέραι, i. q. ὅσαι ἡμέραι, ut Charmid. p. 176. B. Vid. *Valcken.* ad Thom. Mag. p. 171. in Ruhnk. Valcken. et alior. epist. ad Ernesti.

τῶν δὲ ἄλλων χρημάτων cet. Genitivi absoluti sunt; nisi malis haec verba cum πωλεῖν coniungere, ut genitivus sit partitionis, qui vulgo intellecto τί explicatur. Deinde oratio coarctata est; ita enim procedere debebat: εἰς τὸν τόπον ἕκαστον, ἐν οἷς (collectivum ἕκαστον pluralis excipit) ἂν οἱ νομοφύλακές τε καὶ ἀγορανόμοι μετ' ἀστυνόμων ἕδρας προπρύσας τεκμήρωνται, καὶ οὓς ἂν ὅρους θῶνται τῶν ὠνίων, ἐν τούτοις ἀλλάττεσθαι νόμισμά τε χρημάτων καὶ χρήματα νομίσματος. Τεκμήρασθαι est *notare, adsignare, definire.* Schol. Ruhnk. σημειωσάμενοι. De re, vid. XI, 2. ubi v. not. Mox pro θῶνται (sic Cod. Voss. in marg., idemque *Stephanus* iam coniecerat) vulgo θεῶν legitur, quod sensum non habet. Cornarius scribi volebat ἔθεντο, quod propter ἐν οἷς ἂν locum habere nequit. *Ficinus* quoque θῶνται videtur legisse, quum vertat: „et pretia venalibus imposuerint."

μὴ προϊέμενον ἄλλον ἑτέρῳ τὴν ἀλλαγήν. Verba obscura sunt; neque apud interpretes aliquid lucis reperies. *Ficinus* vertit: „commutet autem unusquisque per se ipsum nemini committens." *Cornarius:* „et non remittat alter alteri permutationem." Omnes mihi videor difficultates removere legendo ἄλλως

pro ἄλλον (Bas. 2. ἄλλων), ut sensus sit: *rem pecunia et pecuniam re commutare debent, ita ut nulla alia ratione* (sc. nisi pecuniam numeraverit) *mercem alteri tradant*, h. e., pecunia statim solvenda est pro mercibus venditis, nec sine pretio res emta tradi debet: id quod sequentia et illustrant et confirmant. Cf. XI, 2. p. 918. D. E. *Προΐεσθαι*, tradere, est h. l., ubi de venditione agitur, commodare s. venditum tradere, ut ap. *Xenoph.* Ages. I, 18: *τοὺς δὲ λαφυροπώλας ἐκέλευσε γραφομένους, ὁπόσου τι πρίαιντο, προΐεσθαι τὰ χρήματα.* Fortasse autem ne opus quidem est correctione si ἄλλον ἑτέρῳ ita ceperis: alter alteri; tunc vero iam per se *προΐεσθαι* esse debet sine pretio tradere.

τὸ δὲ ὠνηθὲν cet. Quae sequuntur, docent haec de opibus vel augendis vel minuendis intelligenda esse earumque relationem in tabulas publicas. Si quis emerit vel vendiderit quid, quo bonorum suorum modus a lege constitutus vel augeatur vel minuatur, augmentum (plus) in tabulas publicas referendum est, et imminutio (minus) delenda, h. e., tantum de bonis in tabula conscriptis delendum s. expungendum est, quantum minus illud efficit. Verba autem mendosa *ὅσῳ πλέον ἂν ᾖ καὶ πλέονος* haud dubio ita emendanda sunt: *ὅσῳ πλέον ἂν ᾖ ἢ καὶ μεῖον*, int. *τοῦ κλήρου κατεσκευασμένου* (IX, 2.); hinc *τὸ ἐναντίον* refertur ad *τὸ μεῖον*. *Ficinus:* „si quid vero venditum emtumque pluris minorisve est.“ *Τὸ δὲ ὠνηθὲν ἢ πραθὲν* absolute positum est: *quod ad emtum vel venditum attinet.* — *ὃς εἴρηκε, πόσου* cet.: *quae* (lex) *definivit, quanto accedente vel decrescente neutrum facere* (neque emere neque vendere) *liceat*, h. e., *quae modum opum et augendarum et minuendarum definit, quem transgredi non licet.* Deinde pro *ἀναγραφέτω* scripsimus *ἀναγραφέσθω*, sensu postulante. *Ficinus:* „apud legum custodes plus illud conscribatur, et contrarium deleatur.“

μετοικεῖν. Cod. Voss. *κατοικεῖν.* Mox pro *γράψηται Stephanus* memorat legi quoque *ἀναγράφηται*; tunc vero scribi deberet *ἀναγράψηται*, praeteritum. *γράφειν* autem saepenumero est i. q. *ἀναγράφειν*, in tabulas referre et inscribere (ut XII, 2. p. 943. C.). Ceterum *γράψηται*, ut aorist. medii solet, vim passivam habet (vid. *Küster.* de verbo med. p. 157. et *Abresch.* ad Xenoph. Ephes. I, 13. ibique Locella p. 173.) coniunctam illam cum significatione reciproca, quae dicitur; est enim: *a die illo, quo in tabulas nomen suum referri curavit.* Sic etiam *Valckenarius* ad Herodot. VII, 100. *γραψάμενοι* in *Xenophont.* Oecon. IX, 10. recte

cepit, et similiter *ἀπογράφεσθαι* in locis a *Perizonio* ad Aelian. V. H. IV, 25. civitatis explicandum esse censeo.

ἐξήκωσιν, i. e. *ἐξέλθωσιν*, *si tempora effluxerint.* — *κυρίως*, speciatim, ut singulare beneficium. Sic IX p. 871. D: *οὕσπερ τοῖς τὰ ἱερὰ συλῶσι διαδικάζειν ἐῤῥήθη κυρίως* (besonders, h. e., als besonderes, eigenthümliches Geschäft).

P. 327. *μείνας ἴτω.* Sic e cod. Voss. et cod. Paris. marg. recepimus pro *μενάτω*. *Ficinus* quoque: „ut viginti postea maneant annos, deinde, quo velint, proficiscantur.“ Pro *ὅπῃ* praeterea *Stephanus* *ὅποι* scribi iubebat, sed vid. ad II, 9.

ἀπογραφάς. *ἀπογραφή* est relatio in tabulas publicas s. census bonorum, ut V, 14. p. 745. D. VI, 3. 754. D. XI, 1. 2. 855. B. Vid. Schol. Ruhnk. ad h. l. Ind. Graecit. Lys. p. 755. T. VII. et Demosthen. p. 94. sq. *Perizon.* ad Aelian. V. H. IV, 25.

LIBER NONUS.

CAP. I.

P. 330. *κατὰ φύσιν γίγνοιντο ἄν*, repet. ἀκόλουθοι. Cod. Voss. ἀκόλουθα. *Cornarius* vertit: „Porro iudicia post haec ad superiores omnes actiones secundum naturalem legum dispositionem sequi debent.“ Possis tamen, interpunctione deleta, οὖσαι cum *γίγνοιντο ἄν* coniungere, ut *οὖσαι γίγνοιντο ἄν* positum sit pro *εἶεν ἄν* (*erunt*); *γίγνεσθαι* enim cum participio alius verbi ita connectitur, ut eius circumlocutionem faciat, vid. ad II, 11. — Quae sequuntur verba, admodum vitiosa sunt, ut vulgo leguntur. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ita scribunt: *ὄντινων οὖν δή — ἣν δή;* utrumque *δή* in *δεῖ* mutandum esse, et sensus docet et *Cornarius* iam ante Stephanum monuerat. *Stephanus* vero *δή* post *οὖν* retinens ante *γίγνεσθαι* interposuit *δεῖ*, deinde, Cornarium secutus, ante *καθ' ἓν* inseruit *οὔτε*, et *μετ' ἐκεῖν' οὖν* pro *μετ' ἐκεῖν' αυτά* scripsit. Satius esse duximus, librorum veterum scripturam sequi, quam incertas reponere coniecturas. Post *οὔτε* vero alterum *οὔτε* sequatur minime necesse est; particulae enim *οὔτε*, ut solet, *τέ* in verbis *καθ' ἓν ἕκαστόν τε* respondet. Sensus est: *quae vero maxima sunt, ea nondum exposui et deinceps explicabo* (*ἑξῆς ῥητέον*). *Καθ' ἓν ἕκαστον* est *unumquodque separatim*, vid. ad IV, 12. Participium *ῥηθέν* de glossa suspectum est, eoque omisso verba ita cohaerent: *μετ' ἐκεῖνα ἑξῆς ῥητέον, καθ' ἓν ἕκαστον λεγόμενον* (*ita ut de unoquoque separatim exponatur*), *ἣν δεῖ λαμβάνειν αὐτὸ τιμωρίαν* cet. *Αὐτὰ ταῦτα*, haec ipsa, int. *τὰ μέγιστα*. *Ficinus* simpliciter vertit: „de maximis vero iudiciis et iudicibus sigillatim nondum diximus. De his ergo deinceps dicemus.“

καὶ τοῦτο δρᾶν. Vulgo *καί* abest. Verba ita cohaerent: *καὶ νομοθετεῖν πάντα, ὁπόσα νῦν μέλλομεν* (*νομοθετεῖν*) *καὶ τοῦτο* (*τὸ νομοθετεῖν πάντα*) *δρᾶν ἐν τοιαύτῃ πόλει: turpe est per se, de omnibus rebus* (etiam minutissimis) *leges condere, etiam turpius*

hoc est in civitate tali, *qualis nostra futura est.* Similiter hunc locum corrigi iussit *Stephanus.* — Deinde ἐν δὴ τοιαύτῃ pro ἐν δὲ δὴ τοιαύτῃ, eodem *Stephano* suasore, scripsimus, ut sensus postulat. Mox ante τῶν μεγίστων excidisse puto περί, ut sit: τῆς τῶν ἄλλων (aliorum, sc. civium in aliis urbibus) μοχθηρίας περὶ τῶν μεγίστων (circa res maximas, ut divinas, magistratus et quae alia sunt id genus). In seqq. *Stephanus* pro ἐσομένους scribi volebat ἐσομένοις propter αὐτοῖς; sed ἐπ' αὐτοῖς est *contra ipsa* (haec crimina gravissima), ut infra p. 870. E: τὸν ἐπὶ τούτῳ νόμον, al. et ὡς ἐσομένους est i. q. ὡς ἐσομένων (vid. ad I, 2.), int. μεθεξόντων τῆς — μοχθηρίας vel simpliciter τοιούτων τινῶν. In seqq. oratio mutata est, quae ita procedere debebat: ἐπειδὴ δὲ οὐ, καθάπερ οἱ παλαιοὶ νομοθέται, θεῶν παισὶ αὐτοὶ ἐκ θεῶν ὄντες νομοθετοῦμεν, ἀλλ' ἀνθρώπων σπέρμασι αὐτοὶ ἄνθρωποι ὄντες.

P. 331. κ ε ρ α σ β ό λ ο ς, durus, intractabilis et praefractus. Imago petita est inde, quod legumina (ὄσπρια), quae, priusquam in terram caderent, in boum cornua incidissent, duriora nasci et fructus edere vix coctibiles credebantur. Vid. *Erasmi* Adag. p. 739. *Plutarchus* Sympos. Quaest. VII, 2. p. 700: ὁ λεγόμενος κερασβόλος καὶ ἀτεράμων ζήτησιν ἀεὶ παρεῖχεν οὐχ ὅστις εἴη· δῆλον γὰρ ἦν, ὅτι τῶν σπερμάτων τὰ προσπίπτοντα τοῖς τῶν βοῶν κέρασιν ἀτεράμονα τὸν καρπὸν ἐκφύειν νομίζοντες οὕτως τὸν α ὐ θ ά δ η καὶ σ κ λ η ρ ὸ ν ἄνθρωπον ἐκ μεταφορᾶς κερασβόλον καὶ ἀτεράμονα προσηγόρευον. Vid. *Theophrast.* de caus. plant. IV, 14. *Pollux* VI, 125. p. 642. *Eustath.* ad Iliad. σ'. p. 1209. 41. Suid. Etymol. M. Schol. p. 232. et Tim. Lexic. p. 155. ubi v. docta Ruhnkenii nota. Hinc sequitur ἀτεράμων vel ἀτέραμνος, durus (τέραμνον γὰρ τὸ ἁπαλόν, Etymol. M. p. 163. 20.), quod proprie usurpatur de leguminibus non coctibilibus. Schol. ad Aristoph. Vesp. 729: ἀτέραμνα ὄσπριά φαμεν τὰ μὴ ἑψόμενα διὰ σκληρότητα. Καὶ Πλάτων κέχρηται τῇ λέξει, κερασβόλους καὶ ἀτεράμνους λέγων τοὺς σκληροὺς διὰ τούτων. Cf. *Ruhnken.* ad Tim. p. 156. ibique laudatis addatur *Polybius* IV, 21: βουλόμενοι δὲ (Arcades) μαλάττειν καὶ κιρνᾷν τὸ τῆς φύσεως αὔθαδες καὶ σκληρόν — καὶ συλλήβδην πᾶν ἐμηχανήσαντο σπεύδοντες, τὸ τῆς ψυχῆς ἀτέραμνον διὰ τῆς τῶν ἐθισμῶν κατασκευῆς ἐξημεροῦν καὶ πραΰνειν. Similiter infra c. 17. p. 880. E: ἀτεράμονι χρωμένων τινὶ φύσει, καὶ μηδὲν τεγχθέντων. Deinde pro τήκεσθαι et ἄτηκτοι haud dubie scribendum est τέγγεσθαι et ἄτεγκτοι; τήκεσθαι enim, liquescere, non quadrat in legumina, sed τέγγεσθαι, emolliri; quocirca infra l. l. cum ἀτεράμων coniungitur, ut

in *Aeliani* fragm. T. II. p. 324. Kühn.: ὡς καὶ πάντας τοὺς ἀτέγκτους τε καὶ ἀτεράμονας τέγξαι. De τέγγεσθαι et ἄτεγκτος vid. *Ruhnken.* ad Tim. p. 248. sq. — Ante καθάπερ *Stephanus* interponi iubebat καί, quo haud opus est; intelligenda est enim particula explicans. Coniunctivus γίγνωνται pendet e particula μή. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. γίγνονται scribunt. Denique pluralis αὐτοί post τίς et ὅς offendere non debet; frequentissime enim Graeci a singulari ad pluralem et contra transeunt, vid. ad I, 10.

χάριν — ἐπίχαριν. De hac paronomasia, quam latine ita exprimere possis: *quorum gratia haud gratam legem dicturus sum,* vid. ad II, 4. Vulgo post χάριν interpungitur. Cod. Voss. νόμων — συλήσεων et τολμῶσι. — ἐλπιστόν, *timendum,* ut ἐλπίς, ἐλπίζειν usurpari constat, v. *Abresch.* ad Aeschyl. T. I. p. 363.

τῶν ἱεροσύλων πέρι νόμον. Legendum esse videri possit ἱεροσυλιῶν, propter τῶν ἄλλων πάντων τοιούτων, ὅσα ἀνίατα; sed concretum pro abstracto positum est, vid. *Mercer.* ad Aristaenet. I, 19. et *Casaubon.* ad Athen. I, 18. T. I. p. 130. Schweigh. Ante καὶ ἀνίατα vero vide ne ἤ exciderit, etsi eo carere possumus, si locum ita explicamus: *et omnium reliquorum criminum tam vix sanabilium quam insanabilium.* Crimina ἀνίατα s. ἀνήκεστα, quorum nulla medela est, sunt extrema s. summa, quae corrigi nequeunt. Mox Cod. Voss. προειρητέον et λέγω. Deinde ἀνθρώπινόν σέ τι legi quoque *Stephanus* refert. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. κινεῖτο νῦν. Cod. Voss. οἶστρος δέ σέ τις.

ἀλιτηριώδης, piacularis, exitiabilis, ut τύχη IX, 17. p. 881. E. Ineptae sunt Grammaticorum et explicationes et derivationes vocum ἀλιτήριος et ἀλιτηριώδης. Vid. *Plutarch.* Probl. Quaest. p. 297. A. Schol. Ruhnk. p. 233. Bene Timaeus Lexic. p. 23: ἀλιτηριῶδες, ἁμαρτωλὸν ἢ πλάνον· ἄλη γὰρ ἡ πλάνη καὶ ἡ ἁμαρτία, ubi *Ruhnkenius* laudavit *Desid. Herald.* ad Ius Attic. et Rom. p. 596. sq.

ἀποδιοπομπήσεις, piacularia sacrificia, quibus scelus averruncatur (sic enim Attici dicunt ἄγος ἀποπέμψασθαι et ἐλαύνειν, vid. *Pollux* I. 33.), i. e., expiatur. Vid. Schol. Ruhnk. p. 233. et *Ruhnk.* ad Tim. p. 40. sq. Idem legimus c. 14. p. 877. E. X, 10. p. 900. B. — ἀποτροπαίων, i. e., τῶν ἀποτρεπόντων τὰ κακά, ut Ruhnkenii Scholiast. explicat. Latinorum est *averruncus.*

φεῦγε ἀμεταστρεπτί, facie non conversa. vel retroversa

(h. e., ita ut non respicias s. respectes), proverbialiter dicitur. Vid. *Ruhnken.* ad Tim. p. 25. sq. Deinde ante εἰ δὲ μή intellig. εὖ ἔχει, quae ellipsis admodum frequens, vid. *Fischer.* ad Weller. T. III. P. II. p. 35. Sententiam, mortem esse vitae sceleratae et miserae anteponendam, illustravit pluribus *Gatacker.* ad M. Antonin. IX. §. 2.

CAP. II.

P. 332. τῷ — πειθομένῳ — δεῖ. Sic c. 10. p. 870. E: πειθομένῳ μὲν δὴ — οὐδὲν δεῖ τὸν ἐπὶ τούτῳ νόμον ὑμνεῖν. Lib. XI, 14. p. 938. A: πειθομένοις μὲν σιγῇ, ἀπειθοῦσι δὲ φωνῇ νόμον ἥδε. — μέγα, voce magna (*laut*). Sic Polit. V, 1. p. 449. C: μέγα ἤδη λέγων. Erast. 133. B: λέγων μέγα τῇ φωνῇ, ἵν' αὐτοῦ κατακούοι τὰ παιδικά. *Demosthen.* p. Coron. p. 313. de fals. legat. p. 408. in Mid. p. 579. al.

ὁπόσας, int. πληγάς, ut c. 11. p. 872. B. c. 16. p. 879. E. c. 17. p. 882. B. *Demosth.* de fals. legat. p. 403. al. Cf. *L. Bos.* Ellips. gr. p. 385. sq. ed. Schäf. — De sacrilegorum poena apud veteres vid. *Meurs.* Them. Attic. II, 2. *Hauptmann.* de Andocid. c. VII. p. 586. sq. T. VIII. Orat. Graec. Reisk. et *S. Petit.* Legg. Attic. p. 671. sq.

οὐ γὰρ ἐπὶ κακῷ cet. Celebratissima haec est Platonis sententia, quae dilucide etiam in Gorg. p. 525. A. exponitur: προσήκει δὲ παντὶ τῷ ἐν τιμωρίᾳ ὄντι, ὑπ' ἄλλου ὀρθῶς τιμωρουμένῳ, ἢ βελτίονι γίγνεσθαι καὶ ὀνίνασθαι, ἢ παραδείγματι τοῖς ἄλλοις γίγνεσθαι. Cf. infra c. 6. p. 862. D. XI, 12. p. 934. A. Protagor. 324. A. Crit. 106. B. Vid. *Herodot.* II, 120. *Seneca* de ira I, 15. 2b. 21. de clement. I, 22. *A. Gell.* Noct. Attic. VI, 14. *Lactant.* de ira dei c. 18. et *Valckenar.* ad Eurip. Phoeniss. 878. p. 327.

ἀποῤῥήτων ἀδικιῶν, vetitarum, non, ut *Dorvillius* ad Charit. p. 62. explicat, non dicendarum, terribilium; ἀπόῤῥητα enim Atticis dicebantur, quaecunque fieri vel alteri exprobrari leges vetabant, lege nominatim interdicta. Sic *Lys.* contr. Theomn. p. 344.: οὐδ' εἴ τι ἄλλο τῶν ἀποῤῥήτων ἤκουσα. p. 347: ὡς οὐκ ἔστι τῶν ἀποῤῥήτων, ἐάν τις εἴπῃ τὸν πατέρα ἀπεκτονέναι. p. 376. *Isocrat.* contr. Lochit. p. 586. *Demosth.* p. 1330. 5. al. Cf. *Salmas.* Observatt. ad Ius Attic. et Rom. p. 263. sq. et *Taylor.* ad Lys. p. 340. T. V. ed. Reisk.

παράδειγμα, int. ὡς, *ut*, vid. ad VIII, 5. — *ἀφανισθείς*. Sacrilegi enim et proditores ex Atheniensium legibus morte mulctabantur, eorumque corpora exterminabantur (quod dicebatur ἐξορίζειν ἔξω τῆς Ἀττικῆς), vid. *Petit.* Legg. Attic. p. 671. sq.

δημόσια — χρήματα. Hoc propterea subiicit, quod leges Atticae sacrilegorum bona publicari iubebant, vid. *S. Petit.* l. l.

ζημίας δ' ἐκτίσεις cet. Bene haec *Stephanus* ita resolvit: ὅταν δὲ ἀδικεῖν ἄξια χρημάτων δοκῇ τις, ζημίας ἐκτίσεις οὕτω δεῖ τίνειν, ὥστε, ἐὰν ᾖ τι περιττεῦον τῶν τοῦ κλήρου κατεσκευασμένον ὄντων, μέχρι τοσούτου ζημιοῦσθαι. Κατεσκευασμένος κλῆρος (sors constituta) etiam infra legitur c. 3. p. 856. D. Similiter XI, 7. p. 923. D: τῆς περὶ τὸν κλῆρον κατασκευῆς πάσης; et quod h. l. dicitur περιττεῦον τῶν τοῦ κλήρου, l. l. est τὰ περιόντα τοῦ κλήρου.

P. 333. *ἀργός*, vacuus, est h. l. expers. *Ficinus:* „ne quis unquam propter indigentiam pecuniarum sua sorte privetur." — *ἄτιμον*, i. e., ἀτιμώρητον, impunitum, vid. Schol. p. 233. *Eustath.* ad Odyss. δ'. 32. De negationibus accumulatis, vid. ad I, 10. Deinde vulgo absque praepositione εἰς legitur ὑπερορίαν; sed, id quod *Stephanus* iam perspectum habuit, sensus et linguae ratio postulant εἰς τὴν ὑπερορίαν. Sic enim c. 8. p. 866. D: εἰς τὴν ὑπερορίαν ἐκπεμπέτω ἄσυλον. XI, 14. p. 936. C: ἀγρονόμοι δὲ ἐκ τῆς ἄλλης χώρας εἰς τὴν ὑπερορίαν ἐκπεμπόντων. Ἡ ὑπερορία (int. γῆ s. χώρα, v. *L. Bos.* Ellips. gr. p. 81. sq.) est terra extra fines; igitur φυγὰς (extorris, i. e., ἐκπεμπόμενος s. φυγαδευόμενος) εἰς τὴν ὑπερορίαν est *qui extra fines civitatis in exilium eiicitur*, qui e patria vel ex civitate exterminatur. Sensus est: *nemo, qui aliquid commisit, impunitus esto, ne is quidem, qui ex urbe exterminatur* (is quoque, priusquam exterminetur, supplicio afficiendus est). In seqq. ita scribendum esse iudico: ἢ στάσεις εἰς ἱερὰ (*Ficinus:* „ignobiliter sedendo standoque in sacris") ἢ παραστάσεις ἐπὶ τὰ τῆς χώρας ἔσχατα. Παράστασις est enim relegatio, ut ap. *Aristot.* Polit. L. V: εἰ δὲ μή, ἀποδημητικὰς ποιεῖσθαι παραστάσεις αὐτῶν. Ceterum hic locus obversabatur *Dioni Cass.* LV. p. 790: ἕδραι τε ἄτιμοι καὶ στάσεις ἐπονείδιστοι τό τε προλυπηθῆναι καὶ τὸ προφοβηθῆναι συχνοὺς βελτίους ἐποίησε. Cf. *Casaubon.* ad Sueton. August. c. 24. et *Ruhnken.* ad Tim. p. 206. Deinde pro δεῖν, quod vulgo legitur, scripsimus δεῖ, ut verba ita cohaereant: δεῖ δὲ γί-

γνεσθαι θάνατον — ἢ χρημάτων, καθάπερ (ea ratione, qua —) ἔμπροσθεν εἴπομεν, ἐκτίσεις.

Τὴν δίκην ταύτῃ γιγνέσθω: de iudicio (κατὰ τὴν δίκην), ita habetor s. exercetor; cui respondet sequens δικασταὶ δὲ ἔστωσαν cet. Vulgo scribitur γίγνεσθαι δεῖν, τὴν δίκην ταύτην γιγνέσθω, in quo neque sensus neque structura grammatica inest. *Stephanus* scribi volebat γιγνέσθων· ἢ χρημάτων ἐκτίσεις γιγνέσθων τὴν δίκην ταύτην (i. e., τοῦτον τὸν τρόπον), καθάπερ ἔμπροσθεν εἴπομεν γίγνεσθαι δεῖν; accusativos vero antecedentes θάνατον — δεσμούς cet. e verbo εἶναι pendere censebat. Sed nimis contorta esset haec verborum structura, et τὴν δίκην ταύτην pro *hac ratione* Platonem posuisse in hoc sententiarum nexu, ubi de δίκῃ, iudicio, agitur, nemo mihi persuadebit. Quod lenissimum est, reposuisse nobis videmur, δεῖν in δεῖ et ταύτην in ταύτῃ mutato, quo et sensus et oratio iuvantur; et licet Platonis manum nondum assecuti simus (aliquanto enim abruptius est Τὴν δίκην, quum sermonis Platonici consuetudo postulasset Τὴν δὲ δίκην vel simile quid), tamen verba, ut nunc leguntur, sensum praebent commodum. Particula δέ post δικασταί est *scilicet*, vid. ad II, 1.

τῶν περυσινῶν ἀρχόντων, magistratus anni superioris, qui magistratu anno proxime exacto functi sunt (πέρυσι est enim anno superiori, v. *Gatacker.* ad M. Antonin. X, 7.). *ἀριστίνδην.* Schol. Ruhnken. κατ' ἐκλογὴν καὶ αἵρεσιν τῶν ἀρίστων. Vid. *Alberti* ad Hesych. h. v. et *Ruhnken.* ad Tim. p. 49.

εἰσαγωγάς.[1] Schol. Ruhnk. εἰσαγωγαί εἰσιν αἱ εἰς τὰ δικαστήρια εἰσενέγξεις ἑκάστου τῶν δικῶν, καὶ εἰσαγωγεῖς οἱ τοῦτο ποιοῦντες. *προσκλήσεις* δέ εἰσιν αἱ ἐπὶ τῶν ἀμφισβητούντων κλήρου ἢ ἐπικλήρου· ὁ γὰρ ἀμφισβητῶν προσκαλεῖται τὸν ἐπιδεδικασμένον πρὸς τὸν ἄρχοντα, εἰ δὲ μὴ προσκαλέσαιτο, ἀτελὴς ἡ δίκη. *διαψήφισις* δὲ τὸ τοὺς δημότας τὴν ψῆφον ὑπὲρ τῶν παρεγγεγράφθαι δοκούντων ἐνεγκεῖν. *Εἰσάγειν τὰς κρίσεις* dicebatur magistratus, qui iudicium dabat s. reddebat (h. e., fieri permittebat), vid. *Sigon.* de republ. Athen. III, 4. Gronov. Thes. ant. gr. T. V. p. 1578. *Dorvill.* ad Charit. p. 456. *Taylor* ad Demosth. p. 710. Appar. crit. in Demosth. Reisk. T. I. et *Reisk.* ind. Graecit. Demosth. p. 278. sq. De πρόσκλησις et προσκαλεῖσθαι vid. ad VIII, 11. — *Διαψήφισις* vero illud disquisitionis genus vocabatur, quo senatus vel populus per suffragia praeiudicabat, utrum, qui de crimine postulatus esset, reus esse videretur necne; vid. *Salmas.* de usur. p.

752. sq. *Vales.* ad Harpocrat. v. διαψήφ. et *S. Petit.* Legg. Attic. p. 209. sq. Legitur διαψήφισις etiam libro XII, 8. p. 956. E. et p. 958. B.

κατὰ τὸ στόμα. Schol. Ruhnk. κατὰ τὴν ἀρχήν, μεταφορικῶς. Perperam. Κατὰ τὸ στόμα est *in fronte*, h. e., *ex adverso*, e regione s. coram; στόμα est enim facies et omnino pars anterior. Similiter Latini *os* frequentant, ut *Terent.* Adelph. II, 4. 5: coram in os (nos: *ins Gesicht*) laudare. Ceterum singularis ὁ δικαστής collective positus est, ut bene *Cornarius* cepit vertens: „sed ante hoc adversus faciem et accusatoris et rei iudices deinceps quam proxime pro senii dignitate sedeant.“

ὅ τι ἂν — ἐπιποθῇ: *quodcunque, sive ab adversariis dictum sive omissum sit, desideraverit aliquo modo*, h. e., quid in dictis adhuc desideraverit (quid ipsi non satisfaciat) et quae praetermissa esse censeat. ἀντίδικοι sunt h. l. ἀντιδικοῦντες, iure disceptantes, accusator et reus. Sic XI, 14. p. 937. B: τῶν ἀντιδίκων ἑκάτερον. Contra lib. VI, 13. est accusator. Vid. ibi adnot.

τῶν δὲ ῥηθέντων. Construe: ὅσα δὲ τῶν ῥηθέντων καίρια ἂν εἶναι δοκῇ, (ταῦτα) ἐπισφραγισαμένους, (scilicet) γράμμασι σημεῖα πάντων τῶν δικαστῶν ἐπιβάλλοντας (scriptis imprimentes sigilla omnium iudicum, h. e., ita ut scriptis illis quivis iudex sigillum suum imprimat), θεῖναι ἐπὶ τὴν Ἑστίαν. Ἑστία vero haud dubie accipiendum est de ara Vestae, quae Athenis in curia erat; Vesta enim *Βουλαία* dicebatur. *Harpocration:* Ἑστίαν — τὴν ἐν τῇ βουλῇ ἱδρυμένην, ubi v. Vales. p. 141. Cf. *Wesseling.* ad Diodor. Sic. XIV, 4 Sic ap. *Xenoph.* Hist. graec. II, 3. 52: ἀκούσας ταῦτα ὁ Θηραμένης, ἀνεπήδησεν ἐπὶ τὴν Ἑστίαν. Ubi v. interpp. — In seqq. P. 334. πρὸς τῆς Ἑστίας et κρινεῖν scripsimus pro πρὸ τῆς Ἑστίας et κρίνειν; utrumque iam *Stephanus* proposuerat, Ficino praeeunte, qui vertit: „iureiurando *per Vestam* vere iusteque pro viribus se *iudicaturos* affirment.“

CAP. III.

περὶ καταλύσιν τῆς πόλεως. Quid sit καταλύειν τὴν πολιτείαν (dissolvere s. evertere rem publicam) et τὸν δῆμον, uberius expositum leges in *Desid. Heraldi* Observatt. et Emendatt. c. XLIX. p. 1379. et in *Salmasii* Observatt. ad Ius Attic. et Rom. p. 296. sq. — ἄγων εἰς ἀρχήν cet. *Cornarius:* „quicunque

ad magistratum evehit hominem et leges quidem ad servitutem redigit, sodalitatibus autem et factionibus civitatem subiicit." *ἑταιρεία*, sodalitas, est factio s. coniuratio, ut Polit. II, 2. p. 365. D: ἐπὶ τὸ λανθάνειν ξυνωμοσίας τε καὶ ἑταιρείας ξυνάξομεν. Theaetet. 162. D: σπουδαὶ δὲ ἑταιρειῶν ἐπ' ἀρχάς. *Isocrat.* de big. p. 348. A. Steph. *Diodor.* Excerpt. T. II. p. 556. *Plutarch.* Poplic. T. I. p. 108. al. Sic etiam ἑταιρία ap. *Demosthen.* Orat. in Steph. II. p. 1137. 4. in Theocrin. p. 1335. 23. *Diodor. Sic.* XIX, 5. 6. *Dionys. Halicarn.* Antiq. VIII, 506. *Appian.* B. C. III, 75. al. Mox pro τοῦτον (Cod. Voss. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. τοῦτο) scripsimus τοιοῦτον, sensu iubente; idem *Heindorfius* quoque ad Theaet. p. 390. coniecerat.

λεληθότα cet. Vulgo scribitur: λεληθότα τε — αὐτὸν ἢ μὴ λεληθότα, δειλίᾳ δ' ὑπὲρ cet., quae sensum non habent. Quocirca, deletis τέ post λεληθότα et δ' post δειλίᾳ et commate post ἢ posito, locum ita correximus, ut sensus is existat, quem sententiarum cohaerentia postulat: *quem haec latent* s. qui haec non animadvertit, *vel, qui, etiamsi illa animadverterit, tamen prae ignavia patriam suam non defendit, eum oportet secundo loco pro pessimo habere cive.* Similiter *Ficinus* vertit: „secundus ille hostis est, qui, quamvis particeps huius sceleris non sit, tamen, cum amplissimis fungatur in ea republica magistratibus, eas coniurationes non animadvertit, et, si animadvertit, timiditate quadam patriae non succurrit." Qui summo fungitur magistratu, et vigilans esse debet, ut, quaecunque civitati perniciem minantur, ea statim animadvertat, et fortis, ut pericula propulset. Ad τιμωρούμενον repetendus est articulus τόν e verbis τὸν δὲ κοινωνοῦντα; et participium λεληθότα absolute positum est (vid. ad III, 6. 7.) pro λεληθότων τούτων.

τὸν ἐπιβουλεύοντα, *qui res novas in civitate molitur. Xenoph.* de Athen. re publ. I, 15. Hist. graec. II, 3. 28: τοῦτον ὑπάγομεν καὶ ὡς ἐπιβουλεύοντα καὶ ὡς προδιδόντα. Genitivus μεταστάσεως βιαίου καὶ παρανόμου πολιτείας pendet e voce κρίνειν.

πλὴν ὅσον, *eatenus quatenus sors excipitur*, h. e., *sola sorte excepta.* Sic *Pausan.* Arcad. p. 457. et 462. Vid. virr. doctt. ad Viger. de idiotism. p. 130. Similiter c. 12. p. 873. E: πλὴν ὅσα κεραυνός. Mox ante δέκα inseruimus ἤ, quod abesse nequit, vid. ad VI, 7. *Ficinus* videtur ἐλάττονα ἢ legisse, quum verteret: „non pauciores quam decem annos nati." Mox verbum ἀνέλῃ

Schol. Ruhnk. p. 234. varie explicat; ἀναιρεῖν, verbum de oraculo proprium (v. *L. Bos.* Ellips. graec. p. 264. et Lexic. Xenophont. T. I. p. 194.) est h. l. *designare* vel *approbare*, ut c. 8. p. 865. C: οὓς ἂν ὁ θεὸς ἀνέλῃ. — καταστῆσαι est collocare, deducere (nostrum *einsetzen*), ut IX, 14. p. 877. D: κληρονόμον εἰς τὸν οἶκον τοῦτον — καταστῆσαι. ἐκλιπόντων, in Lexicis explicatur mortuorum, sed simpliciter est *deficientium* s. *eorum*, *qui desunt*. Sic XI, 7. 924. C: καὶ τοῦτο ἐκλιπέτω μηδέποτε.

οἷς ἂν — ἄγῃ. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. οἷς — ἄγει.

Κλέπτῃ. Citatur hic locus ab *Eusebio* Praep. Ev. XII, 40. p. 612. B., ubi κλέπτης et ἐπικείσθω scribitur. Mox Codd. Voss. et Paris. in marg. δίκῃ τιμωρίαις ξύμπασι; quocirca pro δίκης τιμωρία scripsimus δίκῃ τιμωρίας, *ultio poenae;* poena est enim id, quo iuri satisfacimus, et ita δίκη est ultio s. satisfactio, ut δίκην ἔχειν, satisfactionem accipere, al. In seqq. τὸ μέν τι κλαπέν, commate deleto, cum ἐκτίνειν coniunximus, ut infra τὸ κλέμμα ἐκτίσας διπλοῦν; ἐκτίνειν est enim *rependere*, *reddere*. Euseb. τὸ μὲν γὰρ δή.

ἀποτίνειν, int. ὥστε, *ad mulctam solvendam.* Pro ὑπὲρ τοῦ κλήρου scripsimus ὑπὲρ τὸν κλῆρον, quod *Stephanus* iam corrigendum esse monuerat. Deinde ἢ πείσῃ ab Euseb. abest; idem mox exhibet καταδικαζόμενον. *Ficinus:* „aut illi persuaserit, cui debet." *Cornarius:* „aut ei persuaserit, qui ipsum condemnavit;" sed καταδικασάμενος est actor s. adversarius, qui vincit iudicium et alterum καταδικασθῆναι (condemnari) iubet. Sic XI, 8. p. 928. C: τὸ δ' ἥμισυ τοῦ καταδικασαμένου τὴν δίκην. — Ceterum cum his conferendae sunt Atticorum leges de furto ap. *Demosthen.* in Timocrat. p. 735. sq. Cf. *S. Petit.* Legg. Attic. p. 59. sq. 634. sq.

ἱερῶν ἢ ὁσίων. Ἱερά sunt res divinae s. sacrae, ὅσια vero publicae vel communes, vid. *Stephan.* Thesaur. L. G. T. II. p. 1516. *Dorvill.* ad Charit. p. 112. *Taylor.* ad Aeschin. T. III. p. 49. sq. et *Valcken.* ad Ammon. p. 114. Paulo post Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ὅμοιον pro ὁμοίαις.

ἀντικρούσας, retundens, repellens, h. e., reprimens ac retardans cursum meum; in φέρεσθαι enim latet notio festinationis, ut Lach. 183. B: εὐθὺς δεῦρο φέρεται καὶ τοῖσδ' ἐπιδείκνυσιν εἰκότως. Pro ἕτερον legi quoque πρότερον Stephanus refert, quod num e libro veteri, an e Ficino petierit, non constat. *Ficinus* enim ver-

tit: „et in memoriam, quae olim quandoque cogitaveram, redegisti.“ Et sane πρότερον multis nominibus praestat vulgatae scripturae ἕτερον.

P. 336. παραπεπτωκότι. In Codd. Voss. et Par. adscriptum est παρόντι. *Cornarius* vertit: „ut velut nunc incidit (*Ficinus:* succurrit) dicamus.“ ἐν τῷ νῦν παραπεπτωκότι est i. q. κατὰ τὸ νῦν παραπεπτωκός, ut dicam, quod nunc obtingit, se offert (vid. ad III, 7.), h. e., quod nunc videtur. Praepositio ἐν saepenumero ita ponitur, ut sit i. q. κατά vel simplex nomen (ut h. l. est i. q. τὸ νῦν παραπεπτωκός), v. *Viger.* p. 608. et Hermann. p. 812.

Πῶς δ' αὖ cet. Haec verba Ald. Lov. Steph. et Bip. Atheniensis orationi annectunt, Bas. 1. et 2. vero cum Ficino et Cornario Cliniae assignant, quos secuti sumus; iam particula αὖ, quae ad priorem Cliniae interrogationem: Πῶς δὴ λέγομεν, ὦ ξένε cet. spectat, hoc flagitat.

CAP. IV.

εὖ γὰρ ἐπίστασαι. *Stephanus* refert legi quoque: εὖ γὰρ πάντως ἐπίστασθαι δεῖ et εὖ γὰρ ἐπίστασθαι δεῖ. Sic *Ficinus:* „illud certe ignorare non decet.“ Mox ταῖς ἐμπειρίαις ἄνευ λόγου bene illustrat *Rittershusius* ad Isidor. Pelus. Epist. 55. lib. IV. p. 25. „Medicorum antiquitus tres erant sectae: logici, methodici, empirici. *Ausonius* (Idyll. XI, 68.):

triplex quoque forma medendi:
Quoi logos aut methodos cuique experientia nomen.

Experientia non est sollicita de causis et rationibus, sed tantum observatione, collectione atque inductione exemplorum nititur.“ Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἐν ταῖς ἐμπειρίαις scribunt. — De ὑγιᾶ (vulgo scribitur ὑγιῆ) vid. ad III, 5. — ἐξ ἀρχῆς τε ἀπτόμενον; particula τέ respondet praegressae μέν, ut καί post μέν inferri solet, vid. ad VI, 18.

πρὸς τρόπον, convenienter, recte; vid. ad II, 3.

P. 337. εἰς αὔριον, int. τοῦτο ποιεῖν. *Stephanus* desiderabat verbum aliquod, velut ἀναβάλλεσθαι. Cod. Voss. ὡς οὐκ ἔστιν ἐξόν. Paulo post pro λιθολόγοις legi etiam οἰκοδόμοις *Stephanus* memorat; sed οἰκοδόμοις nihil est nisi glossa vocis λιθολόγοις, ut et Ruhnkenii Schol. vocem λιθολόγοις explicat v. οἰκοδόμοις. *Αι-*

θολόγοι sunt „fabri caementarii, qui aedificaturi λέγουσι, seligunt, ex paratis lapidibus, qui suis quisque locis apte haereat." *Valckenar.* Adnotatt. crit. in N. T. II. p. 288. ed. Lips. Cf. *Ruhnken.* ad Tim. p. 174. Sic c. 11. p. 902. E: οὐδὲ γὰρ ἄνευ τῶν σμικρῶν τοὺς μεγάλους φασὶν οἱ λιθολόγοι λίθους εὖ κεῖσθαι.

τῶν ἄλλων ποιητῶν. Ποιηταί in universum sunt librorum vel scriptorum auctores (vid. ad Phaedr. p. 246.); quocirca explicantur verba τῶν ἄλλων ποιητῶν appositis illis καὶ ὅσοι — κατέθεντο: vel proprii poëtae vel prosarii scriptores.

P. 338. γραφόντων. Sic Ald. Lov. Bas. 1. 2. et Cod. Voss. pro γραφέντων. *Ficinus* quoque: „legislatorem ergo scribentium solum oportet de honesto — consulere." μόνον τ. γραφόντων, solum de reliquis scriptoribus, h. e., prae aliis omnibus scriptoribus. Τὸν νομοθέτην regitur a ξυμβουλεύειν.

γράψαντας, praegresso dativo, vid. ad III, 5. — τό γε ὀρθόν, i. q. ὀρθόν γε (ἐστίν), vid. ad I, 6. Deinde pro δή, quod libri omnes habent, *Stephanus*, lectore non monito, scripsit δεῖ, sine causa, quum τό γε ὀρθόν (ἐστίν) non sit: id quod rectum est, sed: *rectum est*, quod respondet praegressis ἀλλὰ αἰσχρὸν δή — Λυκούργῳ δὲ ἧττον. Deinde γεγραμμένα in libro vet. deesse *Stephanus* refert, bene subiiciens, rectius abfuturum esse, ut intelligatur γεγραμμένα. Pro διατυπούμενα Ald. Lov. Bas. 1. et 2 διαπυττόμενα exhibent; similiter Schol. Ruhnken. διαπυττόμενα] διαπτυόμενα. *Cornarius* corrigebat διατυπώμενα. Iam *Ficinum* verba invenisse corrupta in libris suis, coniicere licet ex ipsius translatione: „Rectum igitur ipsum prae ceteris omnibus scriptis leges mirifice prae se ferre debent, ceterorum vero scripta probari, si legibus consentanea sunt, sin dissona, derideri." Ad verba ἢ κατ' ἐκεῖνα ξυνεπόμενα int. φαίνεσθαι ὀρθόν ἐστι (id est, *esse debent;* φαίνεσθαι enim, participio iunctum, est manifesto esse), et ad εἶναι καταγέλαστα simpliciter repetendum est ὀρθόν ἐστι (*recte deridentur*).

οὕτω διανοώμεθα cet. Verba aperte mendosa sunt; namque sequentia ἢ κατὰ τύραννον — ἀπηλλάχθαι praegressis non respondent. *Cornarius* legi iubebat: οὕτω διανοώμεθα περὶ νόμων, μῶν δεῖν γραφῆς γίγνεσθαι ταῖς πόλεσιν ἐν πατρός cet. „sic itaque de legibus cogitemus, num ipsas civitatibus velut sub patris et matris persona scribi oportet, ut amantium et mente praeditorum scripta esse videantur, aut sub tyranni et domini persona, qui

postquam ipsas constituit et minatus est et in parietibus perscripsit, discedit?" Sed γραφῆς, unde pendeat, nihil habet, et μῶν incommodum est. *Ficinus* nihil nisi sensum generalem exhibuit vertens: „sic igitur leges civitatibus conscribantur, ut patris matrisque personam lator legum penitus gerat, scriptaque caritatis prudentiaeque virtutem habeant potius, quam domini tyrannique imperium minitantis tantum et describentis, rationem vero nullam penitus assignantis." Unde nihil auxilii peti potest. Ut brevi dicam, quod sentio, post νόμων excidisse πῶς et δεῖν in δεῖ mutandum esse opinor, ut locus ita se habeat: *οὕτω διανοώμεθα περὶ νόμων, πῶς δεῖ γραφῆς γίγνεσθαι ταῖς πόλεσιν*, (scilicet num) *ἐν πατρός τε καὶ μητρὸς σχήμασι* (int. *δεῖ*) *φαίνεσθαι τὰ γεγραμμένα, ἢ* (an) *κατὰ τύραννον* (*δεῖ*) *γράψαντα ἐν τοίχοις, ἀπηλλάχθαι.* Genitivus *γραφῆς* tunc pendet e particula *πῶς*, ut c. 5. p. 860. C: *πάλιν ἴδωμεν, πῶς αὖ περὶ αὐτὰ ταῦτα ἔχει ξυμφωνίας.* Vid. ad IV, 1. Igitur *ὡς γραφῆς δεῖ γίγνεσθαι* (int. *τοὺς νόμους*) est: *quomodo scribi oporteat leges.* Ante *ἐν πατρὸς — σχήμασι* int. *πότερον*, vid. ad II, 11. — *ἐν πατρὸς — σχήμασι*, ut XI, 4. p. 918. E: *ἐν μητρὸς ἂν καὶ τροφοῦ σχήμασι.* Menex. 248. E: *ἐν πατρὸς σχήματι καταστᾶσα.* Vid. *Heusd.* Spec. crit. in Plat. p. 44 sq. Denique in verbis *τάξαντα — ἀπηλλάχθαι* subiectum est pronomen indefinitum (*man*), et ita resolvi verba oportet: *ἢ κατὰ τύραννον τάξαι καὶ ἀπειλῆσαι καί, γράψαντα ἐν τοίχοις, ἀπηλλάχθαι: an, postquam in parietibus perscripserimus*, h. e., *legum tabulas in parietibus suspendi curaverimus, discedere oporteat, negotium esse absolutum putantes.*

ταύτῃ, referendum hoc est ad prius illud: (*πότερον*) *ἐν πατρὸς — σχήμασι — φαίνεσθαι* (*δεῖ*) *τὰ γεγραμμένα.* In sequentibus nisi quid excidit, ad verbum *παρεχόμενοι* int. *τοῦτο δρῶμεν.* Verba *ἀγαθὸν δ' εἴη τε* cet. *Ficinus* ita vertit: „quod utinam felix sit, eritque profecto, si deus voluerit." Scilicet *εἴη*, sine *ἄν*, verus est optativus, ut Lib. I, 1. p. 625. C: *Ταῦτ' εἴη.* XI, 1: *μήτε οὖν τις — ἅπτοιτο — μήθ' εὑρεῖν ποτὲ θεοῖς εὐξαίμην* cet. c. 3. 916. E. c. 6. p. 923. B. XII, 1. p. 941. C: *καὶ εἰς χρόνον ἅπαντα εὐτυχοίη.* Epinom. 2. p. 975. A: *ἵλεω δ' ἡμῖν οἱ πρόσθεν εἴησάν τε καὶ εἰσίν.* Euthydem. 273. E. al. Vid. *Matthiae* Gramm. graec. p. 270.

CAP. V.

ἀκριβῶς. Cod. Voss. ἀκριβῶς τὸν περί.

P. 339. σχεδὸν οὐδεὶς — λέγειν. Haec verba in Ficini libro, in Bas. 1. et 2. Cliniae assignantur, Atheniensi vero Οὐκοῦν ὀρθῶς; sed recte monet *Stephanus*, orationem tunc mancam fore, et redundantias illas (οὐδεὶς post εἴ τις, repetitum εἶναι, deinde ταύτῃ, et illa omnia σχεδὸν οὐδεὶς ἂν λέγων οὕτω: convenientia alioqui repetitioni, quali utimur, cum dicimus: Haec, inquam, cet.) minime alienas esse ab eo sermone, quo Plato hisce in dialogis usus sit. Verba οὐκοῦν ὀρθῶς ita *Stephanus* explicat: οὐκοῦν ὀρθῶς ταῦτα καὶ σοὶ λέγεσθαι δοκεῖ; — Sequens Ἴσως, quod interpretes male reddiderunt Forte, est *Profecto*, *Utique;* vid. *Abr. Gronov.* ad Aelian. V. H. XI, 8. *Locell.* ad Xenoph. Ephes. p. 188. et *Schäfer.* ad Long. Pastor. p. 357.

ὅσα δικαιοσύνης ἔχεται, h. e., ὅσα δίκαιά ἐστι; vid. ad VII, 20. Verba τῶν πάντων τοι καὶ παθήματα cet. *Cornarius* expressit: „omnia etiam, quae patimur, fere actionibus aequalia sunt." Sensus est: *iustum omne est honestum ac pulcrum, non solum, quae iuste facimus* (τὰ ποιήματα, i. q., πράγματα), *verum etiam quae patimur* (τὰ παθήματα) *iuste, pulcra sint necesse est; quo fit, ut nullum* πάθημα, *quod quidem iustum est,* αἰσχρὸν *dici possit.* — ὁμολογούμενον, si consentiatur pulcrum esse, i. q. τὰ ὁμολογεῖν.

P. 340. μεγέθει. Cod. Voss. μεγέθεσιν — ὑμέτερον. Τὸ ἡμέτερον est fere i. q. ἡμεῖς (πῶς ξυμφωνίας ἡμεῖς ἔχομεν περὶ αὐτὰ ταῦτα: *quomodo in his ipsis consentiamus*). De ἡμέτερον vid. ad I, 11. et de ὡς cum genitivo coniuncto vid. ad cap. praecedens. Praeterea vulgo τῆς ξυμφωνίας legitur; articulum, quum insolens nobis visus esset in hac structura, expunximus. Idem iam suaserat *Matthiae* in Gramm. graec. p. 433. Deinde ποίας (ξυμφωνίας) δὴ πρὸς ποίαν haud dubie corruptum est; nam ποίαν ad ξυμφωνίαν referendum esset, quod sensum non haberet. Ni fallor, ποῖον scribendum est: *quamnam convenientiam dicis ad quid spectans*, h. e., *quomodo consentire dicis* (quod diximus, τὸ ἡμέτερον ὡς ἔχει cet.) *et cum quo?*

ὡς οἱ κακοὶ πάντες cet. Cf. V, 3. p. 731. C.

P. 341. ἀκουσίως δὲ ἑκούσιον cet. Sensus est: *et quum haud consentaneum sit*, h. e., *quum fieri nequeat, ut, qui libere*

agit (et is iustus est), *haud sua sponte agat*, *sequitur*, *ut*, *qui iniuste agat*, *haud sua sponte ita agat.*

τίνα οὖν τρόπον. Oratio interpositis *Εἰ δὴ ταῦτα* cet. abrupta est, ita ut apodosis nulla sequatur. In Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ante *Πῶς γὰρ οὔ;* Cliniae persona posita est, et ante *Διορισεῖς* cet. Atheniensis pers. Pro *εἴ με*, quod *Cornarius* emendavit, libri iidem veteres *οἶμαι* exhibent.

CAP. VI.

νῦν δή, i. e., *ἀρτίως*, vid. ad IV, 12. — *Ἆρ' οὖν* cet. Sequi debebat in apodosi *τοσοῦτον μόνον εἰπόντες ἀπαλλαξόμεθα;* sed propter interpositum *ὁ δὲ παρ' ἡμῖν νῦν δὴ ῥηθεὶς λόγος* oratio mutata est. Pro *ἐξευπορήσαντες Cornarius* corrigebat *ἐξευρήσαντες*, vertens „num cum de his ambiguitatem neque invenerimus," male et sensu adversante; *περὶ ἀπορίαν ἐξευπορεῖν* s. *εὐπορεῖν* est in dubitatione sibi consulere posse, h. e., dubitationem posse facile tollere. Mox P. 342. *Stephanus* bene monet *κατανομοθετήσει* praegresso *νομοθετεῖται* oppositum esse; paulo tamen aliter, quam si *ἀντινομοθετήσει* dictum fuisset; et ut verbum *κατανομοθετήσει* leniretur, additum esse *τινὰ τρόπον.*

ἡμᾶς χρεών, int. *δρᾶν.* Deinde pro *γίγνεται* Cod. Voss. et Bas. 2. *γίγνεσθαι.* Ald. Lov. et Bas. 1. *πάντες που γίγνεσθαι; γίγνεται* est *Cornarii* correctio, quam *Stephanus* recepit, Ficino addicente: „horum ego alterum minime patiar, ut videlicet, quod ita esse existimo, negem." Pro *νόμιμον Ficinus* videtur *ἐμόν* (sic Bas. 2.) legisse vertens: „nec officii mei id esset." Paulo post Cod. Voss. *ποιητῶν* pro *πολιτῶν.*

P. 343. *οὐ γάρ φημι* cet. *Stephanus* interrogationis notam posuit post *ἄκοντα μήν* et *νομοθετῶν*, quae a reliquis libris recte abest. De particula *μήν*, post *μέν* illata, vid. ad IV, 12. In praegressis Ald. Lov. Bas. 1. et 2. scribunt *εἴ τινά τις πημαίνει.*

ἐλάττων τῳ γίγνηται. Sic Cod. Voss., vulgo *ἐλάττων τι γίγνηται*, quod *Stephanus* in *ἐλάττων τις γίγνηται* mutari iubebat. — Accusativi *ὠφέλειαν — γενομένην* pro genitivis positi sunt: *si utilitas non recte affertur;* vid. ad I, 2. Deinde pro *ἥ γ' ἐμή*, int. *δόξα* s. *γνώμη* (vid. ad II, 1.), *Stephanus* perperam scripsit *ἥγε μή*, *Ficinum* secutus, qui vertit: „si haec minime superat." Cod. Voss. exhibet *ἡγεμονικήν· καί*

pro ἤ γ' ἐμὴ νικᾷ. — *ἁπλῶς, ita simpliciter, sine ulla exceptione.*

καὶ τὸ μὲν βλαβὲν cet. Verba, ni fallor, mendosa sunt, quae a libris MSS. auxilium exspectant. Pro ποιητέον exspectabas ποιοῦντα (de legislatore: *facientem*, h. e., *fieri iubentem*), pro ἐξιλασθέν vero ἐξιλασκόμενον, ut haec cohaereant cum πειρατέον ἀεὶ καθιστάναι. Ὑγιὲς ποιεῖν est i. q. ἰᾶσθαι s. ἀκεῖσθαι, *damnum reparare, sarcire* (vid. ad XI, 12.). *σώζοντα*, servantem, ut videlicet ei, qui amiserit, restituat. — *ὑπό του*, i. e., τινός. Mox verba καὶ τὸ θανατωθέν sqq. admodum obscura sunt; quid sibi velint τρωθὲν ὑγιές, non perspicio; verba et per se offendunt (ad ὑγιές enim participium esset intelligendum ποιοῦντα, quod h. l. omitti non potuisset) et sensum habent ineptum. Ni fallor, ἢ τρωθὲν ὑγιές e margine immigravit, nisi statuere malis, loco suo motum esse et post βλαβέν interponi oportere, ut scribatur: καὶ τὸ μὲν βλαβὲν ἢ τρωθὲν ὑγιὲς — ποιητέον; disseritur enim de damnis ac delictis illis levioribus, quae quis ἤθει καὶ δικαίῳ τρόπῳ χρώμενος committit; in his vero vulneratio ita punitur, ut solum damnum resarciatur (vid. c. 15.). Reliqua tunc ita scribenda sunt: καὶ τὸ θανατωθὲν vel τὸ δὲ θανατωθὲν ἀποίνοις ἐξιλασθὲν τοῖς δρῶσι cet.: *caede vero expiata inter eum, qui perpetravit, et eum, qui iniuriam passus est per illam* (intell. cognatos interfecti), *conari debet* (legislator) *utrumque in amicitiam reducere* (quasi restituere, καθιστάναι, vid. ad VII, 7.). Ἐξιλασθὲν τὸ θανατωθέν, absolute posita sunt (*dum s. eo, quod caedes expiatur*), ratione habita sequentium: πειρατέον — καθιστάναι, etsi praegressis haec iungenda erant, ita ut ἐξιλασκόμενον scriberetur. *Ἄποινα* pretium dicebatur, quo homicidae propinquos occisi placabant, etiam ποινή et ὑποφοίνια dictum, v. *S. Petit.* Legg. Attic. p. 626. Pro βλαβέν Cod. Paris. ἀβλαβές. γρ. βλαβέν; ut illud *Faehsio* p. 391. videbatur *Ficinus* quoque legisse; sed verba *ad indemnem integrumque statum — perducat* spectant ad ὑγιὲς ποιητέον.

Τὰς τοίνυν ἀδίκους cet. Ante haec verba in Ald. Lov. Steph. et Bip. Atheniensis nomen excidit. In seqq. διδάξει et ἀναγκάσει scripsimus pro soloecis διδάξῃ et ἀναγκάσῃ. Verba *πρὸς* (praeter) τῇ τῆς βλάβης ἐκτίσει referenda sunt ad διδάξει et ἀναγκάσει.

P. 344. *Ταῦτα*, sc. τὸ διδάσκειν καὶ ἀναγκάζειν. Deinde propter interposita φρτινι ἄν (vulgo ἄν deest) τρόπῳ pro ποιεῖν (verba enim

ita cohaerent: ταῦτα δὲ ποιεῖν, ἔργον ἐστὶ τῶν καλλίστων νόμων) positum est ποιήσῃ τις, e quo, tanquam nova enuntiatione, pendent μισῆσαι — στέρξαι cet.

δίκην τούτοισι cet. Pluralis spectat ad singularem ὅν, vid. ad I, 10. Deinde verba καὶ νόμον corrupta sunt; res ipsa et sequentia θάνατον esse scribendum docent. Etiam *Ficinus* vertit: „ultimo supplicio hos afficiet." Et si θάνατον scribamus, quae sequuntur, ita legenda sunt: θήσει τινά, γιγνώσκων (quo causa indicatur) που, τοῖς τοιούτοις πᾶσι—πόλιν. οὕτω (hanc ob causam) μὲν δή cet. Pro τινά vero otioso videndum annon scribi oporteat τίνειν; tunc vero θανάτου legendum esset; δίκην (i. e. τιμωρίαν) θανάτου τίνειν, *capitis poenam dare.*

διαπεποίκιλται, quam varie compositum sit atque distinctum (vid. III, 12.). *Ficinus* haec verba neglexit, *Cornarius* vero reddidit; „et quomodo voluntarium et involuntarium in his variet."

CAP. VII.

δύσερι, ut infra p. 864. A: δύσερις λόγος. Moer. Attic. p. 126: δυσήριδος καὶ δύσηρις, Ἀττικῶς. καὶ Πλάτων Νόμων θ'. δύσερις, Ἑλληνικῶς. *Piersonus* pro δυσήριδος legi malebat δυσήριτος vel δυσήριστος. In praegressis Ald. Lov. Bas. 1. et 2. λέγεται.

ἐξ ἐναντίας — ῥώμης. Male in Ald. et Lov. post ῥώμης et in Steph. post φαμέν interpungitur. *Ficinus:* „sed ex contraria potentia dominantem." Mox βελτίων εἴη est i. q. βέλτιον εἴη αὐτὸν διελέσθαι, quam structurae rationem erudite, ut solet, *Lobeckius* ad Sophocl. Ai. p. 315. illustravit.

P. 345. *ἀμουσων*, turpium, quae homini liberali dedecori sunt; μουσική enim, ut constat, universam institutionem liberalem significat, v. ad Phaedr. p. 274. Cod. Voss. κοῦφον — εἰδὼς σου et παίδειά τε, quam lectionem *Stephanus* quoque memoravit. De ξυγγνώμης — ἐχομένους, i. e., μάλιστα ξυγγνωμονικούς, vid. ad VII, 20. Paulo post Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἐπισπόμενον exhibent.

τὴν γὰρ τοῦ θυμοῦ cet. Duo enim sunt animi principia, τὸ λογιστικὸν (rationale, ἡ τοῦ ἀρίστου δόξα s. ἡ τοῦ ἀρίστου ἐφιεμένη δόξα, vid. ad Phaedr. p. 237.) et τὸ ἐπιθυμητικόν (sensibile), vid. Polit. IV, 14.

ὅπηπερ ἂν — ἡγήσωνται. Post τὴν δὲ τοῦ ἀρίστου δόξαν sequi debebat τὸ πάντως δίκαιον προσαγορεύω s. φατέον εἶναι, vel simile quid; posterius vero enuntiationis membrum: δίκαιον — φατέον εἶναι, quum non prius: τὴν δὲ τοῦ ἀρίστου δόξαν respiciat, sed interpositum illud: ὅπηπερ ἂν — ἡγήσωνται πόλεις cet., verba illa τὴν δὲ τοῦ ἀρίστου δόξαν absolute posita sunt, ut sonent: *quod vero ad optimi rationem attinet.* Ὅπηπερ igitur et ταύτῃ ante πραχθέν sibi respondent; et ἡγήσωνται τούτων (quod respicit τοῦ ἀρίστου, ut solet pluralis singularem excipere) est: *haec praescripserint, legibus constituerint;* proprie: quocunque — haec duxerint s. in his praeiverint; ὅπηπερ enim est i. q. ὅποιπερ; sed, quum ad ἔσεσθαι quoque spectet, est simul: *quomodocunque ut hoc sit, civitates vel privati aliqui praescripserint.* Praeterea ὅπηπερ ἂν ἔσεσθαι cum praegressis τὴν δὲ τοῦ ἀρίστου δόξαν cohaerent; latet enim in iis hoc: τὴν δὲ τοῦ ἀρίστου δόξαν, ἥτις ἂν ᾖ (quaecunque est) ἡγησαμένων τούτου (τοῦ ἀρίστου) πόλεων vel: ὅ τι ἂν ᾖ τοῦτο (τὸ ἄριστον), ἡγησαμένων τῶν πόλεων. Idcirco ἔσεσθαι interpositum est, in quo illud ᾖ latet; nam si haec verba ad sequentia tantummodo referrentur, ἔσεσθαι abesse posset. Interpretes, verborum cohaerentiam non perpendentes, male haec verterunt; et *Ficinus* quidem ita reddidit: „opinionem optimi, qua videlicet ratione civitates vel privati aliqui putabunt.“ *Cornarius* vero: „quatenus hoc civitates aut privati aliqui fore putaverint.“

P. 346. *ἕκαστον:* singulare, h. e., et singulatim (in singulis casibus) et per vitam universam. Libri reliqui ἑκάστων. *Cornarius* legi volebat ἐρατόν vertens: „iustum quidem esse, quicquid per hanc peractum est, dico et quicquid tali principatui paret, amabile esse.“

ἔτι μᾶλλον. Cod. Voss. ἔστι μᾶλλον; et paulo post ἐλπίδος et τούτου δὲ αὐτοῦ τρία διχῇ. Verba vero τῆς ἀληθοῦς περὶ τὸ ἄριστον ἔφεσις aperte mendosa sunt; tertium est enim non ἡ δόξα τοῦ ἀρίστου ἐφιεμένη (et hoc verba corrupta τῆς ἀληθοῦς περὶ τὸ ἄριστον ἔφεσις significare deberent), ut quae omnis iustitiae fons atque origo sit, sed ἡ ἄγνοια vel ἀμαθία. Verba illa, e praegressis profecta et in margine apposita, genuina haud dubie oblitterarunt, quibus falsam sapientiae opinionem (δόξαν σοφίας, ut supra) descriptam fuisse, quae in praegressis disputata sunt, clare ostendunt. Ceterum supra tres posuit peccandi causas: primam iracundiam (τὸν θυμόν), cuius propria est violentia; secundam voluptatem (τὴν ἡδο-

νὴν), cui peculiaris est persuasio et fraudulentia, et tertiam inscitiam (τὴν ἄγνοιαν), quam duplicem esse statuit, simplicem alteram, alteram cum sapientiae opinione coniunctam. Igitur ut quinque sunt peccandi causae, ita etiam quinque poni debent peccatorum genera, quae ad duas revocari formas possunt; fiunt enim vel vi aperta vel fraude clandestina.

ξυμφώνων. Hanc vocem a loco nostro alienam esse liquet; ni fallor, ἐμφανῶν scribendum est, cui opponitur in sequentibus μετὰ σκότους. Similiter *Ficinus* vertit: „alterum quod vi et aperte committitur." *Faehsius* p. 392. corrigebat ξυμφανῶν. Paulo post γίγνοιτο in libro Bip. error est typographicus; libri enim reliqui omnes γίγνοιντο habent. Monui propterea, quod in *Heindii* Var. Lectt. p. 160. γίγνοιντο ἄν ut diversa scriptura e cod. Voss. affertur, quasi libri aliter scribant.

CAP. VIII.

τὰ περὶ τῶν προδοτῶν. Articulus τά haud dubie exterminandus est. Mox Ald. Lov. Bas. 1. 2. et Cod. Voss. παιδείᾳ, quod *Stephanus* recte in παιδιᾷ mutavit; παιδία, infantia, est, ut VII, 14. p. 362., puerilis imprudentia. Similiter *Ficinus* vertit: „in puerili aetate constitutus." Ad παιδίᾳ vero spectat τῶν τοιούτων, ac si παῖδες praecesserit, vid. *Heindorf.* ad Theaet. p. 369. et *Matthiae* Gramm. graec. p. 603. Sic X, 2. p. 886. C. post θεογονίαν infertur γενόμενοι, ac si θεῶν γένεσις praecesserit. *Οὐδέν πω τῶν τοιούτων διαφέρων, adhuc puer quasi*, h. e., *imprudens* s. *insipiens;* proverbialiter enim dicitur παίδων μηδὲν διαφέρειν, vid. ad Phaedr. p. 396.

P. 347. τοῦ σκηπτομένου, excusante s. defendente, h. e., patrono. Mox πάσης adverbii vim habet, ut sit *omnino* s. *in universum*, ut in πᾶσα ἀνάγκη (VI, 9.), al.

παντὸς εἴδους cet. In Ald. Lov. et Bas. 1. male interpungitur post εἴδους, in omnibus vero libris περί scribitur pro πέρι. Verba ita cohaerent: περὶ παντὸς εἴδους φόνου, ut *Ficinus* vertit: „de unaquaque specie caedis."

φίλον. Cod. Voss. φίλιον. Cum hac lege de caede inconsulte facta cf. *Demosthen.* in Aristocrat. p. 637. Vid. *S. Petit.* Legg. Attic. p. 55 sq. et 605 sq. *Matthiae* Miscell. philolog. V. I. P. II. p. 150 sq.

καθαρθεὶς. Vulgo *καθαρῶς, κατά.* Cod. Voss. *καθαρὺς τις, κατά.* Quod reposuimus, sensu et oratione flagitantibus, id *Desid. Heraldo* Observatt. ad Ius Attic. et Rom. p. 354. debetur. Sic VIII, 2. p. 831. A: *τὸν ἀποκτείναντα, κατὰ νόμον καθαρθέντα, καθαρὸν εἶναι χεῖρας.* IX, 9. p. 869. A: *καθάπερ οἱ τὸν ἀκούσιον ἐξεργασάμενοι φόνον καθαρθεὶς καὶ τἄλλα — πράξας καθαρὸς ἔστω.* *P. Faber* Agonist. III, 8. Gronov. Thes. ant. gr. V. VIII. p. 2145. *καθαρῶς*, utpote e sequentibus petitum, expungi volebat. Mox *ἰατρῶν δὲ πέρι πάντων* per se posita sunt, et *καθαρὸς ἔστω*, ut solet, pluralem excipit *ἰατρῶν*, ac si praecesserit *ὑπ' αὐτοῦ* (*τοῦ ἰατροῦ*) *ἄκοντος*. Deinde *Matthiae* l. l. p. 151. *τὸν νόμον* scribi iubebat, sine causa. Ceterum bene comparavit idem vir doctissimus *Antiphont.* p. 694: *εἰ δ' ἔτι καὶ ὑπὸ τοῦ ἰατροῦ ἀπέθανεν, ὁ μὲν ἰατρὸς οὐ φονεὺς αὐτοῦ ἐστίν· ὁ γὰρ νόμος ἀπολύει αὐτόν.*

ἔστω μὲν ὡς αὐτοχείρ. Pro *ὡς* nescio an scribendum sit *οὗτος*, nisi post *ως αὐτοχείρ* excidisse nonnulla putaveris. De re cf. *Lucian.* tyrannicid. §. 11. T. I. p. 483 sq. Mox *διειργάσθαι*, activa significatione, est *se interfecisse*, ut XII, 13. p. 967. C: *ταῦτ' ἦν τὰ τότε ἐξειργασμένα πολλὰς ἀθεότητας* cet. X, 12. 904. B: *μεμηχάνηται.* Vid. *Iensius* ad Lucian. Tyrann. T. IV. p. 595 sq. ed. Bip. *Musgrav.* ad Eurip. Med. 1139. *Fischer.* ad Weller. T. III. P. II. p. 62 sq. et *Matthiae* Gramm. graec. p. 683 sq. Paulo post Cod. Voss. *ἂν ἕλῃ* pro *ἀνέλῃ*, vitiose. Cf. ad c. 3. Pro *κυρίους* Ficinus videbatur *Faehsio* p. 392. *καιρίους* legisse.

ἐν ἐλευθέρῳ φρονήματι. Cod. Voss. in marg. *βίῳ ὡς ἐλευθέρῳ.* Mox *ἤθεσι* est *sedibus s. domiciliis*, vid. ad I, 8. De sententia, vid. *Magius* Miscell. III, 5. in Gruter. Thesaur. crit. T. II. p. 1373.

διὸ δὴ χρεὼν cet. Si quis enim inconsulte hominem liberum occidisset, eum ex patria profugere et irato quasi interfecto annum se subducere (*ὑπεξελθεῖν*) oportebat, vid. *Demosthen.* in Aristocrat. p. 634, 17. 643, 27. Cf. *Matthiae* l. l. p. 170. Proprium de iis erat verbum *ἐξέρχεσθαι*, vid. *Meurs.* Them. Attic. I, 16.

ἐγγυτάτω. Sic Ald. Lov. Bas. 1. et 2. (fallitur editor Bip., in his libris scribi *ἐγγύτατα* tradens). Cod. Voss. *ἐγγύτατα*, quod in his libris frequentatur. *Priscianus* Grammat. XVIII. p. 1172., hunc locum citans, exhibet *ἐγγύτατος.* Mox *ἐχέτω ξυγγνώμην* est i. q. *αἰδεσάσθω;* interfectorem enim, ut supplicem,

ab iis, qui occiso propinqui erant genere, veniam impetrare oportebat, quod *αἰδεῖσθαι* (exorare, placare) dicebatur, ut ap. *Demosth.* in Aristocrat. p. 643. 27. 645. 29.; etiam propinqui occisi dicebantur *αἰδεῖσθαι* s. *αἰδέσασθαι*, supplici veniam dare s. ignoscere, *ξυγγνώμην ἔχειν*. Sic c. 14. p. 877. A: *οὐδὲ αἰδούμενον ἄλλως* cet. v. *S. Petit.* Legg. Attic. p. 615 sq. *Taylor.* ad Demosth. p. 725. T. I. *Matthiae* l. l. — Mox Cod. Voss. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. mendose scribunt *ἐθέλοι*. Deinde *ἐπεξιέναι*, ut *ἐπεξέρχεσθαι* (Euthyphr. p. 19. 25. Polit. VIII, 4. al.) *τινί*, aliquem petere (quasi in aliquem ire) cum genitivo rei ponitur, ut verba accusandi solent construi; genitivus est enim causae index; cum dativo rei est ulcisci, ut sequitur *μὴ ἐπεξίῃ τῷ παθήματι*. In seqq. Cod. Voss. *περιεληλυθότος*, ac si *τοῦ μιάσματος* scriptum sit; sed recte habet *τὸ μίασμα ὡς — περιεληλυθός*, accusativus absolutus, vid. ad I, 2.

προστρεπομένου. Schol. Ruhnken. explicat *ἀποπεμπομένου, τρεπομένου ἐφ' ἑαυτόν* (leg. *ἐπ' αὐτόν* vel *ἀφ' ἑαυτοῦ*). Mox pro *ἀπενιαυτησάτω* scripsimus, cum Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *ἀπενιαυτισάτω*, ut et in sequentibus; hoc libri meliores exhibent, teste *Ruhnkenio* ad Tim. p. 39. Similiter Timaeus Lexic. l. l. et Suidas: *ἀπενιαυτίσαι· ἐνιαυτὸν* (vulgo *ἐνιαυτῷ*) *φυγεῖν τὴν πατρίδα ἐπὶ τισὶν ἀδικήμασιν.* Cf. *Meurs.* ad Lycophr. v. 1039. V. III. p. 1302. ed. Müller. et *Ruhnken.* l. l. De ipsa poena v. *Petit.* Legg. Attic. p. 615. Mox Cod. Voss. vitiose *ἔλθοι*, et quod ad rem attinet, cf. *Demosthen.* in Aristocr. p. 415. *Petit.* Legg. Attic. p. 622. — Ad *τέγγων* Schol. Ruhnk. *βρέχων, ὡς νῦν, ἢ μαλάττων.* Participia vero sic cohaerent: *tentorio in mari posito, ita ut pedes undis tingat.* — *ἄσυλον*, a violentia tutum.

θυμῷ δὲ (int. *πέπρακται*) *καὶ τοῖς* cet. Post *ὅσοι*, ni excidit, certe e praegressis repetendum est *ἄν*. Deinde *καὶ — αὐτοῖς* positum est pro *καὶ οἷς*, ut Polit. IX, 5: *Ὃς ἂν — ᾖ καὶ αὐτῷ — ἐκποριοσθῇ. Demosthen.* Olynth. III. p. 35. 4: *ἐκεῖνοι τοίνυν, οἷς οὐκ ἐχαρίζονθ' οἱ λέγοντες, οὐδ' ἐφίλουν αὐτούς, ὥσπερ ὑμᾶς οὗτοι νῦν, πέντε μὲν καὶ τετταράκοντα ἔτη τῶν Ἑλλήνων ἦρξαν ἑκόντων.* Vid. ad I, 10.

οὐ μὴν ἀλλ', quanquam, vid. ad I, 9. — *ἀταμιεύτως*, ita ut iram non recondat et in aliud tempus reponat, sed depromtam quasi effundat. Mox *χαλεποί* pro *χαλεπόν* e cod. Voss. repo-

suimus, quod sensus postulat. Pro εἰς εἰκόνα in vet. libro ὡς εἰκόνα legi *Stephanus* refert; sed εἰς est instar, *pro*; v. ad III, 15.

CAP. IX.

λέγωμεν. Sic Cod. Voss. et *Ficinus* („dicamus") pro λέγομεν. Verba quae sequuntur, citavit *Euseb.* Praep. Ev. XIII, 21. p. 711. D., ubi ἔμπροσθεν legitur. Paulo post Cod. Voss. καθόδου pro καθόλου.

P. 351. ἐξέλθῃ. Vulgo ἔλθῃ, quod esset: advenerit, quum sensus postulet: *transierit*; quocirca ἐξέλθῃ scribendum erat, ut legimus X. p. 909. A. XI. p. 921. C. al.

ταύτῃ πασχέτω. Pro ταύτῃ *Stephanus* memorat legi quoque πάντῃ. *Ficinus* vero vulgatam secutus scripturam est vertens: „non aliter quam peregrinus rediens puniatur."

τὴν διπλασίαν cet. Chiasmus in his inest (vid. ad I, 3.); πράττειν enim refertur ad διπλασίαν τῶν ἄλλων πράξεων et ἐκτίνειν ad διπλασίαν χρημάτων. Τῶν ἄλλων πράξεων respicit ad ea, quae caedem perpetranti facienda sunt, ut se purget cet. Ceterum διπλασίαν, ut solet, simplici poenae oppositum est, vid. ad VI, 9. Mox τοὺς προσήκοντας, substantive positum, genitivum habet comitem, ut Apolog. 22: οἱ τούτων προσήκοντες. Lib. XII, 3. p. 868. B. *Thucyd.* I, 128. Cf. *Taylor.* ad Lys. T. V. p. 125. et *Abresch.* Auctar. Thucyd. p. 252 sq. De χρωμένους χρείαν vid. ad VI, 23. fin. Deinde ἣν ἂν ἐθέλωσι pro ἣν ἀνέλωσι de certissima Stephani emendatione scripsimus. *Ficinus*: „quomodo velint." Sic et paulo post: τρόπῳ — ᾧ ἂν ἐθέλωσιν. *Cornarius* magis ad verbum haec reddidit quam Ficinus: „cognati eius, qui occisus est, faciant cum occisore, quicquid voluerint, saltem ut vivum (legitur unum) esse non sinant et pueri sint." Ζωγρεῖν h. l. est vivum servare, vitae parcere. Mox pro ἄλλος scripsimus ἄλλον, ut *Ficinus* vertit: „sin vero servus non dominum suum, sed alium liberum per iram necaverit." Monuit de hoc etiam *Faehsius* p. 392.

ἃ δὲ γίγνεται μὲν cet. *Eusebius*, hunc locum excitans (l. l.), legit ἐὰν δὲ ὁ ὀλιγάκις δὲ, διὰ θυμὸν — καθαιρέσθαι — ἀπενιαυτεῖν (ut Cod. Voss.). Pro ἀπενιαυτιζέτω (vid. supra) libri editi habent ἀπενιαυτείτω. Propter sequens ἀπαλλάττεσθαι genuina scri-

ptura etiam ἀπενιαυτίζειν esse potuit. Mox pro μήποτέ τι scripsimus μήποτ' ἔτι, quod *Stephanus* quoque legi iusserat et *Ficinus* expressit vertendo: „nec simul *amplius* liberis procreandis operam dent." Paulo post P. 352. ὁ δὲ ἀσεβῶν pro simplici ἀσεβῶν Cod. Voss. suppeditavit.

γυναῖκα cet. Euseb. κτείνῃ τινὰ ἢ γυνή τις — καθαίρεσθαι τοὺς αὐτούς. Deinde ἀπενιαυτίσεις scripsimus pro ἀπενιαυτήσεις. Paulo post Euseb. ὁ τοιοῦτόν τι δράσας.

καὶ ἂν cet. Eus. καὶ ἐὰν — ἀδελφὴν ἀδελφῇ θυμῷ κτείνῃ — καθάπερ (omisso ὡσαύτως) — ἐγγόνοις. Verba ita construenda sunt: τὰ μὲν τῶν καθαρμῶν καὶ ἀπενιαυτίσεων εἰρήσθω δεῖν γίγνεσθαι, καθάπερ εἴρηται τοῖς γονεῦσι καὶ τοῖς ἐκγόνοις (δεῖν γίγνεσθαι), καὶ τούτοις. Ὡσαύτως vero comparationem iterum indicat, quam redundantiam crebro invenimus apud nostrum, vid. ad I, 5. Τούτοις recte habet, etsi singularis praecedit. Mox ad ὧν refertur τούτοις αὐτοῖς, et intelligenda est ante ὧν particula explicans, velut *nempe*; praegressa enim his illustrantur; et ὧν cum ἀδελφῶν et παίδων coniungendum: *quibus vel fratribus aut sororibus fratrem aut sororem vel filiis patrem aut matrem eripuit, cum his igitur* (fratribus vel sororibus aut cum prole fratrum vel sororum) *ne in eadem habitato domo. Δὲ* explicationi inservit, vid. ad II, 1., et αὐτοῖς propter sequens ἱερῶν appositum est: *neque ipsis neque eorum sacrificiis intersit.* Male hunc locum ceperunt *Ficinus* et *Cornarius. Eusebius* addit αὐτός, unde coniicere possis legendum esse αὖ οὗτος, quod ad praegressa respiciat: καθάπερ εἴρηται τοῖς γονεῦσι καὶ τοῖς ἐκγόνοις.

ἀσεβείας νόμῳ. Inter ἀσεβείας et νόμῳ *Stephanus* refert inveniri etiam εἰρημένῳ. Ni vero fallor, scribendum est: ἐὰν δέ τις ἀπειθῇ τῷ περὶ ταῦτα νόμῳ, ἀσεβείας ὑπόδικος cet.; sic in praegressis et sequentt. passim legimus ὑπόδικος ἀσεβείας γιγνέσθω.

οἱ τὸν ἀκούσιον φόνον ἐξεργασάμενοι. Sic recte *Stephanus* scribi iussit pro ἑκούσιον, praeeunte *Cornario*, qui vertit: „qui non voluntariam caedem perpetrarunt." Vid. supra c. 8. p. 865. B. et infra p. 869. E: ἐὰν ὁστισοῦν ὁτῳοῦν ἀφίῃ τοῦτο ἑκών, ὡς ἀκουσίου γεγονότος τοῦ φόνου, οἱ καθαρμοὶ γιγνέσθωσαν τῷ δράσαντι. Cf. *Matthiae* l. l. p. 160. Mox Cod. Voss. ὁ δράσας τι τοιοῦτον.

τοῦ γεννήτου. Vel γεννητοῦ vel, quod malim, γεννήτορος

scribendum esse liquet. Verba quae sequuntur, ita cohaerent: δικαιότατον ἦν, καὶ τὸν πατροκτόνον — πολλῶν θανάτων τυγχάνειν. Mox P. 353. Cod. Voss. ἀμυνόμενον. Paulo post Ald. Lov. Bas. 1. et 2. τοῦτο pro τούτῳ. Deinde veterem scripturam ἐν νόμῳ, quam *Stephanus* male in ἐννόμῳ mutavit (in notis vero scribi malebat ἐννόμως) revocavimus; ἐν νόμῳ (ut infra. c. 12. p. 874. C. al.), ἐν δίκῃ, al. frequentissima sunt in his libris. Etiam *Ficinus* ita legit vertens: „quomodo aliter *iuste* punire hunc oportebit?"

ἀμυνόμενος ἄρχοντα χειρῶν πρότερον. Bene *Cornarius* haec vertit: „ut ipsum priorem manus inferentem velut hostem occiderit vim a se depellendo." Ἄρχειν (priorem inferre iniuriam, vernaculum *anfangen*) vel absolute ponitur (ut h. l. c. 16. p. 880. A: εἴτε ἄρχων εἴτε ἀμυνόμενος. XI, 13. p. 935. C: ἄρχων ἢ ἀμυνόμενος. *Antiphon* defens. mort. T. VII. p. 688. οἱ ἄρχοντες. p. 689. οἱ ἄρξαντες. p. 692. 696 sq. *Liban.* Declam. I. p. 196. C. al.) vel addito χειρῶν (et quidem χειρῶν ἀδίκων, ut *Antiph.* defens. mort. T. VII. p. 688. *Lys.* p. 173. T. V. *Demosth.* adv. Aristocrat. p. 635.), τῆς πληγῆς (ut *Antiph.* defens. mort. p. 688. 690. 692. 693. 695. al.) al. Vid. *P. Leopard.* Emendatt. X, 12. *Kuhn.* ad Aelian. V. H. I, 14. ibique *C. G. Kuehn.* p. 13. ed. Lips. Pariter usurpatur ὑπάρχειν, ut c. 16. p. 879. D: μήτε γὰρ ὑπάρχων μήτ' ἀμυνόμενος τολμάτω πληγαῖς τὸν τοιοῦτον νουθετεῖν. Gorg. 456. E: ἀμυνομένους, μὴ ὑπάρχοντας. *Lys.* p. 753. T. V: ἀμύνεσθαι τοὺς ὑπάρξαντας. *Isocrat.* de pace p. 173: οὐ γὰρ ὑπάρχοντες, ἀλλ' ἀμυνόμενοι. Evag. c. 11. p. 193: ἀμύνεσθαι, καὶ μὴ προτέρους ὑπάρχειν. Περὶ τ. ζευγ. p. 356: οὐδ' ἀμυνόμενος, ἀλλ' ὑπάρχων. *Plutarch.* Thes. p. 4. B: τοὺς δὲ ὑπάρχοντας βίας ἀμυνούμενος. al.

ἀστὸς ξένον cet. Euseb. ἀστὸν ξένος ἢ ξένον ἀστός, et Cod. Voss. ἀμυνόμενον. Mox τοῦ καθαρὸς εἶναι est περὶ τοῦ καθαρὸς εἶναι, *quod attinet ad* —. Paulo post ante ἐὰν ὁστισοῦν cet. intell. *nempe.* De dativo πατρί, genitivi loco posito, vid. ad I, 1.

δι' ἥττης ἡδονῶν. In vet. libro legi δι' ἥττας Stephanus tradit; et sic X, 11. p. 902. A: διά τινος ἥττας ἡδονῶν ἢ λυπῶν, quod vulgatae scripturae praestat. Ceterum ἧττα ἡδονῶν sensu, qui dicitur, subiectivo vel passivo positum est, vid. ad I, 15.

CAP. X.

τὸ μὲν δὴ μέγιστον, int. τούτων s. ἐκείνων ἐστὶν, *ἐπιθυμία*. Mox P. 354. ante τῶν χρημάτων interpunximus; ita enim haec verba interpretamur: τοῦτο (ἡ ἐπιθυμία) δ' ἐστὶ μάλιστα ἐνταῦθα (i. e., ἐν τούτῳ, in eo), οὗ cet., scil. τῶν χρημάτων, h. e., ἐν τοῖς χρήμασι, δύναμις, ἣ μυρίους τῆς ἀπλήστου — κτήσεως ἔρωτας ἐντίκτει διὰ φύσιν, ut τοῦτο δ' ἐστὶ μάλιστα τῶν χρημάτων (ἐπιθυμία) uberius explicentur verbis appositis τῆς ἀπλήστου — κτήσεως ἔρωτας ἐντίκτουσα δύναμις, quae per epexegesin (vid. ad I, 6.) addita sunt, quum praegressis pronomine relativo adiungi oportuisset. Sensus est enim: *haec vero* (cupiditas) *maxime in eo locum habet, cuius vehementissima est hominum appetitio, scilicet in opibus, quas immensas acquirendi studium excitat.* Cod. Voss. ἡ τῶν χρημάτων.

τῆς δὲ ἀπαιδευσίας τοῦ — ἐπαινεῖσθαι. Vulgo ἡ τοῦ — ἐπαινεῖσθαι, quod sensum habet contrarium eius, quem locus postulat; ἡ enim ad φήμη referri deberet; at vero fama de mala divitiarum admiratione tantum abest, ut cupiditatis illius causa dici possit, ut eam coërceat ac reprimat. *Stephanus* bene hoc animum advertens, pluribus propositis tandem scribi volebat: τῆς δὲ ἀπαιδευσίας τὸ κακῶς ἐπαινεῖσθαι πλοῦτον αἰτία, φημί, πρὸς τῶν Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων, ut verba ita cohaererent: τῆς δὲ ἀπαιδευσίας αἰτία (ἐστὶ) τὸ κακῶς πλοῦτον ἐπαινεῖσθαι πρὸς τῶν Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων; sed plura sunt, quae in hac correctione displiceant; in primis φημί illud, quum φήμη (opinio, crebris divulgata sermonibus, igitur vulgaris divitiarum admiratio apud Graecos et barbaras gentes; πρός est enim i. q. *apud, existimatione*, ut X, 15. 910. B. XI, 11. 931. D. *Thucyd.* I, 71: δρᾶν οὐδὲν ἄδικον, οὔτε πρὸς θεῶν οὔτε πρὸς ἀνθρώπων. *Xenoph.* Anabas. I, 6. 6. II, 5. 20. Oecon. VI, 10. al. genuinum esse liqueat. Locum nobis videmur sanasse expuncto ἡ (Bas. 1. 2. ἥ) ante τοῦ κακῶς ἐπαινεῖσθαι, ut verbis τοῦ κακῶς ἐπαινεῖσθαι praegressa ἀπαιδευσίαν τὴν κακήν amplificata sint. Τοῦ — ἐπαινεῖσθαι explicat, in quo ἀπαιδευσία cernatur, igitur est i. q. τῆς δὲ ἀπαιδευσίας, ὅτι κακῶς ἐπαινεῖται πλοῦτος, ut infinitivus, articulo praefixo, pro coniunctione ὅτι et modo finito poni solet. Sensus est: *morum vero depravatorum, quibus divitias falso laudamus* s. *admiramur, causa est existimatio illa vulgaris apud Graecos et barbaros. Cornarius* vertit: „imperitiae vero causa est fama, qua et a Graecis

et a barbaris divitiae male laudantur;" quasi legerit ἢ κακῶς ἐπαινεῖται πλοῦτος.

τρίτον ὄν. Cf. I, 6. — *τῷ κεκτημένῳ τὸν φθόνον.* Vid. ad I, 8.

ἃ μηδένα βούλονται. Propter τῷ (i. e., τινί) praegressum *Stephanus* scribi volebat βούλεται; male, quum σφίσι sequatur, et pluralis singularem collectivum (τὶς) saepissime excipiat, vid. ad I, 10. — *μηνυτάς*, int. futuros, s. qui indicare possint; qui usus Latinis quoque familiaris est, vid. *Broukhus.* ad Tibull. III, 2. 4. et *Burmann.* ad Valer. Flacc. III, 497.

ὃν καὶ πολλοὶ λόγον cet. Solito more λόγον, quod verbis πρὸς τούτοις subiici debebat (καὶ πρὸς τούτοις ὁ λόγος, int. εἰρημένος ἔστω, ὃν cet.) cum relativo ὃν coniunctum est, vid. ad I, 2. Ald. Lov. Bas. 1. 2. ἐσπουδακότες. In seqq. P. 355. comma ante τὴν τοῦ παθόντος delevimus. Ante ὑπ' ἄλλου *Stephanus* desiderabat καί; sed sana sunt omnia; ante ἅπερ enim intell. particula *nempe* (vid. ad I, 4.), et ad ἅπερ referendum τοιαύτῃ μοίρᾳ, ut bene *Cornarius* verba cepit vertens: „et prout quisque fecit, tali sorte ab alio tunc vitam finiat." Τίσιν τὴν τοῦ παθόντος ἐκτῖσαι est: idem malum (poenam) pati, quod alter passus est s. quod quis alteri intulit. — De verbo *ὑμνεῖν* nugatur Schol. Ruhnk. p. 235.; est i. q. ᾄδειν, et respicit ad προοίμιον, vid. ad IV, 12. Denique pro τῆς γραφῆς haud dubie cum cod. Voss. τῇ γραφῇ scribendum est; εἰρήσθω τῇ γραφῇ est, ut Ficinus vertit, „lex ista scribatur."

CAP. XI.

Ὅς. Cod. Voss. ὡς. Verba *μήτε ἱερὰ μήτε ἀγορὰν* cet. illustrantur illo *Antiphontis* loco in defens. occis. p. 629. T. VII: *ἀσύμφορον ὑμῖν ἐστὶ τόνδε μιαρὸν καὶ ἄναγνον ὄντα εἰς τὰ τεμένη τῶν θεῶν εἰσιόντα μιαίνειν τὴν ἁγνείαν αὐτῶν, ἐπί τε τὰς τραπέζας ἰόντα συγκαταπιμπλάναι τοὺς ἀναιτίους.* Cf. idem de choreut. p. 762. *Meurs.* Them. Att. I, 15. *Desid. Herald.* Animadv. in Ius Attic. et Rom. VII, 23. et *Petit.* Legg. Attic. p. 613.

ὁ γὰρ νόμος ἀπαγορεύει. Haec ab Ald. Lov. Bas. 1. et 2. absunt; leguntur vero ap. *Euseb.* Praep. Ev. XIII. p. 712. D., et *Ficinus* quoque ea expressit vertens: „lex enim ipsa interdicit, atque ita id vetat, ut pro universa civitate interdicere semper et interdictura esse videatur." *Cornarius* corrigebat: καὶ γὰρ ὁ νό-

μος ἀπαγορεύων. — δέον, quum oporteret, vid. ad II, 5. Pro προσαγορεύων ex Eusebio, Ald. Lov. Bas. 1. et 2. recepimus προαγορεύων, interdicens; προαγορεύειν enim, ut πρόῤῥησις et προειπεῖν (*Demosth.* in Timocr. p. 733. in Macart. p. 1068.), propria sunt in hac re vocabula, ut infra c. 12. p. 873. A: προῤῥήσεις μὲν τὰς περὶ τοῦ τῶν νομίμων εἴργεσθαι, et paulo post: τὴν πρόῤῥησιν προαγορεύων. *Antiphon* p. 708. 782. 783: προαγορεύων ἐμοὶ εἴργεσθαι τῶν νομίμων — ὁ γὰρ νόμος οὕτως ἔχει, ἐπειδάν τις ἀπογραφῇ φόνου δίκην, εἴργεσθαι τῶν νομίμων. p. 791. *Demosth.* in Aristocrat. p. 632. Leptin. p. 376. al. Cf. *Wesseling.* ad S. Petit. Legg. Attic. p. 613. *Matthiae* l. l. p. 161. — Mox Euseb. εἰργέσθω.

τῶν ἐντὸς ἀνεψιότητος, coniungenda haec cum praegresso ὁ δὲ μὴ ἐπεξιών. Ceterum οἱ ἐντὸς ἀνεψιότητος dicuntur, qui intra consobrinorum cognationem sunt, ut in lege ap. *Demosthen.* adv. Macart. p. 1068. 28: προειπεῖν τῷ κτείναντι ἐν ἀγορᾷ ἐντὸς ἀνεψιότητος cet. Orat. in Everg. p. 1161. 8: κελεύει γὰρ ὁ νόμος, τοὺς προσήκοντας ἐπεξιέναι μέχρι ἀνεψιαδῶν (usque ad consobrinorum liberos). Cf. *Petit.* Legg. Attic. p. 624 sq. et *Matthiae* l. l. p. 159. not. 28.

ὡς ἡ τοῦ νόμου ἀρὰ cet., proprie: *ut legis imprecatio opinionem s. existimationem provocat*, h. e., *quam quidem opinionem* (deorum iram ipsumque piaculum sibi contrahere, qui interfectorem de caede non postulet) *legis imprecatio excitabit.*

τῶν — λουτρῶν φυλακῆς. *Faehsius* p. 392: „Pro λουτρων leg. λύτρων. Error typoth." Sed quid sibi hic velit λυτρῶν (i. e., ἀποίνων, ἃ δίδωσί τις ὑπὲρ φόνου, v. Suidas), non perspicio; et omnes libri exhibent λουτρῶν, quod de balneo s. lavatione capiendum puto, ei praescripta, qui interfectorem, utpote hominem impurum, de caede postulare instituebat, ne illius piaculo inquinaretur. Verba ita cohaerent: πάντα ἀποτελῶν περὶ φυλακῆς τῶν ἐπὶ τούτοις (νομίμων) λουτρῶν καὶ (περὶ) ὅσων ἂν ἑτέρων ὁ θεὸς νόμιμα περὶ ταῦτα (i. q. praecedens ἐπὶ τούτοις) παραδῷ, i. e., ὅσων ἂν ἑτέρων φυλακὴν (quae reliqua observanda esse) παραδῷ; et νόμιμα positum est, ac si ὅσα ἕτερα praecesserit. *Ficinus* vertit: „quae vel de luendi criminis observatione vel de aliis quibuscunque facienda deus instituit." *Cornarius* vero: „postquam lavacra ob haec tutelae gratia instituta et alia — omnia perfecerit." Φυλάττειν, observare, haud negligere, intente curare, notionem

adiunctam habet sibi cavendi ac prospiciendi (*τοῦ φυλάττεσθαι*); et ita *φυλακή* quoque usurpari posse, nullus dubito. — Pro *ἴτω* *Stephanus* scribi volebat *ἴστω*, bene subiiciens „parum tamen meae coniecturae fido." *Ἰέναι*, ut *ἔρχεσθαι*, participio alius verbi futuri temporis ita iungitur, ut pro simplici huius verbi futuro ponatur. Epinom. 4. init. *Ἴωμεν — σκεψόμενοι.* Theaet. p. 180. B: *ὅπερ ᾖα* (sic *Euseb.* Praep. Ev. XIV, 4. p. 724. B.) *ἐρῶν.* p. 198. E: *ὅταν ἀριθμήσων ἴῃ ὁ ἀριθμητικὸς ἤ τι ἀναγνωσόμενος ὁ γραμματικός.* Polit. V, 1. p. 449. A: *Καὶ ἐγὼ μὲν ᾖα τὰς ἐφεξῆς ἐρῶν.* VIII, 12. p. 562. C: *ὅπερ ᾖα νῦν δὴ ἐρῶν.* *Xenoph.* Mem. Socr. III, 9. 9: *ἐξεῖναι γὰρ αὐτοῖς ἰέναι πράξοντας τὰ βελτίω τούτων.* Cyropaed. I, 6. 8: *μὴ ἐθέλειν ἰέναι αὐτοῖς ἀνταγωνιουμένους.* V, 5. 1. VI, 1. 8. al. Cf. *P. Victor.* Var. Lectt. IX, 4. et *Valckenar.* ad Eurip. Phoeniss. p. 382. Pro *ἀναγκάζων* vero egregie *Stephanus* vidit legendum esse *ἀναγκάσων.* Mox *τὴν τῆς δίκης πρᾶξιν* pro *τὴν τῆς πράξεως δίκην* positum est, de qua inversione vid. ad V, 8.

εἰςαγωγῆς. Vid. ad VIII, 11.

P. 356. *μὴ ἐν τῇ τοῦ παθόντος χώρᾳ θαπτέσθω.* *Demosth.* in Aristocr. p. 634. 26: *ἔστι πᾶσιν ὅρος τοῖς ἀνδροφόνοις, τῆς τοῦ παθόντος εἴργεσθαι πατρίδος· ἐκ μὲν δὴ ταύτης δίδωσιν ἐλαύνειν καὶ ἄγειν· πέρα δὲ οὐκ ἐᾷ τούτων οὐδέτερον ποιεῖν.* Cf. c. 12. p. 874. B. al. Verba *ἀναιδείας ἕνεκα* cet. *Ficinus* ita vertendo amplificavit: „quoniam non impie solum, sed impudenter quoque peccavit."

φευγέτω ἀειφυγίαν, in perpetuum exterminator. Sic c. 14. p. 877. C. E. c. 17. p. 881. B. Cf. cum his et seqq. *Demosthen.* in Aristocr. p. 629. ubi v. *Taylor.* in Reiskii Appar. crit. in Demosth. T. I. p. 709., ubi Heraldus citatur. *Wesseling.* ad Petit. Legg. Attic. p. 610. et *Matthiae* l. l. p. 167. not. 46. — Mox *τούτων* pro *ποῦ τῶν* Stephanus e Cornarii correctione recepit. Pro *ἀνατεί* (sic XI, 3. p. 917. C: *ἀνατεὶ τυπτέτω.* c. 13. p. 935. B: *κολαζέτω δὲ ὁ τούτων ἄρχων ἕκαστον ἀνατεί.* Cf. *Ruhnken.* ad Tim. p. 31.) Schol. Ruhnk. *ἀνατί* habet, explicans: *ἀβλαβῶς καὶ ἄνευ τίσεως καὶ τιμωρίας.* In uno vet. libro Stephanus quoque memorat legi *ἀνατί.*

ὁ δὲ ἐπισκηπτόμενος. *Ἐπισκήπτεσθαι*, incumbere in aliquem, h. e., urgere et persequi accusatione, est h. l. i. q. *ἀπογράφεσθαι φόνου δίκην* (*Antiph.* p. 783.) vel *ἐπεξιέναι* s. *ἐπεξέρχε-*

σθαι (vid. ind. Graecit. Antiph. T. VII. p. 904 sq.), accusare de caede; cf. *Pollux* VIII, 33. 118. ubi vid. interpp. et *Vales.* ad Harpocrat. v. ἐπεσκήψατο. Sic Euthyphr. c. 10: ὀρθῶς ἔχει ἐπεξιέναι καὶ ἐπισκήπτεσθαι φόνον τὸν υἱὸν τῷ πατρί. Lib. XI, 14. p. 937. B. ἐπισκήπτεσθαι ψευδομαρτυρίας est falsi testimonii aliquem accusare, i. q. ψευδομαρτυριῶν κατηγορεῖν. Vid. Schol. Ruhnk. p. 235. *κατεγγυάτω τόν, ab hoc, quem accusat, vades poscito eius sistendi;* κατεγγυᾶν τινά est enim vadimonio obstringere, vades poscere, ut ap. *Demosthen.* p. 890. 16. al. Male *Ficinus* vertit: „quod si quis hunc defensurus accesserit, pro eo fideiubeat, quem tutatur."

ὁ δὲ παρεχέτω cet. Vulgo scribitur τοὺς ἐγγυητὰς ἀξιόχρεως — τρεῖς ἐγγυητὰς ἀξιόχρεως παρέξειν, ἐγγυωμένους cet., in quo verba τρεῖς ἐγγυητὰς ἀξιόχρεως confusa et loco suo mota esse liquet, unde repetitio illa verborum ἐγγυητάς et ἀξιόχρεως nata est. Nonnisi ita, ut scripsimus, verba sensum praebent, quem orationis cohaerentia postulat; ὁ δὲ παρεχέτω (dato) τρεῖς ἐγγυητάς, οὓς ἂν ἡ ἀρχὴ κρίνῃ ἀξιόχρεως (*quos iudices fide dignos* s. *locupletes iudicaverint*), παρέξειν ἐγγυωμένους εἰς δίκην (*qui vades sint eius sistendi*). Sic XI, 2. p. 914. E: ὁ δὲ ἀφαιρούμενος ἐγγυητὰς τρεῖς ἀξιόχρεως καταστήσας, οὕτως ἀφαιρείσθω κατὰ ταῦτα. Ἀξιόχρεως est ἀξιόπιστος, ἐχέγγυος, locuples, vid. Hesych. Suid. Phavorin. Sic XI, 1. p. 914. D. E. c. 14. p. 937. B. XII, 7. p. 954. A. Apolog. c. 5. 28. *Demosth.* de Cherson. p. 100. Philipp. IV. p. 137. de dot. matern. p. 1026. al. Mox καθιστάναι est i. q. παρέχειν, vades dare. Deinde εἰς κρίσιν pro εἰς τίσιν e cod. Voss. reposuimus, ut *Ficinus* vertit: „iudicio reservetur." Παρέχειν εἰς κρίσιν est *sistere in iudicio*, ut ap. *Xenoph.* Anab. VI, 6. 12. Hist. graec. VII, 4. 38. al.

κατὰ ταυτὰ ὡσαύτως. Vid. de hac orationis ubertate ad I, 5. ταύτην δέ cet. δέ est videlicet; vid. ad II, 1. κατεγγυᾶσθαι pro imperativo est positum: *vadimonio enim, ut dictum est, obstringendi sunt, qui propria manu caedem fecerunt, ita ut, qui illis diem dicat ob caedem admissam* s. accusationem indicat (προαγορεύοντα τὸν φόνον, ut c. 12. p. 874. A. et ap. *Demosth.* p. 1160. 20: ὀνόματι μὲν οὐδενὶ μὴ προαγορεύειν) *simul eos vades poscat. Καί* cum ἅμα coniungi debet: ἅμα καὶ κατεγγυᾶν τούτους. Ad sequentia cf. *Matthiae* l. l. p. 163.

P. 357. ὁ τῆς πόλεως κοινὸς δήμιος, minister publi-

cus, est lictor vel tortor. In seqq. ante ὅθεν interposuimus ἤ, quod salvo sensu abesse nequit. Sic etiam *Ficinus*: „ad interfecti monumentum vel unde illud cernere queat." Ad ὁπόσας int. πληγάς, vid. ad c. 2., et de ἐλῶν (reum peragens) vid. ad VI, 9. Verba ἐάνπερ βιῷ παιόμενος *Cornarius* vertit: „si ita flagellatus adhuc vixerit." — τοῦ τοιούτου refertur ad μηδὲν ἀδικοῦντα.

CAP. XII.

τὰ μὲν πολλά, *plerumque*, vid. ad I, 10. De οἰκούσαις vid. ad I, 3. Pro γένοιντο autem vulgo γένοιτο legitur, quod vitiosum esse liquet. Deinde μὲν δή orationem redintegrat simulque transitioni servit. Paulo post articulus ἡ ante τῶν ξυγγενῶν — τιμωρὸς δίκη ab Ald. Lov. Bas. 1. et 2. abest.

παθεῖν ταυτὰ ἀναγκαίως. Sic *Aeschylus* Choephor. 409:

> Ἀλλὰ νόμος μέν, φονίας σταγόνας
> Χυμένας ἐς πέδον ἄλλο προσαιτεῖν
> Αἷμα· βοᾷ γὰρ λοιγὸς Ἐριννὺν
> Παρὰ τῶν προτέρων φθιμένων ἄταν
> Ἑτέραν ἐπάγουσαν ἐπ' ἄτᾳ.

Antiphon de Herodis caed. p. 709. 2. T. VII: ἔπειτα τίμησίν μοι ἐποίησαν, τοῦ νόμου κειμένου τὸν ἀποκτείναντα ἀνταποθανεῖν.

αὐτὸ τοῦτο. Sic pro αὐτὸν τοῦτο scribendum esse apparet. *Suidas* T. III. p. 484., hunc locum citans, τοῦτον legit et ποτέ omittit. τολμῆσαι est ὑπομεῖναι, ut Suidas recte explicat l. l., sustinere, pati. Sic *Eurip.* Hecub. 330: τόλμα τάδ'. 337: τολμᾷν θ' ἃ μὴ χρή, τῇ βίᾳ νικώμενον. Vid. *Wetsten.* ad Rom. V, 7. et nostra ad II, 6. Verba quae sequuntur ita cohaerent: ἀναγκαῖον (εἶναι), γενέσθαι τε αὐτόν, θηλείας φύσεως μετασχόντα, γενόμενόν τε λιπεῖν τὸν βίον cet. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. γενόμενόν γε.

P. 358. πρὶν ἂν φόνον cet. Particulam ἄν, quae vulgo desideratur, linguae legibus flagitantibus, inseruimus. Mox ἀφιλασαμένη idem esse quod ἐξιλασαμένη et pro mendoso κοιμήσῃ scribendum esse κοιμίσῃ (id etiam Cod. Voss. exhi-

bet), bene monuit *Stephanus*. De κοιμίζειν vid. *Heusd.* Spec. crit. p. 89.

ταῦτα δὴ παρὰ θεῶν cet. Vulgo ταῦτα δέ et in Steph. ταύτας δέ scribitur; sed ταύτας, quum τὰς τοιαύτας sequatur, locum habere nequit, et Cod. Voss., cui Ficinus assentitur, δή exhibet; quocirca ταῦτα (sic, ita, vid. ad III, 9.) δή scripsimus, ut Cod. Voss. εἴργεσθαι est *se abstinere*, sc. ab eiusmodi sceleribus. *Ficinus* ita vertit, ac si τούτων pro ταῦτα legerit: „ab his ergo sceleribus coërcere homines oportet (quasi εἴργεσθαι activum sit verbum), suppliciorum eiusmodi, quae a diis inferuntur, metu.“ *Cornarius:* „haec itaque ex diis timeri oportet et supplicia eiusmodi cavere.“ Mox Ald. Lov. Bas. 1. ἑκουσίαν. Ante ἑκουσίως *Stephanus* desiderabat particulam καί. In seqq. περὶ τοῦ τῶν νομίμων εἴργεσθαι scripsimus pro περὶ τῶν νομ. εἴργ. ita emendante etiam *Matthiae* Miscell. philol. V. I. P. II. p. 161. Cod. Voss. παρὰ τῶν νόμων.

αἱ δὲ ἀρχαὶ πᾶσαι cet. Propter interpositum ἕκαστος et φέρων verbum singulare sequitur ἀφοσιούτω, *civitatem universam ab immani scelere expiato* (nugatur Schol. Ruhnk. in hoc verbo explicando). Novum hoc lapidationis genus cum aliis contulit *Valckenarius* in Adnot. crit. in N. T. V. II. p. 287 seq. ed. Lips.

ταξάσης δίκην. Cod. Voss. δίκη. Deinde ante ἀφίκτῳ interseruimus καί, quod *Stephanus* quoque voluit. — αβίου Schol. Ruhnk. p. 236. ἀβλαβοῦς ἢ ἄνευ βίας. Inepte, quum sensus postulet, ut ἀβίου h. l. sit id quod ἀβιώτου (non vitalis, h. e., extremi vel miserrimi pudoris; ut XI, 7. p. 926. B: ὡς αβίωτον ζῆν κεκτημένῳ. C. 13. p. 874. D. al. Vid. *Alberti* ad Hesych. T. I. p. 18. et *Valcken.* ad Theocrit. Adoniaz. p. 215.); et haud dubie hoc ipsum in ἀβίου locum substituendum est (Vid. *Valcken.* l. l.); namque ἄβιος illa significatione non frequentatur. Mox καὶ τοὺς — νόμους per epexegesin additum est, quum ὧν praecedat, quod ad praegressum νόμιμα refertur. Deinde ποιεῖν cum dativo αὐτοῖσι, ut Latinorum facere cum dativo vel ablativo, vid. *Zeun.* ad Viger. p. 289.

P. 359. ἀργά, inculta, vid. ad VII, 23. Ante ὅσα vero vide ne τῶν expungi debeat, ut ὅσα referatur ad ἐν τοῖς — ὁρίοισι. Ad θάπτειν int. χρή. Deinde pro αὐτούς *Matthiae* Gramm. graec. p. 397. scribi iubebat αὔτως, Homericum illud citans

ἀκλέες αὔτως (Iliad. VII, 100.); sed primum de particulae αὔτως usu in hac sermonis structura, deinde quoque de ipsa Homeri imitatione vehementer dubito. Ceterum conferenda est cum his lex Solonis de iis, qui sibi ipsi manus intulerint, ap. *S. Petit.* p. 58. et 627.

ἐὰν δ' ἄρα. Laudat *Eusebius* Praep. Ev. XII, 42. p. 612. D. Etiam in his legum auctor ad Atticas leges respexit; Draco enim, ut inanima quoque, quae hominem corruentia occidissent, exterminarentur, lege sanxit; vid. *S. Petit.* p. 58. et 628. *Matthiae* l. l. p. 154. Cf. *Demosth.* adv. Aristocr. p. 645. 15. *Aeschin.* adv. Ctesiph. p. 88. al. — πλὴν ὅσα, vid. ad c. 3. Mox αὐτὸ ἐμπεσὸν positum est, ac si ὅσον, non ὅσα, praecedat. Ceterum similiter *Demosth.* l. l.: ἐὰν λίθος ἢ ξύλον ἢ σίδηρος ἤ τι τοιοῦτον ἐμπεσὸν πατάξῃ cet. In seqq. comma post ἐῤῥήθη delevimus; cohaerent enim verba ita: καθάπερ ἐῤῥήθη (int. ἐξορίζειν χρῆναι) τὸ τῶν ζώων γένος.

προαγορεύειν τὸν φόνον, vid. ad c. 11. Liber Bipont. vitiose habet προσαγορεύειν, quod sensum non habet. De frequenti verborum προαγορεύειν et προσαγορεύειν permutatione vid. *Valcken.* ad Herodot. III, 61. Cf. *Matthiae* l. l. p. 161.

Οὗτος δὴ ὁ νόμος cet. Admodum vitiose haec leguntur in Cod. Voss. οὐ κυρίως κείμενος καὶ τὰ τοιαῦτα μέχρι τούτων. οὕτως ὧν δὲ ὀρθῶς ἂν καθαρὸς εἴη· τάδε ἔστω νύκτωρ. In marg. ἐν ἄλλῳ οὕτως εὗρον· οὗτος δὴ νόμος εἷς ἡμῖν ἔστω κυρίως περὶ φόνου κείμενος — καθαρθείη (pro καθαρὸς εἴη). Unde ἡμῖν recepimus, quod *Ficinus* confirmat: „una ergo lex ista *nobis* praecipua de caede sancita sit.“ Praeterea articulus ὁ ante νόμος interponendus est, quem linguae leges poscunt. Tunc pro ὧν vitioso, quod libri Stephan. et Bip. exhibent, scripsimus cum Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ὃν, e κτείνας pendens; sensus est: *quem vero et quando vel qua conditione* (quibus in casibus, ἐφ' οἷς, vid. *Wesseling.* ad Diod. II, 24. p. 138.) *impune interficere liceat, haec definiunto* (τάδ' ἔστω, int. περὶ τούτου λεγόμενα). Pro ὧν *Ficinus* videtur νῦν legisse vertens: „nunc dicamus, in quibus recte mundus est qui occidit.“

νύκτωρ cet. Laudat haec *Eusebius* Praep. Evang. XII, 41. p. 612. C., ubi ἰόντα — ἔστω καθαρὸς scriptum extat. Ceterum similiter Leg. Tabul. XII: si nox furtum faxit et im aliquis occisit, iure caesus esto. Cf. *Ulpianus* Lib. IV. D. ad legem Aquiliam et

Lib. IX. ad leg. Corn. de sicariis. *Petit.* Legg. Attic. p. 634 seq. In primis conferendus est *Demosthenis* locus in Timocrat. p. 735 seq. λωποδύτην, furem praesertim balnearium, vestimenta surripientem, vid. *P. Victor.* Var. Lectt. VII, 17. *Taylor.* ad Demosth. in Timocrat. p. 788. T. I. Appar. Crit. in Demosth. — βιάζηται. De legibus ad stuprum et adulterium spectantibus, vid. *Demosthen.* adv. Aristocr. p. 637. *Lys.* p. 33. T. V. *Meurs.* Them. Attic. I, 5. *Taylor.* Lectt. Lysiac. c. XI. T. VI. p. 301 seq. ed. Reisk. et *Petit.* Legg. Att. p. 564 sq. — Cod. Voss. et Schol. Ruhnk. νηποινί.

P. 360. βοηθῶν θάνατον. *Ficinus* et *Cornarius* θάνατον cum δρῶντι coniunxerunt; et ille quidem ita vertit: „patri haud quaquam per scelus caedem patranti," quod sensui repugnare existimo. Verba μηδὲν ἀνόσιον δρῶντι per se esse sumenda liquet; quocirca, nisi ἀμυνόμενος vel ἀμυνούμενος (*mortem ab eo propulsaturus*) excidisse dixeris, βοηθῶν ita explicandum erit, ut sit *et opem ferre* (πατρὶ) *et opem ferendo propulsare* (θάνατον), significatione, quae dicitur, praegnante positum.

CAP. XIII.

τραύματα δέ. Vulgo δή, ut *Ficinus* quoque vertit: „vulnera namque" cet.; sed orationis cohaerentia δέ mihi videtur poscere. Animi et corporis institutionem excipiunt violentae in utrumque actiones, h. e. caedes et vulnera; et caedem sequuntur vulnera. τά γε δεύτερα per se capio, *utpotè quae secundum locum obtinent*, et μετὰ θανάτους refero ad τάξεις. — Mox ἀκούσια pro ἑκούσια scripsimus, sensu postulante. Sic et *Ficinus*: „nam alia non sponte — fiunt;" et Cod. Voss.

ἱκανὴ — ὥστε, vid. ad IV, 4. Mox ἡγούμενον, *id, a quo reliqua ducantur s. regantur*, igitur *praestantius*; vid. ad V, 3. Mox vulgo συστήσεται legitur, Cod. Voss. autem scribit προστήσεται, unde correximus ποιήσεται: *praeponet*, ut *Ficinus* vertit: „atque haec utraque iustiori meliorique praeponet." Ἐπίπροσθεν τοῦ δικαιοτέρου ποιεῖσθαι est i. q. πρὸ τοῦ δικαιοτέρου ποιεῖσθαι. Vid. *Stephan.* Thesaur. G. L. T. III. p. 559. A. *Viger.* de idiotism. p. 658. al.

ἐπεί, *nam, nisi ita esset:* nisi imperium corrumperet eum ipsum, qui verum cognovit, perfecta cognitio nullis indigeret legibus. De ἐπεί vid. ad III, 6. — νῦν δὲ οὐ γάρ ἐστιν, vid.

ad Sympos. p. 220 sq. — ἀλλ' ἤ, vid. ad VII, 10. In seqq. Bas. 2. τάξωμεν, quod vulgatae scripturae praestat. Etiam *Ficinus:* „statuamus iam."

ἕτερον ἄλλο. Vulgo ἕτερον ἄλλον, sensu adversante; quocirca ἄλλο scripsimus. Ἕτερον pendet e τρώσαντα et βλάψαντα, et Latinorum *alterum* (h. e., aliquem, *einen*) est; ἄλλο vero cohaeret cum τί.

ὑπολαβεῖν, interpellare interrogando, vid. ad Polit. I, 6. Cod. Voss. vitiose τὸν τιτρώσαντα ἤ τινας. Deinde pro πότερα scripsimus πότε, quod in libro vet. legi *Stephanus* refert; πότερα sensu caret, πότε contra orationis cohaerentia poscit. Mox pro μηδένα correximus μηδέν; μηδένα e sequente ἀδύνατον natum est. Pro ἀδύνατον vero in libro vet. legi δύνατον *Stephanus* memorat. *Ficinus:* „Haec autem iudicio cuncta vel *nihil* horum committere impossibile est." Μηδέν etiam sequentia postulant τὸ δὲ μηδὲν ἐπιτρέπειν αὖ (int. κρῖναι). Denique verba ποῖα δὴ — δικαστηρίοις in Ficini libro cum Atheniensis oratione cohaerent, sensu repugnante.

CAP. XIV.

φαῦλα καὶ ἄφωνα, quibus notantur iudicia non palam, sed secreto habita, v. *Matthiae* l. l. p. 167. Ceterum vulgo interpungitur: ὡς, ἐν πόλει ἐν ᾗ cet. Mox Bas. 2. ὁ τούτου δ.

τὰς αὐτῶν δόξας. Pronomen αὐτῶν ita positum, ac si δικασταί, non δικαστήρια praecesserit. Deinde verbis ὅλῃ τῇ πόλει praegressum ἐν πόλει perspicuitatis causa repetitum est. — ληφθέντα: *si quis* (vel legis lator) *a necessitate quadam et improviso quasi capitur* s. *cogitur.* Cod. Voss. μὴ ληφθέντα. Mox εἰλημμένον cum verbali ἐπιτρεπτέον coniunctum, ut accusativus poni solet, vid. ad I, 11. Deinde in verbis ὅτι περὶ σμικρότατα (Ald. Lov. Bas. 1. et 2. σμικρότητα, vitiose) traiectio inest, pro περὶ ὅτι σμικρότατα (*circa quamminima* s. *in quamminimis*), vid. ad I, 4. 10. — αὐτοῖς, τοῖς δικαστηρίοις, h. e., δικασταῖς. Sequens αὐτόν est *ipsum* (legis latorem); quocirca accentum suum retinuit. Mox Cod. Voss. τὸ πολλὰ ἐπιτρέπειν, ut *Ficinus* quoque videtur legisse vertens: „rectissime multa — committi possunt." Sed similiter infra legimus: τὰ μέγιστα καὶ πλεῖστα, ubi de eadem re sermo est.

ἡμῖν δή. Sic Cod. Voss. et *Ficinus:* „nemo igitur nos incuset“ cet. Vulgo δέ scribitur.

P. 363. τὴν ἀξίαν τοῦ πάθους, i. e., τὸ ἄξιον πάθος s. ὅ τι ἄξιός ἐστιν πάσχειν τε καὶ πράττειν. Mox δέ post ἐπειδή orationem nectit. οὐ μὴν ἀλλ', *verumenimvero.* — περιγραφήν, *adumbrationem*, vid. ad VI, 14. — τοῦ μήποτε, *ne*, vid. ad I, 9.

ἡ δὴ γραφή. Sic Cod. Voss. et *Ficinus:* „de vulneribus igitur ita sanciamus.“ Vulgo δέ. Mox πλὴν ὧν ὁ νόμος ἐφίησι male cepit *Cornarius* vertens: „exceptis his, *quae* lex permittit;“ quum esse deberet *quos;* significantur enim, quos impune interficere licet, de quibus c. 12. fin. disseruit. οὐδὲ αἰδούμενον, *veniam impetrantem*, vid. ad c. 8: *neque ipsi magis, quam si interfecisset, ignoscendum, sed caedis postulandus est.* Ad ἀναγκάζειν e praegresso ἄξιον petendum est προσῆκόν ἐστι vel χρή: *caedis eum postulare decet, ut poenas det, ita ut ipsi non magis ignoscatur, quam si hominem, quem vulneravit, occidisset.* De re ipsa, *Lys.* adv. Simon. p. 159. T. V: ὅσοι ἐπιβουλεύσαντες ἀποκτεῖναί τινας ἔτρωσαν, ἀποκτεῖναι δὲ οὐκ ἠδυνήθησαν, περὶ τῶν τοιούτων τὰς τιμωρίας οὕτω μεγάλας κατεστήσαντο (οἱ τοὺς νόμους ἐνθάδε θέντες), ἡγούμενοι, ὑπὲρ ὧν ἐβούλευσαν καὶ προὐνοήθησαν, ὑπὲρ τούτων προσήκειν αὐτοῖς δίκην δοῦναι, εἰ δὲ μὴ κατέσχον, οὐδὲν ἧττον τό γε ἐκείνων (vulgo τό γε ἐπ' ἐκείνων) πεποιῆσθαι. Cf. *Meurs.* Them. Attic. I, 16. *Taylor.* Lectt. Lysiac. c. VI. T. VI. p. 312 sq. et *S. Petit.* Legg. Attic. p. 629 sq.

ἀπότροπος μὴ τῷ μὲν cet., i. e., τοῦ μὴ τῷ μ. Mox accusativus καρπούμενον, ut assolet, post dativum illatus, vid. ad III, 5.

τιμᾶν, int. τὸ βλάβος. *Cornarius:* „cuius aestimatio a iudicio fiat, quod causam iudicat.“ — ἐκ τῆς πληγῆς τοῦ τραύματος, ex vulnere inflicto.

P. 364. γυνὴ δὲ ἄνδρα cet. Laudat haec *Eusebius* Praep. Ev. XIII, 21. p. 712. D., ubi τὴν ἑαυτῆς vitiose scribitur. Mox ante ὀρφανῶν e cod. Voss. recepimus ὡς, quod *Stephanus* quoque e libro vet. profert et amplectitur, subiiciens „neque enim revera sunt orphani.“

μέχρις ἀνεψιῶν παίδων, h. e., ἀνεψιαδῶν; vid. ad c. 11. Sic et c. 15. p. 878. D. Verba, quae sequuntur, bene *Cornarius* ita vertit: „et una cum legum custodibus et sacerdotibus inito consi-

lio, haeredem in domum hanc, quae in civitate quinquies millesima et quadragesima est, constituant." Male vulgo post βουλευομένοις commate interpungitur. — δημόσιός τε καὶ ἴδιος, *sive publica* (ut publica sunt magistratuum, al. aedificia) *sive privata est.*

δυστυχηθῇ, h. e., δυστυχὴς καὶ ἀσεβὴς ᾖ vel δυστυχές καὶ ἀσεβές τι πάθῃ, vid. *Coray* ad Heliodor. p. 192. De voce ἤθεον vid. ad VIII, 8. Deinde verba ἢ καὶ ἐν ἀειφυγίᾳ φεύγῃ orationem mutant; scribi enim oportebat ἢ καὶ ἀειφυγία (int. ζημία ᾖ κειμένη), vel, si praegressa spectamus: ὥστε τὸν κεκτημένον — καταλιπεῖν, ἢ καὶ ἐν ἀειφυγίᾳ φεύγειν. — τῶν ἀνδρῶν ἄπαις, ut XI, 7. p. 925. C: ἄπαις δὲ ἀῤῥένων τε καὶ θηλειῶν. *Isaeus* p. 14. T. VII: ἄπαις ὢν γνησίων παίδων. *Andocid.* de myster. p. 58. T. IV: ἄπαις ἀῤῥένων παίδων. Vid. *Valcken.* ad Phoeniss. p. 115. — De verbo ἀποδιοπομπήσασθαι vid. ad c. 1. Ceterum similiter *Lys.* p. 255. T. V: τὴν πόλιν καθαίρειν — καὶ ἀποδιοπομπεῖσθαι.

P. 365. εἰσποιοῦντας, *adoptantes*; εἰσποιεῖν est liberos in alienam domum adsciscere vel adoptare, ut *Demosthen.* p. 1054. 20. 1088. 3. 1091. 14. al. Sic etiam ποιεῖν, ut in seqq., usurpatur.

φήμης ἕνεκα ἐπονομάζοντας, *boni ominis causa eum a patre mortui denominantes, non ab ipso mortuo, in cuius domum adsciscitur.* Mox ἐπευξαμένους referendum ad γεννήτορα — ἔσεσθαι, τούτῳ vero τῷ τρόπῳ ad αὐτὸν κληρονόμον καταστῆσαι. Nisi verba in his libris tam crebro transposita invenirentur, ἐπευξαμένους τούτῳ τῷ τρόπῳ legendum esse censeremus.

CAP. XV.

πρότερον, quod *Ficinus* non expressit, est *prius, quam id, quod non in medio situm est.* Mox pro ἐνεστώτων in vet. libro legi ἐνίστω τῶν, in aliis ἔστω τῶν *Stephanus* refert; sed recte habet ἐνεστώτων, i. e., προκειμένων: *vulnera igitur ex ira inflicta si adsunt* s. *extant, in disquisitionem veniunt.* — τοῦτον δέ; particula δέ apodosin facit, ac si praecesserit ἐὰν δέ τις pro ὅσα δέ τις.

P. 366. τοὺς γεννήτας, qui eiusdem gentis sunt, gentiles. Vid. *Pollux* VIII, 9. §. 111. Cf. *Taylor.* ad Demosthen. in Ne-

aer. T. II. p. 1023. Reisk. Appar. crit. et quos ibi citavit vir doctissimus. Fuerunt, qui *γεννηταί* scribere mallent.

ποιητοί, i. e., *θετοί* s. *εἰσποιητοί*, adoptati, ut XI, 7. p. 923. E: *εἴτε γεννητὸς ὢν εἴτε ποιητός*. Sic *Lys.* p. 510. T. V. *Isaeus* p. 90. 96. 121. 122. 123. 169. al. T. VII. *Lycurg.* p. 174. T. IV. al. De *ποιεῖσθαι*, adoptare, vid. *Wyttenbach.* Bibl. crit. V. III. P. IV. p. 76 sq. Mox *εἴ* est *utrum*, vid. ad I, 11. et VII, 18.

ἐξιάσθω. *Ἐξιᾶσθαι*, *ἀκεῖσθαι* et *ἐξακεῖσθαι*, proprie laesa reficere et sarcire, est *reparare*, v. *Hemsterhus.* ad Thom. M. p. 26. *Wesseling.* ad Herod. V, 91. Sic X, 1. p. 885. D. XI, 12. p. 933. E. al.

εἶναί τις. Offendit *τίς*, nimis remotum a verbo suo *αἰτιᾶται* et abundans fere; rectius enim haec ad *ὁ κεκτημένος* (dominus) referrentur, quia de hoc ipso agitur. Quocirca pro *τίς* scribendum esse censeo *τινά*, quod cum *μηχανήν* coniungatur. Mox *ἀμφισβητησάτω* est: *in controversiam id vocato*, sc. coram iudicibus. Deinde pro *ἄλλος* scripsimus *ἄλλως*, *Stephanum* secuti; quod nunc quidem factum nollem; *ἄλλος* enim propter *ἄλλον* appositum est ex abundanti. Sic XI, 12. init. *Ὅσα τις ἄλλος ἄλλον πημαίνει.* p. 933. E: *ὅσα ἄν τις ἕτερος ἄλλον πημήνῃ.* c. 13.

CAP. XVI.

αἰκίας. *Αἰκία* iniuria est cum contumelia coniuncta et, quae contumeliae causa fit, verberatio, v. *Salmas.* Observatt. ad Ius Attic. et Rom. p. 227 sq. 282 sq. *Des. Herald.* Animadv. ad Ius Attic. et Rom. II, 9. III, 3. *Petit.* Legg. Attic. p. 628 sq.

ὧδε οὖν χρή cet. Citavit haec *Stobaeus* Serm. XLII. p. 301. 15. Mox in verbis *πρεσβύτερον* et *πρεσβευόμενον* (colendum; *πρεσβεύειν* est enim colere, *προτιμᾶν*, Latin. *nihil antiquius habere*, v. *Iungermann.* ad Polluc. II, 12. et *Schweighaeuser.* ad Epict. Dissert. IV, 8. 10.) paronomasia inest, vid. II, 4. De *ἐν*, *apud*, *existimatione*, vid. ad I, 6. Deinde *αὐτῷ* referendum ad *γέροντος*: *ταύτην τὴν τιμὴν τιθεμένῳ εἰς γῆρας αὐτῷ*: *hanc venerationem* (*τιμή* est veneratio, qua iuvenes afficiunt seniores) *ipsius senectuti tribuenti.* *Ficinus* vertit: „id ob senectutis reverentiam patienter ferre." *Cornarius* vero haec ita reddidit, ac si *αὑτῷ* legerit: „et honorem hunc sibi in senectutem ducere;" tunc *τίθεσθαι* esset id

quod ἀποτίθεσθαι, reponere, reservare, ut ap. *Xenoph.* Memor. Socr. II, 1. 31: τὰ χαλεπὰ εἰς τὸ γῆρας ἀποθέμενοι.

πᾶς ἡμῖν cet. Laudat *Euseb.* Praep. Ev. XII, 36. p. 611. A., ubi λόγῳ pro ἔπει extat. Mox Stob. φυτεῦσαι. De ὡς δ' αὔτως vid. ad V, 2. De ὑπάρχων vid. ad IX, 9. Mox πληγαῖς νουθετεῖν, verberibus castigare, *Stephanus* egregie reposuit pro νομοθετεῖν. *Cornarius* corrigebat ἀθετεῖν, quod locum habere nequit. Νουθετεῖν etiam cod. Voss. exhibere probabile est, quum nihil diversitatis enotatum reperiamus. Deinde ante ἑαυτόν cod. Voss. interponit καί, quod *Stephanus* quoque affert; sed eo non opus est; θρασυνόμενον est enim i. q. θρασέως, audacter, ferociter.

εὐλαβούμενοι, universe quidem ad sequentia spectat, inprimis vero ad illa ἐὰν δὲ μὴ ἀδικῇ. Ante πατάξῃ e cod. Vo s. αὐτός recepimus. — τῷ ἀπαγαγόντι. ἀπάγειν, quod alias est in carcerem abducere s. rapere, h. l. est *ad iudicem abducere, ad supplicium rapere*, vid. *Reisk.* ind. Graecit. Demosth. p. 80.

καὶ τὸν ἄπαιδα προέχοντα cet. Ante καί excidisse videtur ἤ. *Ficinus:* „aequalis autem si aequalem vel paulo maiorem, nondum tamen patrem, aut senex senem, sive iuvenis iuvenem verberibus caedant.“ ἀμυνέσθω, se defendito vimque propellito, sc. ὁ τυπτόμενος. — κατὰ φύσιν *Serranus* amplificavit ita vertendo: „iniuriam propulsato, non adhibitis quidem armis, sed iis instrumentis, quae natura sumministrarit, manibus videlicet nudis.“ Mox verbis ἄγροικος — λεγόμενος ipsa poena significatur. P. 368. pro ἐπονειδίστου *Stephanus* legi quoque ἀνεπονειδίστου memorat, quod sensui adversatur.

προοιμίου φροντίζων. Bene *Stephanus:* „videri posset scribendum παραμυθίου; nam cum praecesserit καὶ ἐάν τις τοιούτοις παραμυθίοις εὐπειθὴς γίγνηται, nunc de eo, quem δυσπειθῆ vocat et illi opponit, rationi consentaneum esse videtur, ut dicat καὶ μηδὲν παραμυθίου φροντίζων, non autem προοιμίου. Sed intelligit prooemii materiam esse παραμύθιον, et legislatorem suo prooemio eos, quibuscum illi negotium est, παραμυθεῖσθαι. Perinde igitur fuerit, ac si diceret in eo, de quo nunc agitur, loco: καὶ μηδὲν προοιμίου, ὃ ἀντὶ παραμυθίου ἐστί, φροντίζων.“ Mox in libro vet. legi εἴκοσιν ἢ πλείοσιν ἔτεσιν *Stephanus* memorat; *Ficinus* enim vertit: „viginti annis vel pluribus.“ — πρὸς δ' ἔτι, vid. ad V, 14.

ταύτην αὐτὴν τὴν δίκην, hanc ipsam poenam, sc. τὸ δύο ἔτη δεδεμένον εἶναι; pro αὐτὴν ταύτην τὴν δίκην. Sic inverso ordine saepenumero scribitur οὗτος αὐτός; velut *Xenoph.* Oecon. VIII, 17.; infra ἐν τούτῳ αὐτῷ. X, 2: ταῦτα αὐτά. c. 5: ταῦτα αὐτά. c. 12: περὶ τοῦτο αὐτό. XII, 9. p. 958. E. Epinom. 2. p. 975. B. c. 4. p. 978. C. c. 6. p. 982. E.

δικαστήριον, i. q., δικασταί. Vid. ad III, 5.

CAP. XVII.

Νόμοι δέ cet. Laudat *Stobaeus* Serm. XLII. p. 301. 29., ubi pro τεγχθέντων (de quo vid. ad c. 1., sicuti de v. ἀτεράμονι) legitur ταχθέντων, et deinde νομοθετῇ (sic).

P. 369. *ὡς εἰδώς* cet.: *quasi sciat* (inania illa esse terricula-menta, et neutiquam post mortem scelestos ita puniri, ut fama tradat), *quae, utpote homo, scire nequit.*

ἔτι τε τούτων cet. Sensus est: *quod vero ad poenas attinet, quae scelestis dicuntur apud inferos exspectandae esse, ipsi iis magis sunt in extremis* (ipsi tam scelesti sunt, ut nihil scelestius possit cogitari et ipsa inferorum sedes scelerata eorum improbitatem non exaequet), *et nihil* (illae) *efficiunt* (frustra istos avertere ac deterrere conantur). *Λέγοντες* ita positum est, ac si λόγοι περὶ τῶν ἐν ᾅδου πόνων praecedat; igitur λέγοντες sunt λόγοι dehortantes, deterrentes. Pro ἀνύτουσι Stob. ἀνύττουσι, sed vid. *Porson.* ad Eurip. Phoeniss. v. 463.

τὸν ἀνόσιον ἐπονομάζων, eum, qui caedit, scelestum clamitans s. increpans. Articulus indicat, quod et solet et debet fieri (caedentem ita clamitans s. vocans, ut solet eiusmodi homo vocari), vid. ad II, 1.

P. 370. *ὁμογνίου*. Vid. ad V, 2. *πατρῴου*, vid. ad Polit. IV, 5. Comm. p. 485. — Ad *πάντων ἱερῶν εἰργέσθω* cf. *S. Petit.* Legg. Attic. p. 240 sq.

ἐν εὐθύναις ἔστω cet. *Εὔθυναι* proprie de magistratibus ponitur: δίκαι κατὰ τῶν ἀρξάντων κακῶς, si rerum a magistratibus gestarum ratio repetitur. Cf. XII, 3. *Aeschin.* contra Ctesiph. T. III. p. 405. 414. al. V. Schol. Ruhnk. p. 243. et *Ruhnken.* ad Tim. p. 125 sq. Igitur est: *is in iudicium vocator s. accusator*

maximorum criminum hanc ipsam ob causam (*ἐν τούτῳ αὐτῷ*; *ἐν* est propter, vid. ad III, 3.).

ξυνδήσαντες, int. *τὸν δοῦλον.* Mox *ἐν*, ut solet, abundat, vid. ad I, 14.

μὴ λύσῃ. Suidas, hunc locum citans T. II. p. 475., explicat *λυσάτω*, sed *μή* vetans cum imperativo praesentis, non aoristi, apud Atticos coniungitur, vid. *Dorvill.* ad Charit. p. 237. *Valcken.* ad Eurip. Phoeniss. 871. et eruditissimi *Hermanni* dissert. de praeceptis quibusdam Atticistarum (Lips. 1810. 4.), excerpt. in Addend. Gregor. Corinth. p. 864 sq. ed. Schäfer.

LIBER DECIMUS.

CAP. I.

P. 374. *περὶ παντὸς ἕν*: *unum, quod ad universum violentiae genus spectat.*

μηδὲν φέρειν μηδὲ ἄγειν, est *vi auferre*, *βίᾳ ἀφελεῖν*. Sic paulo post: *ὅταν τις — ἄγῃ ἢ φέρῃ — τῶν τοιούτων*. Vid. ad VII, 19. De *βιαίων* actione in universum vid. *Petit.* Legg. Attic. p. 633 sq. — Mox *τάγε εἰρημένα* pro *τά τε εἰρημένα* scripsimus.

εἰς μέγιστα δέ cet. *Matthiae* Misc. philol. V. II. P. II. p. 107. scriptum malebat *ὕβρεις· μέγιστα δέ — ὅταν — γίγνωνται· καὶ διαφερόντως αὖ μεγάλα — εἰς ἱερὰ δὲ καὶ τάφους, δεύτερα* cet. Sed nulla locus indiget correctione; *εἰς μέγιστα* respicit ad ea, quae sequuntur, *εἰς ἱερά*, praegressum vero cohaeret cum *τῶν λοιπῶν*; igitur *εἰς μέγιστα* id fere est, quod *μέγισται*; crimina enim, quae in maxima committuntur, ipsa maxima sint necesse est. — Maxima sunt crimina, quae in sacra committuntur; quum vero sacra duplicis sint generis, communia altera, altera privata, etiam, quae in sacra committuntur, duplicia esse oportet; et graviora sunt, quae in sacra communia vel publica committuntur, leviora, quae in sacra privata vel sepulcra. Sequuntur deinceps, quae contra parentes, magistratus et cives committuntur. In his criminibus enumerandis *δέ* repetitum recte habet, sicut VI, 4. p. 755. E. quater positum est. Sequentia *μεγάλα, δεύτερα* cet. respiciunt ad praegressum *εἰς μέγιστα*, simul vero ita posita sunt, ac si ad substantivum neutrum referri possint; igitur *δεύτερα* proprie est *εἰς δεύτερα* (in secunda), in quo *τοῦ* secundae (int. *ὕβρεις*) notio latet; hinc sequitur, constructione mutata, *τέταρτον γένος ὕβρεως*. Verba *εἰς δὲ γονέας* ita cohaerent: *τρίτα* (in tertia committuntur, h. e., tertium genus est contumeliae), *ὅταν τις ὑβρίζῃ εἰς γονέας, χωρὶς τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων* (in libro praegresso).

τὸ πολιτικὸν — ὑβρισθέν, h. e., τὸ ὕβρισμα s. ἡ ὕβρις εἰς τὸ πολιτικὸν ἑκάστου τῶν πολιτῶν, contumelia in civilem alicuius honorem. Participium substantivi partes agit, vid. ad I, 11. Sic etiam *Ficinus* cepit vertens: „quintum cum civis alicuius civilis dignitas laeditur vel offenditur.“

τὸ παραμύθιον ὑποθεμένῳ. *Cornarius:* „Graeci codices vulgati habent τὸ παραμύθιον ὑποθεμένῳ, sed manuscriptus προοίμιον habet pro παραμύθιον. Et sane etiam in sequentibus προοίμιον vocem usurpat, et in undecimo dialogo ambo, et προοίμιον et παραμύθιον, coniungit. Significat autem παραμύθιον sermonem, qui iustae tractationi praemittitur et assuitur.“ Bene *Stephanus:* „utcunque legas, eodem redire videtur; nam παραμύθιον est veluti materia τοῦ προοιμίου (vid. ad IX, 16.), et legislator suo prooemio eos, quibuscum ipsi negotium est, παραμυθεῖται, h. e., iis, quae praefatur, adhortatur illos et mentes eorum flectere eosque ad bonam frugem reducere conatur, ut ad severam legum sanctionem venire minime necesse sit.“ *Ficinus:* „prooemio quodam proposito.“ Cod. Voss. ὑποθεμένων.

P. 375. *ἀλλ' — πάσχων*, int. τοῦτο ποιεῖ (impius est in deos vel dictis vel factis). Mox ὄντας οὐ φροντίζειν est: εἶναι μέν, φροντίζειν δὲ μηδὲν ἀνθρώπων (ἡγούμενος). Similiter *Hippodamus* in Stob. Serm. XLI. p. 250. 40: τοιοῦτοι δὲ λόγοι τυγχάνοντι οἱ πάντες, ἤτοι μὴ εἶμεν τὸ θεῖον, ἢ καὶ ἐὸν μὴ ἔχεν οὕτως ποτὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, ὥστ' ἐπιβλέπεν αὐτὸ καὶ φροντίζεν, ἀλλ' ἐᾶν καὶ κατολιγωρεῖν. De sententia, deos donis placari posse, vid. ad IV, 8. Polit. II, 7. III, 4. — θυσίαις et εὐχαῖς, ut solent, copulata sunt, v. *Boissonad.* ad Gregor. Corinth. p. 357. ed. Schäf.

νομίζουσιν. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. νομίζομεν. *Ficinus:* „quod nostrum alii — existiment.“ Deinde verba μηδὲν ἡμῶν — παράγεσθαι, quae in libris vett. desiderantur, *Cornarius* e Cod. MS. reponenda esse monuit, quem *Stephanus* tacite secutus est. Etiam *Ficinus* ea expressit. *Cornario*, illis etiam omissis, sententia videbatur plena esse; sed οἳ δέ tunc mancum esset; videri enim posset de duobus hominum generibus agi, quum de tribus disseratur.

πολλακισμυρίων. Cod. Voss. μυριάκις μυρίων. *Ficinus:* „aliisque permultis.“ Mox δέ post δράσαντες est i. q. ἀλλά, vid. ad IV, 3. Deinde pro ἐξακεῖσθαι *Stephanus* memorat legi quoque ἐξιᾶσθαι, quod glossema est; sic enim Schol. Ruhnk. p. 236: ἐξα-

πείσθαι] ἐξετάσθαι, θεραπεύειν. Vid. ad IX, 12. Sequens λέγοντας referendum ad πειθοῖ χρῆσθαι (int. αὐτοὺς, τοὺς νομοθέτας).

δοκεῖ. Cod. Voss. ἐδόκει. Deinde P. 376. ἄστρα τε καὶ τὰ ξύμπαντα, ut *Ficinus* vertit: „sidera ipsumque universum;" sed tunc non bene quadrat καὶ τὰ τῶν ὡρῶν; contra, praegressis γῆ et ἥλιος, rectius habet τὰ ξύμπαντα ἄστρα. Ceterum similiter *Minuc. Felix* Octav. p. 130: „ordo temporum ac frugum stabili varietate distinctus auctorem suum parentemque testatur," ubi v. interpp. inprim. Ouzel. Ad verba πρῶτον μὲν — διειλημμένα int. τεκμήρια ἱκανά ἐστι; et sequens καί est i. q. δεύτερον δέ s. ἔπειτα δέ (int καὶ τοῦτο τεκμήριόν ἐστιν), ὅτι cet.

τῆς διαφθορᾶς. Sic *Cornarius* vel e libro vet. vel de coniectura scribendum esse monuit pro τῆς διαφορᾶς. *Stephanus*: „affertur et alia lectio διαφθορᾶς, quae quin sincera sit, dubitari nequit, quum loquatur de illis, quos μοχθηρούς appellat, et quorum animi ad impietatem ruunt vel prorumpunt (ὁρμῶνται), qua nulla maior esse animorum depravatio potest." *Ficinus* διαφορᾶς legit vertens: „vos enim differentiae istorum causam ignoratis." De crebra vocum διαφορά et διαφθορά permutatione vid. *Dorvill.* ad Charit. p. 305. Denique pro ἀκρατείᾳ in uno vet. δι' ἀκρασίαν legi *Stephanus* memorat. Bas. 2. vitiose ἡγεῖσθαι.

CAP. II.

γενόμενοί τε, int. οἱ θεοί, quod e voce θεογονίαν petendum, vid. ad IX, 8. Pro ὀρθῶς legi quoque ὄντως *Stephanus* adnotat, haud dubie Ficinum significans, qui vertit: „nec *vera* esse fatebor."

τὰ — τῶν ἀρχαίων πέρι, i. e., τὰ τῶν ἀρχαίων s. οἱ ἀρχαῖοι, vid. ad III, 1. — De ὅπῃ θεοῖσι φίλον, vid. ad Phaedr. p. 295. Mox pro αἰτιαθήτων ex Ald. Lov. Bas. 1. 2. et cod. Voss. reposui αἰτιαθήτω (singulari numero). Ὅπῃ vero, quod sequitur, haud dubie corruptum est; suspicor scribendum esse ἔπη (i. e., λόγοι, dicta); ἔπος est enim πᾶς λόγος, v. Etymol. M. et *Eustath.* ad Il. ά. p. 3. Odyss. ά. p. 1380. 61. Tunc αἰτιαθήτω cum αἴτια coniungi oportet; dicitur enim αἰτιᾶσθαί τι αἴτιον, ut Gorg. 519. A: τοὺς τότε παρόντας αἰτιάσονται ξυμβούλους τοὺς αἰτίους τῶν κακῶν, et addito εἶναι, ut p. 518. D: οἱ δ' οὖν δι' ἀπειρίαν οὐ τοὺς ἑστιῶντας αἰτιάσονται τῶν νόσων αἰτίους εἶναι. Hipp. min. p. 372. E: αἰτιῶμαι δὲ τοῦ νῦν παρόντος παθήματος τοὺς ἔμπροσθεν λόγους

αἰτίους εἶναι. Mox *τόδε* pro *τὸ δέ* scripsimus, sensu iubente. Sic Ald. Lov. Bas. 1. 2. et *Ficinus:* „profecto istorum verbis *illud* efficitur, ut" cet. Deinde pro *προσφέροντες* desiderabas *προσφερόντων* propter *ἐμοῦ* et *σοῦ;* sed interpositis *ὅταν τεκμήρια λέγωμεν,* quocum cohaeret *προσφέροντες,* si sensum spectas, oratio mutata est. *Stephanus* legi quoque *προσφέροντος* adnotat, quod locum habere quidem potest (etsi de duabus personis sermo est, vid. ad Phaedr. p. 371.), sed haud necessarium est. — *ἀναπεπεισμένοι.* *Ficinus:* „tunc iuvenes ab istis sapientibus aliter persuasi;" ut, nisi *οἱ νέοι* legerit, illud e praegressis *τῶν νέων* repetierit. *ἀναπεπεισμένοι* est simpliciter persuasi, ad eam sententiam traducti (v. *Abresch.* Auctar. diluc. Thucyd. p. 258.). Participia *ὄντα* et *δυνάμενα* pro infinitivis posita sunt, vid. ad I, 11. — Verbis *γῆν τε καὶ λίθους ὄντα* in primis Anaxagorae decretum significatur, solem esse lapidem s. globum lapideum et igneum. Apolog. c. 14: *τὸν μὲν ἥλιον λίθον φησὶν εἶναι, τὴν δὲ σελήνην γῆν.* *Xenoph.* Mem. Socr. IV, 7. 7: *λίθον διάπυρον.* Vid. *Diogen. Laert.* II, 8. Schol. ad Eurip. Orest. 982. *Wolf.* ad Origen. Philosoph. 8. T. I. p. 888. Paris. *Fischer.* ad Apolog. p. 102. *Ruhkopf.* ad Senec. T. IV. p. 353. et *Carus* in Fülleborn. Collect. ad histor. philosoph. P. X. p. 237 sq. — *λόγοισι* — *περιπεπεμμένα,* *speciosis verborum involucris et velamentis probabiliora reddita.* *περιπέττειν* proprie est crustare s. crustam obducere; deinde transfertur ad omnia, quae, sicut panis vel placenta crusta bella decoratur, ita vel verbis vel alia quacunque re speciosa redduntur. Similiter Latinis *crusta* (i. e., forma speciosa) vero ac solido opponitur, ut *Seneca* de provid. 6: „non est ista solida ac sincera felicitas: crusta est." *Aristophanes* Plut. 159: *ὀνόματι περιπέττουσι τὴν μοχθηρίαν,* ubi v. Bergler. (Fischerus, Scholiasten secutus, non recte explicuit). *Xenoph.* Oecon. I, 20: *ὅτι λῦπαι ἄρα ἦσαν ἡδοναῖς περιπεπεμμέναι* (quod non simpliciter est *obtectae* s. *velatae,* ut interpretes, v. c. *Schneiderus,* exponunt, sed *exornatae,* igitur *speciem voluptatum praebentes, voluptates mentitae*). *Lucian.* Anachars. §. 19. T. II. p. 267: *περιπέττειν τὸ πρᾶγμα ἐν τοῖς λόγοις.* Cf. *Valcken.* ad Eurip. fragm. p. 158. A. et *Iacobs.* Animadv. in Athen. p. 279 sq.

νῦν δὲ ὅτε. Cod. Voss. *ὄντες* pro *ὅτε;* haud dubie *ὄντες* ex interpretatione fluxit; solent enim verba *τυγχάνειν* (v. *Locell.* ad Xenoph. Ephes. p. 266. et *Heindorf.* ad Gorg. p. 190.) et *κυρεῖν* (v. *Erfurdt.* ad Sophocl. Antig. 483.), etiam sine participio verbi

substantivi εἶναι poni. Verba ipsa ita resolvenda sunt: λόγον εἰρηκὼς τυγχάνεις, ὅς, εἴ γε εἷς ἦν μόνον, χαλεπὸς ἂν εἴη: sermonem memorasti, qui, si unus tantummodo esset, gravis foret, gravior vero erit, si plures id genus extant.

Τί οὖν δή τι cet. Alterum τὶ est fere (*wohl*), ut solet particulis et pronominibus interrogativis subiici (vid. ad II, 3.), ita ut abundare videatur (vid. *Dorvill.* ad Charit. p. 561.). Verba, quae sequuntur, *τί χρὴ δρᾶν ἡμᾶς*, posita sunt pro *ἡμᾶς χρῆναι δρᾶν*, quae praegressis annectenda erant; *τί χρὴ δρᾶν ἡμᾶς* interrogationem quasi iterant, quo oratio animatur. Mox ἐν est coram (vid. VI, 3.): *coram impiis hominibus, tanquam iudicibus, qui nos aversantur* (non tolerant) *propter leges a nobis datas, dicentes, improbe nos facere, Deos esse lege ponentes.* Φεύγειν est aversari, non tolerare, ut ap. *Xenoph.* Mem. Socr. II, 3. 5: *ἴσως ἂν δέοι φέρειν τὸν ἀδελφόν, καὶ μὴ σμικρῶν ἕνεκα φεύγειν. Περί* est *propter*, ut ap. *Xenoph.* Cyrop. II, 1. 9. III, 1. 14. al. Cf. ad III, 4. De *ὡς ὄντων θεῶν* (*θεοὺς εἶναι*) vid. ad I, 1. *Ficinus* verba *φεύγουσι περὶ τῆς νομοθεσίας* praetermisit, *Cornarius* vero falso vertit: „ob legum lationem in iudicium pertractos," *φεύγειν* pro accusari accipiens.

ὅσα πρέπει, cum sequentibus coniungendum esse, recte *Stephanus* monet. Sic etiam *Ficinus* et *Cornarius* verterunt; et hic quidem: „et sic iam post haec ea, quae decent, legibus sanciverimus."

ἐπείγων διώκει: nemo nos urgens s. instans persequitur, h. e., nemo urget et impellit, quod significat, licere aliqua in re diutius commorari. Cf. *Erasmi* Adag. p. 585. Similiter VI, 22. init. *σχολῆς γὰρ ἀπολαύομεν, καὶ οὐδὲν ἡμᾶς ἐστὶ τὸ κατεπεῖγον.* Mox Cod. Voss. *γελοῖον δὲ δή;* sed *Ficinus:* „quare ridiculum simul et pravum esset."

P. 378. *μηδὲν ἀποθέμενοι, neutiquam ei* (*τῇ δυνάμει*) *parcentes*, h. e., omnem adhibentes; *ἀποτίθεσθαι*, proprie recondere s. reservare in futuros usus, est parcere. *Ficinus* vertit: „pro viribus nihil praetermittamus." Aliquanto melius *Cornarius:* „de ea nihil deponentes."

ξυντείνεις. Schol. Ruhnk. *σπουδάζεις.* *'Αττικοί.*

CAP. III.

νῦν, οὐ πειθόμενοι. Legebatur *γίγνονται. νῦν οὖν πειθόμενοι*, quod corruptum esse liquet. *Cornarius* corrigebat: *νῦν οὖν οὐ πειθόμενοι;* sed bene *Stephanus* vidit, *νῦν* cum praegressis coniungi oportere (respiciuntur enim *οἱ νέοι καὶ σοφοί;* v. c. 2. p. 886. D.), et *οὖν* in *οὐ* esse mutandum. *Ficinus* vertit: „qui horum verborum nobis causam praebuerunt. Hi certe a pueritia ad deos affirmandos eo maxime inducere animum potuerunt, quod— multa de illis — audiebant" cet. Deinde pro *ἐν γάλαξι Stephanus* observat scribendum videri alicui posse *ἐν γάλακτι*, et propter *ἐν*, quia dicatur *γάλακτι τρέφεσθαι*, participium *τρεφόμενοι* putat vix iungi posse verbis *ἐν γάλακτι.* Sed quum *τρέφεσθαι* aliis quoque praepositionibus iungatur, ut praep. *διά* (sic *Xenoph.* Hier. I, 16: *δι ὧν τρεφόμεθα*), quidni etiam cum praepos. *ἐν* connecti possit, quae saepenumero ex abundanti apponitur (vid. ad I, 14.)? Accedit, quod verba *ἐν γάλαξι τρεφόμενοι* a poeta videntur sumta esse. Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *λεγομένων.* — *ὄψεις* explicatur verbis *θύοντας τοὺς αὐτῶν γονέας* cet. *ἑπομένας*, est congruas, sermonibus illis convenientes s. consentientes, vid. ad VIII, 1. Mox *ὁρᾷ* referendum ad sacrificiorum spectaculum, *ἀκούει* vero ad preces, quibus dii adorantur. Pro *τῶν — γονέων — ἐσπουδακότων* et *προσδιαλεγομένων* accusativos reposuimus e cod. Voss., ut *Ficinus* quoque videtur legisse, quum vertat: „dum parentes eorum summo studio pro se liberisque sacrificare et supplices orare deos, quasi quam maxime dii sint, viderent." Hanc ob causam etiam *θυόντων* in *θύοντας* mutavi. Praeterea ante *ὡς* interposui *καί*, quod propter similitudinem compendiorum tachygraphicorum utriusque vocabuli facile excidere potuit. De *καί* etiam *Stephanus* monuit.

ἀνατέλλοντος cet. Mane enim et vesperi veteres precari solebant, vid. *Adr. Turnebi* Advers. XXIV, 35. *προκυλίσεις* et *προσκυνήσεις* varia supplicandi genera significant; *προκυλινδεῖσθαι*, ad genua accidere, est flexis genibus (*ἐπὶ γόνυ* vel *γόνατα πεσόντα*, ap. *Theophrast.* Charact. c. 16.) venerari, h. e., *supplicare*, *προσκυνεῖν* vero est manum ori admovere et deinde versus deum protendere, h. e., *adorare* (v. *Broukhus.* ad Tibull. I, 4, 27. et interpp. ad Minuc. Felic. c. 2.).

P. 379. *ἡμᾶς δ᾽.* Vulgo *ἡμῶν τοὺς δ᾽*, in quo *ἡμῶν* expungendum esse cum Cornario censebat *Stephanus;* sed *τοὺς δ᾽* haud

dubie a librariis interpositum est, qui τοὺς μέν id poscere existimassent. Sensus postulat ἡμᾶς δ': *non decet, ut isti voluptate insatiabili flagrant, ita nos ira adversus illos flagrare.* In seqq. pro περὶ αὐτῶν Ald. Lov. Bas. 1. et 2. περὶ αὐτοῦ. Deinde scribi oportet ταύτην τὴν δόξαν.

τὸ δὲ τοίνυν σοι cet. Pronomen σοί referendum ad φράζοιμ' ἄν, πολλοῖς αὐτῶν vero ad παραγεγονός. Mox ad μεῖναι repet. φράζοιμι ἄν s. φράζω.

τὸ δὴ σαφὲς — περιμενεῖς. Ad verbum haec vertit *Cornarius:* „proinde donec clara, quoad fieri potest, tibi de ipsis sententia fiat, si me audis, exspectabis, considerando, an ita aut aliter res se habet, et percunctando tum ex aliis, tum maxime ex legumlatore.“ *Ficinus* vero, haud dubie nonnulla de suo addens, vertit: „tu igitur, si mihi credes, exspectabis, donec plane constet tibi pro viribus, quid de his iudicandum sit; utque id assequaris, diligenter considerabis, sive sic sive aliter se res habeat, et a ceteris — sciscitaberis. Interea noli tam temerarius esse, ut impie de diis sentias.“ Deinde Cod. Voss. περὶ θεῶν. P. 380. pro εἰς αὖθις scripsimus ἐσαῦθις.

CAP. IV.

Λέγουσι cet. Laudat *Euseb.* Praep. Ev. XII, 50. p. 621. A. De sententia ipsa, vid. IV, 4. p. 709. B. Deinde post καλῶς interrogationis notam poni sensus iubet. In seqq. pro τοὺς ἐκεῖθεν haud dubie scribendum est τὸ ἐκεῖθεν, *quod ex illo consequitur,* cum τί διανοούμενοι τυγχάνουσι coniunctum: *quid inde colligant* s. *concludant.* Mox Cod. Voss. μάλιστα pro κάλλιστα et Euseb. σμικρότατα pro σμικρότερα. *Ficinus:* „minora omnia.“

Ὧδ' ἔτι. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ὧδέ τι. Euseb. ὧδέ πη. Ceterum satis nota est plurium philosophorum sententia, omnia naturà et casu facta esse, non divina providentia; vid. *Euseb.* Praep. Ev. I, 7. Mox πέρι etiam abesse poterat, vid. ad III, 1. Deinde Euseb. οὕτως pro οὕτω scribit, unde *Vigerus* p. 60. coniecit legendum esse ὄντως; sed οὕτω positum est ἐκ παραλλήλου, vid. ad I, 5. — P. 381. Euseb. ὁπόσα ἄν. Deinde Ald. Lov. Bas. 1. 2. et Cod. Voss. οὐδὲ διὰ νοῦν.

παιδιάς τινας. Sic ex Eusebio reposuimus pro παιδείας τινάς, *Vigero* p. 60. et *Ruhnkenio* ad Tim. p. 2 sq. approbanti-

bus. — *θνητὴν ἐκ θνητῶν.* Satis frequens locutio. Sic *Homerus* iam Il. XIV, 472: *κακὸς — κακῶν ἐξ.* *Andocid.* de myster. p. 54. T. IV: *ἀγαθοὶ ἐξ ἀγαθῶν ὄντες.* al. Vid. nostra ad Phaedr. p. 292. et *Lobeck.* ad Sophocl. Ai. p. 409. — Pro *ἑαυτῶν* (*Vigerus* corrigebat *αὐτῶν*, int. *θνητῶν*, vel *αὐτῆς*, sc. *ἀληθείας*) suspicor scribendum esse *αὐτῶν*, int. *τεχνῶν*: imagines a vero aeque abhorrentes, ac ipsas artes: quales pictura cet. profert. Pro *οἷ' ἡ γραφή* ex Euseb. scripsimus *οἷα γραφική.* Sic etiam *Ficinus* legit vertens: „qualia pictura, musica — generant." Ad *ξυνέριθοι* Schol. Ruhnk. adnotat: *συνεργοί, ὡς νῦν, ἢ συνυφαίνουσαι. Ξυνέριθος* est socius, vid. *Ruhnken.* ad Tim. p. 242. et *Valcken.* ad Callimach. fragm. p. 207 sq. — Deinde pro *αἱ δ'* scripsimus *αἳ δ'* cet., ut relativum sit: *quae si quid veri procreent, nonnisi illas esse, quae* cet., pro *ὧν εἴ τινες καὶ σπουδαῖόν τι ἄρα γεννῶσι, ταύτας εἶναι ἐκείνας τῶν τεχνῶν* (illas ex artium numero), *ὁπόσαι* cet. Particula *δέ* vero, ut solet, pronomini subiecta est, vid. ad III, 2. Vulgo *τῶν τεχνῶν* praegressis annexum legitur. Mox ad *τὴν νομοθεσίαν πᾶσαν οὐ φύσει* repet. *κοινωνεῖν.*

τὰ δὲ — δίκαια. Pervulgata est Sophistarum sententia, de qua vid. Gorg. p. 482. E. Theaet. 172. B. Protag. 337. D. *Aristotel.* Polit. I, 3. al. Euseb. *πρῶτον εἶναι — ἑαυτοῖς — ἅδ' ἂν — στάσεις δέ* (ut Cod. Voss.). — *ταῦτ' — ἅπαντα ἀνδρῶν σοφῶν*; desideratur nomen, velut *ῥήματα*, sermones, disputationes.

P. 382. *φασκόντων τὸ δικαιότατον εἶναι* cet. Respicitur *Pindari* dictum, de quo vid. ad III, 10.

ὡς, εἰ μή cet. Deest apodosis, quae infra, structura orationis mutata, infertur: *πειθὼ δέ* cet. Sensus est: *num legum latorem poenis tantummodo minari hominesque ab iniustis impiisque actionibus deterrere, an legibus simul persuasionem animos mitigantem adiungere oportet?* Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *ὅσα δέ.* Ad *πειθὼ δὲ — ἔχειν* repet. *οἴει χρῆναι*, et ante *εἰς δύναμιν ἡμεροῦν* int. *ὥστε* s. *πρὸς τό*: *ut legibus eam adiungens, quoad eius fieri potest, homines mitiget.* Vid. ad II, 8. — *τὸν δέ τινα*, vid. ad I, 12.

πᾶσαν — φωνὴν ἱέντα, proverbialiter omnem vocem mittere dicitur, qui nihil omittit, quo persuadeat; vid. *Erasmi* Adag. p. 788. et nostra ad Polit. V, 19. p. 530.

P. 383. *τί δ', οὐ* cet. Cod. Voss. *τί οὐ;* sed *τί δ'* per se interrogat, et vocativo, *ὦ προθυμότατε Κλεινία*, per hyperbaton subiectum est. *Ficinus:* „nonne arduum est, ea rationibus prosequi, quae ita per omnes divulgata ipsaque prolixa sunt, nec brevitatem patiuntur?" Unde cum Cod. Voss. *οὕτως* ante *εἰς πλήθη* interponendum esse putavimus. — *Διωλύγιον* Hesych. *ἐπὶ πολύ, μέγα καὶ σφοδρὸν διατεταμένον*. Vid. *Dorvill.* ad Charit. p. 278. *Miscell. Observ.* V. V. T. III. p. 95. et *Ruhnken.* ad Tim. p. 88 seq. — Mox *ἠρεμεῖ*, *tacent*, igitur *βοηθοῦ τινὸς δέονται*, oppositum est praegresso *βοήθεια*. Vid. ad Phaedr. p. 386. ubi locis citatis, ut Theaetet. 164. E. Protag. 329. A. 347. E., addatur *Isocrat.* Epist. I. p. 409. Coray: *ἀπόντος γὰρ τοῦ γράψαντος, ἔρημα (τὰ ἐπιστελλόμενα) τοῦ βοηθήσοντός ἐστιν*. Scilicet *βοηθεῖν*, ut constat, est defendere, causam s. patrocinium suscipere, ut ap. *Liban.* Epist. 151. p. 75. et innum. alia.

CAP. V.

Ἀλλὰ δὴ λέγε μοι cet. Laudat *Eusebius* Praep. Ev. XII, 50. p. 622. C., ubi scriptum extat: *ἀλλά γε πάλιν λέγε μοι — τῶν πάντων ἡγεῖσθαι — ψυχὴν δ' — ἀλλ' ὄντως — οὐ γὰρ σμικρόν.* Mox P. 384. *οἱ λόγων ἀπτόμενοι* e cod. Voss. recepimus; vulgo articulus abest. — *ἐξάρχοντες*, praeeuntes, auspicantes (vid. *Casaubon.* ad Athen. V, 9. p. 34. T. III. Schweigh.), h. e., *qui aliis auctores sunt.* Cod. Voss. *ἄλλοι.*

ἀλλ' ὅπῃ δή. Sic Euseb. Vulgo *δή* desideratur.

τοῖς νῦν κατὰ νόμον λεγομένοις θεοῖς. Verba aperte mendosa sunt; *θεοῖς* enim neque verbo *ξυμφωνῆσαι* neque participio *λεγομένοις* neque denique sequentibus *ὡς ὀρθῶς ἔχουσιν* convenit. Scribendum est haud dubie *λόγοις*, ut *οἱ κατὰ νόμον λεγόμενοι λόγοι* (qui videlicet deos esse rerumque humanarum procurationem habere statuunt) opponantur impiis istorum et orationibus et rationibus, de quibus in praegressis disseruit (sic *οἱ λόγων ἀπτόμενοι ἀσεβῶν*). Coniecturae nostrae sensum exhibet *Ficini* translatio, quae haec est: „verum si non aliter convincere possumus, recte se habere, quae de diis secundum legem modo dicuntur, dicendum est omnino." Unde colligi possit, ipsum *περὶ θεῶν* legisse; quanquam fieri quoque potuit, ut *θεοῖς* pro *λόγοις* invenerit, idque, ut sensum commodum praeberet, pro *περὶ θεῶν* positum acceperit.

τὴν τῶν ἀσεβῶν ψυχὴν ἀπεργασάμενοι, quae (et orationes et rationes) impios illorum animos reddunt, h. e., istorum impietatem efficiunt, eius causae sunt. *Τὴν τῶν ἀσεβῶν ψυχὴν* dictum est pro *τὴν τῆς αὐτῶν ψυχῆς ἀσέβειαν*. A cod. Voss. *εἶναι* abest. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *ἐπεφήναντο*.

Ψυχὴν cet. Tim. p. 34. E: *ὁ δὲ καὶ γενέσει καὶ ἀρετῇ προτέραν καὶ πρεσβυτέραν ψυχὴν σώματος ὡς δεσπότιν καὶ ἄρξουσαν ἀρξομένου ξυνεστήσατο*. Mox *ὄν* pro *οὖσα*, vid. ad V, 8. Ab Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *ἦν* abest. Paulo post *γε αὐτῆς* pro *ταύτης* Eusebius suppeditavit. *Ficinus:* „quum ipsa corpore sit antiquior." De particula *γέ* cum participio coniuncta vid. ad VI, 2. Ante *σώματος* particula *ἤ* recte habet, quia genitivi, qui dicuntur, consequentiae *οὔσης* — *αὐτῆς πρεσβυτέρας* praecedunt, v. *Hoogev.* ad Viger. p. 409. ed. Herm., *Abreschium* Diluc. Thuc. Auct. p. 414. refellens.

ἐπονομάζουσιν. Euseb. *αὐτοὶ ἐπονομάζουσι τούτου*.

Πῶς οὐκ ὀρθῶς. Libri editi habent *ΚΛ. Πῶς; ΑΘ. Οὐκ ὀρθῶς φύσιν* cet. Sensus vero poscit hoc, quod reposuimus; et sic *Ficinus* quoque legit vertens: „Cur non recte? *Athen.* Quia naturam generationem circa prima dicere volunt." *Πῶς οὐκ ὀρθῶς* spectat ad praegressum *ἢ οὐκ ὀρθῶς ἐπονομάζουσιν αὐτὸ τοῦτο* (int. *ὄνομα*, hoc ipso nomine); et *ὅτι*, quod sensus postulat et sermonis usus commendat, in hac orationis perturbatione facile excidere potuit. — Mox verba *τὰ δὲ σώματα — πρῶτα*, sensu iubente, cum Ficino et Cornario interponenda esse putavimus. *Ficinus* enim vertit: „primaque ponunt corpora." In seqq. pro *διαφερόντως ὅτι φύσει ταῦτ'* cet. Eusebio praeeunte scripsimus *διαφερόντως φύσει. ταῦτ' ἔσθ' — ἔχοντα, ἂν ψυχὴν* cet. *Φύσει* referendum est ad verba *ἐν πρώτοις γεγενημένη*: *impii dicunt, φύσει prima esse corpora*, vel *φύσιν ipsam constare primis corporibus, ut igne, aëre* cet., *noster vero sermo statuit, animam, utpote corpore priorem, prae omnibus aliis* (*διαφερόντως*, eximie) *φύσει esse dici oportere; consentaneum enim esse, id, quod alterum regat et constituat, esse et prius et naturâ* (revera). *Φύσει εἶναι* dicitur, quod naturâ est, h. e., per se et revera, non ex alio suspensum indeque vitam suam quasi mutuans, ut corpus, quod per animam vivit. Sic supra c. 4. 890. D: *ὡς ἐστὸν φύσει*. Vid. ad VI, 19. *Ficinus*, vulgatam secutus scripturam, vertit: „et haec ipsa ita natura constare, si animam" cet.

ἐπιβαλλόμενοι, aggredientes, suscipientes, ut Sophist. 264. B: μὴ παντάπασιν ἀνήνυτον ἔργον ἐπιβαλλοίμεθα ζητοῦντες αὐτό. Sic absolute quoque ἐπιβάλλεσθαι usurpatur, vid. *Wesseling.* ad Diod. Excerpt. T. II. p. 573. et *Schäfer.* ad L. Bos. Ellips. gr. p. 67. — Pro παραπείσῃ Cod. Voss. mendose παρεποίσῃ.

εἰ, καθάπερ εἰ. Vulgo εἰ καθάπερ, quod *Stephanus* in καθάπερ εἰ mutari volebat; sed εἰ alterum post καθάπερ excidisse apparet, quod, ut sensus et oratio numeris suis explerentur, interposuimus. Verba ita cohaerent: σκοπεῖτε, εἰ (num) μετρίως ἂν ἐδόκουν λέγειν, καθάπερ εἰ (velut s. exempli causa, si) ποταμὸν ἡμᾶς ἔδει — διαβαίνειν, ἐγὼ δὲ (particulam hanc, quam orationis cohaerentia poscit, inseruimus) — εἶπον cet.; et particulae καθάπερ εἰ respondet in seqq. καὶ δὴ καὶ νῦν. — Pro ὑμῶν Cod. Voss. ἡμῶν. *Stephanus:* „legitur etiam ἡμῶν, quae lectio magis apta esse videtur cum νεώτατος; at cum νεώτερος aptius lectum iri ὑμῶν.“ *Ficinus:* „iunior vobis.“ De hoc superlativi usu vid. ad II, 4. — Mox ὅτι Stephano videbatur abundare, nisi scriberetur χρή. Sed ὅτι solet cum infinitivo ita poni, ut per se nullam vim habeat, in primis, si alicuius verba referuntur; vid. *Valcken.* opusc. crit. V. II. p. 300. *Schäfer.* ad Bast. Epist. crit. Append. p. 37. nostra ad Alcibiad. I. p. 305. et *Heindorf.* ad Phaedon. p. 30 sq. — Ad καλεῖν repet. χρῆναι. — *ὡς ὑμῖν, vobis, scilicet senioribus.* Sic in seqq. ὡς τῇ σφῷν ῥώμῃ. Sophist. 234. B: ταχεῖαν ὡς ἐμοὶ σκέψιν ἐπιτάττεις. Parmen. 136. D: πολὺ ἔργον προστάττεις ὡς τηλικῷδε. al. Vid. ad II, 9. et ad Polit. VII, 15. p. 575. *Heusd.* Spec. crit. p. 52. *Heindorf.* ad Sophist. p. 336. — In seqq. ante δοκεῖ colon in comma mutavimus; cohaerent enim; μὴ δὴ — ἐμποιήσῃ —, δοκεῖ δή μοι cet. — *σκοτοδινίαν* cet. Similiter *Aristophan.* Acharn. 1235. coniunxit ἰλιγγιῶ et σκοτοδινιῶ. — Ad *παραφερόμενος* (errans, vagans. Phileb. 38. D. 60. D. Phaedr. 361. B. Politic 275. A. al.) et ἐρωτῶν int. ὁ λόγος. — *πρότερον ὄν;* ὂν pro οὖσαν (vid. V, 8.) et hoc pro εἶναι (vid. I, 11.) positum est. Sic c. 7. p. 896. A: δεδεῖχθαι ψυχὴν ταὐτὸν ὄν. Denique ad Cliniae responsum in Cod. Voss. marg. adnotatum est: ἄγε δεῖξον ὡς εἰσὶ θεοί.

CAP. VI.

Ἄγε δή. Citavit haec *Euseb.* Praep. Ev. XII, 51. p. 623. C. Pro θεόν Vigerus ad Euseb. p. 60. scriptum malebat θεούς; sed etsi pluralis sequitur, tamen θεόν recte habet; constat enim nomen

θεόν, ut Latin. *Deus*, universe poni de diis iisque quae divina habentur. Etiam *Ficinus* vertit: „deum omni studio invocemus.“ Mox *αὑτῶν* pro *αὐτῶν* scripsimus, quia dii ipsi significantur. Euseb. *τὴν αὐτῶν ὡς εἰσὶ — παρακεκλήσθω*. De attica imperativi forma *παρακεκλήσθων* pro *παρακεκλήσθωσαν* vid. ad V, 8.

ἐχόμενοι — πείσματος: *funi* s. *rudente firmo nixi ac confisi*. Imago petita est a navigatione, et ipsa oratio rati comparatur (hinc *ἐπιβαίνωμεν εἰς τὸν νῦν λόγον*, tanquam ratem). Sic Phaedon. 35: *ἐπὶ τούτου* (*τοῦ βελτίστου τῶν ἀνθρωπίνων λόγων*) *ὀχούμενον ὥσπερ ἐπὶ σχεδίας, κινδυνεύοντα διαπλεῦσαι τὸν βίον*. *Cicero* Tusc. Disput. I, 30: „itaque dubitans, circumspectans, haesitans, multa adversa reverens, tanquam ratis in mari immenso, nostra vehitur oratio.“ Vid. *Wyttenbach*. ad Phaedon. p. 227. Ceterum verbis *ἀσφαλοῦς πείσματος* significatur deorum, quae antecedit, invocatio. — Pro *ἐπιβαίνωμεν* legi quoque *ἐπεισβαίνωμεν*: *Stephanus* refert, quod haud scio an praeferendum sit propter praepositionem *εἰς*; *ἐπιβαίνειν* enim cum *ἐπί* (ut *ἐπιβαίνειν ἐπὶ τὸ πλοῖον*, al.) construi solet. *Xenoph*. Hist. graec. I, 1. 6: *ἐπεισβαίνων τῷ ἵππῳ εἰς τὴν θάλατταν*.

φαίνεται κατὰ τάδε· *Ὦ* cet. Sic Eusebius locum exhibet, confirmante *Ficino*, qui vertit: „in hac autem disputatione interrogationibus huiusmodi *sic* securissime respondere videor: Si quis roget, o amice“ cet. Vulgo *φαίνεται. κᾆτα δέ*, quod sensum non habet, sed e *κατὰ τάδε* quomodo oriri potuerit, facile est perspectu.

P. 387. *Τὰ τὴν τῶν ἑστώτων — δύναμιν*: „quae in medio stare possunt, ea dicis in uno moveri, quemadmodum circulorum, qui stare dicuntur, circuitus (circumferentia) vertitur.“ Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *κύκλῳ*. In sequentibus varias singulorum in circulo orbium motiones significat; nam certa quadam ratione (*ἀνὰ λόγον*, quod vulgo *ἀνάλογον* scribitur; vid. ad Polit. VI, 18.; et *κατὰ λόγον*), quo maior orbis circuli est, eo maior eius celeritas; quo fit, ut una motio (totius circuli), pro varia orbium singulorum motione, simul tardior ac celerior sit. — Mox *Τὰ δέ γε κινούμενα* seqq. Atheniensis sunt verba respondentis; vulgo *τὰ δέ γε* scribitur, ac si cum praegressis sint oratio ignoti, quicum Atheniensis fingitur sermonem conferre. *πορεύουσα*, traiiciens, int. *ἡ κίνησις*. — *ἔστιν ὅτε* praegresso *τοτὲ μέν* appositum est

ἐκ παραλλήλου, ut *Stephanus* bene observavit. Ceterum intelligi oportet corpora, quae non in uno orbe moventur, sed in alium semper locum transeunt, ita ut centri basis semper mutetur; quam quidem motionem τοπικὴν μετάβασιν vocat *Sextus Empir.* Pyrrh. Hypotyp. III, 8. §. 64., ubi hae sex motionis species enumerantur: τοπικὴ μετάβασις (localis transitus), φυσικὴ μεταβολή (naturalis mutatio, i. q. ἀλλοίωσις), αὔξησις (augmentum), μείωσις (decrementum), γένεσις (generatio) et φθορά (corruptio). Vid. *Aristotel.* Phys. auscult. VII, 2. VIII, 7. Phys. V, 3. VII, 3. de generat. et corrupt. I, 4. al. *Chalcid.* in Tim. p. 357 sq. Duas Plato alias statuit motus species: ἀλλοίωσιν et φοράν (mutationem κατὰ πάθος s. qualitatis, et mutationem κατὰ τόπον; voce enim κίνησις veteres non solum, quae proprie moventur, sed universe quoque, quae mutantur, significasse constat); φορᾶς autem duo genera posuit: περιφορὰν et τοπικὴν μετάβασιν. Parmen. 138. C: ὅτι κινούμενον ἢ φέροιτο ἢ ἀλλοιοῖτο ἄν· αὗται γὰρ μόναι κινήσεις.— καὶ μὴν εἰ φέροιτο τὸ ἕν, ἤτοι ἐν τῷ αὐτῷ ἂν περιφέροιτο κύκλῳ, ἢ μεταλλάττοι χώραν ἑτέραν ἐξ ἑτέρας. — κύκλῳ μὲν περιφερόμενον ἐπὶ μέσου βεβηκέναι ἀνάγκη, καὶ τὰ περὶ τὸ μέσον φερόμενα ἄλλα μέρη ἔχειν ἑαυτοῦ. Cf. Theaet. p. 181. D. — τοῖς δ' ἀλλήλοις — φερομένοις, int. προστυγχάνοντα; ἀλλήλοις pendet e verbis ἐξ ἐναντίας (quae adversus ipsa moventur et adversus quae feruntur); cum his ξυγκρίνεται, γιγνόμενα εἰς ἓν μέσα τε καὶ μεταξὺ τῶν τοιούτων: *cum iis in unum convenientia, ita ut media et inter ea sint*, h. e., *ut ipsa pervadant et in ea penetrent.*

Λέγω — λέγεις. Haec alterius esse verba liquet; quocirca maiuscula litera a reliqua oratione ea distinximus. Mox φθίνει capiendum est de μειώσει, decremento, cui adiungitur φθορά, interitus.

τί πάθος. Vulgo ἄν τι πάθος, ut *Ficinus* vertit: „fit igitur omnium generatio, quando passio quaedam fit.“ Quod ineptum est. Leni mutatione scripsimus ἡνίκ' ἂν τί πάθος ᾖ: *rerum omnium generatio fit, quando quid evenit?* h. e., *quid fit, quando res generantur*, s. *quomodo generatur quidquam?* Πάθος et πάσχειν ponuntur de omnibus, quae alicui rei accidunt, vid. *Küster.* ad Aristoph. Plut. 551. *Τί πάθος* scribendum esse *Böckhius* (in Min. p. 104.) quoque iudicaverat. Verbis δῆλον ὡς (int. γένεσις γίγνεται), ὁπόταν cet. respondet Atheniensis ad suam ipse interrogationem, ut IV, 12. p. 723. B: τί τὸ μετὰ τοῦτο ἄν μοι βουληθείην εἰρῆσθαι; τόδε ὡς cet. Deinde tres illae μεταβάσεις sunt

corporis, quae vocantur, dimensiones: longitudo, latitudo et altitudo, quibus omne corpus solidum continetur, ut *Macrobius* dicit Somn. Scip. II, 2. p. 124. Bip. Eaedem, ut primae corporis proprietates, infra c. 8. p. 896. D. memorantur. Mox in *αἴσθησιν σχῇ* vox *αἴσθησις* sensu passivo capienda est pro *αἰσθητὴ (ἀρχὴ) ᾖ: percipi possit ab iis, qui sensibus praediti sunt;* nisi malis *σχῇ* pro *παρέχῃ* accipere; *αἴσθησιν* enim alicui *παρέχειν* dicitur, quod eius sensui offertur, in eius sensus s. oculos incurrit. Denique post *ἆρ' οὖν* interrogationis notam delevimus; vid. ad II, 4.

Ἔστω τοίνυν cet. *Macrobius* in Somn. Scip. II, 15. p. 181. „Illa igitur magis probanda est in decimo de legibus a Platone motuum prolata divisio. Omnis motus, inquit, aut se movet et alia aut ab alio movetur et alia movet; et prior ad animam, ad omnia vero corpora secundus refertur. Hi ergo duo motus et differentia separantur et societate iunguntur: commune hoc habent, quod et prior et secundus movent alia, hoc autem differunt, quod ille a se, hic ab alio movetur." Cf. Phaedr. c. 24. et not. nostr. p. 283 sq.

ἐνάτην αὖ. Nona haec est motio, si motionis notione continentur *ἡ περιφορά, ἡ μετάβασις εἰς ἕτερον ἀεὶ τόπον, ἡ ξύγκρισις, ἡ διάκρισις, ἡ αὔξη* et *ἡ φθορά.*

τήν τε ἑαυτήν. *Stephanus* corrigebat *τὴν δὲ ἑαυτήν*, quo non opus est; *δέ* enim sequitur post *ταύτην*, *τέ* vero respondet sequenti *καὶ ἕτερα.*

τίνα προκρίναιμεν. Interponendum est *ἄν*, sed de loco ambigas. Mox *Stephanus* lectionem admodum probabilem memorat *τὴν αὐτὴν αὑτὴν δυναμένην κινεῖν*, ut infra scribitur p. 895. A: *ἡ τῆς αὐτῆς αὑτὴν κινησάσης μεταβολή*, et p. 896. A: *τὴν δυναμένην αὐτὴν αὑτὴν κινεῖν κίνησιν.* Sic etiam p. 895. A. *Eusebius* (Praep. Ev. XII, 51. p. 624. A.) habet *τὴν αὐτὴν ἑαυτὴν δήπου κινοῦσαν.*

Τὸ τῆς δεκάτης ῥηθέν cet., h. e., *ἡ δεκάτη ῥηθεῖσα (κίνησις) οὐκ ὀρθῶς (οὕτως) εἴρηται*, ut infra *ἄρτι ῥηθὲν ἀτόπως ἔνατον*, i. e., *ἡ ἄρτι ῥηθεῖσα* s. *λελεγμένη ἀτόπως ἐνάτη.* Mox verba ita construenda: *τούτου δεύτερον ἔχομεν τὸ μετὰ τοῦτο, ἄρτι ἀτόπως ἔνατον ῥηθέν: secundum habemus id, quod decimum excipit*

(si ordine inverso numeras), *quod modo inepte nonum dictum est*, h. e., *secunda motio est haec, quae modo dicta est.*

CAP. VII.

ὅταν ἕτερον ἄλλο cet.: *si aliud aliud mutat et hoc* (quod ab alio mutatur s. movetur) *semper aliud quid* (itidem) *mutat*, igitur, *si res a se invicem moventur et mutantur, nihil esse primum movens apparet;* contra si omnis motio ab una manat se ipsa movente, haec recte dicitur motionis causa atque origo. — Verba *καὶ πῶς* — *ἀδύνατον γάρ* haud dubie Cliniae sunt tribuenda.

Κάλλιστα. Cod. Voss. *μεταβολὴν μάλιστα εἶπες συγχωρητέα τε τούτοις*, unde *τέ* post *ξυγχωρητέα* recepimus.

Ἔτι δή cet. Laudat *Eusebius* Praep. Ev. XII, 51. p. 624. A., ubi *δή* omissum, pro *τόδε* vero *τῇδε* scribitur, quod recte iam *Stephanus* vulgatae censuit scripturae praeferendum esse; accedit, quod *Ficinus* vertit: „Praeterea *sic* nos ipsos interrogemus, et ipsi nobis respondeamus.“ Deinde *αὐτοῖσιν* pro *αὐτοῖσιν* cum Eusebio scripsimus. Paulo post *οἱ* ante *πλεῖστοι* abest, pro *τὴν αὐτήν* vero scribitur *τὴν αὐτὴν ἑαυτήν*, de quo vid. supra. Verba *εἰ σταίη πως τὰ πάντα* cet. explicat uberius *Hermias* Schol. in Phaedrum p. 116 sq. ed. nostr. — *μεταπέσῃ*, int. *αὐτά, τὰ πάντα*. *Cornarius* haec vertit: „ab alio enim nunquam mutabitur, quum nulla sit ante ipsum mutatio.“ *Μεταπίπτειν* est i. q. *μεταβάλλεσθαι*, mutari, ut X, 12. p. 904. D., et *μετάπτωσις* est *μεταβολή*. Mox Euseb. *μεταβολῶν*, quod vulgatae praestat, licet haec correctione non indigeat. Deinde *κινοῦσάν τε* pro *δέ* scripsimus, sensu poscente. Etiam *Ficinus*: „qua quid ab alio mutatur *et* alia movet.“

P. 390. *Ὁπότε δή.* Euseb. *Ὁπότε δὲ — ἐνεῖναι — γὲ ἐρωτᾷς.*

Ζῆν· πῶς γὰρ οὔ; Legebatur *Ναὶ ζῆν. ΚΛ. Πῶς γὰρ οὔ;* Quod vitiosum esse liquet; *πῶς γὰρ οὔ* enim affirmationi inservit eius, quod antea dictum est; quocirca enuntiationi vel verbo, quo responsio continetur, semper subiicitur. Etiam *Ficinus* vertit: „Id ipsum (int. interrogo). Cl. Vivere certe.“ Ad *Ζῆν* int. *αὐτὸ προσερoῦμεν*. Mox Euseb. *ὅταν*. Pro *μῶν ἄλλο* *Stephanus* scriptum malebat *ἄλλῳ* et in seqq. *οὐκ ἄλλῳ; ἄλλο* est i. q.

ἄλλως, vid. ad I, 5. Proprie est: *μῶν ἄλλο (ποιητέον) ἢ ὁμολογητέον ταυτὸν τοῦτο*, sc. *ζῆν αὐτά*, ea vivere; *ζῆν* per epexegesin, quod dicitur, additum est. Pro *τούτῳ* enim scripsimus *τοῦτο*, quod *Vigero* etiam ad Euseb. p. 60. in mentem venerat. *Ficinus* videtur *ἄλλῳ* et *αὐτῷ τούτῳ* legisse; vertit enim: „num ob aliud vivere ipsum quam ob hoc putabimus?" *Cornarius:* „num aliud, quam eadem hac vivere confidendum est?" ut, retinens *ἄλλο*, videatur *αὐτῷ τούτῳ* scribendum esse censuisse, quod, si libri MSS. suppeditarent, equidem vulgatae scripturae anteponendum existimarem; etsi haec quoque recte habet.

τὸ ὄνομα. Sic Euseb.; vulgo articulus abest. Ceterum *ὁ λόγος* est notio, definitio, vid. *Wyttenbach.* ad Phaedon. p. 198. Mox post *δίχα διαιρούμενον* (*ἔστι — διαιρούμενον* est i. q. *διαιρεῖται*, vel *ἔστι*, i. e. *ἔξεστι, διαιρεῖσθαι*: *divisio bipartita reperitur* s. *obtinet;* vid. ad IV, 6.) Euseb. addit *εἰς ἴσα μέρη*, quod e sequentibus huc inculcatum esse liquet; deinde legit *ἄλλοισι*, et paulo post *ἐάν τε — ἐάν τε.* Sensus est: idem semper significamus, sive de notione interrogati nomen, sive de nomine interrogati notionem damus; unum enim idemque est, quod, si nomen spectas (*ὀνόματι*), par (*ἄρτιον*), sin notionem (*λόγῳ*), numerum in duas partes divisum vocamus. Ald. Lov. Bas. 1. 2. *ἀριθμῷ τούτῳ τῷ.*

P. 391. *Τὸ αὐτὸ κινεῖν* cet. Verba ita cohaerent: *Φῂς τὴν αὐτὴν οὐσίαν ἔχειν λόγον* (hanc habere notionem s. definitionem, ut se ipsa moveat) *τὸ ἑαυτὸ κινεῖν, ἥνπερ* (*ἔχειν φῂς*) *τοὔνομα, ὃ δὴ πάντες ψυχὴν προσαγορεύομεν: idem, quod animae nomen habet notionem se ipsum movendi habere dicis. Stephanus* ἥπερ vel ᾗπερ (int. *ἐστί*) scriptum malebat; neutro opus est.

ἆρα ἔτι ποθοῦμεν cet. *ποθοῦμεν* praegnantem, qui dicitur, sensum habet; est enim: *num quid adhuc desideramus, existimantes, non satis demonstratum esse, animam idem esse, et primam procreationem* (h. e., primam natam) *et motum* (i. e., motionis causam) *omnium rerum?* Pro *ταυτόν* vide ne scribendum sit *τοῦτο*, *scilicet et primum et omnium rerum causam esse.* De *ὄν* pro *οὖσαν* vid. ad V, 8.

γενομένη τε καὶ ἀρχή. Vulgo *καί* abest. Verba *πρεσβυτάτη γενομένη* respiciunt praegressa *τὴν πρώτην γένεσιν*, et *ἀρχὴ κινήσεως* illis respondent: *κίνησιν τῶν τε ὄντων* cet. Ad *ἀρχη κι-*

νήσεως repet. γενομένη, in quo reliqua simul tempora latent (animam motionis principium et fuisse et esse et futuram esse). Cod. Voss. γενομένη γε ἀρχικὴ κινήσεως, et in marg. ὅρος ψυχῆς. ἐν ἄλλῳ τὸ σαυτὸ κινεῖν φῄς. Mox δεύτερα τε καὶ τοσούτων (ἀριθμῶν πολλοστὴ) ἐστίν. Τὸ πολλοστόν, *unum e multis*, est *minimum, a primo remotissimum* (sic Phileb. 44. E: τὰ πολλοστὰ σκληρότητι). Igitur est: *nonne altera illa motio secunda erit et a prima tanto remota s. reducta* (ea tanto inferior), *quanto quis, motiones numerans, a principe eam removere voluerit, ut quae corporis sit vere inanimati mutatio?*

εἰρηκότες ἂν εἶμεν. Vulgo ἦμεν, Eusebius vero εἴημεν, quod in atticum εἶμεν (unde ἦμεν, natum) mutavimus, de qua optativi forma vid. *Maittair.* dialect. p. 58. ed. Sturz. et *Fischer.* ad Weller. T. II. p. 501. Ita etiam *Heindorfius* ad Theaet. p. 298. corrigendum esse monuit. — Mox Euseb. pro ἡμῖν legit ἢ μή, quod in locum nostrum non quadrat.

CAP. VIII.

P. 392. Μεμνήμεθά γε cet. Laudat *Eusebius* Praep. Ev. XII, 28. p. 601. C. (Cf. XII, 51. p. 625. C.), ubi πρόσθεν — ψυχὴ — τοῦ σώματος; posterius secuti sumus. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. abest εἰ post ὡς. Mox τὰ τῆς ψυχῆς si in libris bonae notae inveniretur, equidem propter τῶν τοῦ σώματος vulgato τὰ ψυχῆς praeferrem; etsi per se τὰ ψυχῆς non reiiciendum; sic enim I, 4. p. 628. D: τὰ πολέμου, ubi vid. not.

Ψυχὴν δὴ διοικοῦσαν cet. Citant hunc locum celebratissimum *Clemens Alexandr.* Stromat. V. p. 593. A. T. II. p. 701. Pott. ubi v. not. *Euseb.* Praep. Evang. XI, 26. p. 549. C. D. XIII, 13. p. 670. D. et *Theodoret.* Therapeut. Serm. III. p. 525. C. A Clem. et Euseb. (XI, 26. et XIII, 13.) abest δὴ (Euseb. XI, 51. p. 625. D. illud exhibet), et Theodor. scribit δέ. Mox ap. Clem. omissum καὶ ἐνοικοῦσαν ἐν ἅπασι, Theodoret. ἐνοικοῦσαν πᾶσι τοῖς πανταχῇ λέγοντος σοῦ καὶ τὸν οὐρανόν. Verba ἐν ἅπασι absunt quoque ab Euseb. XI, 26. et XIII, 13. libr. XI, 51. p. 625. D. ea agnoscit. Deinde pro μῶν Euseb. πῶς, libro XI, 26. et XIII, 13. μῶν exhibet. Denique Euseb. XIII. et Theodor. διοικεῖν ἀνάγκη.

πλείους, ἐγὼ — ἀποκρινοῦμαι. Legebatur *ΜΕΓ.* Πλείους· ἐγὼ ὑπὲρ σφῷν ἀποκρινοῦμαι. *ΑΘΗΝ.* Δυοῖν cet. Quam secuti sumus scripturam, eam *Stephanus* memorat et *Ficinus* ex-

pressit; Megillo hic non locum esse, sed Atheniensem illa proferre, et sensus et oratio aperte docent. Clem. πλείους ἐγώ, ut et Theodor.; sed ad πλείους repet. e praegressis ἀνάγκη φάναι. Mox σφῶν Clem. Euseb. et Theodor. scribunt; deinde μέν γε a Clem. abest; ap. eund. legitur ἐξεργάσασθαι. Ceterum sententiam de duabus animis, bona una, altera mala, etiam *Xenophon* Cyropaed. VI, 1. 41. secutus est. Cuius quidem rationis, quam dicimus, dualisticae in antiquissimorum et philosophorum et poëtarum sententiis ac placitis vestigia reperimus. Persas in primis constat ei adhaesisse, quorum quidem doctrinam Graecis haud ignotam fuisse, pluribus, si locus esset, testimoniis convincere possemus. Sic v. c. locus c. 13. p. 906. A: εἶναι μὲν τὸν οὐρανὸν πολλῶν μεστὸν ἀγαθῶν, εἶναι δὲ καὶ τῶν ἐναντίων, πλειόνων δὲ τῶν μή· μάχη δή, φαμέν, ἀθάνατός ἐστιν ἡ τοιαύτη καὶ φυλακῆς θαυμαστῆς δεομένη, Zoroastris doctrinam redolet.

ἄγει μὲν δὴ ψυχή cet. Cf. *Hermias* Schol. in Phaedr. p. 115. Post v. πρωτουργοί (vid. de hoc *Atticus* ap. Euseb. Praep. Ev. XV, 8. p. 809. D. et *Viger.* not. p. 77.) *Stephanus* scribi malebat κινήσεσι pro κινήσεις, haud dubie *Ficinum* respiciens, qui vertit: „et ceteris praeterea motibus omnibus;" sed quum ὅσαι — κινήσεις cum sequentibus cohaereat, rectius habet κινήσεις.

P. 393. πᾶσιν οἷς positum est pro πάντα (εἰς πάντα, quod pendet ex ὅσαι — κινήσεις ἄγουσι), οἷς; nisi malis καί expungi, ut πᾶσιν οἷς positum sit pro οἷς πᾶσι, ut *Cornarius* vertit: „quibus omnibus si anima quae dea est utitur;" quanquam καὶ πᾶσιν οἷς, quod *Ficinus* quoque agnoscit, rectius habemus. — θεῖον pro θεόν scripsimus, *Ficinum* secuti, qui vertit: „si intellectum quoque semper divinum acceperit." Eandem lectionem *Stephanus* memorat. Praeterea legi quoque adnotat: προςλαβοῦσα (sic Cod. Paris.) ἀεὶ θεῖον ὀρθῶς (Cod. Paris. θεὸν ὀρθῶς), θεοῖς ὀρθά (Codd. Voss. et Paris.), et in alio exemplo: προςλαβοῦσα ἀεὶ θεὸν ὀρθῶς, θεοῖς ὀρθά. *Ficinus* quoque: „*recte* cuncta *diis recta* feliciaque perducit." Ex quo perspicitur, mendum adhuc in his verbis subesse; in primis offendit θεὸς οὖσα, voci autem ὀρθά bene responderet ὀρθῶς, quod scripturae illae exhibent. Et si coniecturae locus datur, equidem scribam: νοῦν μὲν προςλαβοῦσα (quod et rei et sequenti ξυγγενομένη melius convenit quam προςλαμβάνουσα), κατὰ θεὸν ὀρθῶς ἰοῦσα, ὀρθὰ καὶ εὐδαίμονα παιδαγωγεῖ πάντα (κατὰ θεὸν ἰέναι est *deum sequi*, ut Phaedr. 253. B: κατὰ τὸν θεὸν ἰόντες); ὀρθῶς vero omis-

so simplicius scribi possit: νοῦν μὲν προσλαβοῦσα, ἀεὶ θεῖος οὖσα, ὀρθὰ — παιδαγωγεῖ πάντα.

Πότερον cet. Male vulgo scribitur φαμὲν τὸ φρόνιμον — πλῆρες; ἢ τὸ μηδέτερα κεκτημένον; quum πότερον ψυχῆς γένος sit: utrum (de duobus illis animae generibus) animae genus. Euseb. vitiose τὸ γένος scribit. Deinde Eus. φῶμεν, bene, etsi φαμὲν quoque recte habet; est enim *putamus* s. *arbitramur*, ut *Ficinus* vertit. Sic XI, 7. p. 926. C: φάναι καὶ πατέρας — καταλιπεῖν. C. 8. p. 926. E: πρῶτον μὲν δὴ φαμεν νομοθετεῖν αὐτοῖς τοὺς νομοφύλακας cet. — Paulo post Euseb. μηδ' ἕτερα.

προσλαμβάνειν: *vobis in respondendo opem ferre*, est i. q. ξυλλαμβάνειν (vid. *Bast.* Epist. crit. Append. p. 41. et *Boissonad.* ad Philostrat. p. 385.). Sic *Xenoph.* Anabas. II, 3. 11: καὶ ἅμα αὐτὸς προσελάμβανεν. §. 12: ἐπεὶ δὲ καὶ Κλέαρχον ἑώρων σπουδάζοντα, προσελάμβανον καὶ οἱ πρεσβύτεροι, ubi interpretes bene explicant *manum admovere operi*. Euseb. exhibet προλαμβάνειν, MS. vero προσλαμβάνειν.

P. 394. *ἐξ ἐναντίας — βλέποντες*, *ex adverso*, h. e., *directe quasi solem intuentes*, quo oculorum acies hebescit.

Μεμνήμεθα cet. Cod. Voss. γε τοσοῦτον τῶν τότε, ἔτι τοῦ τόγε, ὅτι. Cod. Paris. *μεμνήμεθα τοίνυν γε τοσοῦτον*. Ἐν ἄλλῳ γρ. Μεμνήμεθα τοίνυν, τόγε τοσοῦτον τῶν τότε, ὅτι. *Stephanus* scripturam profert: μεμνήμεθα τοίνυν γε τοσοῦτον τῶν τότε, ἔτι τοσοῦτό γε, ὅτι τῶν πάντων. Post ἁπάντων Ald. Lov. Bas. 1. et 2. exhibent τούτοιν δὴ τοῖν κινήσεων, quae a Cod. Voss., Stephani libro vet. et Ficino absunt; iam *Cornarius* ea exterminanda esse iudicaverat; irrepserunt videlicet e sequentibus.

Ταύταιν δὴ ταῖν κινήσεοιν. Ita, Eusebium secuti, scripsimus pro Τούτοιν δὴ τοῖν κινήσεοιν; sed rectius mihi nunc videtur vulgata scriptura habere, quum Attici in duali numero masculina et pronomina et adiectiva cum substantivis femininis construere ament, vid. ad I, 13. *Cornarius* scribi volebat: ταύτην δὴ τὴν κίνησιν. Deinde ex Eusebio reposuimus τὴν — φερομένην — οὖσαν pro τοῖν — φερομένοιν — ὄντοιν. Etiam Cod. Voss. τὴν — φερομένην exhibet. *Ficinus*: „motus autem, qui semper in uno fit, necessario circa medium aliquod agitur, et circuli torno confecti similis est.“

καὶ ἕνα λόγον. Excidisse suspicor praepositionem κατά:

καὶ καθ' ἕνα λόγον. — ἀπεικασμένα, neutrum, refertur ad νοῦν et κίνησιν, vid. ad I, 14. — λόγῳ, dativus, est instrumenti index, vid. ad I, 7.

Οὐκοῦν αὖ ἥ γε. Euseb. αὕτη γε ἥ. Mox post v. πρὸς ταῦτα ex Euseb. Cod. Voss. et Ficino (neque *in uno* fertur) interposuimus μηδ' ἐν ἑνί, quod libri editi ignorant, Bas. 2. vero post verba μηδ' ἐν κόσμῳ interpositum habet. Pro ἁπάσης Euseb. αὖ πάσης; sed αὖ iam praecedit.

Νῦν δή. Euseb. Τανῦν. — ἔστιν ἡ περιάγουσα, h. e., ἣ περιάγει s. ἔστιν (vulgo μέν ἐστιν scribitur) ἐκεῖνο, ὃ περιάγει. Vid. ad III, 15. Mox pro τὴν δὲ scripsimus τήν γε. Paulo post Euseb. ἔχειν pro λέγειν et προσεπάκουσον exhibet.

CAP. IX.

ποιησώμεθα. Sic Cod. Voss. Euseb. et *Ficinus:* „de uno igitur verba faciamus." Vulgo ποιησοίμεθα. Deinde Euseb. ἐπὶ πάντα ἁρμόττοντες τὰ ἄστρα φανοῦνται. Mox Cod. Voss. Τίνας. Deinde Euseb. ἀποθανόντος τῶν ζώων οὐδενός.

νοητὸν δ' εἶναι. Inepta est scriptura et sensus, qui inde existit: magna est spes, hoc sensibus percipi non posse, sed mente; etiam id quod sequitur νῷ μόνῳ offendit. Eusebius scribit νοητὸν δὲ μόνον· νῷ δὴ καὶ διανοήματι cet. Haud dubie locus ita constituendus est: ἀλλὰ ἐλπὶς πολλή, τὸ παράπαν τὸ γένος ἡμῖν τοῦτο, ἀναίσθητον πάσαις ταῖς τοῦ σώματος αἰσθήσεσι, περιπεφυκέναι νοητὸν μόνον· νῷ δὴ καὶ διανοήματι cet. Ita etiam περιπεφυκέναι vim suam haberet; est enim proprie superesse; sensus est: *sed recte suspicari possumus* (ἐλπίς, ut ἐλπίζειν, frequenter ita poni constat), *hoc genus, si nullis corporis sensibus percipi possit, superesse s. relinqui, ut sola mente percipiatur.*

εἰ περιάγει. Sic Euseb., vulgo εἴπερ ἄγει. In seqq. P. 396. pro αὕτη ex eodem reposuimus αὐτῇ. — ἤ τινος (fere) ἀέρος, vid. ad I, 12. — ὑπερβαλλούσας θαύματι, i. e., ὑπερβαλλόντως θαυμαστάς. — ποδηγεῖ, pedibus quasi viam monstrat s. praeit, h. e., ducit ac regit. Epist. VII. p. 340. C: ἢ λάβῃ δύναμιν, ὥστε αὐτὸς αὐτὸν χωρὶς τοῦ δείξαντος μὴ ἀδύνατος εἶναι ποδηγεῖν.

Τοῦτο μὲν ἀνάγκη — διάγειν. Haec in Ficini versione Cliniae assignata leguntur. Deinde *Ficinus* vertit: „Praestat au-

tem, ut — deum esse ipsam omnes arbitremur." Igitur ad ἄμεινον intellexit ἐστίν, et χρεών tanquam supervacaneum praetermisit. *Cornarius*: „omnia perducere, sed melius hanc ipsius Solis animam (int. omnia perducere). Sive autem in curribus habens Solem, omnibus nobis lumen producit — deum ipsam putare quivis homo debet." *Stephanus* alterum abesse debere censebat vel χρεών vel ἄμεινον, aut scribi iubebat τὸ ἄμεινον αὐτοῦ, praestantiorem eius partem. Nulla locus correctione indiget, si recte explicatur: *ipso igitur sole* (αὐτοῦ) *quum praestantius quid haec anima sit, quippe quae solem regat et moveat, sive ut currum eum ducens sive extrinsecus eum movens, sive alio quocunque modo, pro deo eam habeant omnes necesse est.* Ad ἄμεινον int. ὄν (i. q. οὖσαν, vid. ad V, 8.), ut solet hoc participium omitti; vid. ad III, 15. Ἐν ἅρμασιν ἔχουσα est *instar currus eum habens*, h. e., ut currum eum ducens (ἐν est enim *loco*, *pro*, ut XI, 1: ἐν οὐσίᾳ κτήσασθαι. Vid. *Viger.* de idiotism. p. 610. Sic etiam εἰς adhibetur, vid. ad III, 15.) *et intrinsecus movens*, ita ut sol quasi currus s. corpus animae sit, quod alias dicitur ὄχημα. Sic Tim. p. 41. D: ξυστήσας δὲ τὸ πᾶν, διεῖλε ψυχὰς ἰσαρίθμους τοῖς ἄστροις, ἔνειμέ θ' ἑκάστην πρὸς ἕκαστον, καὶ ἐμβιβάσας ὡς εἰς ὄχημα, τὴν τοῦ παντὸς φύσιν ἔδειξε. Quo quidem seriores philosophi tantum non abusi sunt. Vid. *Hierocl.* in aur. carm. p. 293. *Origenes* contra Cels. II, 60. T. I. p. 432. F. ubi v. Spencer. De princip. I, 1. §. 7. p. 52. Cf. *Wolf.* ad Origen. Philosoph. 9. T. I. p. 897. Ipsam vero imaginem Solis curru vehentis antiquissimos iam poëtas constat adumbrasse, ut *Mimnerm.* ap. Athen. XI. p. 470. al. Mox ὅπως et ὅπῃ posita sunt ἐκ παραλλήλου, ut in seqq. εἴτε ὅπῃ τε καὶ ὅπως. — ἀγαθαὶ πᾶσαν ἀρετήν, omni virtute praeditae; vulgo suppletur κατά.

ἔσθ' ὅστις cet. Vulgo εἶθ' ὅστις — ὁμολογεῖ, ὑπομένει. Illud εἶθ', e praegressis natum, locum hic habere nequit. *Böckhius* in Min. p. 172. corrigebat εἶθ'; sed unice verum esse puto, quod de coniectura scripsimus ἔσθ' ὅστις; sic enim in seqq. Οὐκ ἔστιν οὕτως — παραφρονῶν οὕτως. Praeterea e cod. Voss. pro ὁμολογεῖ recepimus ὁμολογῶν, et pro ὑπομένει scripsimus ὑπομενεῖ, *Ficinum* secuti, qui vertit: „ita ergo istis concessis, *poteritne* aliquis negare, plena deorum omnia esse?" ὑπομενεῖ etiam *Stephanus* coniecerat. Sed nondum omnia ita correcta sunt, ut satisfacere possint. Ante ἔσθ' ὅστις cet. responsionem desideramus ad praegressam interrogationem, ut verba ita cohaereant: num aliud

quid dicere possumus, quam illud ipsum, animas esse deos? Cl. Nihil aliud. Athen. Igitur, si hoc conceditur, num fieri poterit, ut quis in sententia perseveret, non omnia deorum plena esse (h. e., negans, deorum omnia plena esse)? Quam quidem suspicionem confirmat *Ficinus*, qui vertit: „sive quomodocunque aliter agere id dicantur.' Cl. Omnino. Ath. Ita ergo his concessis cet." Sententia, *πάντα θεῶν πλήρη εἶναι*, iam Thaletis dicitur fuisse, vid. *Diogen. Laert.* I, 27. et *Stobaeus* Eclog. Phys. T. I. P. I. p. 56. ed. Heer. *Aristoteles* de anima I, 8: *καὶ ἐν τῷ ὅλῳ δέ τινες ψυχὴν μεμίχθαι φασίν, ὅθεν ἴσως καὶ Θαλῆς πάντα πλήρη θεῶν εἶναι ᾠήθη.* Cf. de mundo c. 6. al.

εἰπόντες ὅρους, terminos s. limites constituentes, h. e., conditiones ei dicentes. Mox *τούτῳ* pro *τούτων* scripsimus: *quae ex hac sententia, animam esse primam generationem, consequentia diximus.* Deinde pro *βίον* e cod. Voss. recepimus *χρόνον*. Etiam *Ficinus*: „et ita in posterum vivat." Accedit, ut praegressa *ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ* tantum non poscant hic *εἰς τὸν ἐπίλοιπον χρόνον*. Pro *ἐπιδέον* Ald. Lov. Bas. 1. 2. et Cod. Voss. *ἐπιδεῶς*.

CAP. X.

τὸν δὲ ἡγούμενον cet. Laudant hunc locum *Eusebius* Praep. Ev. XII, 52. p. 630. B. et *Theodoret.* Therapeut. Serm. VI. p. 569. D. Eusebius *μέν* post *ἡγούμενον* (quod secuti sumus) interponit, Theodoret. vero post *θεούς* et Cod. Voss. ante *ἡγούμενον*. Ad verba praegressa *τὸ λόγων* *Stephanus* adnotat: „nihil aliud est *τὸ λόγων τέλος ἐχέτω*, quam *οἱ λόγοι τέλος ἐχέτωσαν*. Sed quid si *τὸ τῶν λόγων τέλος* legendum potius esse dicamus? Refertur autem *τούτοις* ad eos, adversus quos disputabat. q. d. Hi igitur ita conclusam meam adversus se disputationem habeant." Sed *τὸ λόγων* est i. q. *οἱ λόγοι*, ut I, 4. *τὰ πολέμου*, ubi cf. not. — *φροντίζειν δὲ αὐτούς*. Pronomen *αὐτούς* a Theodoreto abest, ante *ἀνθρωπίνων* vero articulum *τῶν* habet, quod placet; sic infra quoque: *τῶν δὲ ἀνθρωπίνων καταφρονεῖν καὶ ἀμελεῖν πραγμάτων*. Post *παραμυθητέον* e Theodoret. et Ficino („*sic* a nobis est persuadendus") recepimus *ὧδε*. Deinde post *ἡγεῖ* (vulgo *ἡγῇ*) Theodoret. interponit *εἶναι*; sed infra quoque *ἡγούμενον* omisso *εἶναι* legimus. Mox *ἴσως σε* a Theod. abest, et pro *σέ* Eus. habet *γέ*. Paulo post *ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ* e Theodor. recepimus; vulgo *καί* abest. De hyperbato *δή, φῶμεν* pro *φῶμεν δή* vid. ad IV, 7.

δόξῃ δὲ εὐδαιμονιζόμεναι. Sic Theodor. Vulgo *δόξαι*, quod Stephanus in *δόξαις* mutari volebat. Cod. Voss. *δόξαις δὲ εὐδαιμονιζομέναις*. *Ficinus:* „sed improborum iniustorumque hominum — successus, qui, licet revera felices non sint, vulgo tamen felices habentur." Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *ἄγουσί τε.*

ὅταν ἰδών. Vulgo *ἐν ἅπασι τούτοις. ἰδὼν ἤ* cet.; sic vero desideratur particula ante *ἰδών* et sequentia *ὁρᾷς — τότε* pendent. Eusebius exhibet *ταννῦν ὅταν ἐν ἅπασι τούτοις ἰδών*, unde *ὅταν*, loco suo motum, ante *ἰδών* interposuimus, quod, cum *ὁρᾷς* cohaerens, orationem optime explet; verba enim *ὅταν ἰδὼν — ὁρᾷς* explicationi serviunt praegressorum *ἢ καὶ — ὁρῶν*, et ante *ὅταν ἰδών* intell. particulam, velut *scilicet; ἰδών* universe accipiendum est: *scilicet cognoscens* (maxime eiusmodi homines crimina commisisse), *vel audiendo vel videndo, si eos per haec ipsa ad maximos honores intellexeris evectos esse, tunc deos vituperas* cet. *Stephanus*, Eusebii scripturam proferens, pro *ὅταν* ante *ἐν ἅπασι τούτοις* scribi volebat *ὦ 'τάν* (de quo vid. *Eustath.* ad Iliad. *ά.* p. 18. *Polit.* ad Eustath. p. 53.), et *καί* ante *ἰδών* inserebat, quod utrumque *Ruhnken.* ad Tim. p. 281. adprobavit; sed *ὦ 'τάν* vel *ὦ τᾶν*, ut Ruhnkenius cum aliis scribit, ab hoc loco alienum est. Ante *αὐτόπτης* Euseb. legit *αὐτῶν τινί.* Deinde *πάντα τὰ τοιαῦτ*[illegible] Euseb. et Cod. Voss. recepimus pro *πάντα τοιαῦτα.* Paulo [illegible] Euseb. *ὑπό τε* pro *ὑπὸ τινός* s., ut vulgo scribitur, *ὑπό τινος.*

P. 398. *ἵνα οὖν μή* cet. Plura in his offendunt; et primum quidem *πάθος*, quum sensus videatur poscere: *ἐπὶ μεῖζον πρὸς ἀσέβειαν τὸ νῦν παρὸν δόγμα: ne haec opinio ad maiorem impietatem progrediatur; πάθος* e praegressis huc irrepsisse videri possit; deinde incommodum est *ἀλλ' ἐάν πως — πειρώμεθα.* Attamen, quum explicationem verba admittant, incertis coniecturis abstinebimus. *ἐπὶ μεῖζον πάθος πρὸς ἀσέβειαν* est: *ad maius malum circa* (quod attinet ad) *impietatem.* Sensus: *ne haec opinio ad maiorem tibi progrediatur* s. *te ducat impietatem, saltem* (*ἀλλ'*), *si forte velut averruncare illud oratione possimus, hac oratione uti conemur,* h. e., si illud expellere et prorsus tollere nequeamus, certe oratione quasi averruncare atque expiare conemur. De v. *ἀποδιοπομπήσασθαι* vid. ad IX, 1. De *ἀλλά* vid. VII, 17. Pro *προςιόν* scripsimus *προϊόν*, quod *Vigerus* quoque ad Euseb. p. 61. coniecerat. — *ᾧ*, i. e., *τούτῳ* s. *ἐκείνῳ*, *ὃν — διεπερανάμεθα.* — *σύ*, vid. ad VI, 2. — Mox Euseb. *ἐὰν δὲ — ἐγγίγνηται* pro *ἐμπίπτῃ.* Pro *σφῷν* (Euseb. *σφῶν*) scripsimus *σφώ*, quia structura verborum accusativum

poscit: *ego vos, ut paulo ante* (*νῦν δή*, vid. ad IV, 12.) *fecimus s. diximus*, (respicitur vero locus c. 5. p. 892. D.) *flumen traducam.* *διαβιβῶ*, attic. futur., pro *διαβιβάσω*, vid. *Moer. Attic.* p. 124. ubi cf. Pierson.

Ἀλλ' οὐδὲν cet. Laudat haec *Theodoret.* Therapeut. Serm. VI. p. 570. A., ubi *οὐδὲ τάχ' ἂν εἴη — εἰσὶν οἱ θεοὶ οὐχ ἧττον, μᾶλλον δέ.* Ceterum haec verba, quae vulgo Atheniensi tribuuntur, Megilli esse liquet, ut verba iam ostendunt *ἤκουον* et *παρῆν τοῖς νῦν δὴ λεγομένοις*, quibus significantur, quae Atheniensis in praegressis disputaverat. Etiam illa, quae vulgo Cliniae tribuuntur, *καὶ σφόδρα γε ἐπήκουον*, Megilli sunt verba, egregie in Spartanum convenientia: *καὶ σφόδρα γε ἐπήκουον* (*attendi*). Euseb. *τῷ μεγέθει διαφερόντων.* Mox Euseb. *ἤκουν.* Theodor. *ἤκουσι γὰρ καὶ πάρεισι τοῖς — διαλεγομένοις* (omisso *δή*).

ξυνεξετάζωμεν. Sic Euseb. et *Ficinus:* „communiter investigemus." Vulgo *συνεξεταζόντων.* Illud *Stephanus* quoque scriptum maluit.

καὶ τῶν μὲν προσήκειν ἡμῖν cet.: *et aliqua ad nos pertinere, quaecunque videlicet mala sunt, in deos vero neutiquam cadere dicemus.* De *προσήκειν* cum genitivo rei coniuncto vid. ad II, [illegible]ερ, *si qui sunt, in quos illa cadant;* vid. de elliptico huius particulae usu ad II, 10. Mox *μετόν* pro *μετεῖναι* positum est, ut Phileb. 22. E: *οὐδ' αὖ τῶν δευτερείων ἡδονῇ μετὸν ἀληθῶς ἄν ποτε λέγοιτο*, quae *Bastius* (Peric. critic. in Sympos. p. 144.) sine causa sollicitaverat; vid. Ephemerid. nostras art. et doctrin. T. III. Fasc. I. p. 112. Denique *οὔτε μέγα οὔτε σμικρόν* (*nulla plane ratione*) proverbialiter fere adhibetur, ut Apolog. c. 6. 7. 10. 13. Phileb. p. 32. E. 33. B. *Sophocl.* Trachin. 324. Vid. *Bergler.* ad Alciphr. p. 260. *Hoogev.* ad Viger. p. 114. ed. Herm. et *Reiz.* ad eund. p. 720. Exemplis ibi citatis addere potes, si tanti putes, *Isocrat.* Epist. ad Philipp. II. p. 415. Coray: *τοὺς μήτε μεῖζον μήτ' ἔλαττον αὐτὴν ἠδικηκέναι φάσκοντας.* *Andocid.* de myst. T. IV. p. 15: *οὐδὲ ἔστι μοι ἁμάρτημα περὶ τὼ θεὼ οὔτε μεῖζον οὔτ' ἔλαττον οὔτε ἕν.* *Demosthen.* de Cherson. p. 96: *καὶ διδόασιν οἱ διδόντες οὔτε τὰ μικρὰ οὔτε τὰ πολλὰ ἀντ' οὐδενός.* Philipp. III. p. 111: *οὔτε μικρὸν οὔτε μέγα οὐδὲν τῶν δεόντων ποιούντων ὑμῶν.* Pro coron. p. 274. De fals. legat. 346. Adv. Mid. 538. al.

ὁ ποιητής. *Hesiodus* significatur, cuius versus huc pertinentes in Opp. et dieb. 300 — 304. leguntur. Vid. not. ad Polit.

VIII, 6. p. 552. B. Ad. *γίγνοιτ' ἂν — πᾶσιν ἡμῖν* desideratur *ἐχθρός* vel *μισητός*, quod e sequentibus *ὅ γέ τοι* (sic, *Stephano* emendante, pro *ὅ γέ τι* scripsimus) *αὐτὸς μισεῖ* patet et Ficini translatione confirmatur: „qui deliciis — deditus est — nonne odio nobis habetur?" Etiam *Hesiodus: τῷ γε θεοὶ νεμεσῶσι.* Etiam *ὀρθότατά γε εἰπών* (rectissime hoc dixit; vid. ad IV, 6.) non quadrat, quum praegressa Atheniensis, non Hesiodi verba sint. Ni fallor, verba *ὀρθότατά γε εἰπών* verbis *ἔφασκεν εἶναι* subiicienda sunt, et Cliniae responsio erat *Ὀρθότατα λέγεις* vel simile quid, quod cum praegresso *ὀρθότατά γε εἰπών* confusum oblitterabatur. — Cod. Voss. *ὢν* (pro *ὄν*) — *πᾶς*. Deinde Euseb. *τῷ δέ τι.*

ὁ δὲ τούτου γε νοῦς pro *οὗ δὲ ὁ νοῦς*. Deinde *ὁ πράττων* ex Eusebio et Cod. Voss. recepimus. Libri vett. *ἐπιμελεῖσθαι.* Mox Eusebium secuti *Ποίω δὴ λέγομεν* scripsimus, quum vulgo legeretur *ΚΛ. Ποίω δή; ΑΘΗΝ. Λέγομεν* cet. — Ad *διαφέρον — οἰόμενοι εἶναι* int. *πράττει ὁ πράττων*. Pro *διαφέρει Stephanus διαφέρον*, pro *ὁ δέ* vero *ὅδε* scribi iubebat; sed *εἰ διαφέρει* est: *εἰ μὲν διαφέρει* (i. e. *διαφέρον ἐστί*), *ὁ δὲ ἀμελεῖ.* Verba quae sequuntur ita construo: *ὧν ἂν ἐπιμέλεσθαι, θεὸς ἢ φαῦλός τις ὤν, δυνάμει ἐλλιπὴς καὶ μὴ δυνατὸς* (quod per epexegesin additum est) *γίγνηται: tunc incuria dici nequit, si quis vel parva vel magna non curat, quando eorum curam habere nequit, sive deus sive homo imbecillis est.*

CAP. XI.

P. 400. *ἅτερος.* Euseb. *ἕτερος.* Mox ex eodem, ut ex Ald. Lov. Bas. 1. et 2. revocavimus *ἀμελεῖς* pro *ἀμελεῖν*, quod praegresso *παραιτήτους* convenientius est. Etiam *Ficinus:* „alter in rebus parvis negligentes putat." Pro *λαθεῖν* Cod. Voss. *μαθεῖν.* Mox ante *αἰσθήσεις Matthiae* Gramm. graec. p. 398. articulum deletum malebat. Si retinemus articulum, verba ita capienda sunt: nihil eorum posse latere, quae sensu et intelligentia percipi constat; vid. ad II, 1. — *λέγετε.* Ald. Lov. Bas. 1. 2. *λέγεται*, Euseb. *δέ γε λέγεται*, *Ficinus* vero: „haecne ita se habere dicitis." Quod sensus postulat.

Τί δέ. Sic Euseb. pro eo, quod vulgo legitur, *Τί δαί;* Deinde libri editi *δύναμις ἐστὶν θνητοῖς.*

ὡμολογοῦμεν. Vulgo *ὁμολογοῦμεν*, Euseb. *λέγομεν*. *Ficinus:* „quales esse *consensimus.*" Mox Euseb. *ἔγγονος.*

P. 401. τοῦ γιγνώσκειν τοὐναντίον. Sic Euseb. pro τὸ γιγνώσκειν τοὐναντίον. Verba ita cohaerent: πλὴν τοὐναντίον τοῦ γιγνώσκειν, i. e., τὸ ἀγνοεῖν, quod in seqq. opponitur τῷ γιγνώσκειν. Mox ab Ald. Lov. Bas. 1. et 2. σέ post θῶμεν abest.

ὅτι δεῖ, int. ἐπιμέλεσθαι; post οὐ ποιεῖν int. οὕτω καὶ ἐκείνους (τοὺς θεοὺς) ποιεῖν. Verba εἰδότες — οὐ ποιεῖν explicationi inserviunt antecedentium καθάπερ — λέγονται ποιεῖν: *nempe, meliora cognoscentes, ea non facere.* Pro βελτίω ex Euseb. recepimus βέλτιον: εἰδότες βέλτιον εἶναι ἄλλα πράττειν, ὧν (i. e. τούτων s. ἢ ταῦτα, ἅ) δὴ πράττουσι.

αὐτό ἐστι. Exspectabas αὐτός propter ἄνθρωπος; sed αὐτό positum est, ac si τὸ ζῶον subiectum sit, ut participia et pronomina saepenumero ita ponuntur, ut non ad subiectum, sed ad praedicatum, quod dicitur, referantur. Vid. ad V, 8.

κτήματα. Phaedon. c. 6. (62. B.): θεοὺς εἶναι ἡμῶν τοὺς ἐπιμελομένους, καὶ ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους ἓν τῶν κτημάτων τοῖς θεοῖς εἶναι. Infra c. 13. p. 906. A: ἡμεῖς δ' αὖ κτήματα θεῶν καὶ δαιμόνων. Critia p. 109. B: δίκης δὲ κλήροις τὰ φίλων λαγχάνοντες (θεοὶ) κατῴκιζον τὰς χώρας, καὶ κατοικίσαντες οἷον νομῆς (vulgo νομεῖς) κτήματα καὶ ποίμνια καὶ θρέμματα ἑαυτῶν ἡμᾶς ἔτρεφον. — Pro ὥνπερ scripsimus ὥσπερ, *Ficinum* secuti, qui vertit: „quemadmodum et coelum universum." Idem coniecit *Wyttenbach.* ad Phaedon. p. 140. Post ζῶα Euseb. addit ἢ νοερά; unde *Wyttenbachius* l. l. pristinam fuisse scripturam θνητὰ ζῶα καὶ νοερά, ὧν πλήρη suspicabatur; sed verba ἢ νοερά alienum esse additamentum liquet; sensus vero, qui ex illa scriptura existeret, et per se incommodus et ab hoc orationis nexu alienus esset. ὅλος οὐρανός est universus mundus, τὸ πᾶν, rerum creatarum universitas; vid. ad Phaedr. p. 286 sq. et 302.

ἢ σμικρά. Sic Euseb. et *Ficinus:* „seu parva haec sive magna." Vulgo ἤ abest. Mox libri vett. πεφάτω. Deinde ante οὐδετέρως γάρ omissa est enuntiatio: hoc nihil refert s. eodem redit: nam, sive magna sive parva sunt, dominos nostros ea negligere non decet. Sic enuntiatio solet omitti, cuius rationem reddit particula γάρ, cf. *Viger.* p. 461. Pro οὐδετέρως (nostrum: *in keinem von beiden Fällen*) Euseb. οὐδ' ἑτέρως. Mox idem σκοπῶμεν δὲ δή pro σκ. γὰρ δή, quod secuti sumus, etiam Stephano approbante, qui bene monet: „neque enim haec verba sunt ratio-

nem reddentis, sed ad aliud argumentum transeuntis." *Ficinus:* „sed istud praeterea consideremus." Deinde ἀλλήλοιν et πεφυκότε ad nomina feminina αἰσθήσεως et δυνάμεως referuntur, vid. ad I, 13.

Πῶς λέγεις; Haec verba, quae ab Ald. Lov. Bas. 1. et 2. absunt, Eusebius suppeditavit, Ficino assentiente; quocirca recte iam *Stephanus* ea recepit.

P. 402. *Ἰατρῷ δέ.* Euseb. δή. Post δέ comma posuimus, quod post θεραπεύειν delevimus, ut cohaereant βουλομένῳ καὶ δυναμένῳ θεραπεύειν ὅλον τι προστεταγμένον (ipsius curae mandatum). Euseb. deinde ἐπιμελὲς ἔσται — ἀμελές, εἶθ' ἕξει — αὐτὸ τὸ πᾶν. Pronomen αὐτῷ, ut solet, interpositum, vid. ad I, 1.

Οὐ μήν. Pro μέν ex Euseb. reposuimus μήν; praeterea γέ ex eodem inseruimus, quod tamen rectius nomini κυβερνήταις subiicitur. *Xenoph.* Mem. Socr. I, 2. 5: Ἀλλ' οὐ μὴν θρυπτικός γε, οὐδὲ ἀλαζονικὸς ἦν. Vid. ad VII, 22. fin. Simile est c. 14: Ἀλλ' οὔτε μὴν ἡνιόχοισί γε. Mox Euseb. ἢ σμικρῶν. Ad πολλὰ ἢ μεγάλα repet. e praegressis καλῶς ἕξει. Deinde ex Euseb. ante σμικρῶν interposuimus τῶν.

Μὴ τοίνυν cet. Laudat haec praeter Eusebium *Theodoret.* Therap. Serm. VI. p. 570. B. Euseb. et Theod. τὸν θεόν. Theod. ἀξιῶμεν, quod praeferendum esse videri possit propter μή, quod aoristi I. act. coniunctivo iungi non posse Grammatici contendunt; cui praeceptioni plura obstant exempla, ut Polit. IV, 16: μὴ — ἐπιχειρήσῃ. V, 12. 465. C. X, 9. p. 609. A: οὐ γάρ τό γε ἀγαθὸν μή ποτέ τι ἀπολέσῃ (ubi *Matthiae* Gramm. graec. p. 728. ἀπολέσει corrigebat). Legg. XI, 13. 935. C: ἢ μηδέποτ' ἀριστείων πέρι φιλονεικήσῃ. XII, 2. 945. A: μηδ' εἰς τάξιν κατατάξῃ. Epinom. 8. p. 985. C: οὔποτε μὴ τολμήσῃ καινοτομῶν — τρέψαι πόλιν ἑαυτοῦ. *Xenoph.* Anab. IV, 8. 13: οὐδεὶς μηκέτι μείνῃ τῶν πολεμίων. Quocirca ne ἀξιώσομεν quidem ut scribatur, opus videtur esse. Aliter iudicat *Gottholdus* ad Plutarch. vit. parall. in *Beck.* Act. Sem. reg. V. II. P. II. p. 422 sq. — Mox Theodor. τοσούτῳ — σοφόν — ἐπιμελεῖσθαι δυνατὸν εἶναι καὶ δυνάμενον μὲν ὁρᾶν ἐπιμεληθῆναι (omisso ἦν, quod ab Euseb. quoque abest) — μικρῶν δὲ ὄντων — ἐπιμελεῖσθαι δυνατὸν εἶναι — περὶ θεοῦ — τὸ διανόημα (ut Euseb. et Cod. Voss.) — διανοοῖτ' ἄν.

μάλιστα μετρίως. Euseb. καὶ μεγάλα. — *Τῷ φιλαι-*

τίῳ, μεμψιμοίρῳ, ut Hesych. et Phavor. explicant; vid. *Pollux* III, 139. *Φιλαίτιος* est querulus, qui levi de causa culpare amat.

τῷ γε βιάζεσθαι, h. e., διὰ τὸ βιάζεσθαι s. βιαζόμενοί γε; vid. ad Phaedr. p. 239. et *Heindorf.* ad Phaedon. p. 16. Mox ὀρθῶς, Eusebium et Ficinum secuti, cum λέγειν coniunximus. Sic enim *Ficinus:* „ Ath. Verum hactenus quodammodo — coegimus, ut falsa se opinari (μὴ ὀρθῶς λέγειν) confiteretur. Indigere quoque persuasione — existimo.“ Libri editi scribunt: λέγειν. *ΚΛ.* Ὀρθῶς. *ΑΘ.* Ἐπῳδῶν γε cet. Ante ἐπῳδῶν intell. ὡς, tanquam, vid. ad VIII, 5.

CAP. XII.

P. 403. *Πείθωμεν.* Euseb. πείσωμεν. Conferendi sunt cum his, quae de providentia divina exponuntur, *Cicero* de legib. II, 7. §. 15. *Plutarch.* de fato p. 572. F. T. II. *Euseb.* Praep. Evang. p. 630 sq. *Apulei.* p. 8 sq. ed. Elmenh. *Nemesius* de nat. hom. p. 345: *Πλάτων μὲν οὖν καὶ τὰ καθόλου καὶ τὰ καθ' ἕκαστα πρόνοιαν διοικεῖν βούλεται, διαιρῶν τὸν τῆς προνοίας λόγον εἰς τρία· πρώτην μὲν γὰρ εἶναι τὴν τοῦ πρώτου θεοῦ· προνοεῖν δὲ τούτου προηγουμένως μὲν τῶν ἰδεῶν, ἔπειτα δὲ ξύμπαντος τοῦ καθόλου κόσμου — τῆς δὲ γενέσεως τῶν ἀτίμων ζώων τε καὶ φυτῶν καὶ πάντων τῶν ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ τοὺς δευτέρους θεοὺς τοὺς τὸν οὐρανὸν περιπολοῦντας προνοεῖν — τῆς δὲ διεξαγωγῆς καὶ τοῦ τέλους τῶν πρακτικῶν καὶ τῆς τάξεως τῶν κατὰ τὸν βίον τῶν τε φυσικῶν καὶ τῶν ὑλικῶν τε καὶ ὀργανικῶν καλουμένων ἀγαθῶν καὶ τῶν τούτοις ἀντικειμένων τὴν τρίτην εἶναι πρόνοιαν Πλάτων ἀποφαίνεται.*

τέλος ἀπειργασμένοι. Obscure haec reddiderunt *Ficinus* et *Cornarius*. *Stephanus* τὸ ἔσχατον τέλος scribi iubebat, quod quem sensum habeat, non explicuit. Ni fallor, pro τέλος ἀπειργασμένοι scribendum est τελέως ἀπειργασμένοις, quod referatur ad τούτοις ἑκάστοις: *ut quae usque ad extremam partitionem* (usque ad extremas s. minimas partes) *perfecte constituta et definita sint.* Quibus providentia describitur omnia usque ad minima et extrema constituens ac definiens. Ita etiam ὧν, quod sequitur, cum praegressis melius cohaeret. — In seqq. Euseb. ᾗ τοῦ. Theodor. p. 570. C. πᾶς μὲν γάρ. Ab Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ᾗ abest. *Ficinus:* „ut universi ipsius beata vita sit.“

ξυντείνων. Sic Euseb., quod *Stephanus* quoque et *Heindorfius* ad Gorg. p. 209. scriptum maluerunt; vulgo ξυντεῖνον;

vid. VIII, 2. Mox Theodor. μέρος μὲν ἕνεκεν; sed μὴν respondet praegresso μέν, vid. ad IV, 11. Deinde περὶ σέ bene Euseb. et Theodor. cum libris veteribus; male Stephan. et Bip. περί σε et καί σοι.

ξυντεταγμένη. Sic Cod. Voss. Euseb. et Bas. 2., quod *Ficinus* quoque videtur legisse vertens: „modo cum alio modo cum alio coniuncta." Libri ceteri ἐπιτεταγμένη, quod esset: potestati s. imperio subiecta.

τῷ πεττευτῇ. Deus omnia constituens, ordinans atque etiam transponens lusori comparatur calculos alio loco ponenti; qua in re proprium est vocabulum μετατιθέναι, quod translato deinde sensu est sententiam (quasi calculum) retractare, h. e., mutare. Vid. *Salmas.* ad Hist. Aug. T. II. p. 746. *Vales.* ad Maussac. in Harpocr. p. 89. et *Gesner.* ad Lucian. Cynic. T. IX. p. 444. — Ceterum conferendus est cum hoc loco *Origen.* de princip. II, 9. §. 216. et III, 5. §. 5. — Mox pro ἕκαστον scripsimus ἑκάστῳ, quod *Stephanus* quoque maluit.

Ἧιπερ ἂν ἔχοι cet. Cod. Voss. Εἴπερ ἂν ἔχοι ῥαστώνης. De ῥαστώνη ἐπιμελείας vid. ad III, 5. Ceterum λόγον ἔχειν est *consentaneum esse*, ut IX, 5. p. 860. D. X, 4. p. 891. A. XI, 8. p. 927. E. Epinom. 7. 10. p. 988. C. al. Pro θεοῖς Euseb. θεοῦ; sed dativus pro genitivo positus est, vid. ad I, 1. — Mox libri vett. πλάττει. — Pro ἔμψυχον *Cornarius* scribi volebat ἐμψύχον ab ἐμψύχω, frigefacio, vertens: „velut ex igne aquam frigidam." *Ficinus* vero habet: „ut ex igne aquam animatam." Ni fallor, ἔμψυχον significat aquam ut vivum rerum naturalium principium; namque plures ex aqua omnia esse orta posuerunt, et in primis Heraclitus statuit, ignem mutari in aquam, ut semen omnium rerum, vid. *Clement. Alex.* Strom. V. p. 712. Etiam sententia de perpetuis rerum vicissitudinibus ac mutationibus (μεταβολαῖς) ex Heracliti placitis videtur petita esse, vid. *Plotin.* Ennead. IV, 8. 1. p. 468. — Deinde pro καὶ μή cum *Cornario* scripsimus καὶ ἤ: *modo ex uno multa, modo ex multis unum formans.* — πρώτης — μετειληφότα: ita ut vel unam vel duas vel tres generationes (mutationes, quas recentiores vocant transformationes) patiantur. Deinde ante τῆς — κοσμήσεως interposuimus τά, quod salvo sensu abesse nequit; τὰ τῆς μετατιθεμένης κοσμήσεως est i. q. τὰ μετατιθέμενα.

ἀνώλεθρον δὲ ὂν γενόμενον. Ab Eusebio ὂν abest, ma-

le; est enim ὄν i. q. εἶναι. Mox ψυχὴν καὶ σῶμα epexegesis causa, ut solet, interpositum est, vid. ad I, 6. Verba καθάπερ οἱ κατὰ νόμον (secundum legem fatalem, h. e., quos fatum ut deos constituit. Sic infra κατὰ τὴν τῆς εἱμαρμένης τάξιν καὶ νόμον.) ὄντες θεοὶ respiciunt praegressum αἰώνιον; alterum vero ἀνώλεθρον explicatur verbis γένεσις γὰρ οὐκ ἄν ποτε ἦν ζώων, ἀπολομένου τούτοιν θατέρου (vel anima vel corpore). De sententia, vid. Phaedr. c. 24.

καὶ τὸ μὲν ὠφελεῖν. Quod post ὠφελεῖν vulgo legitur, ἀγαθόν, id, quum nihil nisi interpretamentum sit, cum Eusebio expunximus. Pro ὅσον *Stephanus* ὡς ὄν sine causa corrigebat. In seqq. *Vigerus* ad Euseb. p. 61. scriptum malebat τὸ δὲ βλάπτειν κακόν, male. — *μεμηχάνηται*, activo sensu, est *sollerter excogitavit*, h. e., *constituit ac definivit, universi ratione habita* (πρὸς πᾶν); vid. ad IX, 8. — Quae sequuntur verba ita construe: τὰς δὲ αἰτίας τῆς γενέσεως τοῦ ποιοῦ τινὸς ἀφῆκε ταῖς βουλήσεσιν ἑκάστου ἡμῶν: *locum quidem, universi rationibus convenientem, cuilibet constituit, sed qualis quisque fieret, id uniuscuiusque voluntati reliquit.* Pro τὸ ποίου τινὸς scripsi τοῦ ποιοῦ τινός; τοῦ Theodoret. exhibet et ποιοῦ (a ποιός, certo quodam modo affectus, his aut illis moribus praeditus, talis aut talis) pro ποίου reposuimus, quod *Stephanus* quoque maluit. Ἡ γένεσις τοῦ ποιοῦ τινός est τὸ γίγνεσθαι ποιόν τινα. Deinde pro ἑκάστων e Theodor. recepimus ἑκάστου; idem post ἡμῶν addit αὐτῶν, haud male. Paulo post ὁποῖος ἂν ᾖ τὴν ψυχὴν cum Theodoreto scripsimus pro ὁποῖός τις ὢν τὴν ψυχήν, sensu iubente. Etiam *Ficinus* vertit: „ubicunque enim quis cupiat qualisque animus sit, ibi ferme" —. Ὅπῃ spectat ad ἕδραν vel τόπον, ut ταύτῃ, sic; ad ἐπιθυμῇ int. γίγνεσθαι. Pro ἑκάστοτε *Cornarius* coniiciebat οἰκίζεται: *hoc fere modo habitat.* Quod vereor ut cuipiam placeat.

Μεταβάλλει cet. Laudat haec *Euseb.* Praep. Evang. XIII, 18. p. 703. B., ubi μέντοι γε et φέρεται (sic etiam lib. XII. loco supra laudato), ut *Ficinus:* „transmutata autem — feruntur." Vulgo φαίνεται.

σμικρότερα. Hic locus, cuius sensus videtur obscurus esse, magnas interpretibus creasse difficultates, ex diversa, qua eum reddiderunt, ratione perspicitur. *Ficinus* enim vertit: „et quae minus peccarunt, minus profundae ac in regionis superficie vagantur; quae magis atque atrocius, decidunt in profundum" cet.

Cornarius vero: „et quae quidem animae minus pravos mores habent, minus mutantur et circa regionis planitiem vagantur, quae vero plures pravos mores habent et iniustiores sunt, delapsae in profundum — valde expavescunt et somniis vexantur tum viventes tum a corporibus solutae.“ Neutra translatio verbis graecis totiusque loci sensui convenit. *Vigerus* ad Euseb. l. l. scribi iubebat ἐλάττω μὲν καὶ δικαιότερα, ut iis opponerentur, quae paulo post πλείω καὶ ἀδικώτερα dicuntur. Sed nihil puto mutandum esse, si ἐλάττω, quod nihil nisi vocis σμικρότερα interpretatio est, expunxeris. μεταβάλλειν, ut ἀμείβειν, est permutando accipere, sumere et eligere, vid. ad Phaedr. p. 266. Igitur σμικρότερα τῶν ἠθῶν (i. e. ἤθη, ἃ σμικρότερα αὐτῶν ἐστί) μεταβάλλειν, proprie rariores morum mutationes facere, est mores leniores accipere, cui opponitur πλείω, maiores easque iniustiores mutationes facere, h. e., graviores s. vehementiores ac iniustiores mores induere. Subiectum est πάντα τὰ ψυχῆς μέτοχα, quae vel paulum (σμικρότερα) vel multum (πλείω s. μείζω) a genuina eaque sincera sua natura deflectere ponit; mores enim leniores mutare s. permutando induere est i. q. lenius s. paulum deflectere a sincera sua natura; ut σμικρότερα, πλείω et μείζω adverbialiter exprimere possis, si μεταβάλλειν pro deflectere sumas. — Pro μεταβάλλοντα ex Euseb. reposuimus μεταβαλόντα, ut *Ficinus* quoque videtur legisse, quum verterit: „quae minus peccarunt.“ Deinde μεταπεσόντα est mutata (vid. ad c. 7.) (κατὰ) πλείω καὶ ἀδικώτερα (ἤθη). Sensus igitur est: *quae leniores morum mutationes fecerunt*, h. e., *quae parum a sincera sua natura deflexerunt* (quae minus depravata sunt), *ea per terrae planitiem ingrediuntur, quae vero in maiorem depravationem inciderunt, in profundum et aspera formidolosaque inferorum domicilia detruduntur.* — τὰ τούτων τῶν ὀνομάτων ἐχόμενα (int. ὀνόματα) ἐπονομάζοντες, et nominibus his similibus appellantes; verbis enim appellandi apponitur ὄνομα, vid. ad II, 1.

μείζω δὲ δὴ ψυχή cet. Laudat haec *Theodoret.* Therapeut. Serm. V. p. 548. C. Μείζω, quod libri omnes habent, *Stephanus* sine causa in μείζων mutavit, haud dubie *Ficinum* secutus, qui vertit: „anima vero, quae maioris virtutis vel vitii compos est.“ Ad μείζω, *insigniora* (vel ad virtutem vel ad pravitatem; κακίας et ἀρετῆς, int. περί, vid. ad I, 13.) ex praegressis repet. ἤθη. *Vigerus* ad Euseb. corrigebat μείζων δὴ ψυχὴ κακίαν, ἢ ἀρετῇ (vel κακίαν ἢ ἀρετήν) ὁπόταν μεταβάλλῃ. Pro μεταβάλλῃ (sic Ald.

Lov. Bas. 1. et 2. Stephani lib. et Bip. μεταλλάβῃ) iterum scripsimus μεταβάλῃ. Mox pro γενομένην ἰσχυρὰν (*per societatem, quae magnam forte vim ad ipsius animum habuit*) Theodoret. γιγνομένην, deinde γίνεται — τὰ τοιαῦτα. In seqq. *Stephanum* secuti post τοιαύτη (int. θεία) interpunximus, ut διαφέροντα cohaereret cum τόπον. *Cornarius* διαφέροντα in διαφέρεται mutabat, quod *Stephanus* merito repudiavit. Mox Theod. μετέλαβε — ὕλη. μεταβάλλειν τόπον est locum (permutando h. e. pristinum relinquendo) accipere. Verba ἕτερον et ἀμείνω τινά sedem significant sanctam, terrestri illi, vitiorum omnium domicilio, oppositam. Mox Theod. κατὰ τοὺς τἀναντία. Denique pro μεθιδρύσασα ex Eusebio reposuimus μεθιδρύσατο, quod *Stephanus* et *Vigerus* merito praetulerunt vulgatae scripturae. ἐπὶ τἀναντία est i. q. εἰς τόπον κακίω, et τὸν αὑτῆς βίον abundanter fere pro ἑαυτὴν positum est.

CAP. XIII.

τοῖς προςφερέσι τοὺς προςφερεῖς. Sic *Cornarius* emendavit vulgatum τοῖς προςφέρουσι (Euseb. προςφυέσι) προςφέρουσι τοὺς προςφερεῖς καὶ ποιεῖν, *Ficino* praeeunte, qui vertit: „patiaturque et agat, quae a similibus ad similes fieri oportet." Unde coniiciat fortasse quispiam, πρὸς (ex altero προςφέρουσι) τοὺς προςφερεῖς scribendum esse; sed δρᾶν, ut constat, accusativum personae comitem habet. Cornarii correctionem *Stephanus* recepit lectorem non monens. Quod libri editi et Eusebius adiiciunt καὶ ποιεῖν, id e praegresso huc irrepsit; libri enim vett. scribunt πάσχειν τε, ἃ προςῆκον. Mox particulam εἰ ante ἄλλος expunximus, Eusebium et Cornarium secuti; fortasse οὔτε καὶ ἄλλος genuina erat scriptura. *Faehsius* Syllog. Lectt. p. 393. coniiciebat, *Ficinum* legisse οὔτε εἷς ἄλλος, vertentem: „nec alius ullus;" quod non placet; aptius esset οὔτε τις ἄλλος. Mox pro ἀτυχὴς *Stephanus* legi iubebat εὐτυχής; scilicet quia *Ficinus* vertit: „se adeo felicem fore, ut iudicium hoc deorum effugiat atque exsuperet." Cui adversatur γενόμενος; ἀτυχὴς γενόμενος est: *qui ita infelix erat, ut crimina committeret.* Pro ἐπεύξηται Euseb. ἐπεύξεται, sed οὐ — μὴ coniunctivum requirit. Deinde Eus. πασῶν δίκην. De v. ἐπεύχεσθαι vid. ad Epinom. c. 13.

οὐχ οὕτω σμικρὸς ὤν: *nullo modo iudicium poteris effugere, neque si in terrae profundum tanquam latebras te absconderis, neque si sublimis in coelum evolaveris; semper et ubivis poe-*

na te merita exspectabit. Illustravit hunc locum *Wyttenbach.* in Bibl. crit. V. III. P. IV. p. 37 sq. Cf. etiam *Dorvill.* ad Charit. p. 665. Ceterum haec quoque transscripsit *Eusebius* Praep. Ev. XII. p. 636. A. — Pro αὐτῶν ex Euseb. σαυτῷ (referendum ad προςήκουσαν) recepimus, quod *Stephanus* quoque probavit.

εἰς ἀγριώτερον. Ald. Lov. Bas. 1. 2. Codd. Voss. Paris. et Euseb. ἁγιώτερον, quod sensui adversari liquet. *Stephanus* reposuit ἀγριώτερον, quod in Cod. Paris. marg. adscriptum est, haud dubie respiciens locum c. 15. p. 908. A: ὡς ὅτι μάλιστα ἀγριώτατος ᾖ τόπος; sed ibi ἄγριος τόπος, ut iam e praegresso ἔρημος perspicitur, est locus incultus; quod in hunc locum non quadrat; nec illa vocis ἄγριος notio, qua ferus et formidolosus est (ut Phaedon. p. 476: εἰς τόπον πρῶτον δεινόν τε καὶ ἄγριον, h. l. satis apta est. Sensus poscit vocem ea significatione praeditam, quam *Ficinus* expressit vertens: „sive ad *remotiorem* aliquem *inaccessibilemque* locum translatus.“ *Stephanus* eum opinabatur legisse ἀπώτερον τόπον. Quid, si ἀξενώτερον legit? quod, si interpretationis causa ἀγριώτερον adscriptum erat, facile in ἁγιώτερον transire poterat.

ὁ αὐτὸς δὲ λόγος cet. Laudat *Theodoret.* Therap. Serm. VI. p. 570. C., ubi pro κατὰ scribitur καί. Mox ἐν ante αὐτῶν ταῖς πράξεσιν e praegresso ὡς ἐν κατόπτροις repetendum est; vid. *Heindorf.* ad Theaet. p. 577. Deinde τὴν ξυντέλειαν (collationem), ὅπῃ ποτέ pro ὅπῃ ποτὲ αὐτῶν ἡ ξυντέλεια τῷ παντὶ ξυμβάλλεται, vid. ad I, 2. Mox ante γιγνώσκειν in libris editis plene interpungitur, male. Deinde Euseb. πρὸς οὐδέν pro πῶς οὐ δεῖν. In seqq. in uno vet. legi οὐδ᾽ ἂν λόγους *Stephanus* refert; ille est haud dubie *Ficinus*, qui vertit: „nec verba facere poterit.“ Paulo post Euseb. ἐπιδεὴς ἔτι λόγου ἂν εἴης. — In praegressis πάντων — θεῶν duplex genitivus notandus est, de quo vid. ad I, 15.

τὸ δὲ παραιτητούς cet. Transscripsit haec *Clemens Alexandr.* Strom. VII. p. 707. T. II. p. 837. Cf. Polit. III, 4.

Ἀλλ᾽ ἄρα τισι. *Ficinum* secuti, qui vertit: „sed *quibusnam* principibus similes sunt quive illis principes similes“ (et pariter *Cornarius* locum reddidit) scripsimus τίσι et τίνες pro ἄρά τισι et ἤ τινες. — ὧν δυνατόν cet.: quorum compotes esse possimus, ut minores maioribus comparemus, h. e., quibus ut minoribus ad comparationem cum maioribus uti possimus. Mox P. 407. διὰ φόβον (Cod. Voss. διὰ φόβων) scripsimus pro διὰ φόβον; διὰ

φόβον est i. q. φοβεροῖς, ut διὰ φιλίας, al. usurpantur, vid. *Viger.* p. 585. et Lexic. Xenoph. V. I. p. 670.

ἐπειδὴ γάρ cet. Laudant haec verba *Clemens Alexandr.* Strom. V. p. 593. B. T. II. p. 702. Pott. ubi v. not. *Euseb.* Praep. Ev. XI, 26. p. 549. D. et XIII, 13. p. 671. A. Clemens et Euseb. συνεχωρήσαμεν; deinde Clem. αὐτοῖς ἡμῖν — μὲν οὐρανόν — ἔσθ' (ut Euseb.). Pro τῶν μή, int. ἀγαθῶν, *Vigerus* ad Euseb. p. 53. legi volebat τινῶν μή.

βραχὺ δέ τι, int. τῶν τοιούτων, harum virtutum, quae deorum propriae sunt. Verba ψυχαὶ δή τινες cet. referenda sunt ad ἐπειδὴ γὰρ — θαυμαστῆς δεομένη. — προσπίπτουσαι, adorientes, ad eas accedentes. Ald. προσπίπτουσαι, πείθουσαι. Bas. 1. et 2. προσπίπτουσι, πείθουσαι.

λῆμα. Sic de coniectura scripsimus pro λῆμμα, quod vulgo legitur. Inepte Schol. Ruhnk. ad λῆμμα adnotat φρόνημα, ὡς νῦν, ἢ κέρδος; quasi λῆμα idem esse possit quod λῆμμα. Λῆμα animum significat insolentem, indolem ferocientem, et creberrima utriusque vocis confusio est, vid. *Spanhem.* ad Aristoph. Nub. 456. *Valcken.* ad Ammon. p. 141 sq. *Wesseling.* ad Diodor. Sic. II, 58. *Iacobs.* ad Antholog. graec. V. II. P. II. p. 207 sq. *Dorvillius* ad Charit. p. 87. λῆμμα h. l. non sollicitandum esse arbitrabatur; sed quo sensu accipi oporteat, non exposuit.

ἐν εὐκταίαις — ἐπῳδαῖς, i. e., εὐκτικαῖς, carminibus preces continentibus. Praepositio ἐν abundat, vid. ad I, 14. Mox τοῦτο αὐτὸ τὸ ῥῆμα pro τοῦτο αὖ τὸ ῥῆμα scripsimus; Cod. Voss. αὐτό pro αὖ τό; est: *eo ipso mutato nomine iniustitiae appellatum;* ad μετεσχηματισμένον ῥῆμα int. καλούμενον; et significatur his verbis nota s. vulgaris iniustitiae appellatio. In praegressis pro ἐνιαυτῶν Cod. Voss. exhibet ἐνιαυτοῖς; unde suspicor scribendum esse ἐνιαυσίοις: certis (certo tempore quotannis redeuntibus) anni temporibus; particula καί tunc expungi deberet. — τῶν ἀδικημάτων, genitivus partitionis, de quo vid. ad I, 8. VI, 9. Pro ἁρπασμάτων *Stephanus* refert legi quoque ἁρπαγμάτων. Mox post v. σμικρά haud dubie particula ἄν excidit. Deinde Ald. Lov. Bas. 1. et 2. συγχωρεῖν.

CAP. XIV.

παρατρεπομένοις αὐταῖς: *ipsis captis, a via recta ab-*

ductis (sic c. 1. p. 885. D: παρὰ τὸ δίκαιον ὑπὸ τινῶν δώρων παρατρέπεσθαι κηλούμενοι), *ita ut navem una cum nautis evertant*. Paronomasia inest in παρατρεπομένοις et ἀνατρέπουσι; et ut haec sibi respondent, ita αὐτοῖς et ναῦς τε καὶ ναύτας opposita sibi sunt. Ἀνατρέπειν vero verbum proprium est in hac re; deinde translate usurpatur, ut universe significet evertere, prosternere, vid. *Toup.* ad Longin. p. 339. et *Wesseling.* ad Diodor. Sic. II, 23. p. 137. Sic XII, 13. p. 967. C: ἄπανθ', ὡς εἰπεῖν ἔπος, ἀνέτρεψαν πάλιν, ἑαυτοὺς δὲ πολὺ μᾶλλον. — λέγοις — λέγων τὸν λόγον, vid. ad III, 4.

οὐ μὴν οὐδέ τισι. Vulgo οὐδὲ νομεῦσι μὴν, οὐδέ τισι. Quod recepimus, in libro vet. legi *Stephanus* refert. — Ad *Εὐφήμει* Cod. Voss. in marg. σιώπα, μὴ ἀκαιρολόγει. In seqq. Cod. Voss. et libri vett. μέσον. Ad διδομένων *Stephanus* in marg adnotavit „vel διδομένων," quod mihi quoque aptius videtur, quum de re disseratur, quae fieri potest vel possibilis esse cogitatur, non, quae vere facta est.

τῶν γε — ὄντων· κινδυνεύει cet. Legebatur ὁ λόγος. τῶν τε περὶ πᾶσαν — ὄντων κινδυνεύει cet. Lenissima correctione τῶν γε scripsimus et haec cum antecedentibus coniunximus; ut sequentia κινδυνεύει πως cet. antecedentis enuntiationis explicationi serviant; quocirca particulam (velut *nempe*) intelligi oportet. Ceterum *Ficinus* τῶν — ὄντων non expressit vertens: „Nequaquam hic sermo ferendus est; et qui hac opinione laborat, impiorum omnium iure pessimus et profanissimus iudicabitur." Et sane verba τῶν — ὄντων glossae similia sunt. Cod. Voss. λόγων τῶν τότε περὶ — κινδυνεύει πᾶς — κοινῶν pro κακῶν.

P. 409. πεφιλονείκηται. Sic *Stephanus* iam scribendum esse monuerat pro eo, quod libri omnes exhibent, πεφιλονείκηνται. Mox construe: τὸ προοίμιον νόμων ἀσεβείας πέρι. — οὐκ αἰτιάσεται: orationis genus causam s. culpam non in legislatorem transferet, h. e., orationis genus (int. prooemium) per se tam perspicuum et grave est, ut huius rei (si impio non persuadebit) culpa non legislatori, qui eo utitur, sed impiorum illorum, qui corrigi nequeunt, pravitati attribuenda sit.

CAP. XV.

λόγος, οἷος cet., i. e., λόγος τοιοῦτος, οἷος τῶν νόμων ἑρμηνεύς, h. e., λόγος τοὺς νόμους ἑρμηνεύων ὀρθῶς ἂν γίγνοιτο.

ἓν ἕκαστον — τίμημα. Sic correximus vulgatum ἓν ἑκάστῳ, quod et sensui et verborum structurae adversatur. Sensus enim postulat: τιμάτω τίμημα ἓν ἕκαστον τῶν καθ᾽ ἓν ἀσεβούντων: singulis impietatibus singulas poenas irrogato, h. e., quamlibet impietatem separatim punito. De ἓν ἕκαστον vid. ad IV, 12.; τὰ ἀσεβοῦντα vero actiones vel verba sunt impia, igitur i. q. ἀσεβήματα, participio substantivi partes agente, vid. ad I, 11. Similiter *Ficinus* vertit: „iudices hunc pro singulis impie commissis singulis quibusque afficiant suppliciis."

δεσμωτηρίων γε ὄντων. Sic *Stephano* suadente scripsimus pro δεσμωτηρίων δὲ ὄντων, puncto post πᾶσι deleto. Verbis deinde σωτηρίας ἕνεκα τῶν σωμάτων τοῖς πολλοῖς explicatur antecedens ἑνὸς μὲν κοινοῦ τοῖς πλείστοις; igitur est: destinatum multitudini, ut homines ibi custodiantur, qui leviter peccarunt et quos, ne aufugere possint, cohibere oportet. Mox P. 410. pro σωφρονιστήριον ἐπονομαζόμενον videri possit legendum esse σωφρονιστηρίου ἐπονομαζομένου, quod referatur ad ἑνὸς δέ, int. δεσμωτηρίου; sed σωφρονιστήριον ἐπονομαζόμενον, ni fallor, recte habet; est enim nomen ipsius loci (τοῦ ξυλλόγου, comitii s. conventus), qui carceris simul locum obtinet. Similiter in seqq. ἐπωνυμίαν τιμωρίας ἔχων ad praegressum τόπος refertur. Mox φήμην τινά quasi adiectivi partes agit (vid. ad IV, 6.); igitur est: *denominationem famosam.*

περὶ ἀσέβειαν cet.: quum tribus de causis (homines) in impietate versentur, h. e., quum tres sint impietatis causae. Mox Cod. Voss. ᾧ — νομίζοντι.

εὐφυής. Libri editi praeter Steph. et Bip. εὐτυχής exhibent, „sed omnes vet. libri de voce illa εὐφυής consentiunt. Agnoscit autem et Fic. hanc lectionem, qui vertit: Hic vero eandem habet opinionem, sed acriori ingenio praeditus vulgo putatur." *Stephanus.* Post δοῦλον expunximus δέ, quod in libro vetere, ut *Stephanus* monet, deest. — *ἐξ ὧν: ex quo hominum genere.* — *κεκινημένοι*, qui se agitant, strenue versantur in omni praestigiarum et veneficii genere; μαγγανεία est i. q. γοητεία, vid. *Sturz.* ad Empedocl. p. 38 sq. et *Buttmann.* in Mus. antiq. stud. T. II. P. I. p. 47 sq. Cf. XI, 12. p. 933. A. Mox μηχαναί, abstractum, pro concreto positum est (vid. III, 5.): *qui fraudulentas Sophistarum, qui dicuntur, artes exercent. Cornarius* ita vertit, ac si μηχαναῖς legerit.

τὸ μὲν εἰρωνικόν, int. *ἐστί*. Verba quae sequuntur bene *Ficinus* cepit vertens: „scelera parit non una tantum morte vel duabus digna, sed pluribus.“ Mox P. 411. pro *νομίζειν* e cod. Voss. *νομίζον*, int. *γένος*, reposuimus. — *καὶ τὸ* (int. *νομίζον*) *παραιτητούς*, int. *εἶναι θεούς*.

ψυχαγωγῶσι. *Ψυχαγωγεῖν* s. *ψυχὰς ἐπάγειν* dicebantur, qui imprecando et cantando animas ex inferis in terram evocabant, sive ut responsa darent quaerentibus, sive ut sepultura imaginaria placarentur (Vid. *Elmenhorst.* ad Arnob. I. p. 25. *Herald.* ad Tertullian. Apolog. p. 105. *Wesseling.* ad Diodor. Sic. I. p. 108. *Ruhnken.* ad Tim. p. 114 sq. et *Wyttenbach.* ad Plutarch. de S. N. V. p. 40.); deinde in universum est incantare, animum allicere et abripere. Vid. *Cuper.* Observatt. II, 14. et nostra in libello de Plat. Phaedro p. 113 sq.

θεοὺς ὑπισχνούμενοι πείθειν cet. Sic Polit. II, 7: *ἐπαγωγαῖς τισὶ καὶ καταδεσμοῖς τοὺς θεούς, ὥς φασι, πείθοντές σφισιν ὑπηρετεῖν*. Cf. XI, 12. p. 933. A. D. Libri vett. plura in hoc loco mendose scribunt, quae proferre piget.

κατ' ἄκρας ἐξαιρεῖν, inde ab arce urbem evertere, est universam vel penitus eam evertere, ut *Homer.* Iliad. XIII, 772. *Herodot.* VI, 20. *Thucyd.* IV, 112. Cf. nostra ad Antholog. latin. poetic. p. 255. Pro *ἐξαιρεῖν* Cod. Voss. *ἐξευρεῖν*, vitiose. Mox *δὲ* post *τούτων* apodosin facit.

ἐν τῷ τῶν μεσογείων δεσμωτηρίῳ est *ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ κατὰ μέσην τὴν χώραν*, ut supra dictum est p. 908. A. — *λαγχάνειν*, litem intendere, vid. ad VI, 9. — *ἧς*, i. e., *ἀφ' ἧς*, vid. ad II, 5. In praegressis *ξυνθάπτῃ* illud notandum est, quod, nisi mendum subest, pro simplice *θάπτῃ* positum esse debet; vid. *Brunck.* ad Eurip. Hippol. 695.

P. 412. *ἐλάττω — αὐτῶν*. Vulgo *αὐτῶν*. De hoc comparationis usu vid. ad I, 14. Mox *θεοπολεῖν* Timaeus Lexic. p. 141. explicat: *θεῶν εἰκόνας ἔχοντα περιπολεῖν, ἀργύριον εἰσπραττόμενον*, ut idem fere sit quod *ἀγείρειν*, stipem colligere (vid. *Ruhnken.* ad Tim. p. 10.). Rectius Photii glossa: *περὶ θεοὺς ἀναστρέφεσθαι*, in rebus divinis versari s. res divinas facere (*πολεῖσθαι* est enim i. q. *ἀναστρέφεσθαι*, versari). Ceterum Timaeus exhibet *θεηπολεῖν*.

Ἱερὰ μηδὲ εἷς cet. Exhibet sententiam huius loci *Clemens Alexandr.* Strom. V, 11. p. 584. T. II. p. 691. Potter., ubi v. Zenonis verba excitata. Ceterum similiter Lex duodecim tabularum: „Separatim nemo habessit deos neve novos, sed ne advenas nisi publice adscitos privatim colunto." — Cod. Voss. ἐπιμελεῖς — συνευξέσθω.

λάβωνται, refertur ad collectivum τίς. Verba ipsa ita cohaerent: ἔθος τε (quod sequentia connectit cum praegressis: ἱερὰ — οὐ ῥᾴδιον ἱδρύεσθαι) γυναιξί τε — καὶ τοῖς ἀσθενοῦσι — καθιεροῦν — ἔν τε φάσμασιν ἐγρηγορότας (accusativus dativum excipit, vid. ad III, 5.) καὶ ἐν ὀνείροις διὰ φόβους, ὡς δ' αὔτως ὄψεις πολλὰς ἀπομνημονεύοντας. ἑκάσταισί τε ἄκη ποιουμένους βωμοὺς — (ἔθος ἐστὶ) πάσας — ἐμπιπλάναι. Verba ἔν τε φάσμασιν ἐγρηγορότας διὰ φόβους καὶ ἐν ὀνείροις ita capienda sunt: διὰ φόβους (i. e., φοβουμένους vel πεφοβημένους, *perterritos*) ἐν φάσμασι (*per visa* s. *ostenta, spectra;* sic ἐν Polit. V, 5. p. 455. B. Cf. ad Legg. III, 3.) ἐγρηγορότας (*quae vigilantibus apparuerunt*) καὶ ἐν ὀνείροις (*propter* s. *per somnia*); igitur: *et perterriti quoque vel ostentis, quae vigilantes viderunt, vel somniis solent* (ἔθος) *locos omnes aris et sacellis implere.* — De *ὡς δ' αὔτως*, vid. ad V, 2. — *ἄκη ποιουμένους*, remedium afferentes, sensu translato positum est. Deinde *ἔν τε καθαροῖς* (ut ap. *Homer.* Iliad. VIII, 491. X, 199. XXIII, 61. ἐν καθαρῷ. Est nostrum: *im Freien.*) *ἱδρυμένους* (*collocantes, exstruentes aras et sacella*) coniungi oportet cum verbis καὶ ὅπῃ τις ἔτυχε τῶν τοιούτων (vel ubicunque eiusmodi homines ea collocant s. exstruunt).

κλέπτοντες πράξεσιν, i. e., λάθρα πράττοντες, *clam haec facientes.* Sic κλέπτειν τι dicitur, qui clam et quasi furtim aliquid facit, ut ita non animadvertatur; vid. *Perizon.* ad Aelian. V. H. III, 47. — *πρὸς θεῶν*, *apud deos*, vid. ad II, 7. IX, 10. Mox Cod. Voss. βελτίστοισι.

ἡ πόλις ἀπολαύῃ. *Hesiod.* Opp. et dies v. 238:

> Πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἀπηύρα,
> Ὅστις ἀλιτραίνει καὶ ἀτάσθαλα μηχανάαται.

Cf. *Hemsterhus.* ad Lucian. Tim. T. I. p. 328. Bip. Pro ἀπολαύῃ Cod. Voss. ἀπολάβῃ, frequenti confusione. De verbo ἀπολαύειν vid. *Iens.* Lectt. Lucian. I, 4. p. 24 sq. In seqq. pro

κέκτηται scribendum est κεκτῆται; ἐάν enim coniunctivum poscit.

μὴ πείθοντες est i. q. τοὺς μὴ πειθομένους.

τὸ δὲ παιδίων ἢ μή. Ald. Lov. Bas. 1. 2. et Cod. Voss. παιδίον. *Ficinus* vertit: „si quis autem non puerilem, sed nefariam impietatem commiserit," et deinde: „puerile vero esse vel non" —; ut παίδειον videatur legisse. Ad παιδίων ἢ μή int. ἀσέβημα. Mox εἰσαγαγόντες est *iudicium reddentes*, vid. ad IX, 2.

LIBER UNDECIMUS.

CAP. I.

ἅπτοιτο — κινήσειε cet. De his optativis vid. ad IX, 4. Mox Cod. Voss. *εὔφρονα*. Deinde post *τοιοῦτον* interpunximus, ut sensus sit: *et primo quidem inter has res* (*τῶν τοιούτων*, quod spectat ad *τῶν ἄλλων*) *de thesauro dicamus*. — Ad *πατρῴων* int. *ἀγαθῶν*; *ὃν* vero, quod ad *ὄν*, int. *θησαυρόν*, respicere oportebat, refertur ad *κειμήλιον*. *Ficinus*, qui vertit: „qui meorum parentum non erat," videtur, ut *Stephanus* bene observat, *μὴ τῶν ἐμῶν ὄντα πατέρων* legisse. — Deinde pro *ξυμβουλεύουσιν*, Stephano iam emendante, scripsimus *ξυμβουλεύσουσιν*; sensus est: *neque vates s. hariolos ita dictos consuluerim, quos suasuros esse sciam*. *ἀνακοινοῦν τινί*, communicare quid alicui ad deliberandum, est aliquem consulere, ut Epist. VII. p. 331. B: *ἢ ξυμβουλεύοντος ἂν ἐθέλειν πείθεσθαι, περὶ ὧν ἀνακοινοῦνται, προθύμως ξυμβουλεύω*. Lach. 179. E: *ταῦτ' ἐστίν, ἃ ἐβουλόμεθα ὑμῖν ἀνακοινώσασθαι*. *Xenophon* Anab. III, 1. 5. VI, 1. 14. Hist. graec. VII, 2. 20. al. Similiter *κοινοῦσθαι* c. 10. p. 930. C: *πρὸς τὰς τῶν γάμων ἐπιμελομένας γυναῖκας κοινούμενοι*.

τὴν γῇ παρακαταθήκην, *depositum*, h. e., *custodiendum traditum terrae*. *Παρακαταθήκη* enim dicitur non solum pecunia deposita, sed universe quoque, quidquid custodiendum et curandum traditur (ut c. 8. p. 927. C. de orbis adhibetur), ut h. l. thesaurus, qui terrae creditur. *γῇ* vero substantivo iunctum est, ut solent substantiva cum eodem casu poni, quem verba, unde derivantur, regere amant, vid. ad I, 6. Vulgo legitur *τήν γε παρακαταθήκην*; quod nos reposuimus, id in libro vet. s ribi *Stephanus* memorat, qui *ἐν* addi iubebat, quo carere possumus. Bene vero monuit idem vir doctissimus, huic lectioni optime convenire et sensum huius orationis, quum de thesauro in terra recondito agatur, et verba *ἀνελεῖν*, *ἀνελών*, rel.;

ἀναιρεῖσθαι enim proprie dici, quae e terra tollantur. — ἀνελών, αὐτήν, τὴν παρακαταθήκην. Verba εἰς ὄγκον coni. cum ὅσον; εἰς ὅσον ὄγκον, in quantam molem s. magnitudinem, i. e., quantum; ἐπιδιδόναι vero πρὸς ἀρετήν notum est illud *in virtute proficere*. Pro ἐπιδιδοῖμ' Cod. Voss. ἐπιδιδοῖ. Participium προτιμήσας praegressorum explicationi servit: *dum videlicet* s. *eo, quod*—; de hoc participiorum usu vid. ad IV, 8. Ἐν οὐσίᾳ κτήσασθαι est i. q. ὡς οὐσίαν; ἐν est enim *instar*, *ut*, vid. ad X, 9. Deinde πρότερον, cuius vis in verbo προτιμήσας iam inest, abundanter appositum est; vid. ad I, 7.

P. 417. ἃ μὴ αὐτὸς κατέθετο, vid. ad VIII, 10. Etiam verbis, quae sequuntur, ἃ μὴ κατέθου, μὴ ἀνέλῃ, Solonis lex l. l. citata significatur.

ὑπὸ μὲν δὴ θεῶν, int. τί χρὴ αὐτὸν πάσχειν, ὁ θεὸς οἶδεν. Post haec verba nonnulla videntur excidisse; quam quidem suspicionem Ficini confirmat translatio: „quae poena huic a diis debeatur, deus quidem ipse novit, quae vero ab hominibus, declarabimus.“ Mox verba ἐὰν δὲ τῆς πόλεως — ἀγορανόμοις ab Ald. Lov. Bas. 1. et 2. absunt, in Ficini vero translatione expressa reperiuntur: „si in foro rerum venalium, earundem curatoribus.“ Cf. c. 14. p. 936. C. Genitivi τῆς πόλεως et τῆς ἄλλης χώρας e particula ποῦ pendent. — εἰς Δελφοὺς cet. Dubiis enim in casibus, quorum difficilis esset diiudicatio, oraculum Delphicum consulebatur, vid. *Ioach. Stephanus* de iurisdict. vett. Graec. c. X. Gronov. Thes. ant. graec. T. VI. p. 2725.

ὅ τι δ' ἂν ὁ θεὸς ἀναιρῇ cet. Laudat haec verba *Euseb.* Praep. Ev. XIII, 21. p. 711. B., ubi κτημάτων — τοῦθ' — μηνύων δέ scribitur. Verba δόξαν — δοῦλος δ' ἂν ᾖ, quae in Ald. Lov. et Bas. 1. desunt, exhibent Bas. 2. Euseb. Cod. Voss. Ficinus et Cornarius.

ξυνακολουθεῖν, int. ὥστε ξυνακολουθεῖν; et advertenda est redundantia in ἑπόμενον, ἑξῆς ἂν γίγνοιτο, ξυνακολουθεῖν; vid. ad I, 5. Verba reliqua ita cohaerent: ταυτὸ τοῦτο τὸ νόμιμον περὶ σμικρὰ καὶ μεγάλα, ut ταυτὸ τοῦτο τὸ νόμιμον significet legem ipsam, quae, quod in praegressis universe et simpliciter (ἁπλοῦν δέ γ' ἐστί που τό γε τοιοῦτον, cap. hui. init.) expositum erat, accuratius definiat.

ἢ ἄκων. Cod. Voss. εἴτε ἄκων. *Ficinus:* „volens vel contra.“

ἐνοδίαν δαίμονα. Schol. Ruhnken. p. 238: τὴν Ἄρτεμιν ἤτοι τὴν Σελήνην φησὶν cet. Nota est Diana et Hecate Ἐνοδία, Trivia. *Varro* de ling. lat. VI. p. 83. Bip. „Titanis Trivia Diana est, ab eo dicta Trivia, quod in trivio ponitur fere in oppideis Graeceis, vel quod luna dicitur esse, quae in coelo tribus viis movetur, in altitudinem et latitudinem et longitudinem.“ Cf. *Cerda* ad Virgil. Aen. IV, 511.

τριακοντούτους. Sic pro τριακονταετοῦς scripsimus, a τριακοντούτης, ους. Thom. Mag. p. 859: τριακοντούτης ἄνθρωπος Ἀττικοί, οὐ τριακονταετής (τριακονταέτης δὲ χρόνος). Vid. *Maittair.* de dialect. p. 47. ed. Sturz. et *Fischer.* ad Weller. T. I. p. 272. T. II. p. 180. — ἀπογεγραμμένον, vid. ad VIII, 13. fin.

P. 418. καθιστάτω, int. ἑαυτόν, *se sistito.* — ποτέρου, alterutrius, vid. ad II, 13. Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. οὕτως pro οὗτος. — ἀξιόχρεων, vid. ad IX, 11. — κατὰ τὴν ἐκείνου ἀφαίρεσιν ἀφαιρείσθω: is privator secundum illius ademptionem, h. e., is tanto detrimento afficiatur (tantum rependere cogatur), quantum ille accepit, cui res in quaestionem vocata ablata est. Notum est ἀφαιρεῖσθαί τι, aliquo privari, detrimentum aliquod accipere. *Ficinus* simpliciter vertit: „is tantundem deponere cogatur.“

τὸ μεσεγγυηθέν, *apud sequestrem depositum,* vid. *A. Gell.* Noct. Attic. XX, 11. Tim. Lexic. p. 178: μεσηγγυηθέν, ἐπὶ μεσιτῶν ἀποτεθὲν καὶ ἀμφισβητούμενον. Lexic. Rhetor. MS. in Ruhnk. not. ad Tim. l. l. μεσεγγύημα ἀργύριόν ἐστι παρά τινι κείμενον ἐν ὁμολογίᾳ τῶν δόντων ἐπὶ τῷ ὁτιοῦν διαπραξάμενον λαβεῖν αὐτό. *Demosth.* adv. Boeot. p. 995. 21: μεσεγγυησαμένης ἀργύριον.

CAP. II.

ἄγειν est in vincula vel ad supplicium ducere, etiam captivum ducere, ut Menex. 240. A. C. *Xenoph.* Hist. graec. II, 4. 1. III, 3. 8. V, 4. 8. VII, 4. 33. al. — τὸν ἀφεστῶτα, servum, qui aufugit, ut eum custodiat (sic p. 908. A: σωτηρίας ἕνεκα). *Ficinus:* „ut fugitivum restituat in gratiam.“ Male.

ἀφαιρῆται — εἰς ἐλευθερίαν. ἀφαιρεῖσθαι εἰς ἐλευθερίαν

est e reliquorum servorum numero eximere et in libertatem vindicare s. asserere. Sic *Demosthen.* adv. Theocr. p. 1327. 22: ἃς προςώφλεν ἀφελόμενος τὴν Κηφισοδώρου θεράπαιναν εἰς ἐλευθερίαν. *Aeschin.* adv. Timarch. T. III. p. 85. 6: οὗτός αὐτον ἀφαιρεῖται εἰς ἐλευθερίαν. Cf. *Stephan.* Thesaur. L. G. T. I. p. 191. D. E. *S. Petit.* Legg. Attic. p. 257 sq. Hinc τῷ ἀφαιρεθέντι, detrimento affecto, est, *cuius servum quis asseruit.*

ἐπαγγελλόμενον, operam suam offerentem in iis, quae facere ipsum decet et quae potest. Sic *Xenophon* Anab. VII, 1. 33: προςέρχεται Κοιρατάδης Θηβαῖος — ἐπαγγελλόμενος, εἴ τις ἢ πόλις ἢ ἔθνος στρατηγοῦ δέοιτο. Cf. *Valckenar.* ad Thom. Mag. p. 160. in Ruhnk. Valcken. et alior. epist. ad Ernesti.

P. 419. ἄλλων τῳ ξένων. Sic pro ἄλλων τῶν ξένων scripsimus, id quod *Matthiae* Gramm. graec. p. 507. 3. etiam coniecerat. Similiter *Stephanus* τινὶ vel intelligi debere vel abesse existimavit. Deinde πλείων pro πλείω e Bas. 2. reposuimus, *Stephano* addicente, qui observat, nisi πλείων scribatur, ad πλείω intelligendum esse ἀγαθά. Mox Cod. Voss. δίκαια δ' ἔστωσαν et ἀλλάττηται.

ὡς αὑτοῦ ἐφάπτηται. ἐφάπτεσθαι est i. q. ἀντέχεσθαι, vindicare, manu asserere. Mox pro αὑτοῦ haud dubie αὐτοῦ scribendum est, quod referatur ad ὁτονοῦν. Ad ἐφάπτηται, nisi excidit *τίς*, intell. pronomen indefinitum (man). Cod. Voss. ὁτῳοῦν. — εἰς δὲ ξενικὴν παράδοσιν, est εἰς τὸν ξένον παραδόντα, abstractum pro concreto, vid. ad III, 5. Mox ἧς ad παράδοσιν relatum est, quum praegressum μηνῶν postulasset ὧν, ut *Ficinus* vertit: „mensibus quinque, quorum medius ille sit mensis, in quo ab aestivo sol circulo ad hiemalem recurrit.“ De verbis τρέπεται θερινὸς ἥλιος cet. vid. ad III, 5.

ἐν χώρᾳ τῇ τεταγμένῃ cet. Cf. VIII, 12. p. 849. E. Suus enim cuique locus in foro Athenis erat; vid. *Meurs.* Lectt. Attic. VI, 24. Gronov. Thes. ant. graec. V. V. p. 1917 sq. — ἐπ' ἀναβολῇ, *dilatione data.* VIII, 12. p. 849. E: μὴ προϊέμενον ἄλλως ἑτέρῳ τὴν ἀλλαγήν.

Ἐράνων δὲ πέρι: quod ad collationes pecuniae attinet, quicunque vult, apud amicos stipem colligere potest. ἔρανος est enim stips, quam ab amicis ac sodalibus colligebant, qui adversam passi essent fortunam, ea conditione, ut, si quando possent,

amicis eam redderent. Vid. *Casaubon.* ad Theophr. XV. p. 168 sq., qui optime monet, „apud Athenienses videri sodalitates institutas esse, quae communem arcam haberent, in quam quot mensibus certum quid a singulis penderetur, ut esset, unde iuvari possent, qui ex illa sodalitate fortunam adversam aliquo modo essent experti," laudans Harpocrat. Ἐρανιστὴς μέντοι κυρίως ἐστὶν ὁ τοῦ ἐράνου μετέχων, καὶ τὴν φοράν, ἣν ἑκάστου μηνὸς ἔδει καταβάλλειν, εἰςφέρων. Sic etiam Schol. Ruhnk. p. 239: ἔρανός ἐστιν εἰςφορά τις ἑκάστου μηνός. Vid. *Salmas.* de usur. c. 3. Observatt. ad Ius Att. et Rom. p. 4 sq. 57 sq. *Gatacker.* Adv. Misc. Posth. p. 855 sq. *Taylor.* ad Demosth. Mid. in Reisk. Appar. crit. in Demosth. V. I. p. 608. *Reisk.* ind. Graec. Demosth. p. 368. et *Coray* ad Theophr. Charact. p. 166 sq. Hinc ἐρανίζειν est i. q. ἔρανον συλλέγειν (*Antiph.* T. VII. p. 634: κἂν ἔρανον παρὰ τῶν φίλων συλλέξας οὐκ ἂν εἰς τὰ ἔσχατα κακὰ ἦλθον), stipem exigere vel colligere, ἔρανον vero εἰςφέρειν (sensu translato p. 927. C: ὡς ἔρανον εἰςφέροντα ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς αὐτοῦ) stipem conferre. Δίκας autem ἐρανικάς, quae Athenis ἔμμηνοι erant (v. Harpocrat. et Pollux VIII, 6.), noster haud statuit. *Desid. Herald.* Observatt. et Emendatt. c. XLIV. p. 1372. in Otton. Thesaur. Iur. Rom. T. II. „Unde non efficitur, pecuniam ab amicis collatam necessario iure fuisse iis reddendam, sed eo tantum casu, quo in eam fortunam inciderent, quae eadem ope egeret; quod ad ius tuendum ἐρανικαὶ δίκαι fuerant constitutae, quas in sua republica exerceri nolebat Plato. — Non probabat igitur Plato ἐρανικὰς δίκας, quae Athenis exercebantur; quibus tamen non id agebatur, ut qui amicorum collationibus adiutus fuerat in re misera, ea, quae acceperat, redderet facultatibus reparatis, sed ut eos, a quibus beneficium illud acceperat, eodem beneficio prosequeretur, si quando res flagitaret: unde plures elegantiae flores ab antiquis scriptoribus decerpti sunt." Ceterum *Grynaeus* male in Ficini translatione interposuit *conviviisque.*

P. 420. ἀναγωγῶν. Schol. Ruhnk. ἀναγωγή ἐστιν ἡ τῶν πραθέντων ἀνδραπόδων ἀνάδοσις, ἐχόντων αἰτίαν τινά. Sic etiam Cod. Voss. in marg. Ἀναγωγή est i. q. ἀναστροφή, redhibitio (hinc ἀναστροφῆς δίκη, actio redhibitoria, Pandect. XXI, 1. leg. 25. §. 8.). Vid. *Ioach. Stephan.* de iurisdict. vett. Graec. c. XIV. in Gronov. Thes. ant. gr. T. VI. p. 2742. Sic p. 916. C: μὴ τυγχανέτω ἀναγωγῆς τοῦ τοιούτου τῆς πράσεως.

φθόη, i. e., φθίσει. Vid. Moer. Attic. p. 399. ubi v. Piers. λιθιῶν, calculo laborans, calculosus, et στραγγουριῶν, vesicae morbo s. urinae stillicidio laborans. ἱερᾷ νόσῳ. morbo, quem Romani dicebant, comitiali, h. e., epilepsia. Cf. *Celsus* II, 8. III, 23. IV, 10. Deinde Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἐκτ'ς ἐξαμήνου, vitiose. — Mox πλὴν τῆς ἱερᾶς, eo excepto, qui morbo comitiali laborat, s. *nisi is, quem emit, morbo comitiali laborat; hoc enim si laborat* cet. Abstractum pro concreto positum est. Mox ἐν est coram, vid. ad VI, 3 — τοῦ τοιούτου τῆς πράσεως, emtionis huiusmodi (servi), h. e., huiusmodi servi emti, τοῦ τοιούτου πραθέντος; abstractum iterum concreti locum obtinet; vid. ad III, 5.

CAP. III.

P. 421. πολλά, multum (*vielfältig*), vid. ad III, 7. De verbo ζημιοῦνται vid. ad VIII, 11. Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἀεὶ μείζονς.

πᾶσι πάντας. Sic e Codd. Paris. et Voss. reposuimus; Cod. Paris. enim πᾶσιν πάντας et Cod. Voss. πᾶσιν πάντα exhibent. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. πᾶσι, Steph. et Bip. πάντας. Verba deinde ἐν ἄλλῃ τε ἀρχῇ πάσῃ ab Ald. Lov. Bas. 1. et 2. absunt. *Ficinus:* „cum in omni principatu, tum vel maxime in civili.“ Mox Cod. Paris. πολιτικαῖς δή.

ὅθεν οὖν cet. Haec verba, quae in libris editis praecedentibus annexa leguntur, sequentibus iungenda esse putavimus, ut sensus sit: ut, unde digressa est oratio, eo revertatur; γάρ orationem redintegrat. E codd. Paris. Voss. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. οὖν post ὅθεν interposuimus. Cod. Par. ὅθεν οὖν παρ' ὧν. Libri vett. ὅθεν οὖν παρών ἡμῖν ὁ λόγος.

ἐπόμνυσι interpretes omnes pro peierare accipiunt; sed ἐπομνύναι est deierare s. dictum suum iureiurando confirmare. Etiam sequentia interpretes non intellexerunt. Sensus est: *qui adulterati quid in foro vendit et deos invocat, is deierat secundum aedilium leges et instituta*, h. e., perinde facit (deos invocans), ac si iusiurandum interponat. Φυλακτήρια, ad custodiendum apta, sunt ea, quae custodiae causa aediles instituerunt, h. e., cautiones; vid. ad V, 11.

ἔχοντα ὡς ἔχουσι cet. Pro ἔχοντα *Stephanus* scribi iubebat

ἔχοντας; sed recte habet ἔχοντα, in quo pronomen indefinitum latet, vid. ad III, 8. Genitivi καθαρότητος et ἁγνείας e particula ὡς pendent, simul vero ad ἔχοντα referuntur, ac si scriptum sit: ἔχοντα (κατὰ τὰ θεῶν ὀνόματα) οὕτως καθαρότητός τε καὶ ἁγνείας, ὡς ἡμῶν οἱ πλεῖστοι ἑκάστοτε ἔχουσι (κατὰ) τὰ πολλὰ τὰ περὶ τοὺς θεούς: *tantam castitatem* (in deorum nominibus usurpandis) *observantes, quantam plerique in plurimis ad deos spectantibus rebus* (ut in sacrificiis, in votis, in precibus, al.) *observare solent*, s. *quantam plerumque — observare solemus*. Inepte *Ficinus* vertit, nisi aliter legit: „nec ea huc atque illuc devolvere, sed omnia, quae ad deos pertinent, pure casteque servare."

P. 422. ὅρκος τε. Cod. Voss. ὅρκον τε — ἀπτέσθω; mox ἀνατὶ (vid. IX, 11.) τυπτέτω τις. Deinde μὴ δυνάμενον πείθεσθαι est i. q. μὴ πειθόμενον, ut c. 5: τοῖς τιμᾶν δυνηθεῖσι. Vid. *Fischer.* ad Phaedon. p. 426. — ὁ μὲν δοῦλος, i. e., εἰ μὲν δοῦλός ἐστιν ὁ ἐλέγξας. Pro φερέσθω Suidas T. II. p. 311., hunc locum transscribens, habet φορείσθω; sed φέρεσθαι, Latinor. *ferre* (vid. *Stroth.* ad Liv. II, 65. et *Drakenb.* p. 325.), est i. q. ἀποφέρειν s. κομίζεσθαι, reportare, ut νικητήρια, ἆθλα (ut Phaedr. p. 245. B. 256. D. Polit. III, 14. p. 406. B. X, 11. p. 613. D. Phaedon. p. 264. 478. al.); tunc omnino est accipere, nancisci, ut Polit. VII, 27: τοῦτον καὶ πλεῖον φέρεσθαι τούτου τοῦ ἀγαθοῦ. al. Sic et φέρειν Legg. II, 12. VII, 9. p. 800. D: οὗτος τὰ νικητήρια φέρει.

ὡς ἀποστερῶν τοὺς θεούς, *quasi diis forensibus* (ἀγοραίοις; intelligendi sunt Iupiter, cuius ara erat Athenis, et in primis Mercurius ἐμπολαῖος, mercaturae praeses, v. *Aristoph.* Plut. 1156. al.) *id detrahens.*

τῇ μάστιγι e cod. Voss. revocavimus, quod in libris editis deest. Mox ὑπὸ κήρυκος κηρύξαντος est *praecone simul pronuntiante;* vid. ad VI, 23. Male ante κηρύξαντος vulgo interpungitur.

πρόσθε τοῦ ἀγορανομίου. Sic *Stephanus* optime coniecit pro ἀγορανόμου legendum esse, ut locus intelligeretur, ubi iudicium exerceret ὁ ἀγορανόμος, sicut in seqq. ἀστυνόμιον. *Ficinus* vertit: „in columna conscriptas *in foro* proponant." γράψαντες male a praegressis separatum legitur, quum arte cohaereat cum verbis ἐν στήλῃ. Ante νόμους εἶναι int. ὥστε (αὐτά, τὰ ἀναγεγραμμένα). *Cornarius:* „ut sint leges, quae fori usum manifeste indicent." Cf. ad II, 8. — τοῖς περὶ τὴν χρείαν, int. οὖσιν,

iis, qui circa fori negotia versantur, h. e., negotiantibus s. mercatoribus. *Χρεία* est negotium, v. *Wernsdorf.* ad Himer. p. 171. Sic *οἱ περί* c. accusativo, omisso verbi substantivi participio, usurpatur, ut *οἱ περὶ ῥητορικήν*, rhetores, al. Vid. *Hoogev.* ad Viger. p. 656. — Verba quae sequuntur *ἅ τε χρὴ ποιεῖν τὸν πωλοῦντα καὶ ἃ μὴ* haud dubie, loco suo mota, post *μηνυτὰς σαφεῖς* collocanda sunt, ut *Ficinus* quoque vertit: „ut plane ex his pateat, quid oporteat et quid non vendentes facere.“ Mox comma post *ἀστυνόμιον* delevimus.

CAP. IV.

P. 423. *τό γε κατὰ φύσιν*, *vere s. recte instituta*, vel simpliciter *per se.* Sic *κατὰ φύσιν* III, 4. ubi v. not. In praegressis Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *κατὰ πᾶσαν πόλιν* exhibent.

πᾶσιν ἐπικουρίαν — ἐξευπορεῖν, int. *δύναται;* nam haec verba epexegesis causa vocibus *τοῦτο δύναται* (efficit, praestat) apposita sunt. *Πᾶσιν*, dativus, pro *πάντων* positum est, vid. ad I, 1. Mox pro *ἐξιασαίμεθα* scripsimus *ἐξιασώμεθα*, *ut sanemus*, h. e., *turpem famam diluamus.* Cod. Voss. *ἀξιωσώμεθα.* — *τὸ διαβεβληκός*, *infamiae notam afferens*, *ignominiosum*, *turpe;* res enim ipsa dicitur *διαβάλλειν* eum, qui propter illam male audit; v. *H. Stephan.* Thesaur. L. G. T. I. p. 675. E. Ceterum duae mixtae sunt constructiones: *κατά τι αὐτὸ δοκεῖ μὴ καλὸν εἶναι*, et *τί* (*αὐτοῦ*) *δοκεῖ τὸ μὴ καλὸν εἶναι.*

πρᾶγμ' ἔσθ' cet. Haec verba in libris omnibus Cliniae tribuuntur, sequentia vero *Πῶς λέγεις, ὦ φίλε Κλεινία* cet. Atheniensi. Bene *Grouius* orationis distributionem esse turbatam animadvertit, quem secuti sumus.

καὶ — τεθραμμένον, *idque optime educatum s. institutum.* — *τὸ τοῦ μέτρου ἐχόμενον*, i. e., *τὸ μέτριον.* — Ante *δεόμενα* int. *scilicet.*

P. 424. *ὃ μὴ γένοιτο*, quod nolim, hoc absit velim; formula est averruncandi. Sic *Demosth.* orat. de Rhod. libert. p. 196. 19: *εἴ ποθ', ὃ μὴ γένοιτο, τοιοῦτό τι συμβαίη.* In Mid. p. 581. 22: *ὃ μὴ γένοιτο, οὐδ' ἔσται.* Contra Aphob. 834. 24: *ἐὰν γὰρ ἀποφύγῃ με οὗτος, ὃ μὴ γένοιτο.* p. 842. 14: *εἰ δ' ὑμεῖς ἄλλο τι γνώσεσθε, ὃ μὴ γένοιτο, τίνα οἴεσθε αὐτὴν ψυχὴν ἕξειν;* al. Cf. *Lam-*

bec. ad A. Gell. N. Attic. VII, 3. — ἐν μητρὸς — σχήματι cet. Vid. ad IX, 4.

καταλύσεσιν ἀγαπηταῖς. Sic Cod. Voss. et *Ficinus:* „optato diversorio;" vulgo ἀγαπητῶς. Mox pro ἐλαυνομένους, quod nimis dure referretur ad δεχόμενος, scripsimus ἐλαυνομένοις, ut *Stephanus* iam coniecerat. — Cod. Voss. vitiose εὐδιανήν.

ἀπολυτρώσῃ. Ἀπολυτροῦν h. l. non est redimere, sed i. q. λύειν, dimittere, accepto pro redemtione pretio. Sic Demosth. in Philipp. Epist. p. 159. 15: Ἀμφίλοχον — συλλαβὼν καὶ τὰς ἐσχάτας ἀνάγκας ἐπιθεὶς, ἀπελύτρωσε ταλάντων ἐννέα. In seqq. ὀρθῶς, quod vulgo ante ἁμαρτανόμενα legitur, voci παρεσκευακότα praeposuimus, ut sit *merito.* Monuerat de hoc etiam *Stephanus.* Verba cohaerent ita: ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἁμαρτανόμενα ἐστὶ παρεσκευακότα, i. e., παρεσκεύακε τὰς διαβολὰς cet. — φάρμακον τέμνειν, vid. ad VIII, 5.

πρὸς δύο μάχεσθαι. Proverbium repetitur ab Hercule, qui, quum hydrae Lernaeae cancer opitulatum venisset, Iolaum in auxilium dicitur advocasse, vid. *Apollodor.* Bibl. II, 5. 2. Phaedon. p. 378: ἀλλὰ — πρὸς δύο οὐδ' Ἡρακλῆς λέγεται οἷός τε εἶναι. Euthydem. 297. C: πολὺ γάρ πού εἰμι φαυλότερος τοῦ Ἡρακλέους, ὃς οὐχ οἷός τε ἦν τῇ τε ὕδρᾳ διαμάχεσθαι — καὶ καρκίνῳ ἑτέρῳ τινὶ σοφιστῇ. Cf. Schol. Ruhnk. ad Phaedon. p. 11. (ubi locus noster ita citatur: ὀρθὸν μὲν δὴ τὸ πάλαι τε εἰρημένον, ὡς πρὸς δύο μάχεσθαι χαλεπόν). *Erasmi* Adag. p. 145. *Fischer.* ad Phaed. p. 378. *Wyttenbach.* p. 237. et *Iacobs.* ad Antholog. graec. V. II. P. III. p. 169. — Cod. Voss. ὥσπερ pro ὡς πρός. Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. εἰ τούτων.

ἀρωγή. Cod. Voss. ἀγωγή, quam scripturam *Stephanus* quoque memorat. Verba quae sequuntur ita capienda sunt: αὕτη ἐστὶν ἡ ἀρωγή· πρῶτον μὲν ὅτι σμικροτάτῳ τῷ — γένει χρῆσθαι cet. Pro ὅτι Cod. Voss. ὅστις; deinde liber unus, Stephano referente, pro ἀνέδην habet ἀναίδην, quam vocem, saepenumero cum altera ἀνέδην confusam (vid. *Taylor.* ad Demosthen. pro Coron. p. 171. T. I. Reisk. Appar. Crit. in Demosth.) viri docti iam reprobarunt. Cf. *Schweighaeus.* ad Polyb. T. VI. p. 646. *Tzschuck.* ad Strabon. XI. T. IV. p. 481. et *Buttmann.* ad Plat. Gorg. p. 523. ed. Heindorf. Ἀνέδην (ab ἀνίημι) est libere, licenter, effrenate, effuse, vid. *Perizon.* ad Aelian. V. H. I, 4. *Wesseling.* ad Diodor. Sic. II, 59. XVI, 37. Verba ita construenda sunt: ὅπως μὴ ἤδη ῥᾳδίως ξυμβῇ-

σεται γίγνεσθαι ἀνέδην μέτοχα ἀναισχυντίας τε καὶ ἀνελευθέρου ψυχῆς.

οὓς — κατοικίζει. Sic Cod. Voss. pro οὓς ἂν — κατοικίζῃ, in quo ἂν ex prima verbi ἀνορθῶν syllaba natum esse liquet. De re ipsa vid. VIII, 12. p. 848. D. γεωμόροι, vid. ad V, 8. — κεκτημένος, simpliciter est *habens, exercens,* vid. ad I, 8. — τοῖς μὴ ἐξίσου, int. οὖσι, ut adverbialiter positum ἐξίσου adiectivi partes agat: *qui non ipsi aequales sunt.* Rectius autem, ni fallor, scribitur ἐξ ἴσου, int. τιμήματος, *eodem censu et ordine.* Sic V, 12. p. 743. A: τῶν ἐκ διπλασίων μὲν χρημάτων, ἡμίσεων δὲ ἀναλωμάτων. Ubi vid. not. — Mox pro γένεσι scribendum videri possit γένει, ut intelligantur οἱ εἰς τὸ ἄνω ἔτι τούτων γένει, h. e., πρόγονοι, maiores, ut IX, 17. p. 880. E: πατρὸς γὰρ ἢ μητρὸς ἢ τούτων ἔτι προγόνων. Similiter c. 14. p. 878. A: πατρὶ καὶ τοῖς ἄνω τοῦ γένους. Scilicet γένη de liberis usurpatur, non, quod equidem sciam, de cognatis, qui dicuntur, adscendentibus, qui h. l. intelliguntur; γένει vero semper apponitur, ubi cognatio significatur. Offendit vero in his εἰς τό; nam simpliciter dicitur ὁ ἄνω τινός (sc. ὤν), non ὁ εἰς τὸ ἄνω. Hinc aptius mihi videretur γένους, ut verba ita cohaererent: καὶ τοῖς ἔτι τούτων πρεσβυτέροις εἰς τὸ ἄνω γένους (εἰς esset *quod attinet ad* s. *propter;* igitur: *quia genere superiores sunt*).

ὅσοι ἐλεύθεροι ἐλευθέρως. *Ficinus:* „qui liberi sunt et libere vivunt.“

καταρρυπαίνειν. Sic c. 14. p. 637. D: οἷον κῆρες ἐπιπεφύκασιν, αἳ καταμιαίνουσί τε καὶ καταρρυπαίνουσιν αὐτά.

τοῦ — χρόνου. Sic legendum esse pro eo, quod vulgo scribitur τὸν ἔμπρ. χρόνον, quilibet statim videbit, idque etiam *Stephanus* monuit, subiiciens „si τὸν — χρόνον retineretur, scribendum esse τοῦ δεσμοῦ, cum παυέσθω connectendum.“ *Μὴ παυέσθω διπλασιάζων* est: *semper duplicato.*

τοὺς νομοφύλακας cet. Haec verba, puncto, quod in libris editis extat, deleto, praegressis iungenda sunt; namque ὅπως cum coniunctivo est *ut* (damit), quod cum sequentibus arte cohaeret. *Stephanus* post τοὺς interponi iubebat δέ, quo orationis cohaerentia periret, etsi *Ficinus* ita vertit: „nec ignorare legum custodes debent“ cet. Sensus est: ut eiusmodi homines (peregrini vel inquilini, qui artem cauponiam exercent) quam

optimi vel minime mali sint, tertia lex legum custodes iubebit non solum eorum custodes esse, quos, utpote bene educatos (int. cives), facile custodiant, verum etiam, idque multo magis, eorum, qui, educationis bonae expertes, rebus student in pravitatem inducentibus (et hi sunt peregrini illi et inquilini). Ad *τρίτος* int. *νόμος*) deinde verba ita construe: *ἢ καὶ ὡς ἥκιστα κακός*. Pro *ἀλλὰ καὶ τῶν μὴ τοιούτων* accusativus *τοὺς δὲ μὴ τοιούτους* positus est propter praegressos accusativos. De perissologia illa *προτροπὴν* — *πρὸς τὸ προτρέπειν* vid. ad II, 3.

ταύτῃ δέ. Cod. Voss. *ταύτῃ δή*. *Ficinus* autem: „cum vero cauponatio multiplex atque varia sit.“ Sensus poscebat: *ταύτῃ δὲ τὰ περὶ τὴν καπηλείαν, πολλὰ ἐπιτηδεύματα τοιαῦτα κεκτημένην* (habentem; h. e., complectentem), *πολλὰ ὄντα*, h. e., *τῶν — πολλῶν ὄντων*: *Itaque res cauponia quum tam multiplex ac varia sit multasque eiusmodi artes complectatur* cet.

P. 426. *λῆμμά τε καὶ ἀνάλωμα*, acceptum et expensum s. reditus et impensae (*Einnahme* und *Ausgabe*), ut ap. *Lys.* p. 905. T. V. Cf. *Dorvill.* ad Charit. p. 87. Mox libri vett. *καπηλείᾳ μὲν, ὠφελοῖ*.

CAP. V.

Ὅσα τις ἂν cet. Est: *περὶ τούτων* (*quod ad ea attinet*), *ὅσα τις ἂν — ὁμολογίας, πλὴν* (*τούτων*) *ὧν ἂν νόμοι ἀπείργωσιν ἢ ψήφισμα ἢ* (*ἐὰν*) *ὑπὸ ἀδίκου τινὸς ἀνάγκης βιασθεὶς ὁμολογήσῃ*.

Ἡφαίστου cet. Cf. *Procl.* Hymn. in Minerv. v. 20. Biblioth. d. alt. Liter. u. Kunst P. II. p. 34. Vid. *Wesseling.* ad Diodor. V, 74. p. 390. Mox ad *Ἄρεως δ' αὖ καὶ Ἀθηνᾶς* (belli praesidum) int. *ἱεροί εἰσιν οἱ τὰ τῶν δημιουργῶν ἔργα σώζοντες τέχναισιν ἑτέραις* (*itidem*, vid. ad VI, 21. Igitur est: *itidem artibus atque illis belli artibus*) *ἀμυντηρίοις*. Mox *δέ* est i. q. *γάρ*, etenim, vid. ad II, 1.

γένεσιν ἀποτελοῦντες, procreantes, h. e., efficientes s. conficientes mercede. — *προγόνους*, i. e., *ἀρχηγούς*, et generis et artis principes vel auctores. De accusativo *αἰδουμένους* dativum *οἷς* excipiente vid. ad III, 5. — *βιοδότην*. Usitatiores sunt formae *βιοδώτης* et *βιοδώτωρ*.

P. 427. *βλέπων*. Cod. Voss. *κλέπτων*.

δεύτερον δὲ ἑπόμενος cet. Verba ita cohaerent: *πρῶτον μὲν — ὑφέξει, δεύτερον δὲ — ὀφειλέτω;* interpositis autem verbis *ἑπόμενος αὐτῷ νόμος κείσθω*, quibus *δεύτερον* illud explicatur, sequi debebat infinitivus *ὀφείλειν;* sed imperativus, qui refertur ad *δεύτερον δέ*, subsequitur, quasi illa *ἑπόμενος — κείσθω* in parenthesi posita sint.

τὸν ἐκδόντα, qui opus locavit (ab artifice faciendum); *ἐκδιδόναι*, locare, dicitur, qui mercede quid faciendum curat, ut Parmenid. p. 127. A: *κατελάβομεν τὸν Ἀντιφῶντα οἴκοι χαλινόν τινα χαλκεῖ ἐκδιδόντα σκευάσαι.* *Xenoph.* de re equestr. II, 2. al. Contra artifex, qui faciendum quid conducit, dicitur *ἐκλαβεῖν* (vid. *Perizon.* ad Aelian. V. H. XIV, 15.) vel *ἀναιρεῖσθαι*, suscipere vel redimere (unde Latin. *redemtor*). — Cod. Voss. *ἐξεργάζεσθαι*.

διαπειρώμενον. Διαπειρᾶσθαί τινος, experiri aliquem vel tentare, an capi vel decipi possit, est deinde decipere, defraudare, ut in seqq. *διαπειρᾶσθαι τῶν ἰδιωτῶν*, ubi *τεχνάζοντα* (dolos struentem, h. e., *dolose*, ut Epinom. 11. p. 989. D: *οὐ σχήμασι τεχνάζοντας, ἀλλ' ἀληθείᾳ τιμῶντας ἀρετήν*) et *τέχνη* paronomasiam facit, vid. ad II, 4. In praegressis *καὶ — δέ* est *etiam*, *praeterea*, vid. ad I, 9.

λύῃ. Cod. Voss. *λύει*, mendose.

προαμειψάμενος ἔργον, praeoccupans opus, h. e., priusquam mercedem dedit, opus ad se vindicans vel simpliciter accipiens. Mox *διπλοῦν πραττέσθω* (passive, vid. *Raphel.* et *Wetsten.* ad Luc. III, 13. *Pollux* IX, 31. Thom. M. al.) est: *duplum ab eo exigitor.*

ἐπωβελίαν: obolum (sextam drachmae partem) usurae loco (*ὡς τόκον*) pendito. *Ἐπωβελίᾳ* proprie dicebatur sexta pars aestimationis litis, quam in causis pecuniariis et iudiciis ignominiosis persolvere debebat accusator, qui reum peragere non potuerat, ita ut in quamlibet drachmam obolo mulctaretur. Vid. Schol. Ruhnk. p. 236 sq. *Suid.* T. I. p. 846. ubi v. Küster. *Salmas.* de modo usur. p. 12. *S. Petit.* Legg. Attic. p. 486 sq. Suidas: *ἐπωβελία ὁ τόκος ὑπὸ Πλάτωνος Νόμων ια'.*

σωτηρίας. Epexegesis est: de iis, qui belli sunt opifices, iisque salutis (opificibus, i. e., effectoribus). Paulo post dativi *τούτοις — οὖσι δημιουργοῖς*, pro quibus genitivos exspectabas

(*quum hi itidem*, ac illi, *opifices iique alii sint*) absolute sunt positi, vid. *Matthiae* Gramm. graec. p. 819 sq.

καὶ τὰς τιμάς. *Stephano* suadente, καὶ interposuimus; explicat vir ille doctissimus hunc locum ita: „Si ille hoc fecerit, et lex eum meritis honoribus prosequi velit, nullum eum laudandi finem faciet." Subiicit vero: „alioqui scribendum esset ἀποδιδούς." Sed e sequenti μέμψεται, quod ad τὸν ἀνελόμενον δημόσιον ἔργον refertur, perspicitur, etiam verbi καυσεῖται subiectum esse τὸν ἀνελόμενον, non legem, ut *Stephanus* videtur verba cepisse; quocirca dicendum erat: nullum *eam* (legem) laudandi finem faciet; et ex hoc simul apparet, ἀποδιδούς locum habere non posse. Etiam *Ficinus* videtur τὸν νόμον pro subiecto verbi καυσεῖται habuisse; vertit enim: „iuste huic lex honores, qui bellicosis viris praemia sunt, ita reddet, ut laudare nunquam desinat." Ad μὴ ἀποδιδῷ int. ὁ νόμος.

P. 428. πολεμικαῖς. Sic *Ficinus*: „aut fortitudine aut bellica quadam peritia." Vulgo πολιτικαῖς, quod *Cornarius* in πολεμικαῖς mutandum esse iam monuit. Crebro hae voces inter se confunduntur, vid. ad I, 4. Etiam in praegressis Ald. Lov. Bas. 1. et 2. πολιτικῶν pro πολιτῶν scribunt. — τοῖς — τιμαῖς συνηθείσι, i. e., τοῖς τιμῶσι; vid. ad c. 3.

CAP. VI.

διατεθρυμμένως, *animo fracti*; διαθρύπτειν enim proprie est frangere (ut ap. *Xenoph.* Ages. II, 14: ἀσπίδας διατεθρυμμένας); deinde sensu translato, ut Latinorum *frangere*, est *debilitare*, *mollire*; unde med. διαθρύπτεσθαι est molliter et delicate se gerere, delicias facere, vid. ad Phaedr. p. 225. et *Boissonad.* ad Philostr. p. 338. 361.

χαλεπόν — μεστόν, neutra, ut solent, substantivo masculino iuncta sunt, vid. ad V, 8.

P. 429. καὶ μή, int. δοῦναι, ᾧ ἂν δοῦναι μὴ ἐθέλω. *Ficinus* verba καὶ μή non expressit. In seqq. *Ficinus* vertit: „tum in morbo, tum in senio," recte; ante οἳ δ' enim οἳ μέν, ut solet, omissum est. Pro εἰ τὰ ἐμά Cod. Voss. vitiose exhibet εἶτε ἅμα.

ἐξεῖναι — διατίθεσθαι ἁπλῶς. Haud dubie Solonis lex notatur, qua liberos masculos non habenti licebat bona sua

legare, cuicunque volebat, modo sanae mentis suaeque spontis esset. *Plutarch.* Solon. vit. p. 90. A: εὐδοκίμησε δὲ καν τῷ περὶ διαθηκῶν νόμῳ· πρότερον γὰρ οὐκ ἐξῆν, ἀλλ' ἐν τῷ γένει τοῦ τεθνηκότος ἔδει τὰ χρήματα καὶ τὸν οἶκον καταμένειν· ὁ δ' ᾧ βούλεταί τις ἐπιτρέψας, εἰ μὴ παῖδες εἶεν αὐτῷ, δοῦναι τὰ αὐτοῦ, φιλίαν τε συγγενείας ἐτίμησε μᾶλλον καὶ χάριν ἀνάγκης· καὶ τὰ χρήματα κτήματα τῶν ἐχόντων ἐποίησεν· οὐ μὴν ἀνέδην γε πάλιν οὐδ' ἁπλῶς τὰς δόσεις ἐφῆκεν, ἀλλ' εἰ μὴ νόσων ἕνεκεν ἢ φαρμάκων ἢ δεσμῶν ἢ ἀνάγκῃ κατασχεθεὶς ἢ γυναικὶ πειθόμενος. Cf *Meurs.* Them. Attic. II, 13. p. 1976 sq. Gron. Thes. *S. Petit.* Legg. Attic. p. 576 sq. et *Chr. Car. Bunsen* de iure hereditario Atheniensium (Gotting. 1813. 4.) p. 55 sq.

ἐφήμεροι. Sic Pindarus Silenum inducit loquentem: Ὦ τάλας ἐφήμερε νήπιε, βάζεις μοι χρήματα διακομπέων, et Aristophanes Socratem: τί με καλεῖς, ὦ 'φήμερε; Cf. *Pindari* fragm. CLII. V. III. p. 149. ed. Heyn. Schol. ad Aristoph. Nub. 223. et nostra ad Sympos. p. 286.

πρός γε, *praeterea*, vid. ad V, 14. Verbis ὑμᾶς αὐτοὺς notissimum illud γνῶθι σαυτόν significatur, „cuius praecepti, ut Cicero dicit de legib. I, 22., tanta vis, tanta sententia est, ut ea non homini cuipiam, sed Delphico deo tribueretur." Hinc τὸ τῆς Πυθίας γράμμα dicitur, ut in Erast. p. 138 A: τὸ ἐν Δελφοῖς γράμμα. Cf. Charmid. p. 164. D. *Plutarch.* Consol. ad Apollon. T. I. p. 116. C. de εἰ p. 385. D. E. *Harduin.* ad Plin. VII, 32. et *Elmenhorst.* ad Minuc. Fel. Octav. p. 35. ed. Ouzel.

ὑμῶν αὐτῶν — τὴν οὐσίαν. Contra Solon statuit τὰ χρήματα esse κτήματα τῶν ἐχόντων, vid. Plutarch. l. l. subiiciens: πρότερον (ante Solonem) γὰρ οὐκ ἐξῆν, ἀλλ' ἐν τῷ γένει τοῦ τεθνηκότος ἔδει τὰ χρήματα καὶ τὸν οἶκον καταμένειν.

ὑποδραμών. Cod. Voss. ὑπολαβών, vitiose. Ὑποτρέχειν, subire (*sich einschleichen*), est se insinuare. Polit. IV, 5: ὃς δ' ἂν σφᾶς — ἥδιστα θεραπεύῃ καὶ χαρίζηται ὑποτρέχων.

P. 430. κατατιθεὶς ἐν μοίραις ἐλάττοσι, minoris faciens, minoris momenti ducens: ἐν μοίρᾳ ἐλάττονι ἄγων.

οὐ τῶν μὲν cet. Ante haec verba excidisse ἁπάντων videri possit, quam suspicionem *Ficinus* confirmat vertens: „nobis au-

tem reliqua vestra curae erunt, qui non aliis magis, quam aliis rebus studemus, sed *omnium* aeque pro viribus curam gerimus." Attamen si ad κηδομένοις intelligas αὐτῶν, nihil amplius desiderabis: *dum ea curamus quammaxime et quantum possumus, ita ut nihil fere negligamus* (οὐ τῶν μέν, τῶν δὲ οὔ: ita ut alia curemus, alia praetermittamus).

CAP. VII.

ποιεῖσθαι δεχομένῳ, ut eum recipiat et adoptet; de ποιεῖσθαι, ποιητός, al. vid. ad IX, 15. Praeterea notanda est particula μέν, quae, sequenti ἐὰν δὲ — μὴ ἐπὶ τινὶ κλήρῳ πεποιημένος (non adoptatus et testamento haeres institutus) opposita, pronomini ἑτέρῳ praeponitur, vid. ad III, 11. Pro ὅσα ἂν θέλῃ scripsimus ὅσα ἂν ἐθέλῃ. De περὶ τὸν κλῆρον κατασκευῆς vid. ad IX, 2.

μὴ νέμειν. Particulam μή, quae ab Ald. Lov. Bas. 1. et 2. abest, e *Cornarii* correctione *Stephanus* recepit. *Ficinus* quoque: „non tribuat, neque filiae similiter." Genitivus τῶν χρημάτων verbo νέμειν, quod partitionem indicat, ut solet, iunctus est, vid. ad VI, 9.

τῆς διαθήκης. Verba ita cohaerent: ἐὰν — κλῆρος ἐπιχώριος φανῇ γενόμενος (i. e., γένηται) ὕστερον τῆς διαθήκης. *Ficinus:* „post conditum testamentum."

καταλειπέτω, int. τὰ χρήματα, pecuniam, quae haereditate ipsi venit. Sed videndum est, annon scribi oporteat καταλειπέσθω, *relinquitor;* testator enim dicitur καταλείπειν, res vero καταλείπεσθαι; nisi dicere velis, scriptorem nostrum, licet de testamentis conscribendis exponat, verbum καταλείπειν alio sensu, quam illo in testamentis usitato, posuisse, eoque concedendi, ut sit: is, quae haereditate ipsi venerunt, testatoris haeredi concedito. Attamen καταλειπέσθω multis praestat nominibus.

ᾗ τινι. Dativus pro genitivo positus est (vid. ad I, 1.), ut in seqq. ᾧ δ' ἂν — οἱ παῖδες; est igitur: *virum filiarum suarum, cuiuscunque vult.* ἄνδρα μέν et υἱὸν δέ opposita fere inter se sunt: haeredem instituito, ita ut filiae quidem vir sit, suus vero ipsius filius. Pro κληρονομεῖν, quod libri editi habent, scripsimus κληρονόμον, sensu poscente, quam scripturam *Stephanus*, nescio e quo libro (nisi is Ficini translatio est), affert.

εἰς ἄνδρας τελεῖν, h. e., εἰς ἀνδρῶν τέλος (i. e., τάξιν) ἰέναι, ut Menex. 249. A: καὶ ἐπειδὰν εἰς ἀνδρὸς τέλος ἴωσι. Hinc τελεῖν est annumerari, censeri, ut *Sophocl.* Oedip. R. 223: ὕστερος γὰρ ἀστὸς εἰς ἀστοὺς τελῶ. Ubi v. *Musgrav. Aristid.* T. I. p 91. ed. Iebb. εἰς Ἕλληνας τελεῖν. al. Vid. *H. Stephan.* Thesaur. L. G. T. III. p. 1379. B. Idem igitur est h. l. εἰς ἄνδρας τελεῖν, quod vulgo dicitur εἰς ἄνδρας s. εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον ἐγγράφεσθαι vel δοκιμάζεσθαι, quod alii anno aetatis vicesimo, alii decimo octavo factum esse statuunt, vid. *S. Petit.* Legg. Attic. p. 229. sq. et *Bunsen* l. l. p. 18. sq.

P. 431. *τῆς ἐπικτήτου*, int. οὐσίας, decimam partem opum earum, quas ultra sortem suam acquisivit. Mox ᾧ pro οὗ positum est; vid. supra.

πάντων. Cod. Voss. πάντα, mendose. Male *Ficinus* πάντων, quod ad νομοφυλάκων refertur, cum ὀρφανῶν coniunxit vertens: „orphanorum omnium quinquennio curam sic habere volumus." — *ἐκλιπέτω*. *Ficinus*: „atque id pro viribus nunquam deficiat." Vid. de verbo ἐκλείπειν ad IX, 3.

ἡ χρεία τῶν παίδων, indigentia liberorum, h. e., liberi tutela indigentes earundem legum beneficio fruantur.

πρὸς τὼ δύο ἐπισκοπῶν: si ex tribus illis, quae respicienda sunt in filia in matrimonio locanda, duo tantummodo respicit, generis videlicet cognationem et sortis conservationem, tertium vero, quod nonnisi ipse pater curare potest, omittit. Pro ποιῆται scripsimus ποιήσῃ.

P. 432. *βλέπων*. Cod. Voss. κλέπτων, vitiose. Verba ἐξ ἁπάντων τῶν πολιτῶν cohaerent cum illis τὸν ἐπιτήδειον. — *διὰ τὴν ἀδύνατον σκέψιν*; nam quem pater sibi filium electurus fuisset, legis lator definire nequit.

ἀδελφὸς ὁμοπάτωρ cet. Illustratur hic locus in primis *Isaei* verbis de Hagn. haeredit. T. VII. p. 270: ὁ δὲ νόμος περὶ ἀδελφοῦ χρημάτων πρῶτον ἀδελφοῖς τε καὶ ἀδελφιδοῖς πεποίηκε τὴν κληρονομίαν, ἂν ὦσιν ὁμοπάτορες· τοῦτο γὰρ ἐγγυτάτω τοῦ τελευτήσαντος γένος ἐστίν· ἐὰν δ' οὗτοι μὴ ὦσι, δεύτερον ἀδελφὰς ὁμοπατρίας καλεῖ καὶ παῖδας τοὺς ἐκ τούτων· ἐὰν δὲ μὴ ὦσι, *τρίτῳ γένει* δίδωσι τὴν ἀγχιστείαν ἀνεψιοῖς πρὸς πατρὸς μέχρις ἀνεψιῶν παίδων· ἐὰν δὲ καὶ τοῦτ' ἐκλίπῃ, εἰς τὸ γένος πάλιν ἐπανέρχεται, καὶ ποιεῖ τοὺς πρὸς μητρὸς τοῦ τελευτήσαντος κυρίους αὐτῶν κατὰ ταυτά

καθάπερ τοῖς πρὸς πατρὸς ἐξ ἀρχῆς ἐδίδου τὴν κληρονομίαν. Cf. Solonis lex ap. *Demosthen.* adv. Macart. p. 1067. *S. Petit.* Legg. Attic. p. 584. sq. et *Bunsen* l. l. p. 29. sq. 33. sq. al.

ὡσαύτως δὲ — πορευέσθω. Verba ita cohaerent: τὸ γένος πορευέσθω — δι' ἀδελφῶν — ἐπανιὼν ἑνὶ γένει: et ita genus procedat secundum propinquitatem per fratres (et defuncti et patris eius) eorumque liberos ascendens, ita ut masculorum prima habeatur ratio. Solonis enim lex iubebat κρατεῖν τοὺς ἄῤῥενας καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἀῤῥένων, οἳ ἂν ἐκ τούτων ὦσι, κἂν γένει ἀπωτέρω τυγχάνωσιν ὄντες. Vid. *Isaeus* p. 173. 279. *Demosth.* adv. Macart. p. 1067. 7. al. Ante ἑνὶ γένει vide ne ἐν exciderit. *Ficinus*: „in eodem genere." Ceterum citavit haec verba *Eusebius* Praep. Ev. XIII, 19. p. 708. A., ubi καταλείπῃ et ἐπανιών scribitur. De ἀγχιστείᾳ, Suidas: ἀγχιστεῖς οἱ ἀπ' ἀδελφῶν καὶ ἀνεψιῶν καὶ θείων κατὰ πατέρα καὶ μητέρα ἐγγυτάτω τελευτήσαντος· οἱ δὲ ἔξω τούτων συγγενεῖς μόνον. Vid. *Bunsen* l. l. p. 45 sq.

τὴν δὲ τοῦ — χρόνου ξυμμετρίαν. Laudat haec *Theodoret.* Therapeut. Serm. IX. p. 616. B., a cuius libro absunt verba τὲ καὶ ἀμετρίαν ὁ; deinde legit γυναῖκας pro θηλείας.

μέχρι δὲ πάππου παίδων. In libris vett. ante παίδων reperitur καί, quod *Stephanus* recte exterminavit. Etiam *Ficinus* vertit: „ad fratrum usque avorumque filios." ὡσαύτως est: similiter, sc. et descendendo usque ad fratris (τοῦ τελευτήσαντος; huius enim ratione habita, varii cognationis gradus definiuntur) nepotes (υἱδοῦς) et ascendendo ad avi filios. *Cornarius* scribi volebat: μέχρι μὲν ἀδελφοῦ πατρὸς καὶ υἱῶν, μέχρι δὲ πάππου καὶ παίδων ὡσαύτως: „usque ad fratrem patris et eius filios et usque ad avi fratrem et filios eius." In quo plura sunt supervacanea. Verba autem τοῖς οἰκείοις mihi mendosa videntur esse, quae quem sensum habere possint, prorsus me fugit. Οἰκεῖοι, proximi, omnino ab hoc loco alienum est, quum de patre agatur eiusque cognatis, qui filiam reliquerit. Ni fallor, τῶν οἰκείων scribendum est, quod referatur ad ξυγγενῶν: cognatorum aptorum s. accommodatorum, h. e., filiae defuncti convenientium circa aetatem; quum in praegressis de ξυμμετρίᾳ et ἀμετρίᾳ τοῦ τῶν γάμων χρόνου exposuerit; οἰκεῖον est enim accommodatum, conveniens.

ἔτι δὲ πολλά. Haud dubie corrigi oportet πολλή, ut verba ita cohaereant: πολλὴ δὲ ἀπορία πολλῶν καὶ ἔτι πλείων τῶν τοιούτων γίγνοιτ' ἂν ἔστιν ὅτε ἐν αὐτῇ τῇ πόλει: multa (h. e., ma-

gna) multarum rerum penuria in urbe nonnunquam erit, maior etiam cognatorum (filiae accommodatorum) penuria. — *ἀπορουμένη τῶν αὐτόθεν*, penuria laborans cognatorum illic (in urbe) habitantium.

τῶν ἐν τῇ πόλει ὄντων, int. *τὶς ᾖ*.

P. 433. *οἷον ξύννομοι*, quasi contubernales, coniugati. Cap. 10. p. 930. A: *ξύννομα πειρᾶσθαι προσαρμόττειν*. Cf. V, 8. — *ἐμποδία — τοῦ μή*, i. e., quominus. Mox *πρότερον — βουληθῆναι*, sed malle quemlibet quidvis potius pati, sc. quam vel in matrimonium ducere vel nubere alicui, cuius corpus vel animus aegrotus vel vitiosus est. Ante *σωμάτων* e Cod. Voss. *ἢ* recepimus, quod *Ficinus* confirmat vertens: „cuius *vel* corpus aegrotum mancumve sit, vel insanus animus.“ Bas. 2. *ᾖ* scribit.

οὐκ ὀρθῶς δοκοῦν, i. e., *ὃ οὐκ ὀρθῶς αὐτοῖς δοκεῖ* vel *δόξειεν ἄν*.

ξυγγνώμην. Cod. Voss. *συγγνώμῃ*; deinde Ald. Lov. Bas. 1. 2. et Cod. Voss. *πράττει* pro *προστάττει*. *Ficinus*: „quae singularum calamitatum ignarus *conscripsit*.“ In praegressis *Stephanus* malebat *εἰ τὰ τοῦ νομοθ.* pro *ὡς τ. τ. ν.*, ut *Ficinus* vertit: „*si* legislatoris ea nonnunquam praecepta complecti nequeant.“ Sed *ὡς* idem est quod antecedens *ὅτι*: prooemium rogans (*δεόμενον*), ut etiam legislatores iis, quibus leges dant, hoc ignoscant, quod legibus nonnunquam obedire non possunt.

P. 434. *πλουσίου ἀνδρός*, int. *παῖς*; *ἀδελφιδοῦς* enim refertur ad *τὴν θείου* (patrui vel avunculi) *θυγατέρα*.

ἀναγκάζοντος. *Stephanus* scribi iubebat *ἀναγκάζοντι*, ut referretur ad *νόμῳ*; sed *ἀναγκάζοντος* refertur ad *νομοθέτου προστάττοντος*, et ipsa haec verba antecedentium *ξυμφορὰν τὴν μεγίστην τοῦ νομοθέτου προστάττοντος* explicationi serviunt. In seqq. verba *ὁ δὴ νῦν λόγος* appositionem, quae dicitur, faciunt ad *ὅδε νόμος κείσθω*: *haec esto lex, quae quidem est id, quod hac de causa statuimus*. Pro *δὴ νῦν* malim scribi *δή νυν*, vid. ad I, 5. Etiam *Ficinus*: „*Quare* nobis haec lex de istis sanciatur,“ vocem *νῦν* (nunc) quasi ignorans.

ἐγκαλῶσι. Ex hoc verbo ad seqq. *ἦ μήν* (profecto) petendum est *λέγοντες*, dicentes quasi iure iurando interposito s. confirmantes. *Ἀναγκάσαι* cum particula *ἄν* coniunctum vim futuri

habet. Deinde e cod. Voss. ante νομοθέτην articulum τὸν revocavimus. Verba πράττειν οὕτω explicantur appositis μηδὲ γῆμαι μηδὲ γήμασθαι (illud de viro, hoc de femina positum est, ut solet, vid. *Ammon.* de differ. verb. p. 36. ubi v. *Valckenar.* Animadv. p. 59.); μηδὲ — μηδέ vero repetitum est propter μήπρτ' ἂν ἀναγκάσαι.

ὁ δέ τις. Cod. Voss. ὁ δέ τι, et paulo post εἴ τις. De hoc pronominis τὶς usu vid. ad I, 12. Mox *Ficinus* verbum φάναι non expressit, *Cornarius* autem vertit: „qui asserat ac dicat, legislatorem arbitros ac patres — reliquisse." Vulgo legitur διαιτητὰς φάναι καὶ πατέρας. Verba autem ita cohaerent: ὁ δέ τις τῶν οἰκείων — φῇ (dicat), τὸν νομοθέτην καταλιπεῖν τοῖς ὀρφανοῖς καὶ ὀρφαναῖς τοὺς πεντεκαίδεκα τῶν νομοφυλάκων (ὡς, tanquam) διαιτητάς, φάναι (se putare) καὶ πατέρας: *legis latorem orbis reliquisse quindecim illos legum custodes, qui ipsis arbitri et, ut opinetur* (sc. qui hoc dicit), *etiam patres sint.* Φάναι est enim saepenumero opinari, putare, ut X, 8. Mox pro πρὸς οὓς scripsimus πρὸς τούτους, sensu iubente. Similiter *Ficinus* et *Cornarius* verterunt, idemque *Stephanus* reponi voluit.

ἂν — δοκῇ: *si quis putet, nimiam legum custodibus potestatem tribui*, h. e., nimis violenter agere legum custodes.

CAP. VIII.

μετὰ δὲ τὴν δευτέραν, postquam secunda vice (primis parentibus defunctis) quasi generantur, dum novos parentes (tutores) accipiunt. — ἔρημον — γενομένην, int. γένεσιν, pro ἐρημίαν πατέρων vel ἐρήμων γενομένων, *quando orbi facti sunt.*

P. 435. ἔλεον ἕξει τῆς ξυμφορᾶς, h. e., ἐλεεινὴν ἕξει ξυμφοράν. *Ficinus:* „ut privati parentibus quam minime miserabili calamitate premantur."

ἐμμελῆ. Sic Cod. Voss. pro ἐν μελέτῃ; idemque in Cod. Paris. marg. extat. ἐμμελῆ, concinna, est *apta*, *convenientia.*

εἴς τινα — καιρὸν cet. Haec transscripserunt *Eusebius* Praep. Ev. XII, 3. p. 575. B. *Theodoret.* Therap. Serm. VIII. p. 602. D. et *Stobaeus* Serm. CXXIV. p. 620. 27. Pro ἢ Euseb. et Theodor. καί.

ταῦτα δὲ ἀληθεῖς cet. Verba ita construenda sunt: λόγοι

ταῦτα περιέχοντες (haec divulgantes, h. e., de his dispersi; vid. ad VIII, 7.) ἀληθεῖς μέν, μακροὶ δ' εἰσί. Ab Euseb. δέ abest.

πιστεύειν δή. Vulgo τέ, Euseb. vero δέ, unde δή reposuimus. *Ficinus* quoque: *quamobrem* cet. Deinde ex Euseb. et Theodor. τέ ante ἄλλαις recepimus, *Ficino* confirmante, qui vertit: „quamobrem *et* aliis tritis — de hac re sermonibu et legumlatoribus — credere debent." Paulo post Euseb. πολλαῖς, et Theodoret. σφόδρα γέ, quod reposuimus. Verbum φαίνωνται refertur ad ἐπιτρόπους, non, quod nonnulli censebant, ad legis latores; ad eosdem spectat sequens φοβείσθων.

τῶν ὀρφανῶν τῆς ἐρημίας, *orbitatis*. Similiter Latini vocem *solitudo* usurpant, ut *Cicero* in Verr. I, 58. Dom. 36. *Terent.* Andr. I, 5. 56. *Lactant.* div. instit. VI, 12.

ἔχουσιν, εἶτα. Inter verba ἔχουσιν et εἶτα interponenda esse sequentia καὶ τὰ περὶ ταῦτα ὀξὺ μὲν ἀκούουσι — ἱερωτάτην (quae nonnisi ad deos referri possunt), egregie vidit *Desiderius Heraldus* de rer. iudic. auctor. II, 5. §. 4. in Otton. Thes. iur. Rom. T. II. p. 1177. sq. ita vertens hunc locum: „si vero haec secundum naturam hoc modo se habent, primum quidem deos superos timeant, qui ad orphanorum solitudinem sensus attentos habent, et quae ad eam pertinent, acute et audiunt et cernunt, ac iis, qui se erga eos iustos praebent, sunt propitii; quemadmodum contra iis cummaxime indignantur, qui pupillis et orphanis iniuriam faciunt, hoc unum maximum et sanctissimum depositum existimantes. Deinde et defunctorum manes (item timeant), quibus tanta posterorum cura inest a natura, ut iis, qui reverenter et condecenter se gerant erga eos, benignos se praebeant, alios autem, qui ius istud violant, summo odio prosequantur. Denique et vivos adhuc vereantur, senectute graves et ideo maximis honoribus ornatos in omnibus civitatibus, quae bonis legibus instructae beate vivunt. **** His omnibus tutorem et magistratum animi mentem, si vel minimam habet, adiicere oportet, et diligenti pupillorum educatione atque institutione de iis bene mereri, hac veluti beneficentia idem sibi ac posteris suis beneficium conciliantes." Optime tunc omnia cohaerent: πρῶτον μὲν τοὺς ἄνω θεοὺς φοβείσθων, οἳ —, αἰσθήσεις ἔχουσι, καὶ τὰ περὶ ταῦτα ὀξὺ μὲν ἀκούουσι — ἱερωτάτην· εἶτα τὰς τῶν κεκμηκότων ψυχάς (φοβείσθων) — ἔτι δὲ τὰς τῶν ζώντων - τιμαῖς· οἷς ἐπίτροπον πᾶσι δεῖ τὸν νοῦν — προσέχοντα — εὐεργετεῖν. — Orationis vero cohaerentiam vi-

dentur turbare verba ὅπουπερ πόλις εὐδαιμονεῖ, τούτους οἱ παῖδες παίδων φιλοστοργοῦντες ζῶσι μεθ' ἡδονῆς, ad quae *Desid. Heraldus* adnotat: „haec verba videntur reliquiae esse amplioris orationis; neque, quid desit, video satis." Sed verba illa explicant praegressa ἐν μεγίσταις τιμαῖς; quocirca ante ὅπουπερ intell. particula *nempe*, *scilicet*; ut sit: *nam*, *ubicunque urbs legibus bene instructa et beata est*, *ibi etiam liberi liberorum hos colentes et pietate prosequentes beate vivunt.* οἱ παῖδες παίδων, (nostrum Kindes Kinder) in universum significat posteros. Loquendi ratio ab *Homero* fluxit Iliad. XX, 308:

Καὶ παίδων παῖδες, τοί κεν μετόπισθε γένωνται.

Sic Polit. II, 6. p. 363. E: παῖδας γὰρ παίδων φασὶ καὶ γένος κατόπισθεν λείπεσθαι τοῦ ὁσίου καὶ εὐόρκου (quod ad Hesiodeum illud spectat in Oper. v. 283.) et II, 8. — Paulo post pro αυτοῖς scripsimus αὖ τοῖς, et sensu et linguae ratione poscentibus. *Heraldus* corrigebat ἂν τοῖς.

παρακαταθήκην. *Desid. Heraldus*: „pupilli fidei tutorum traduntur et quasi pro deposito eoque maximo et sanctissimo habentur, unde sequitur nefas esse eos vel tantillum violare." Sic *Demosthen.* contr. Aphob. Orat. II. p. 840. 7: ὁ γὰρ πατήρ, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὡς ᾔσθετο τὴν νόσον οὐκ ἀποφευξούμενος, συγκαλέσας τούτους τρεῖς ὄντας καὶ συμπαρακαθισάμενος Δήμωνα τὸν ἀδελφόν, τὰ σώματα ἡμῶν εἰς τὰς χεῖρας ἐνέθηκε, παρακαταθήκην ἐπονομάζων· — ἐμὲ δὲ πᾶσι κοινῇ μετὰ τῶν χρημάτων παρακατατιθέμενος cet. De παρακαταθήκῃ vid. ad XI, 1. Mox ante ἐνείη particulam ἂν excidisse opinor.

ὡς ἔρανον εἰσφέροντα cet.: *munificentiam quasi et gratiam sibimet ipsi et suis conferens*; vid. ad c. 2. *Desid. Heraldus*: „Hoc autem ait, eos, qui officio suo probe funguntur, exspectare debere a iustitia divina par sibi ac posteris olim redditum iri." Commode idem vir doctissimus laudavit *Plaut.* Captiv. Act. II. Scen. 2. 60. sq.

P. 436. περὶ τὸν ἀμφιθαλῆ. *Timaeus* Lexic. p. 28: ἀμφιθαλεῖς, ἀμφοτερα (sic enim pro αμφότεροι scribendum esse, docuit *Bast.* Append. ad Epist. crit. p. 10. et Comment. palaeogr. p. 769. sq.) οἰκοθαλεῖς. *Pollux* III, 25: ὅτε δὲ ἂν γονεῖς ἅμα ἀμφότεροι περιῶσιν, ἀμφιθαλὴς ὀνομάζεται. Vid. *Ruhnken.* ad Tim. l. l.

τὴν δὲ ἄλλην νομοθεσίαν cet. Vulgo post ἐπιτρόπων plene interpungitur, quo manca fit oratio. Quocirca *Stephanus*

νομοθετῶμεν aut tale quid deesse suspicabatur (*Ficinus* videlicet vertit: „Sed leges — conscribimus"), subiiciens „nisi potius suspicandum sit, deesse quampiam praepositionem cum illis accusativis, quae sensum hunc efficeret: *quod autem attinet ad ceteras leges, quae ferendae sunt:* ut post *ἐπιτρόπων* hypostigme tantum poneretur." Praepositione haud opus est; accusativus enim, absolute positus, est: *quod ad reliquas leges et tutoribus et magistratibus scribendas attinet* (vid. ad I, 2.), *de ipsa pupillorum educatione legibus datis haud opus est, quia ipsi tutores, liberos habentes, quomodo educatio institui debeat, probe sciunt; de honore vero et cura, quum pupilli reliquis liberis posthaberi soleant, leges scribere oportet.* — Pro *εἰ μὲν δή*, sensu iubente, reposuimus *εἰ μὴ δή;* idem etiam *Grouius* coniecerat. Pro *παράδειγμα* *Stephanus* memorat legi quoque *παραδείγματα*, quod haud dubie e *Ficini* translatione hausit, quae ita habet: „si ergo educationis — quaedam *exempla* haberent." In seqq. pro *δεηρημένους*, ni omnia me fallunt, *διειρημένους* scribendum est; vid. ad VII, 14.

τῆς πατρονομικῆς, int. *τροφῆς; ὀρφανία* est enim i. q. *ὀρφανικὴ* (h. e., *τῶν ὀρφανῶν*) *τροφή*.

ὁ δὲ ἐπίτροπος τὸν ἄρχοντα, sc. *παρὰ τὸν νόμον περὶ τὰ τοιαῦτα πράττοντα*, igitur *τὴν ἐπιμέλειαν τῶν ἐπιτρόπων* negligentem. Deinde verba ita construe: *τῷ τιμήματι, δόξαντι τῷ δικαστηρίῳ, διπλῇ:* dupli poena, quae iudicibus videatur (h. e., si iudicibus ita videatur), eum mulctato. Mox ad *ἀγέτω* — intell. e praegressis *αὐτός* (*ὁ πολίτης* vel *οἰκεῖος*). Ceterum cum his et sequentibus conferendae sunt leges de tutela, quas *S. Petitus* Legg. Attic. p. 52 sq. et 591 sq. collegit.

μέχρι πέντε ἐτῶν. Sic Solonis lex ap. *Demosthen.* in Zenothem. p. 989. 22: *ἀκούετε — τοῦ νόμου λέγοντος ἄντικρυς, ἐὰν μὴ πέντε ἐτῶν δικάσωνται, μηκέτ' εἶναι δίκην*. Ceterum *δίκη ἐπιτροπίας* est actio male administratae tutelae (v. *Pierson.* ad Moer. p. 143.), Latinorum *tutelae iudicium*. Vid. *Cicer.* pro Rosc. Amer. 6. Orat. I, 36. de nat. deor. III, 30.

CAP. IX.

ὑπὸ κήρυκος — ἀπειπεῖν, est i. q. *ἀποκηρύττειν*, abdicare, quod de patre frequentatur, qui, causa cognita et apud iudices probata, liberos domo expellit vel in exilium eiicit; vid. *S. Pe-*

tit. Legg. Attic. p. 235. et *Pierson.* ad Moer. p. 83. Post ἀπειπεῖν sequitur, ut solet, negatio μηκέτι, vid. ad III, 7.

παρανοίας. Licebat enim filiis, patrem ob morbum vel senectutem rem male gerentem ac desipientem dementiae accusare. Vid. *Meurs.* Them. Attic. I, 3. et *S. Petit.* Legg. Attic. p. 245. sq.

ταύτης δὲ ἧς, pro ἐν ταύτῃ δέ, ἧς.

ὑπὸ δὲ τοῦ γένους. *Pollux* II, 128. p. 216. exhibet: τὸ δὲ γένους.

P. 438. *ἀποῤῥηθῆναι.* Cod. Voss. in marg. ἀπαγορευθῆναι, quod glossema etiam Schol. Ruhnk. p. 240. habet. Tim. p. 44: ἀπόῤῥησις· ἀπαγόρευσις, ut et Pollux II, 127. p. 216. et Suidas v. ἀποῤῥηθῇ (T. I. p. 290.)· ἀποκηρυχθῇ. Lexic. Basil. „ἀποῤῥηθῆναι, abdicari, Plato de legibus." Cf. *S. Petit.* p. 234. sq. *Pierson.* ad Moer. p. 83. et *Ruhnken.* ad Tim. p. 44.

θυμὸς — ἐπιθυμεῖν. Vid. ad I, 14.

διαψηφιζομένου. Haud dubie scribendum est διαψηφιζομένους, quod referatur ad ξυμψήφους: *dum* (cognati) *calculum ferunt*, h. e., *sententiam dicunt, praeter patrem, matrem et accusatum* (filium). Paulo post τῶν δὲ ἄλλων pro τῶν τε ἄλλων scripsimus.

τὰ γὰρ τῶν νέων ἤθη cet. Laudat haec *Stobaeus* Serm. L. p. 358. 19., ubi similis affertur Theophanis sententia: χαλεπὸν καταμαντεύεσθαι περὶ τῶν νέων· ἀστόχαστος γὰρ ἡλικία καὶ πολλὰς ἔχουσα μεταβολάς, ἄλλοτε ἐπ' ἄλλο φερομένη.

θετὸν — ποιήσασθαι, simpliciter est *adoptare.* Mox verba τοὺς τῶν ἐπιγόνων cet. *Ficinus* ita vertendo amplificavit: „curatores prolis supra modum adauctae, quam constituimus transmissis colonis amputari," haud satis recte; ἐπίγονοι sunt filii post haeredes legitimos nati et sufficientem liberorum numerum (v. c. 10. p. 930. B. C.) excedentes, qui hanc ipsam ob causam in coloniam mittuntur. Sic c. 7: ἐὰν δὲ *περιγίγνηταί* τις τῶν υἱέων αὐτῷ μὴ ἐπὶ τινὶ κλήρῳ πεποιημένος, ὃν κατὰ νόμον ἐλπὶς εἰς *ἀποικίαν ἐκπεμφθήσεσθαι* cet. Igitur ad τῶν εἰς τὴν ἀποικίαν intell. ἐκπεμφθησομένων. Post ἀποικίας vero, ni fallor, commate distinguendum est, ut ἐμμελῶς cum ἐπιμέλεσθαι coniungatur.

P. 439. *ξυμβουλεύσωσι.* Sic Cod. Voss. pro ξυμβουλεύωσι. *Ficinus:* „si accusandum *decreverint.*"

CAP. X.

δυστυχίᾳ. Cod. Voss. *ἀτυχίᾳ*. — *τοὺς μέσους*, i. e., *τοὺς διὰ μέσου ὄντας*, neutrius partis studiosos, neutri parti faventes. Sic Latinorum *medius* usurpatur, ut ap. *Ciceron.* ad Attic. X, 8: „medios esse non licebat." *Liv.* XL, 20. *Vellei. Paterc.* I, 9. II, 21. al.

κεκραμένους. Cod. Voss. *κεχρημένους*, male; *κεκρᾶσθαι* est enim proprium hac in re verbum, vid. ad Phaedr. p. 396. — *βαθύτερα*, solidiora s. severiora, oppos. levibus et *ὀξυῤῥόποις*. *Βαθὺ* enim, *profundum*, levi et ei, quod superficiale dicimus, oppositum, est solidum ac severum (gediegen, gründlich, ernst), vid. *Iacobs* ad Antholog. graec. V. III. P. I. p. 252. Sic Theaet. 183. E. de Parmenide: *καί μοι ἐφάνη βάθος τι* (Gediegenheit, Ernst und Würde) *ἔχειν παντάπασι γενναῖον* (quem locum non recte ceperunt *Heindorf.* et *Schleiermach.*). Igitur *βαθὺ* id fere est quod *ἐμβριθές*, firmum, solidum et constans, ut Phaedr. c. 33. Sic *Plutarch.* Coriolan. p. 220. D: *τὸ δ' ἐμβριθὲς καὶ τὸ πρᾶον, οὗ τὸ πλεῖστον ἀρετῇ πολιτικῇ μέτεστιν.* Similiter *οἱ ἐμβριθέστεροι* opponuntur *τοῖς ὀξυῤῥόποις* in Theaet. p. 144. B. — *ξύννομα*, vid. ad V, 8. — *τρόπων ἤθη*. Sic VI, 16. p. 773. C: *τρόπων ἤθεσιν*. De re ipsa, cf. hic ipse locus, ubi inter alia: *θάττους δὲ ἤθεσι πρὸς βραδυτέρους καὶ βραδυτέρους πρὸς θάττους ἀναγκάζειν τῇ τῶν γάμων κοινωνίᾳ πορεύεσθαι.*

κοινούμενοι. Vid. ad c. 1. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *κινούμενοι*. Mox in *ἐνδεεῖς* - *ὦσι* a singulari (*ἡ μήτηρ*) ad pluralem, ut solet, oratio transit. Ad *καὶ παίδων ἕνεκα* intell. *τοῦτο ποιούντων*: mulierem viro nubere iubento.

P. 440. *τὸ γεννώμενον*. Cod. Voss. *γενόμενον*. Mox vulgo *ποιουμένων* legitur, quod esset adoptantium; quocirca bene *Stephanus* monuit scribendum esse *προσποιουμένων*, *qui prolem suam esse profitentur.* *Ficinus:* „qui prolem sibi vindicant." — Pro *δέηται* Cod. Voss. *δέκται*, vitiose. Mox ad *ἐξ αὐτοῦ* (int. *δεσπότου*) *δούλης* int. *ἢ γεννώμενον*, ut in *τὸ μὲν τῆς γυναικός* et *τὸ δὲ τοῦ ἀνδρός*. In Ald. Lov. Bas. 1. et 2. verba *αἱ γυναῖκες* desiderantur.

CAP. XI.

Γονέων — *ἀμελεῖν* cet. Laudat haec *Stobaeus* Serm. LXXVII. p. 455. 44. Cf. p. 460. 34. Cf. cum his Solonis legem ap. *S. Petit.* p. 240. 245. sq.

τῶν δ' (int. ἀοράτων) εἰκόνας, int. τιμῶμεν, quos, licet inanimatae imagines sint, colentes ac venerantes deos ipsos vivos, nobis propitios gratósque reddere putamus. ἀγάλλειν enim, ab ἄγη (unde ἄγος, ἁγνός, al.) formatum, est proprie *venerari*, *colere*, *celebrare*, ut h. l. et infra p. 931. D: οὓς ὅταν ἀγάλλῃ τις. Sic et in Solon. lege ap. Porphyr. de abstin. IV, 22. (*S. Petit.* Legg. Attic. p. 68.) θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν. *Aristoph.* Pac. 395: καί σε θυσίαισιν ἱεραῖσιν, ὦ Δέσποτ', ἀγαλοῦμεν ἡμεῖς ἀεί. Alia vid. ap. *Wesseling.* ad S. Petit. Legg. Att. p. 68. Significatio vero illa, qua *nitidum reddere*, *exornare* sonat, quam *Ruhnkenius* ad Tim. p. 4. cum *Hemsterhusio* (ad Thom. Mag. p. 4) propriam habuit, ex illa, ni fallor, originem traxit. Idcirco ἄγαλμα quoque non est proprie καλλώπισμα πᾶν, ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται καὶ χαίρει, ut *Eustathius* ad Odyss. p. 1467. statuit, quem omnes fere recentioris temporis literati sequuntur, sed simulacrum s. imago venerationis causa (ἕνεκα τοῦ ἀγάλλειν) posita; quas quidem antiquissimis temporibus admodum rudes fuisse, lapides videlicet, stipites, columnas, alia id genus, inter omnes constat (vid. *Pausan.* Achaic. XXII. p. 579. VIII, 17. *Clemens Alex.* Strom. I. p. 348. *Euseb.* Praep. Ev. I, 9. p. 29. al.). Procedente vero tempore quum politiora fingi simulacra coepissent et ipsis diis pretiosissima quaeque atque cultissima dicare moris esset, factum est, ut nomine ἄγαλμα et absoluta artis opera et quoduis decus ornamentumque insignirentur.

κειμήλιοι, repositi iacent, sicuti pretiosa supellex vel thesaurus; κειμήλιον enim dici constat eximie hoc, quod, ut cetera supellectile pretiosius, magna cum cura reponi solet.

ἄγαλμα αὐτῷ — ἵδρυμα. Sic e cod. Voss. et Stobaeo reposuimus pro αὐτῶν — οἴκημα, et τοιοῦτον — ἔχων a reliqua oratione separavimus. Ἵδρυμα etiam infra legitur p. 931. D: θαυμαστὸν γὰρ δήπου τὸ προγόνων ἵδρυμα ἡμῖν ἐστὶ διαφερόντως τῶν ἀψύχων. *Stephanus* κτῆμα legi iubebat. Deinde μᾶλλον κύριον ἄγαλμα ἔσεσθαι αὐτῷ est: *verius simulacrum*, *venerationis causa positum*, *ipsi fore*, h. e., *sanctius quid se habiturum esse*, *quod maiore dignum veneratione sit* (κύριον est enim *proprium*, *verum*, non, ut interpretes vertunt, efficax; sic infra p. 931. E: πάντων πρὸς θεοφιλῆ μοῖραν κυριώτατα ἀγαλμάτων ἂν κεκτῆτο). Similiter infra p. 931. D: ὡς οὐδὲν πρὸς θεῶν τιμιώτερον ἄγαλμα ἂν κτησαίμεθα πατρὸς καὶ προπάτορος est.

P. 441. *Οἰδίπους*. Nota est fabula, vid. *Apollodor.* III, 5. Heynii Observatt. p. 241. sq. De Oedipi diris v. *Aeschyl.* Sept. adv. Theb. 701. 715. *Sophocl.* Oed. Colon. 1440. sq. *Eurip.* Phoeniss. 67. ubi v. Valcken. *Heynii* Observatt. ad Apollodor. p. 243. sq. — *Ἀμύντορά τε*, int. *φαμέν*: De fabula ipsa, *Homerus* (Iliad. *ι.* 447. sq.) Phoenicem tradit matris impulsu pellicem patris (Amyntoris, Ormeni filii) corrupisse, tunc patris diris devotum fugisse, vid. Schol. ad h. l. et *Lycophr.* 417. sq. Aliter narrant *Apollodor.* III, 13. 8. et Schol. Ruhnk. p. 240: οὗτος (Φοῖνιξ) τυφλοῦται ὑπὸ τοῦ πατρός· κατεψεύσθη γὰρ πρὸς τὸν πατέρα ὑπὸ Φθίας, τῆς αὐτοῦ παλλακῆς, ὅτι δὴ πειραθείη πρὸς εὐνὴν αὐτῇ συνελθεῖν. ἰᾶται δὲ ὑπὸ Χείρωνος, Πηλέως σπουδῇ· ὁ δὲ Ἀμύντωρ κατεύχεται αὐτοῦ·

Μήποτε γούνασιν οἷσιν ἐφέσσεσθαι φίλον υἱόν·

ὃ δὴ γέγονε· καὶ γὰρ θεοὶ ἐτελείουν ἐπαράς. Cf. *Heynii* Observatt. ad Apollod. p. 316. sq. — De *Hippolyto*, Thesei filio, vid. *Hygin.* fab. 46. *Diodor. Sic.* IV, 64. *Pausan.* II, 32. al. — Mox ante ὧν γέγονε σαφές desidero praepositionem δι᾽, ut sit: *per quos*. Pro ἐπηκόους Cod. Voss. ὑπηκόους (obedientes, morigeros), quod propter dativum γονεῦσι placet; sed in seqq. quoque ἐπήκοον, etsi sine dativo, legimus.

ἀραῖος. Sic Cod. Voss. et Schol. Ruhnk. pro βλαβερός, quod libri editi habent. Βλαβερός, id quod *Stephanus* egregie vidit, ipsa vocis ἀραῖος interpretatio est, ut in Schol. Ruhnk. Ἀραῖος est enim h. l. βλαβερὸς διὰ τὰς ἀράς, qui imprecando s. diris nocet et perniciosus est, ut bene *Ficinus* vertit: „nihil enim imprecatione parentis, non iniuria, perniciosius filio."

μὴ δέ τις. Vulgo μὴ δή τις, quod orationis cohaerentiae adversatur. Postquam enim exemplis probavit, parentum diras a diis exaudiri, subiicit: non solum *vero* dirae parentum a diis exaudiuntur, verum etiam eorum preces et vota de liberorum, a quibus coluntur, salute. Oratio vero mutata est; nempe pro τιμωμένῳ δὲ οὐκ ἐπήκοον εἶναι θεόν, interrogatio posita est: οὐκ ἄρα ἡγησόμεθα, interposito ἄρα post τιμωμένῳ δέ, quod in altero orationis membro sic inferri solet; vid. exempla ab *Heindorfio* apposita ad Phaedon. p. 52. sq. Pro ἐπήκοον εἶναι, quo spectant dativi τιμωμένῳ et γενομένῳ, oratione mutata, ἀκούειν sequitur, et genitivus παρακαλοῦντος dativos participiorum τιμωμένῳ et γενομένῳ excipit, quasi absolute positus sit: *si propterea a diis bona liberis suis precantur.*

Οὐκοῦν διανοηθῶμεν cet. Vid. *Pempeli* Pythagorici paraphrasis huius loci in Stob. Serm. LXXVII. p. 460. 37. — *πρὸς θεῶν*, ex iudicio s. existimatione deorum, vid. ad IX, 10. — *παρειμένων γήρᾳ*, *senio confectorum; παρίεσθαι* est enim remitti, resolvi, igitur frangi ac debilitari. Mox Pempelus l. l. *τὴν ἰδίαν δύναμιν ἐχουσῶν*.

κέκτητο. Corrigendum est *κεκτῇτο* (vid. ad V, 12.), quia *ἂν* optativum poscit.

P. 442. *Πᾶς δή* cet. Citavit haec *Euseb.* Praep. Ev. XII, 36. p. 610. sq., ubi *δέ* scriptum extat. Ad verba *τοῖς δὲ κακοῖς εὖ μάλα φοβεροί* vid. *Valcken.* ad Eurip. Phoeniss. 99. b.

φήμη κωφή. Schol. Ruhnk, *ἀσθενής, ἀμβλεῖα, ὡς νῦν, ἢ ἄηχος*. Sensus est: *si quis dicitur surdus esse ad haec prooemia. Κωφή* ad *φήμη* relatum est, quum esse debuisset *εἴ τινα φήμη κατέχοι* (si fama de aliquo percrebruit), *κωφὸν εἶναι*. De hoc verbi *κατέχειν* usu vid. ad VIII, 7.

ἐπιτρέπων — ἢ τὰς βουλήσεις: *nisi magis illorum voluntates ac desideria, quam liberorum suorum et sua ipsius, concedit* (s. permittit) *et explet; ἐπιτρέπειν* est enim concedere, indulgere. *Ficinus* a graeca oratione paululum deflexit, nisi aliter legit; vertit enim: „si quis in hac civitate minus, quam decet, parentes colat, nec magis eos, quam filios, *nepotesque* et se ipsum *diligat*, prae ceteris eorum voluntati in omnibus obsequens." Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *αὐτῶν* pro *αὐτοῦ* exhibent.

γυναικῶν. Libri editi addunt *ἐπιμελουμένων* et Cod. Voss. *ἐπιμελουμένους*; sed recte *Stephanus* participium esse expungendum iudicavit; simpliciter enim ut dicitur *οἱ περὶ ῥητορικήν*, al., sic etiam h. l. *τῶν περὶ γάμους* (int. *οὐσῶν*) *γυναικῶν* esse debet. Mox verba *δέκα πλείοσιν ἔτεσι* refertur ad praegressa *ἐτῶν τριάκοντα*.

εἰς ἕνα καὶ ἕκαστον, i. e., *ἐν ἑνὶ καὶ ἑκάστῳ*, coram singulo quoque, h. e., coram omnibus civibus, tanquam iudicibus, qui aetate maxime provecti sunt. Sic enim *ἐν* usurpatur, de quo vid. ad VI, 3. De *ἕκαστος*, voci *εἷς* apposito, vid. ad IV, 12.

ἀπόῤῥητον: nullam poenam, quam homo pati potest, pro vetita vel illicita habentes. Male *Dorvillius* ad Charit. p. 63., nostrum locum citans, *ἀπόῤῥητον* pro terribili, exquisito habet.

Ceterum ποιούμενοι positum est, ac si δικασταί, non δικαστήριον praecesserit. Mox Cod. Voss. ἢ καὶ κακουμένων.

P. 443. καταβαλλέτω, solvito s. pendito. Vid. *Villoison.* ad Long. Past. II. p. 109. *Valcken.* ad Ammon. p. 115.

CAP. XII.

Ὅσα — πημαίνει φαρμάκοις: *quod ad omnia illa attinet, si quis alteri veneno nocet.* Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. διήρηται, ut *Ficinus* legit vertens: „divisa sunt." Recte *Stephanus* scripsit διείρηται, quod sequentia διεῤῥήθη et διάῤῥησιν iam poscunt. Vid. ad VII, 14.

ἐπίσχουσι τὴν διάῤῥησιν, inhibent s. moram faciunt expositioni, h. e., non facile vel non ita statim explicari possunt. In seqq. pro σώματι e cod. Voss. recepimus σώμασι. *Ficinus:* „*corporibus* corpora." Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἄλλη ἢ pro ἄλλη δέ, ἤ.

μαγγανείαις, i. e., γοητείαις, vid. ad X, 15. — καταδέσεσι, i. q., καταδεσμοῖς Polit. II, 7. ubi v. not. Verba seqq. ita cohaerent: ἢ πείθει τοὺς μὲν τολμῶντας αὐτοὺς βλάπτειν (qui ipsi alteri nocere volunt), ὡς δύνανται τὸ τοιοῦτον μαγγανείαις cet. (ipsos hoc efficere posse praestigiis, al.), τοὺς δ' (h. e., aliis vero, qui non ipsi nocere volunt, sed ne alii sibi noceant, timent) πείθει, ὡς βλάπτονται cet. ὑπὸ τούτων, ab his s. ab iis, quos, ne sibi noceant, timent: hos ipsis omnino nocere, si incantare s. praestigiis uti possint (earum periti sint). Igitur τούτων δυναμένων non est ab iis, qui possint, sed *ab illis, si possint;* illo enim sensu τῶν abesse non posset.

πείθειν εὐπρεπές, int. εἴη ἄν.

ταῖς δὲ ψυχαῖς cet. Dativus pendet e verbo διακελεύεσθαι: οὐκ ἄξιον ἐπιχειρεῖν διακελεύεσθαι ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς. Nam quod vulgo post ἐπιχειρεῖν legitur, πείθειν, id e praegressis huc irrepsisse, iam e dativo illo ταῖς ψυχαῖς, quocum cohaerere nequit, perspicitur. Particula δέ, praegressa explicans, est i. q. γάρ, vid. ad II, 1. et accusativus participii δυσωπουμένους, ut solet, post dativum illatus est, vid. ad III, 5. Ad δυσωπουμένους Schol. Ruhnk. adnotat: ὑφορωμένους, ὑπόπτως ἔχοντας. Sic etiam Suidas et Tim. Lex. p. 90. ubi v. Ruhnk. Reetius *Pollux* II, 52: τὸ ὑποπτεύειν τι ἰδόντα (ut h. l. sequitur ἄν ποτε ἄρα ἴδωσί cet.).

Proprie est *suspicari aliquid fraudis et periculi subesse, vereri.* In uno vet. legi δυσωπουμέναις *Stephanus* memorat, quam lect. *Ficinus* agnoscat. Hoc si inveniretur, nihil aliud nisi glossa esset. τινές, quod abundare possit videri, est *fere*, *etwa*, vid. ad I, 12. Deinde ante διαλαβόντας vulgo plene interpungitur, quum ad infinitivos δεῖσθαι, παραινεῖν et ξυμβουλεύειν e praegresso οὐκ ἄξιον ἐπιχειρεῖν — διακελεύεσθαι petendum sit ἄξιόν ἐστι vel χρή.

δειμαίνοντας φοβεῖν. Verba ita cohaerent: μηδ' αὖ φοβεῖν (i. e., δειματοῦν, metu territare) τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων, δειμαίνοντας καθάπερ παῖδας (instar puerorum timidos). πρῶτον, antequam legem scribimus. Non sequitur *secundo* vel *deinde*, ut III, 11. 692. D. al.

P. 444. ἐξιᾶσθαι — τοὺς τοιούτους φόβους, tales hominum metus sanare, h. e., hominum animis tali timore perculsis mederi, homines ab eiusmodi timoribus liberare. Similiter translate usurpatur ἰατρεύεσθαι VIII, 9. — ὡς — οὐκ εἰδότα, *utpote quum* s. *quia*, neque *cui* (corpori sc.) noceat neque *quibus* remediis s. incantationibus noceat, cognitum habeat, nisi medicus et vates sit; medicus enim corporis naturam, cui nocere vult veneficus, perspectam habet, et vates incantationum et praestigiarum, quibus veneficus utitur, peritus est.

λόγος ὅδε νόμος, i. e., ὡς νόμος, vid. ad VIII, 5.

εἴτ' ἄλλῃ βλάβῃ. Male *Stephanus* haec verba cepit, ex quapiam expositione manasse ea existimans; nam haec εἴτ' ἄλλῃ βλάβῃ εἴτ' οὖν θανασίμῳ non ad prius illud ἐπὶ βλάβῃ μὴ θανασίμῳ, quod ad solos homines spectat, refertur, sed ad βοσκήματα et σμήνη, ut bene *Cornarius* intellexit vertens: „quicunque veneficiis utitur ad detrimentum alicuius non lethale, neque ipsius neque hominum ipsius, sed pecorum aut examinum sive lethale sive aliud detrimentum.“ *Ficinus* ita vertit, ac si legerit σμηνῶν, εἴ γ' ἄλλῃ βλάβῃ ἢ θανασίμῳ: „sive etiam ut aliter, quam morte, bestiis noceat.“

ἢ τῳ τῶν τ. φαρμακειῶν. Τῳ (i. e., τινί) interposuimus, ut genitivi sequentes haberent, unde regerentur. *Cornarius* post ὡντινωνοῦν inseri iubebat χρείαις, *Stephanus* τισί ante τῶν τοιούτων repetendum esse censebat, et *Ruhnkenius* ad Tim. p. 115. corrigebat ἢ ἐπῳδαῖς τις τῶν τοιούτων φαρμακιῶν ὡντινωνοῦν, male delens φαρμακειῶν, quod praegressa φαρμακείας genera (καταδέσεσιν —

ἐπαγωγαῖς — ἐπῳδαῖς) requirunt et genuinum esse clamant. Lenissima est, ni fallor, nostra emendatio, qua nihil mutatur et sensus expletur; accedit quod ante τῶν facile τῳ excidere potuit. In seqq. pro φαρμακείας (Cod. Voss. τῆς φαρμακείας pro τὶς φαρμ.) scripsimus φαρμακεὺς, quod ὢν et sensus poscunt: *si quis meri veneficii* (ἄνευ μαντικῆς) *damnatus est*. Deinde αὐτοῖς positum est, ac si δικασταί, non τὸ δικαστήριον praecedat, quae ratio in his libris frequentissima est.

Ὅσα τις ἂν cet. Cod. Voss. ἀποτείνειν ὃς ἄν τις ἕτερον ἄλλον. Cod. Paris. Ὅσ' ἂν τὶς ἂν ἕτερον ἄλλον. γρ. Ὅσα τις ἂν ἕτερος ἄλλον. Sed recte habet vulgata scriptura; ὅσα est enim, ut cap. init. Ὅσα τις ἄλλος ἄλλον cet., *quod attinet ad* cet., etsi *Ficinus* quoque ὃς videtur legisse, quum vertat: „qui clam aut vi nocent." Deinde Cod. Voss. βλέπων pro κλέπτων exhibet, vitiose. — ἐλάττω ζημιώσας, *si minore damno affecerit*; ζημιοῦν est i. q. βλάπτειν, vid. VIII, 11. In Cod. Paris. γρ. ζημιούσθω; idem in marg. Cod. Voss.

ἰάσηται τὸ βλαβέν, i. e., τὴν βλάβην; ἰᾶσθαι et ἀκεῖσθαι est damnum resarcire s. reparare, ut ἐξιᾶσθαι IX, 15. ubi vid. not.

ἕκαστος ἑκάστῳ. Cod. Voss. ἕκαστος πρὸς ἑκάστῳ. — σωφρονιστύος ἕνεκα. IX, 2. p. 854. D: τάχα γὰρ ἂν δοὺς ταύτην τὴν δίκην γένοιτ' ἂν βελτίων σωφρονισθείς.

ἢ δειλίᾳ. Hoc e cod. Voss. recepimus pro ἐν φόβοις δειλίας. Similiter *Stephanus* ἢ δειλίαις scribi iussit. Ἐν est *propter*, vid. ad III, 3. Praeterea pro γιγνομένοις scripsimus γενομένοις, ita emendante *Stephano*, propter praeterita tam praegressa quam sequentia. De sententia, vid. ad IX, 2.

οὐ γὰρ τὸ γεγονὸς ἀγένητον cet. Protagor. p. 324. B: οὐ γὰρ ἂν τό γε πραχθὲν ἀγένητον θείη. *Sophocl.* Trach. 743: τὸ γὰρ φανθὲν τίς ἂν δύναιτ' ἀγέννητον ποιεῖν; Ai. 377. *Horat.* Carm. III, 29. 28: neque Diffinget infectumque reddet, Quod fugiens semel hora vexit. Cf. *Pindar.* Olymp. II, 29 sq. *Plaut.* Aulul. IV, 10. 11. *Gatacker.* Misc. Advers. Posth. c. 30. Opp. crit. p. 756 sq.

P. 445. τοξότου — στοχάζεσθαι δίκην. Cf. III, 11. et IV, 2: ὃς ἂν δίκην τοξότου ἑκάστοτε στοχάζηται τούτου. — ἑκάστων, int. κακουργημάτων. Verba ita capienda sunt: στοχάζεσθαι τοῦ τε

μεγέθους (τῶν κακουργημάτων), ἕνεκα τῆς κολάσεως ἑκάστων, καὶ παντελῶς τῆς ἀξίας.

τὸν δέ, int. νομοθέτην. ὑπογράφειν est *adumbrare*, h. e., summatim et breviter describere ac definire (vid. ad V, 7.). ἔργα vero, oppositum γραφῇ, ut λόγῳ illa vox opponi solet, sunt res ipsae, (nos dicimus: *die wirklichen, einzelnen Fälle*), quae leges scriptas (τῇ γραφῇ) sequuntur, h. e., secundum leges s. legibus convenienter a legis latore constituendae sunt. Mox ante τῶν κλοπαίων intell. *scilicet*.

CAP. XIII.

περιορᾷ. Cod. Voss. περιορᾷν. Ceterum τέτταρα μέρη τῆς μνᾶς τῶν πέντε sunt 80 drachmae, τρία μέρη 60 et δύο 40.— In seqq. Cod. Voss. νῦν οὖν, εἴπομεν. Deinde ad τροφὴν γενομένην repet. κακὴν et μαίνονται. Fuerunt, qui γενόμενοι scriptum mallent.

πολλὴν φωνὴν ἱέντες, magnam s. contentam vocem emittentes, h. e., magna voce. *Ficinus:* „altius inclamant." — οὐ πρέπον — τοιοῦτον, i. e., οὐ πρέποντος — τοιούτου οὐδενός. Sic δέον, al. usurpantur, vid. ad II, 5. Ceterum de κακηγορίᾳ, maledicentia (convitio) s. iniuria quae verbis fit, vid. *Salmas.* Observatt. ad Ius Attic. et Rom. p. 259 sq. et *Des. Heraldi* Animadv. II, 13. Et de κακηγορίας poena *Meurs.* Them. Attic. II, 7. et *Wesseling.* ad Petit. Legg. Attic. p. 642.

P. 446. γυναικείους φήμας ἐπιφέρειν, mulierum more malos sibi invicem rumores inferre, opprobria dicere et divulgare. — De λόγων, κούφου πράγματος, vid. ad IV, 8. et de paronomasia in ἀχαρίστῳ — χαριζόμενος vid. ad VI, 9. Deinde ἑστιαμάτων translato sensu positum est, ut solent ἑστιᾶν, ἑστίαμα, ἑστίασις, εὐωχεῖν, al. usurpari, vid. ad Phaedr. p. 221.

ὅ τις ἐθιζόμενος cet.: *cui si quis adsueverit, fieri non potest, quin* cet. Ceterum particula αὖ in μετεκβαίνειν δὲ αὖ respondet praegresso πρῶτον. In seqq. Cod. Voss. ὅσοι pro ὅς οὐ — ἀνατί — φιλονεικήσῃ.

θυμῷ ἑτέρῳ κακῷ, i. e., θυμῷ, κακῷ ὄντι, φιλοφρονούμενος (i. e., χαριζόμενος) ἑτέρῳ κακῷ, i. e., δι' ἑτέρου κακοῦ, sc. διὰ λοιδορίας, per irae convicia. Mox articulum ὁ, *Stephano* suadente, ad ξυμπλεκόμενος retraximus. ξυμπλέκεσθαι est manum conserere, h. e., velitari aut digladiari. *Festus:* „velitatio dicta est

ultro citroque probrorum obiectio, ab exemplo velitaris pugnae." Sic ap. *Plaut.* Rud. II, 6. 41. Asin. II, 2. 41. Mox libri vett. *παραδεχόμεθα.*

P. 447. *περὶ τοῦ*, i. e., *τινός;* accentum enim pronomen *τὶ* praepositione antecedente inclinare nequit. Vulgo *πέρι του*, quod *Stephanus* et *Heusdius* (Spec. crit. in Plat. p. 105.) in *περί του* mutari volebant. Deinde male vulgo legitur *συντεταγμένῳ;* *ξυντεταμένῳ* esse legendum et sensus docet et *Ficini* translatio: „*concitato* vero per iram animo." Et nihil frequentius est horum verborum confusione, vid. *Zeun.* ad Xenoph. Oecon. II, 18. *Schneid.* ad eund. XX, 22. *Heusd.* Spec. crit. p. 105. *Schäfer.* ad Aristoph. Plut. p. 509. Cf. nostra ad VI, 10. Commode *Heusd.* l. l. citavit Euthydem. p. 288. D. ubi *ξυντεταμένον* et *σπουδάζοντα* coniuncta leguntur. — In praegressis *Ficini* translatio plura habet, quae libri editi ignorant; vertit enim: „comicorumne *satyrorumque sales* et ridicula convitia, quibus adversus cives utuntur."

ἀναθετέον. *Ficinus:* „hoc igitur nullo modo admittendum." *ἀνατίθεσθαι* vero, reiicere, est differre, in praesenti praetermittere, ut *Cornarius* vertit: „Hoc igitur nullo modo differendum est, sed" cet.

ποιητῇ δὲ κωμῳδίας cet. Cf. *Aristotel.* Polit. VII, 17. (c. 15. §. 9. ubi v. *Schneid.*, p. 447.). *Ἴαμβοι* sunt carmina iambica. Semus Delius ap. Athen. XIV. p. 622: *οἱ αὐτοκάβδαλοι καλούμενοι ἐστεφανωμένοι κιττῷ σχέδην ἐπέραινον ῥήσεις, ὕστερον δὲ ἴαμβοι ὠνομάσθησαν αὐτοί τε καὶ τὰ ποιήματα αὐτῶν.* Verbis *μουσῶν* (carminum) *μελῳδίας* significantur carmina lyrica in universum. Quocirca *ἤ τινος μουσῶν μελῳδίας* pro *ἤ τινος ἰάμβων* scribendum esse putavimus; namque iambi certum sunt poesis genus, lyricae vero poesis plures sunt species.

πέρι τοῦ. Haec haud dubie e praegressis huc irrepserunt. Bas. 2. *περί του* exhibet, quod *Stephanus* reponi iubebat.

CAP. XIV.

κέκτηται. Corrigendum est *κεκτῆται*, de quo, quum in exemplari typographo tradito emendare id oblitus essem, eruditissimus *Schäferus* amicissime me monuit, idem vitium in *Xe-*

noph. Sympos. I, 8. inesse observans, ubi vulgo legitur: *ἄλλως τε καὶ ἣν μετ' αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης — κέκτηταί τις αὐτό.*

βίον ξυλλεγόμενος. βίος est victus, alimentum, ut VIII, 9. p. 842. C. v. *Tzetz.* ad Hesiod. op. et dies v. 689. *Cang.* Glossar. graec. T. I. p. 202. *Wetsten.* ad Marc. XII, 44. De voce *ἀνηνύτοις* vid. ad IV, 6.

P. 448. *ἐὰν δ' ἐπαιτιώμενος* cet. Illustrat hoc Schol. Ruhnk. p. 241. et perspicue reddidit *Ficinus:* „quod si communi quadam nocentis patientisque astutia, ut servus sibi auferatur, servi dominus factum contendat." Ceterum *κακοτεχνιῶν δίκη*, stellionatus actio, non solum in causa falsarum testationum locum habuit, quod *Salmasius* Observatt. ad Ius Attic. et Rom. p 841. contenderat, sed omnino „ubi quis malo more et malis artibus, quae criminis aliquid adiectum haberent, quid obtinuerat, quod quum rescindi non posset, dabatur actio *κακοτεχνιῶν*, qua et dolus puniebatur et damnum eius, cui iniuria facta erat, sarciebatur. Quare si quis falsis testimoniis, instrumentis surreptis aut suppressis aut eiusmodi malo modo quid assecutus erat, dabatur actio *κακοτεχνιῶν.*" *Desid. Heraldus* de rer. iudicat. auctorit. I, 3. §. X. XI. in Otton. Thes. Iur. Rom. T. II. p. 1093 sq. Cf. eiusdem Animadv. VI, 11. p. 464. — De *ἐπαιτιώμενος — τὴν αἰτίαν* vid. ad X, 2. Verba enim ita cohaerent: *ἐὰν δ' ἐπαιτιώμενος τὴν αἰτίαν φῇ ὁ δεσπότης κοινῇ — τέχνῃ (τοῦτο) γεγονέναι ἐπ' ἀποστερήσει τοῦ δούλου. διαδικαζέσθω*, in iudicium vocato s. accusato malae artis eum, qui damnum se contraxisse dicit.

προςκαλεῖσθαι τὸν δεόμενον, qui eius testimonio indiget, is eum citato ad iudicium. Vid. ad VIII, 11. *ἀπαντᾶν* est *se conferre*, *praesto esse*, *adesse*, ut ap. *Demosthen.* adv. Mid. p. 544. 20: *οὐκ ἀπαντήσαντα Μειδίαν ἐπὶ τὴν δίαιταν, ἀλλὰ καταλιπόντα.* Adv. Apatur. p. 896. 27: *ἐπὶ μὲν τὸ ὀμόσαι οὐκ ἀπήντα.* Adv. Boeot. p. 1011. 15: *ὡς γὰρ πρὸς τὸν διαιτητὴν ἀπήντησε* cet. p. 1013. 6: *ὡς δ' οὐκ ἀπήντων οὗτοι, ἀλλ' ἐφυγοδίκουν* cet.

φόνον. Vulgo *φόνου* scribitur, in quo *Stephanus* desiderabat *περί.* *Φόνον* (nisi malis *φόνῳ*, ut infra *δίκῃ μαρτυρεῖν*) *μαρτυρεῖν* est testari s testimonio suo confirmare, caedem esse factam, et *ξυνηγορεῖν* (i. e. *ξυναγορεύειν*) est *patrocinari* et *advocatum esse*, int. reo; vid. *Pollux* IV, 30. *Hesych.* v. *συναγορεύει.* al.

P. 449. ἦ μὴν μενεῖν. Verba ita cohaerent: ἦ μὴν μενεῖν μέχρι δίκης. Vulgo interpunctio neglecta est et scribitur μένειν; futurum esse reponendum iam *Stephanus* monuit, praeeunte *Ficino*, qui vertit: „se usque ad latam sententiam *permansuros*" De verbo ἐπισκήπτεσθαι vid. ad IX, 11. ὅλῃ μαρτυρίᾳ, si testem insimulet testimonii vel omnino vel ex parte falsi. Mox Cod. Voss κατασκευασμένας. Deinde in verbis μηκέτ' ἐξέστω τούτῳ μαρτυρεῖν notio latet: si sua sponte testari velit.

ὁπόσων δ' ἂν μαρτυρίαι cet. Pro ὁπόσοι ἁλῶσι (deprehensi vel convicti sunt; vid. *Valcken*. ad Herod. p. 89.) ψευδῆ δόξαντες μαρτυρεῖν δίκῃ (*qui falso testimonio actionem confirmasse convicti sunt*) καὶ τὴν νίκην πεποιηκέναι τῷ ἑλόντι (*qui causam obtinuit*, vid. ad VI, 9.). Mox τινὲς cohaeret cum ὑπὲρ ἥμισυ (τῶν τοιούτων μαρτυριῶν), ut solet hoc pronomen vocibus numeralibus adiungi, vid ad III, 4. — τὴν κατὰ ταύτας ἁλοῦσαν δίκην, iudicium, quod secundum falsa illa testimonia factum esse deprehenditur s. convincitur. *Ficini* translatio a verbis graecis paululum deflectit. *Cornarius* vertit: „quotcunque sint, quorum testimonia condemnata fuerint, velut qui falsae causae testimonium praebuisse visi sint et victoriam concilias e ei, qui iudicio vicit, si in talibus testimoniis maior quam dimidia testium pars condemnata fuerit, iudicium, quod secundum haec testimonia peractum est, irritum habeatur."

ἀνάδικον, rescissam s. irritam et redintegrandam; iudicata videlicet in integrum restituebantur s. causae actio redintegrabatur, si falsi testimonii convicti essent testes, et is, qui ipsis usus esset, causam obtinuisset. Vid. *Petit*. Legg. Attic. p. 454. et *Desid. Herald*. de rer. iudic. auctor. I, 10. p. 1093. IV, 7. p. 1098.

ὁποτέρως. Vulgo ὁπότερος; illud iam *Stephanus* vidit reponendum esse. *Ficinus* quoque: „quomodocunque iudicatum fuerit, hoc pacto iustum lis finem consequatur."

κῆρες, pernicies ac pestis. *Sophocl*. Trachin. 454:

ὡς ἐλευθέρῳ
Ψευδεῖ καλεῖσθαι, κὴρ πρόσεστιν οὐ καλή.

Dionys. Halic. Antiq. VIII, 61. κῆράς τε καὶ ἄτας oppos. ἀρεταῖς.

ξυνδικεῖν. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ξυνδοκεῖν, sed *Ficinus*: „adesse in lite alicui et causae iustae favere." In praegressis Bas. 1. et 2. καλοῦ γ' ὄντος. Mox Bas. 2. et in marg. Bas. 1. κα-

κή, in Ald. Lov. et Bas. 1. καλή. *Ficinus:* „perversa calumnia." *Cornarius* κακοῖ corrigebat, quo non opus est, si, id quod nos fecimus, ἢ ante πρῶτον deleveris (*Cornarius* corrigebat ἣν πρῶτον, quod *Stephanus* temere reposuit). Verba ita cohaerent: ταῦτα οὖν τοιαῦτα ὄντα (pro genitivis consequentiae: quae licet ita se habeant), κακή τις διαβολὴ πρῶτόν φησι (huic πρῶτον respondet δὲ in seqq.) εἶναί τινα (extare) δικῶν μηχανήν, καλὸν ὄνομα τέχνην προστησαμένη (honestum artis nomen fraudulentiae illi praeficiens s. obtendens). Mox post αὐτήν interposuimus τήν, quo participium δυναμένην carere nequit (hanc vero esse eam, quae — possit). Ald. Lov. Bas. 1. 2. Cod. Voss. αὕτη τοῦ. Quod *Stephanus* reposuit, αὐτὴν τῷ, id *Cornarius* coniecerat. Deinde Cod. Voss. δωρεὰν αὐτῆς τ' εἶναι. Sensus est: munus huius artis accipi, si pecunia eam remuneretur quispiam, h. e., pecunia hanc artem impetrari. Quo quidem λογογράφοι notantur, qui mercede conducti reis orationes scribebant coram iudicibus habendas. Vid. ad Phaedr. p. 341. Pro αὐτῆς malim scribi ταύτης.

P. 450. ἄτεχνος ἐμπειρία καὶ τριβή. Sic Gorg. 464. E. de eloquentia forensi: τέχνην δὲ αὐτὴν οὔ φημι εἶναι, ἀλλ' ἐμπειρίαν, ὅτι οὐκ ἔχει λόγον οὐδένα, ᾧ προσφέρει ἃ προσφέρει, ὁποῖα ἄττα τὴν φύσιν ἐστίν, ὥστε τὴν αἰτίαν ἑκάστου μὴ ἔχειν εἰπεῖν· ἐγὼ δὲ τέχνην οὐ καλῶ, ὃ ἂν ᾖ ἄλογον πρᾶγμα. Cf. p. 501. A. Phaedr. 259. E. ubi v. not. p. 350. *Aristid.* Orat. Plat. I. T. II. p. 173. *Apulei.* de doctr. Platon. II. p. 16. al. — In seqq. δὲ — πείθεσθαι respondet praegresso μάλιστα μὲν — μὴ φῦναι. Ante πειθομένοις cum *Stephano* desideramus particulam καί.

τῶν τοιούτων. Haec verba *Ficinus* non expressit et *Stephanus* supervacanea iudicabat; referri possunt ad praegressum τίς: *eiusmodi homo, qui fraudulentae illi arti studet.*

LIBER DUODECIMUS.

CAP. I.

P. 453. *παραπρεσβεύηται:* *si legationem male gerit*, s. *legati officio perperam fungitur.* Sic οἱ παραπρεσβεύοντες καὶ οἱ δωροδοκοῦντες ap. *Demosth.* de fals. leg. p. 401. 5. Adv. Timocrat. p. 740. 17. al. ἢ πεμπόμενος, h. e., διαπρεσβεύων, *legatus dimissus*, ἢ ἀποπρεσβεύσας, renuntians s. acta in legatione exponens. De πρεσβείας munere et παραπρεσβείας γραφῇ vid. *S. Petit.* Legg. Attic. p. 341 sq.

ἀσεβησάντων, pluralis, ut solet, collectivum pronomen τὶς excipit; accusativi vero ἀγγελίας et ἐπιτάξεις pro εἰς ἀγγελίας καὶ ἐπιτάξεις positi sunt, vid. *Matthiae* Gramm. graec. p. 578.

τῶν Διὸς υἱέων. Quibus fabulae de Mercurio significantur

Callido, quicquid placuit, iocoso
Condere furto.

ἀναπειθέσθω. Cod. Voss. οἰέσθω.

ἐνεχέσθω. Sic emendavimus vulgatam scripturam μαχέσθω, quae sensu caret; ἐνεχέσθω est i. q. ἔνοχος ἔστω τοιῷδέ τινι vel ἐν τοιῷδέ τινι νόμῳ (dicitur enim ἐνέχεσθαι ἐν τινί et τινί, vid. *Markland.* ad Lys. T. V. p. 37. Reisk.). *Ficinus* vertit: „hac lege arcebitur," unde *Stephanus* suspicabatur ipsum legisse κατεχέσθω. Idem vulgarem lectionem ab hoc loco haud alienam esse iudicabat et festive dici potuisse μαχέσθω νόμῳ, „quasi illis, qui ea committunt, quae lege coërcenda sunt, certamen sit adversus legem." Quae frigida esset festivitas.

Ἐάν τις τι κλέπτῃ cet. Cf. IX, 3. p. 857. A.

P. 454. *δίκης — ἐλάττονος.* Oratio haec e duabus conflata est: *ὁ νόμος οὐδέτερον ἀξιοῖ* (dignum censet vel censebit) *δίκης ἐλάττονος* (leviori poena) et *ὁ νόμος οὐδέτερον ἀξιοῖ ζημιοῦν δίκῃ ἐλάττονι.* Sensus est: lex non propter maius vel minus furtum quempiam maiore vel minore poena afficiet, sed eam ob causam (*τῷ*) poenam irrogabit, ut, qui furtum commisit, corrigatur; igitur is solum, quem corrigi posse (*ἰάσιμον*) verisimile est, mulctabitur. *Οὐδετέρου*, ut solet, voci *οὐδέτερον* appositum est, ut *ἄλλος ἄλλον*, al. usurpantur.

ἐκ τῶν εἰκότων, h. e., *εἰκότως*, vid. ad V, 12. Post *εἰκότων* in uno vet. legi *ὄντι* et deinde *τί χρή*, *Stephanus* affert, quod probandum, etsi neutrum pro necessario habendum est; participium enim verbi substantivi saepissime omittitur et *ὅς τις* saepenumero pro *τίς* usurpatur. Lectiones illas *Stephanus* e Ficini translatione videtur depromsisse; ita enim haec habet: „tanquam sanari quodammodo posse *videantur*, *quid* pati" cet. Deinde *ζημιοῦν*, pro imperativo positum, ut solet, imperativum *γιγνέσθω* excipit, ut VI, 23. p. 784. B. C. XII, 5. p. 947. A. al.

CAP. II.

ἐφ' ἑαυτοῦ, per se, seorsum, vid. *Hermann.* ad Viger. p. 815. et *Schäfer.* Melet. crit. p. 21 sq.

λοῦσθαι. Sic „et Aristoph. ap. Athen. VI. p. 238. d. *Eustath.* Od. ζ'. p. 259. l. 45." *Valckenar.* ad Thom. Mag. in Ruhnk. Valcken. al. epist. ad Ernest. p. 168.

ἑνί τε λόγῳ cet. Verba ita cohaerent: *ἑνί τε λόγῳ* (*Ficinus:* „et, ut summatim dicam." Monui, ne quis suspicetur, *ἑνὶ δὲ λόγῳ* scribendum esse, etsi hoc quoque recte haberet.) *διδάξαι τὴν ψυχὴν ἔθεσι, μήτε γιγνώσκειν μήτ' ἐπίστασθαι τὸ παράπαν τὸ πράττειν τι χωρὶς τῶν ἄλλων.* Mox *ἅμα* adiectivi partes agit, quum *ἀθρόον* et *κοινόν* cum eo cohaereant; qui adverbiorum usus haud infrequens est, vid. ad I, 8. Mox ad *κρεῖττον* int. *τι.*

εὐθὺς ἐκ τῶν παίδων. Sic I, 11. p. 642. B: *ἀκούων γὰρ ἐκ τῶν παίδων εὐθύς.* Ubi v. not.

P. 455. *εὐκολίαν*, morum facilitatem, promtitudinem; sic *τὸ εὔκολον* usurpatur, vid. *Wernsdorf.* ad Himer. p. 286. In Phaedon. p. 494. *εὐχερῶς* et *εὐκόλως* pariter coniuncta reperiuntur, ac h. l. *εὐκολίαν* et *εὐχέρειαν.* Quocirca repudianda est Cod. Voss.

scriptura *εὐβουλίαν*. Sed quum h. l. de exercitationibus ad bellum spectantibus agatur, *εὐκολία* non ad morum facilitatem referri potest; quocirca, nisi hac voce lusisse nostrum dixeris, videndum est, annon *εὐκωλίαν* (membrorum facilitatem, h. e., corporis agilitatem) scribi oporteat; tunc vero pro *εὐχέρειαν* equidem scriberem *εὐχειρίαν*, *manuum dexteritatem s. agilitatem*. Et frequens illa vocum *εὐκολία* et *εὐχέρεια* coniunctio in causa esse potuit, ut *εὐκωλίαν* et *εὐχειρίαν* in illa magis obvia mutarentur.

σίτων. Vulgo *σιτῶν*, quasi a *σιτός*. *Σίτων* et *σιτίων* in aliis legi libris *Stephanus* memorat. Frequentissima autem in his vocibus scripturae diversitas est; vid. *Heindorf.* ad Phaedon. p. 37.

τὴν τῆς κεφαλῆς — δύναμιν cet. Diverse haec interpungi posse, recte *Stephanus* observavit, vel post *διαφθείρειν* vel post *περικαλυφῇ*; et ipsa verba *τὴν τῶν οἰκείων* vel cum seqq. *πίλων γένεσιν καὶ φύσιν* vel ita capi possunt, ut ad *τὴν* intelligatur *περικαλυφὴν* et ad *τῶν οἰκείων* vox *σκεπασμάτων*. Sed satius videtur eam rationem sequi, quam *Stephanus* praeivit, ut *τὴν τῶν οἰκείων ἀπολλύντας — φύσιν* sit: *quo quidem* (int. alienorum velaminum integumento) *propriorum pileorum et calceamentorum* (intellige crines et solorum callum) *generationem perdimus.* Ceterum cf. *Muson.* ap. Stob. Serm. I. p. 17 sq. inprimis l. 53. et *Hemsterhus.* ad Polluc. X, 50. p. 1203. *Πῖλοι*, qui in Sympos. p. 220. B. pedum involucra sunt („Latin. udones vel cudones, quod ex lana coactili vel ex pilis in modum lanae pressis et coactis quasi subcusi essent." *Salmas.* ad Ael. Lamprid. p. 221. E.), h. l. capitis sunt tegumenta, vid. *Graev.* ad Hesiod. Op. et d. 542. et *Valcken.* ad Herodot. III, 12. p. 199. Ceterum *γένεσιν* et *φύσιν* unum idemque significant, quae orationis ubertas nostro scriptori admodum familiaris. *Φύσις* enim non est natura, sed enascendi facultas vel generatio, qua significatione, *Stephano* bene observante, Hippocrati frequentatur. In seqq. *τὸ ὑπηρετικώτατον* ad pedes et *τὸ ἀρχικώτατον* ad caput spectare, per se intelligitur.

δοκεῖν. *Ficinus* hoc verbum praetermisit, *Cornarius* autem vertit: „et hanc quidem vitae militaris laudem iuvenis audire se oportere putet," quod a verbis graecis abhorret. Ni fallor, *ἐμοί* excidit, ut sit *ἐμοὶ δοκεῖν*, i. q., *ὡς ἐμοὶ δοκεῖ*, quod satis frequens est, vid. *Reiz.* ad Viger. p. 732 sq. — Mox pro *νόμος* e cod. Voss.

recepimus νόμους et post τούσδε interpunximus, ut *Ficinus* et *Cornarius* verterunt.

δικάζειν — τοὺς στρατεύσαντας. *Lysias* adv. Alcibiad. T. V. p. 521: τὸν δὲ νόμον κελεύειν, ἐάν τις λίπῃ τὴν τάξιν εἰς τοὐπίσω (ἀναχωρῶν), μαχομένων τῶν ἄλλων, περὶ τούτου τοὺς στρατιώτας (*Marclandus* corrigi iubebat στρατηγοῦντας) δικάζειν. Ceterum nota est ἀστρατείας γραφὴ vel δίκη Schol. Ruhnk. p. 242: ἀστρατείας δίκη ἐστὶ γραφὴ κατὰ τοῦ κατειλεγμένου μὲν ἐν στρατιωτικῇ τάξει, μὴ στρατευσαμένου δέ. Cf. *Pollux* VIII, 6. 40. *Sigon.* de rep. Athen. III, 1. p. 509. *Marcland.* ad Lys. p. 554 sq. T. V. et *S. Petit.* Legg. Attic. p. 666.

ἐμπολέμια. Sic pro ἐν πολεμίᾳ legendum esse, et in oculos incurrit et alii iam observarunt; vid. *Abresch.* in Observatt. Misc. V. VI. T. I. p. 275. et *Ruhnken.* ad Tim. p. 99. Sic VI, 4. p. 755. E: τρίτον δ' ἐφεξῆς τούτοις πρὸν ὅσον ἐμπολέμιον. p. 756. A: ἤ τινος ἄλλου τῶν ἐμπολεμίων ἡγεμόνας οἱ στρατηγοὶ ἑαυτοῖς καθιστάντων. In seqq. ἱππέας pro ἱππεῖς e libro vet., quem *Stephanus* memorat, revocavimus. Deinde ἀστρατείας pro στρατείας iam *Cornarius* correxerat, quem *Stephanus* secutus est.

P. 456. ἔθνεσι. Haec correctio *Cornario* debetur, quam *Stephanus*, ut solebat, celato auctoris nomine recepit. Libri enim vett. et Cod. Voss. ἔθεσι. *Ficinus*: „inter ordinis sui participes." Ἔθνος, ut Latin. *natio*, est genus, ordo, classis, i. q. πλῆθος vel τάξις. Sic Gorg. p. 455. B: ἢ περὶ ἄλλου τινὸς δημιουργικοῦ ἔθνους. al.

γράψαντα, litteras insculpentem, h. e., ut interpretes vertunt, cum inscriptione. Mox pro ἀριστειῶν scripsimus ἀριστείων, sensu poscente; etenim de fortitudinis praemio sermo est, non de ipsa fortitudine (ἀριστείᾳ). Monuerat de hoc etiam *Stephanus*. Verba καὶ τὴν τῶν δευτέρων καὶ τρίτων, nisi exciderunt nonnulla, ita, ni fallor, explicari debent: καὶ τὸν (στέφανον) τῶν δευτέρων καὶ τρίτων (ἄθλων, h. e., τῶν δευτερείων καὶ τριτείων, secundi et tertii praemii) ἀναθεῖναι μαρτύριον; propter praegressum εἰς τὴν τῶν ἀριστείων κρίσιν oratio mutata est, ita ut (εἰς) τὴν τῶν δευτέρων καὶ τρίτων (int. κρίσιν μαρτύριον) poneretur pro καὶ τὴν των δευτερείων καὶ τριτείων στέφανον (ἀναθεῖναι) μαρτύριον εἰς τὴν τοῦ δευτέρου καὶ τρίτου ἄθλου κρίσιν.

λειποταξίου, ordinis deserti. Schol. Ruhnk. λειποταξίου

δίκη ἐστὶ γραφὴ κατὰ τοῦ στρατευσαμένου μὲν, λιπόντος δὲ τὸ στρατόπεδον καὶ τὴν τάξιν αὐτοῦ. Cf. *Lysiae* orat. adv. Alcibiad. p. 520 sq. T. V. *Meurs.* Them. Attic. I, 9. et *S. Petit.* Legg. Attic. p. 666. Pro *στρατεύσῃ Stephanus* memorat legi quoque *στρατεύσηται*, quod praeferebat; sed *στρατεύειν* non solum de imperatore usurpatur, qui in expeditionem milites educit, et de natione, quae bellum gerit, verum etiam de militibus, qui stipendia merent, ut ap. *Xenoph.* Cyropaed. IV, 4. 11. VII, 4. 9. al. — *τούτων* refertur ad *τὶς*, collective positum. De *ἐν*, *coram* (tanquam iudicibus), vid. ad VI, 3; et ante *οἷς* int. *ἐν*, vid. ad II, 5. Ceterum, qui ordinem deseruisset (hoc est *λείπειν τὴν τάξιν*), qui ex acie in fugam se coniecisset (*φεύγειν*) vel clypeum abiecisset (*ἀποβάλλειν* vel *ῥίπτειν τὰ ὅπλα*), eius poena erat infamia (*ἀτιμία*) et bonorum publicatio, vid. *Aeschines* in Ctesiph. p. 565 sq. T. III. et *Andocid.* de myster. p. 35 sq. T. IV. Cf. *Taylor.* Lectt. Lys. p. 316. et 319 sq. T. VI. Reisk.

παρθένος — αἰδοίη. Sic pro *αἰδοῦς* legendum esse egregie *Stephanus* vidit; respiciuntur enim *Hesiodi* versus in Opp. 254:

Ἡ δέ τε παρθένος ἐστὶ Δίκη Διὸς ἐκγεγαυῖα
Κυδνή τ' αἰδοίη τε θεοῖς, οἳ Ὄλυμπον ἔχουσι.

ἔμπνους ἐγένεθ' cet. Haec verba, quae *Ficinus* male vertit: „si absque armis *semimortuus* ad tentoria Patroclus fuisset delatus," bene *Stephanus* in Annotatt. p. 46. ita cepit: „si Patroclus, postquam in tentorium absque armis portatus fuit, spirare coepisset vel spiritum ducere, sicut sexcenties accidit (sc. ut, quum diu existimati fuissent prorsus exanimes esse, tandem spiritum, ut antea, ducere inciperent)." Huc spectat *ὀνειδίζειν — τῷ τοῦ Μενοιτίου* (int. denuo spiranti).

τὰ δὲ πρότερα ἐκεῖνα ὅπλα Πηλείδου. Sic *Stephanus* de Cornarii coniectura scripsit pro *ἀπηλεῖ*. Propius quidem a scripturae vulgatae ductibus abest, quod *Stephanus* coniecit: *ἃ Πηλεῖ*, sed tunc verba praegressa *τὰ πρότερα ἐκεῖνα* otiosa essent; dicere autem vult scriptor: arma, quae antea (*πρότερα* est enim i. q. *πρότερον* et *ἐκεῖνα*, *illa*, est *celeberrima*) Achillis erant. Mox *προῖκα* est *ut dotem* (marito afferendam), et *δέ*, ut solet, repetitum. De re ipsa, vid. *Homer.* Iliad. XVI. — *Ficinus* simpliciter vertit: „et arma, quae a diis, ut poeta dicit, in dotem Thetidi data fuerant, ab Hectore rapta fuissent." Ad *τῶν τότε* int.

τινί. Post *Μενοιτίου* interrogationis nota poni debet. — Deinde pro *ἢ μυρί' ἂν ἔχοι τις* cet. apodosin exspectabas: *ἢ ἄλλως πως* (*ὅπλα ἀπώλεσαν*)· *πάντες τοιοῦτοι ἔχοιεν ἂν παραμυθούμενοι ἐπᾴδειν — καλλύνοντες;* sed propter *ἢ μυρί' ἂν* cet. oratio, ut solet, mutata est. Vid. exempla *Heusdio* collecta in Spec. crit. in Plat. p. 13 seq. Ceterum pro *εἰ κομισθεὶς* Cod. Voss. *εἰσκομισθεὶς*, deinde *τῶν ὅπλων*. Pro *χειμώνων ἐν τόποις* vero *Stephanus* scribi volebat *ἐκ χειμώνων ἐκτόπων;* sed *ἐν τόποις χειμώνων*, praegresso *κατὰ θάλασσαν* oppositum, loca, ni fallor, significat torrentis fluctibus exposita, nisi malis haec cum seqq. coniungere et *ἐν τρόποις* vel *ἐν τρόπῳ* (instar) legere, ut aquarum fluctus dicatur instar procellae eos abripere. Ubivis vero obvia est vocum *τόπος* et *τρόπος* permutatio, vid. *Schäfer.* ad Aristoph. Plut. Epimetr. p. XXVI. not. — *παραμυθούμενος*, blandis et speciosis verbis leniens, et *ἐπᾴδειν*, quasi incantatione et verbis demulcentibus uti, quibus crimen diluat.

τεμεῖν. Cod. Voss. *τελεῖν; τέμνειν*, dividere, est *distribuere* ac *distinguere*. Mox *μετ' εἰκυίας βίας*, vi consentanea, h. e., iusta et sufficiente (*mit der gehörigen Gewalt*). De v. *ὅλον καὶ τὸ πᾶν* vid. ad V, 6.

ῥιφθέντων et *ἀποβολῆς*, familiaris nostro est orationis copia.

ἀμελείτω. Cod. Voss. *μὴ ἀμελείτω*, sensu adversante. Ceterum *τῆς εἰρημένης* pendet e verbo *ἀμελείτω*, quum a v. *σκοπεῖν* regi debuisset.

οὐδὲν πλέον, int. *ἐστί*, *nihil prodest;* vid. ad VI, 1. Mox *εἰς τοὐναντίον* respicit praegressum *ἀμυντηρίων*. *Cornarius:* „qui huiusmodi armorum ad defensionem paratorum vim in contrarium proiecit.“

ὧν ποτέ. Vulgo *ὥς ποτε*, quod *Stephanus* in *ᾧ ποτέ* mutari iubebat. Nos scripsimus *ὧν*, i. e., *τούτων, ἅ: contrarium eius, quod deus olim fecit.* Scilicet ut *Caeneus* (Schol. Ruhnk. *Καινεὺς ὁ Θετταλός, Ἄτρακος μὲν ἦν θυγάτηρ τὸ πρίν, Καινὶς ὀνομαζομένη, εἰς ἄνδρα δὲ μετέβαλε Ποσειδῶνος βουλήσει.* Cf. *Hygin.* fab. 14. et 242. *Verheyk.* ad Antonin. Liber. c. 17. p. 115 s.) in virum traditur mutatus fuisse, sic, qui clypeum abiecisset, in mulierem esse mutandum, dicere vult scriptor. Pro *ἀνδρῶν* e cod. Voss. *ἀνδρός* recepimus.

νῦν δ', ὅ τι cet. Vulgo scribitur *νῦν δ' ὅτι τούτων ἐγγύτατα φιλοψυχίας ἕνεκα, ἵνα — ξυνεχόμενος. ἔστω* cet., quod sensu caret. Scripsimus *ὅ τι* et *νῦν δ'* (quum hoc fieri non possit) cum *ἔστω* cet. coniunximus, ut *Ficinus* vertit: „nunc vero, quoniam id fieri non potest, proximum aliquid excogitemus.“ Magis ad verbum *Cornarius* reddidit: „nunc autem, *quod* proximum est — hoc modo de his lex sanciatur.“ *Priscianus* Grammat. XVIII. p. 1172., qui hunc locum excitat, *νῦν δέ τι τούτων* exhibet. Pro *κινδυνεύσῃ* Cod. Voss. *κινδυνεύῃ*; deinde *κακῶς*.

P. 458. *κατευθύνειν αὐτοῦ τὸν εὔθυνον.* *Photius* Lexico MS. in Ruhnk. not. ad Tim. p. 126: *Εὔθυνος· ἀρχή ἦν τις. ἐξ ἑκάστης δὲ φυλῆς ἕνα κληροῦσιν, τούτῳ δὲ δύο παρέδρους.* Idem: *Εὐθῦναι, οἱ ἀπολογισμοὶ τῶν ἀρξάντων, καὶ Εὔθυνοι οἱ τούτους ἀνακρίνοντες. Νόμων ιβ'· εἰ δὲ μὴ* (sic) *τούτους κατευθύνειν αὐτοὺς κατευθύνοντα* (sic pro *τὸν εὔθυνον, ἄν*). *καὶ μετ' ὀλίγα· διὸ δὲ δεῖ πάντας τοὺς Εὐθύνους θαυμαστοὺς πᾶσαν ἀρετὴν εἶναι. Ἡμεῖς τούτους λογιστὰς λέγομεν.* Cf. Schol. Ruhnk. p. 243. *Pollux* VIII, 22. p. 864. ubi v. Iungerm. *Hauptmann.* de Andocid. c. 5. p. 569 seq. T. VIII. Oratt. gr. Reisk. *S. Petit.* Legg. Attic. p. 308. et *Pierson.* ad Moer. p. 135. *Κατευθύνειν* est i. q. *εὐθύνειν* vel *ἐξευθύνειν*, *rationem reposcere.*

CAP. III.

Εὐθύνων δὴ πέρι cet. *Ficinus*, qui vertit: „de repetendis autem rationibus,“ *εὐθυνῶν* videtur legisse, *Stephano* bene observante. Mox libri vett. exhibent *ἄν τίς τι εἴπῃ σκολιὸν αὐτῶν, καμφθεὶς ὑπὸ βάρους μὲν τὴν ἀρχὴν πράξῃ, τὴν δ' αὐτοῦ* cet., unde scripsimus *ἄν τίς τι*; *Stephanus* vero, Cornarii coniecturam secutus, scripsit *ἱκανός*; *ἂν γάρ τις τὶ* (sic) *εἴπῃ.* Deinde verbum *πράξῃ*, addito *ἤ*, post *αὐτῶν* interponendum esse, recte vidit *Cornarius*, qui insuper *ἐνδείας* scribi iubebat; sed recte habet *ἐνδείᾳ*; verba enim ita cohaerent: *καμφθεὶς μὲν ὑπὸ βάρους τῆς ἀρχῆς, ἐνδείᾳ δὲ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως πρὸς τὴν τῆς ἀρχῆς ἀξίαν.* *Ficinus* simpliciter vertit: „*si quis* magistratus rerum pondere pressus dixerit *feceritve* suo aliquid indignum principatu.“ *Cornarius*: „si enim quis ex ipsis obliqui dixerit aut fecerit tum prae magistratus onere tum ex virium suarum ad magistratus dignitatem defectu inclinatus.“ In seqq. Cod. Voss. *ἀρχόντων* pro *ἀρξάντων*.

οὓς τόνους cet. *Τόνος*, tensio, etiam funis (ad tensionem

idoneus, s. quo aliquid intenditur, ut contineatur, firmetur, al.) vocatur; *Pollux* V, 27: ὁ τόνος κῶλον καλεῖται· πέπλεκται δὲ ἐκ λίνων ὁ τόνος. Cf. sect. 30.; hoc autem loco, ubi de navi sermo est, rudentes s. funes nautici (πείσματα, σχοινία vel κάλωνες, v. *Eustath.* ad Odyss. ζ. v. 268. p. 263 l. 37. *Pollux* I, 9. 93.) significantur. Eodem referenda sunt ὑποζώματα, tabulata, quibus navis latera (πλευραί s. τοῖχοι) contexebantur, etiam ζωμεύματα dicta, vid. *Athen.* V. p. 204. A. et *Vitruv.* X, 21. 6. ubi v. interpp. Sic Polit. X, 13. p. 616. B: εἶναι γὰρ τοῦτο τὸ φῶς ξύνδεσμον τοῦ οὐρανοῦ, οἷον τὰ ὑποζώματα τῶν τριήρων, οὕτως πᾶσαν ξυνέχον (sic infra ξυνεχούσης — δίκης) τὴν περιφοράν. Ald. ἐν τόνους. Bas. 1. et 2. ἐντόνους. — Νεύρων vero ἐπίτονοι, nervorum ligamenta, ad v. ζώου τινός referuntur. Proprie ἐπίτονοι dicuntur funes, quibus a summa mali parte in puppim tentis malus firmatur (vid. Schol. ad Apollon. Rhod. I, 566. et interpp. ad Homer. Odyss. XII, 423.); tunc ad nervorum ligamina transfertur, ut in Tim. p. 84. E: τούς τε ἐπιτόνους καὶ τὰ ξυνεχῆ νεῦρα οὕτως εἰς τὸ ἐξόπισθεν κατατείνῃ τούτοις. Cf. *Aristot.* Hist. Anim. III, 5. Haec omnia, quae per se unum genus efficiunt (sunt enim id, quo compositum quid continetur ac firmatur) varie (multis in rebus, πολλαχοῦ, quod vulgo cum πολλοῖς ὀνόμασι προσαγορεύομεν connectitur) dispersa ac diffusa, diversa invenerunt nomina. Temere tentavit hunc locum *Cornarius*, ita legi iubens: οὓς τόνους τε καὶ ὑποζώσματα καὶ νεῦρα καὶ ἐπιτόνους, μίαν οὖσαν φύσιν διαπεπαρμένην, πολλαχοῦ προσαγορεύομεν: „hae, quas funiculos et cinctus et nervos et lora multis nominibus appellamus, quum sit una natura multis loris transmissa ac constricta.“ Medicum doctissimum verba graeca non intellexisse mirari debemus. Ante v. λύσεως desidero σωτηρίας, ut sit: πολιτείας σωτηρίας τε καὶ λύσεως, ut infra sequitur καιρὸς τοῦ σώζεσθαί τε καὶ διαλυθεῖσαν οἴχεσθαι πολιτείαν.

P. 459. νεύουσαι. Sic *Stephanus* egregie emendavit libror. vett. lectionem νέα οὖσαι, quod *Cornarius* in ἅμα οὖσαι mutari iusserat. In seqq. κοινόν omnes libri habent praeter Bipont., in quo, operarum culpa, καινόν scriptum extat. Mox corrigendum est αὐτῶν, *e semet ipsis*, ut infra ἀποφήνασα αὐτῆς cet. Deinde ad ἐλάχισται int. ψῆφοι, suffragia, et eodem refertur φέρειν, vid. ad VI, 2.

ληφθῶσιν. Sic de *Stephani* coniectura reposuimus pro λειφθῶσιν, quod sensui adversatur. *Ficinus* quoque: „quousque

tres inaequales *obtineant.*" Quae sequuntur, ἀποφήνασα — Ἡλίῳ, explicanda sunt e praegressis: τῷ θεῷ ἀποφαινομένους ἄνδρας αὐτῶν τρεῖς cet. Ceterum ἀποφαίνειν et ἀποφαίνεσθαι est *designare*, ut bene *Cornarius* vertit. Denique ἕπωνται est *respondeant* (nostrum: *nachkommen*).

P. 460. κρίναντες τοὺς ἄρξαντας. Vulgo post κρίναντες male interpungitur. Bene *Cornarius:* „postquam — iudicium de his, qui magistratus gesserunt, peregerunt."

ἐὰν μὲν ᾖ τῳ θανάτου τετιμημένον cet. Ex duabus hoc constructionibus conflatum est; una est haec: ἐὰν μὲν οἱ εὔθυνοί τῳ θανάτου τετιμημένοι ὦσι; dicitur enim τιμᾶν et τιμᾶσθαί τινι θανάτου (int. δίκην), morte alicui litem aestimare, h. e., aliquem morte dignum s. mulctandum esse censere (ut Apolog. 26: τιμᾶται δ' οὖν μοι ὁ ἀνὴρ θανάτου. *Dinarch.* adv. Demosth. p. 3. V. IV: καὶ θανάτου τετιμημένος ἑαυτοῦ. p. 92: καὶ θανάτου τιμησάμενος. Exempla activi τιμᾶν creberrima sunt, vid. e. g. Reisk. ind. Graecit. Demosth. p. 742 sq. Cf. *Küster.* ad Iambl. de vit. Pythag. §. 145. et *L. Bos.* ellips. graec. p. 110 sq. ed. Schäfer.); altera est haec: ἐὰν μὲν ᾖ τις θανάτου τετιμημένος ὑπὸ τῶν εὐθύνων. — In seqq. pro ἀνάγκῃ scripsimus ἀνάγκη, commate post h. v. posito, de quo *Stephanus* iam monuerat. Sic enim *Ficinus:* „quemadmodum necessitas exigit." Referuntur autem haec verba ad proxime sequentia ἁπλῶς θνησκέτω, quasi dicere voluerit scriptor: *quum bis mori non possit, quae iusta eius poena foret, ut simpliciter moriatur necesse est.* Pro τῳ autem erunt forsitan, qui αὐτῷ scriptum malint, ut referatur ad subiectum verbi ἁλῷ; sed hoc non opus est; τῳ enim generaliter est positum.

τὰς δ' εὐθύνας αὐτῶν τούτων cet. Sequentia requirunt τιμάς, honores (ut infra: τὰ μὲν δὴ γέρα τοιαῦτα τοῖς τὰς εὐθύνας διαφυγοῦσι. P. 948. A: τῶν ἄλλων τῶν δοθεισῶν τιμῶν), non εὐθύνας, nisi malis statuere, nonnulla excidisse, v. c. τὰς δ' εὐθύνας αὖ τῶν διαφυγόντων ἀκούειν χρή, τίνες ἔσονται τιμαὶ καὶ τίνα τρόπον: *eorum autem (αὖ) magistratuum, qui a censoribus nullius accusati criminis fuerint s. quos nulli obnoxios culpae censorum iudicium invenerit.*

ἔτι δὲ τῶν — θυσιῶν καὶ θεωριῶν. Genitivi hi pendent e sequente τοὺς ἄρχοντας, et εἰς τοὺς Ἕλληνας proprie refertur ad θεωριῶν, sc. ἐκπεμφθησομένων. Universa oratio sic ex-

pleri debet: ἔτι δὲ τοὺς τῶν θυσιῶν καὶ θεωριῶν εἰς τοὺς Ἕλληνας (πεμφθησομένων) ἄρχοντας ἐκ τούτων ἐκλεχθέντας ἐκπέμπειν. Ceterum ἄρχοντας θεωρίας est i. q. ἀρχιθεώρους, vid. *Valcken.* ad Ammon. p. 92 sq. De θεωρίᾳ, legatione, quae ad sacra et ludos faciendos mittebatur, vid. ad I, 16. Ceterum infinitivus ἐκπέμπειν, ut adsolet, imperativum ἔστωσαν excipit. Vid. ad VI, 23.

ἱερέας — πάντας, int. εἶναι. Mox ante ἱερέων expunximus τῶν, de quo *Stephanus* iam monuerat. Cod. Voss. ἑτέρῳ — ἀρχιερέων.

προθέσεις, ut c. 9. p. 959. A., sunt collocationes mortui in vestibulo ad ipsum limen (v. *Kirchmann.* de funer. Roman. I, 12.); ἐκφοράς, elationes vel exportationes ad sepulturam (*Kirchm.* l. l. II, 1.), et θήκη (Gruft) dicebatur „fornix, conclave cameratum, in quo lapideus torus, κλίνη sive πύελος, arca lapidea, in qua reliquiae reponebantur," *Dorvill.* ad Charit. p. 75. Amstel. Similiter *Salmasius* Plin. exercit. in Sol. p. 849. E. „θήκη non solum arcula, in qua iacebat conditum cadaver, sed etiam monumentum ipsum plurium arcarum capax; hinc monumenta hypogaea et fornicata, in quibus plures lectuli lapidei vel solia repositi condendis corporibus." Sic *Strabo* V. T. II. p. 170: ὑπὸ δὲ τῷ χώματι θῆκαί εἰσιν αὐτοῦ καὶ τῶν συγγενῶν καὶ οἰκείων.

θρήνων δέ. Sic Cod. Voss. pro θρήνων τε.

P. 461. εἰς τὴν θήκην. Bas. 1. 2. δίκην, quod e vitiosa libri Aldini scriptura δήκην profectum est. αὐτὴν — τὴν κλίνην. „Κλίναι illae λίθιναι sunt arcae lapideae, in quibus corpora condebantur, quae in thecis illis subterraneis reponi solebant." *Salmas.* l. l. p. 850. E. Mox ἐπόψωνται scripsimus pro soloeco illo ἐπόψονται; de quo quidem *Stephanus* iam monuerat.

ὡς καθαρεύοντι τῷ τάφῳ, vid. ad VI, 7. Mox ἐὰν καί est *nempe si.* Τὸ τῆς Πυθίας, i. e., ἡ Πυθία, vid. ad I, 8.

θήκην δὲ ὑπὸ γῆς, i. e., ὑπὸ γῇ. Sic *Xenoph.* Oecon. XIX, 8: ὑποβάλλειν τῆς γῆς. Vid. *Abresch.* Animadv. ad Aeschyl. T. I. p. 297. *Viger.* de idiotism. p. 670. Mox ψαλίδα pro ἀψῖδα suppeditarunt Cod. Voss. *Pollux* IX, 49. p. 1039. *Suidas* T. III. p. 698 sq. ubi v. Küster. (ψαλίδα, ἣν ἡμεῖς ἀψῖ-

δά φαμεν, Νόμων ιβ'.) et Schol. Ruhnk. p. 243: ψαλίδα] ἀψῖδα, ἤτοι καμάραν, ὡς νῦν cet. Unde patet, ἀψῖδα, quod libri editi omnes habent, ex interpretatione fluxisse, id quod in Lexico Basil., quod saepius citavimus, egregie iam monitum legimus. Ψαλίς est camera, specie semicylindri, fornice nempe oblongo, v. *Salmas.* Plin. Exercitatt. p. 855. A. B. Cf. *Vitruv.* VI, 8. Deinde pro προτίμων Pollux et Suidas exhibent πολυτίμων, quod esset *pretiosorum*, idque *Stephanus* (Thesaur. L. Gr. T. IV. p. 698. A.), *Iungermannus*, *Hemsterhusius* (ad Polluc.) et *Schneiderus* (Lex. Graec.) probaverunt. Sed πολυτίμων haud dubie falsa est vocis προτίμων interpretatio; προτίμων enim, ni fallor, significat lapides electos, λογάδας, h. e., aequatos s. quadratos, συννόμους, v. *Salmas.* l. l. p. 558. D. Sic *Strabo* XVII. T. VI. p. 587: καὶ κρήνην ἐν βάθει κειμένην, ὥστε καταβαίνειν εἰς αὐτήν, κατακαμφθεισῶν ψαλίδων διὰ μονολίθων ὑπερβαλλόντων τῷ μεγέθει καὶ τῇ κατασκευῇ. Similiter id. lib. V. T. II. p. 167: οἱ δ' ὑπόνομοι, συννόμῳ λίθῳ κατακαμφθέντες. — Verba deinde ἀγήρων εἰς δύναμιν *Hemsterhusius* ad Polluc. l. l. pro glossa habebat, quod miror, quum optime in loci sententiam quadrent. Etiam *Ficinus* ea agnoscit vertens: „fornix quaedam longior ex *durissimis* (proprie: quam diutissime durantibus) pulcrisque lapidibus." — Mox παραλλήλας pro παρ' ἀλλήλας scripsimus, *e regione sibi positas utrinque*. *Hemsterhusius* corrigi iubebat λιθίνας παρ' ἀλλήλας vel παραλλήλας κειμένας; sed amat noster verba ita transponere.

ὅπως ἂν αὔξην cet. Sensus est: *ut sepulcrum ea parte augeri*, h. e., *proferri possit*, *nec novo opus sit sepulcro*, *si qui moriantur*. Pro ταύτην scripsimus ταύτῃ, ea parte, quae vacua arboribus relinquitur; αὔξην — τὴν ἀνεπιδεῆ, augmentum, quod sepulcro non indigeat, h. e., quo novis sepulcris supersederi possit; χῶμα est enim *sepulcrum*, ut p. 958. E., et τοῖς τιθεμένοις, *sepeliendis*. *Ficinus* simpliciter vertit: „ut hoc sepulcrum augeri possit." *Cornarius* vero: „quo plures loculi (κλίνας intelligit) addi possint, qui in omne tempus non deficientem his, qui conduntur, terrae tumulum habeant." Sensus fugit *Dorvillium* ad Charit. p. 75., qui de reliquiis, ossibus et cineribus locum intelligit, „quae forte solebant condi in arca lapidea oblonga, ut aliquam speciem haberent remanentis totius corporis."

ὁ ἀγών. *Ἀγών*, ut *ἀγωνίζεσθαι*, (sic XII, 8. init. *Isocrat.* de permut. p. 318: *τοῖς ἐν ταῖς δικαστηρίοις ἀγωνιζομένοις*. P. 320. *Antiph.* de Herod. nec. p. 706. T. VII. al. Vid. *Cresoll.* Theatr. Sophist. p. 256. et Lexic. Xenophont. V I. p 49. nr. 2.) de quibusvis causarum generibus usurpatur, sive in foro sive in rhetorum cathedra aguntur; vid. *Salmas.* Observatt. ad Ius Attic. et Rom. p 304. *Olearius* ad Philostrat. vit. Sophist. I, 22. §. 1. *Spanhem.* ad Iulian. Oratt. p. 11.

αὐτῶν τούτων οἱ ζῶντες. Verba obscura sunt. *Ficinus* vertit: „accusati ipsius collegae, electi praeterea iudicii iudices." Quod quomodo verbis graecis respondeat, equidem non video. Equidem verba pro corruptis habeo, et si ingenio indulgere liceat, scribendum esse suspicor *αὐτῶν τῶν εὐθύνων οἱ ζῶντες*: qui adhuc vivunt ex illis, qui pristino tempore magistratum (ad disquisitionem vocatum) in iudicium vocaverant, ut magistratus gesti rationem redderet, igitur: *ὧν εὐθύνας διέφυγε*. Voce *εὐθύνων* oblitterata, *τῶν* in *τούτων* mutatum est. In praegressis *ἔστωσαν τούτου τοῦ δικαστηρίου* est i. q. *ἔστωσαν τούτων τῶν δικαστῶν*: in numero sunto iudicum; *εἶναι* enim cum genitivo ita poni constat, vid. ad V, 12. *Δικαστήριον*, abstractum, pro concreto adhibetur, vid. ad III, 5.

CAP. IV.

P. 462. περὶ τὴν — κρίσιν. *Περὶ* est *propter*, vid. ad III, 4.; videndum tamen, annon haec praepositio ex interpretatione fluxerit; dicitur enim simpliciter *τινός τι ἄγασθαι*. Vid. *Pierson.* ad Moer. p. 1 sq. *Ruhnken.* ad Tim. p. 8. *Matthiae* Gramm. graec. p. 499 sq.

ἅτε — τῶν πολλῶν ἐκ θεῶν ὄντων. Sic Tim. p. 40. D. *πειστέον δὲ τοῖς εἰρηκόσιν ἔμπροσθεν, ἐκγόνοις μὲν θεῶν οὖσιν, ὡς ἔφασαν, σαφῶς δέ που τοὺς αὑτῶν προγόνους εἰδόσιν.* Cf. *Cicero* Tuscul. Disput. I, 12. *Dio Chrysost.* Orat. XII. p. 201. B. al.

ἔοικε — διανοούμενος, nominativus pro dativo vel infinito positus est, ut Cratyl. p. 419. C: *κεκλημένη ἔοικεν*. Polit. III, 6. al. Vid *Matthiae* Gramm. graec. p. 796. et *Schäfer.* ad Long. Pastor. p. 367. Quocirca *Stephanus* sine causa *διανοουμένῳ* scribi iubebat. — διδοὺς — ὅρκον est: *ad iusiurandum*

deferens (Quintil. V, 6. §. 3. 4.), *ad iurandum provocans*, ut ap. *Demosth.* p. 235. 13. 860. 20. 1002. 3. 1366. 18 al.

νῦν δὲ δή. Cod. Voss. νῦν δὲ δή, ὅτε μέρος τὶ μὲν φαμέν — τῶν δὲ δή; in marg. νῦν δὲ ὅτε δὴ μέρος μέν τι φαμέν (ut in marg. Cod. Paris.). — οἱ δέ, *alii vero* (*quum*) cet. — Mox punctum, quod post ζημιῶν extat, delevimus; cohaerent enim verba οὐκέτι δὴ τοῖς νῦν cet. cum praegressis νῦν δὲ δή; et δή orationi redintegrandae servit. — ξυναποστεροῦσι, *in eripiendis iuvant.* In seqq. Cod. Voss. χρή pro δεῖ. Deinde pro ἐξαίρειν correximus ἐξαιρεῖν, vid. ad V, 1. Ceterum de iureiurando in litibus solito vid. *S. Petit.* Legg. Attic. p. 438 sq.

P. 463. ξυγγενήσεσιν, i. e., ξυνουσίαις. Vid. Hesych. et Moer. p. 351. Verba ita construenda: δεινὸν γάρ που εὖ εἰδέναι, σμικροῦ δεῖν (*paene*) τοὺς ἡμίσεις αὐτῶν ἐπιωρκηκότας (periuros) ξυγγιγνομένους (i. e., ξυγγίγνεσθαι).

δικαστὴν μὲν ὀμνύναι. Vid. interpp. ad *Lucian.* calumn. non tem. credend. T. VIII. p. 394. Bip. et *S. Petit.* p. 396. 398. Verba quae sequuntur, vitiosa haud dubie, ita constituenda sunt: καὶ τὸν τὰς ἀρχὰς τῷ κοινῷ καθιστάντα διὰ φορᾶς ψήφων (suffragiorum latione) ἢ ἀφ᾽ ἱερῶν φέροντα, δι᾽ ὅρκων δρᾶν ἀεὶ δεῖν τὸ τοιοῦτον. Τὰς ἀρχὰς ἀφ᾽ ἱερῶν φέρειν dicitur, qui magistratus in templo (VI, 2. p. 753. C.) creat, calculis de ara sumtis et in cistulas iniectis. Φέρειν est enim creare, vid. ad VI, 2. Cf. *Gotthold.* in Beck. Act. Semin. Reg. V. II. P. II. p. 425. *Ficinus* plura neglexit vertens: „atque eos etiam, qui reipublicae magistratus suffragiis constituent," *Cornarius* vero graeca ad verbum reddidit: „et is, qui magistratus publicos constituet per iusiurandum aut per calculorum lationem, ut a sacris eos ferat, hoc semper facere debet."

ὁπόσ᾽ ἂν μή. Vulgo ὁπόσα μή. Mox δέ, ut assolet, repetitum est.

ἐπαρώμενον ἑαυτῷ καὶ γένει. Vid. *S. Petit.* p. 439.

ἐννεοττεύοντες. Vulgo ἐννεοτεύοντες; vid. ad Polit. IX, 3. Mox δικῶν δέ pro δικῶν τε scripsimus. *Ficinus* quoque: „eodem *autem* modo." Vulgo male πέρι scribitur. ὅσα cet.: *in omnibus, quae quis liber peccat nec verberibus nec vinculis nec morte punienda.* Mox ὁπόσα sequitur, etsi λειτουργιῶν praecedit: quaecunque (publica onera et ministeria) ad sacrificium pacis

tempore faciendum spectant vel tributi causa in bello pendendi fiunt, h. e., in tributis conferendis consistunt. Et quamvis neutrum saepenumero ad nomen femininum refertur, tamen h. l. malim ὁπόσαι.

P. 464. ἰατὴν εἶναι. Cod. Voss. τοιούτων τὴν πρώτην ἀνάγκην ἰατὴν εἶναι τῆς ζημίας. Ni fallor, scribendum: ἴασιν εἶναι: *primo damnum esse resarciendum s. reparandum mulcta*, ut ἀνάγκη ζημίας sit poenae obligatio. Nisi malis τῆς ζημίας pro corrupto habere, ita ut legas: ἴασιν εἶναι τὴν πρώτην ἀνάγκη (ἐστὶ) ζημίαν, cui sequentia melius responderent: τοῖς δὲ μὴ πειθομένοις (int. ἀνάγκη: iis, qui poenam dare recusaverint), ἐνεχυρασίαν (εἶναι: *his pignoris exhibitio esto*, h. e., *ii pignoribus cogendi sunt ab his, quibus iniunctum hoc a civitate est, ut mulctam exigant*). — Mox τῶν ἀπειθούντων ταῖς ἐνεχυρασίαις est: *eorum* (pignora), *qui fidem pignoribus datam* (int. se poenam esse soluturos) *frangunt s. violant*. Pro πρᾶσιν Ald. Lov. Bas. 1. et 2. πράσεσιν. *Ficinus*: „pignore vendito, pecunia in aerarium conferatur." Deinde ἐπιβαλλούσας εἰσάγειν positum est pro εἰσαγούσας ἐπιβάλλειν, ut VII, 23.

CAP. V.

δεχομένους τε αὐτοῖς ξένους. Verba ita cohaerent: δεχομένους τε ξένους φύρεσθαι αὐτοῖς. Masculina δεχομένους, αὐτούς, cet. referuntur ad ταῖς πόλεσι, ut solent per synthesin diversa genera coniungi, vid. ad II, 4.; et accusativus participii dativos excipit, vid. III, 5.

ξενηλασίαις. De peregrinorum expulsione, a Lycurgo instituta (vid. *Plutarch.* Lycurg. p. 56. C.) cf. Protagor. p. 342. C. *Crag.* de rep. Lacedaem. III, 4. *Perizon.* ad Aelian. V. H. XIII, 16. et *Manso* in Spart. T. I. P. I. p. 159. sq. Ceterum ξενηλασίαις et τρόποις αὐθάδεσι καὶ χαλεποῖς ipsa illa nomina sunt, quibus alios uti dicit in eos, qui nullum cum peregrinis commercium habeant. Accusativus χρωμένους refertur ad dativos τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, ut assolet, et ὡς δοκοῖεν ἄν, ut videbuntur, est: ut perspicuum est. Mox ad τοῦ κρίνειν int. ἀπεσφαλμένοι τυγχάνουσι. Εὔστοχον s. εὐστοχία est vis recte coniiciendi s. divinandi (quocirca εὔστοχον cum θεῖον coniunctum est). Respexit hunc locum *Aristides* Oratt. T. II. p. 150: ὅτι γὰρ οὐκ ἀτιμαστέον αὖ τοὺς πολλούς, οὐδὲ ἀμελητέον τῆς δόξης τῆς παρ' αὐτῶν, ἀλλ' ἔνι τι

κἂν τούτοις εὔστοχον (sic pro *εὔστοιχον* legendum est), *θείᾳ τινὶ μοίρᾳ τῆς ἀληθείας ἐφαπτόμενον, αὐτὸς ὁ Πλάτων ὁ διδάσκων καὶ λέγων ἐστί.* Commode deinde idem Aristides Hesiodi versus (Op. et dies 76. sq.) excitat.

P. 465. *καὶ τοὺς χείρους.* Cod. Voss. *χείρονας.* Mox *πρὸς τῶν πολλῶν* (*πρός* est **apud**, *inter*, vid. ad IX, 10.) correximus, quum vulgo legeretur *πρὸ τῶν πολλῶν.* Sic in seqq. *δόξαν πρὸς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων.*

ἐκ τῶν εἰκότων, i. e., *εἰκότως*, vid. ad V, 12. — *ἥλιον ὄψεσθαι*, ut ap. Homer. *φάος ἠελίοιο*, v. c. Odyss. XI, 92. Polit. V, 18: *φῶς ἡλίου ἴδῃ.* Hinc *Lucret.* I, 5: visitque exortum lumina solis. Ubi v. not. nostr. in Antholog. lat. poet. p. 101. Verba *τοὺς ἄλλους θεούς* ad sidera referuntur. *ἐν ταῖς*, ut unam ex urbibus bene moderatis.

ἢ πρεσβείαις, legatis; abstractum concreti loco positum est, vid. ad III, 5. — Et solet hoc nomen de ipsis legatis usurpari, vid. *Budaeus* Comment. L. Gr. p. 713. — *τισί*, *etwa*, vid. ad I, 12. — *ὡς τούτων οὔσας*, quasi in harum numero sint. Vid. ad VI, 3.

Πυθώδε δέ. Particulam *δέ*, quae a libris editis abest, Stephano suadente interposuimus. *Ficinus* quoque: „Ad Pythium *vero* Apollinem.“ Deinde ante *Διΐ* articulum *τῷ* e Cod. Voss. recepimus.

τοῖς περὶ τὸν πόλεμον cet., i. e., *παρασκευάζοντες τοῖς περὶ τὸν πόλεμον* (i. e., *τοῖς πολεμικοῖς*, rei militari) *δόξαν ἀντίστροφον* (respondentem, h. e., aequalem, vid. *P. Victor.* Comment. ad Aristot. Rhet. p. 2. *Schneider.* ad Aristot. Polit. IV, 5. p. 245. *Findeis.* ind. graecit. ad Gorg. p. 287.). *Cornarius:* „et consimilem militiae existimationem suis comparabunt.“

θεωροὺς δὲ ἄλλους cet. *Stephano* suasore post *παρεμένους* commate distinximus, ut *χρεών* sit: *si oporteat* (si legum custodes oporteat tales mittere); simul vero post *ἄλλους* interpunximus, ut *θεωροὺς δὲ ἄλλους* cum sequentibus *ἀπειργέτω τοίτους* cohaereant, et *θεωροὺς δὲ ἄλλους* (quod ad alios ludorum spectatores attinet) distinguantur a *τοιούσδε τινάς*, qui in praegressis descripti sunt. Ante *ἐκπέμπειν* vero vide ne *εἰ* exciderit. *Τοὺς νομοφύλακας παρεμένους* est: venia a legum custodibus impetrata; vid. de verbo *παρίεσθαι* ad V, 12. Tunc *τινές* est *forte.* *Ficinus*

verba ἐκπέμπειν — παρειμένους non expressit, *Cornarius* vero reddidit ita: „spectatores autem alios tales quosdam emittere oportet, quos legum custodes dimittant: si qui ex civibus cupiverint — spectare, nulla lex hoc prohibeat." Unde qui sensus emergat, difficile est dictu. Verba τοὺς νομοφύλακας παρέμενους (si veniam a legum custodibus impetraverint) rectius cum sequentibus τούτοις ἀπειργέτω coniunguntur. Sed ita locus nondum emendatus. Ni fallor, verba ἐκπέμπειν χρεών e margine irrepserunt, quibus deletis optime omnia cohaerebunt: *quod vero ad alios itidem probos attinet, si qui forte aliorum civium res spectare cupiunt, eos, si a legum custodibus veniam impetraverint, lex non prohibebit* (sc. hoc facere, spectandi causa peregrinari).

P. 466. οὐ πολλοί, int. μέν, quod, δέ sequente, passim omittitur. — καὶ μή, h. e., καὶ ἐν μὴ εὐνομουμέναις. — ὧν κατ' ἴχνος cet. quorum vestigia vir probus (ὃς ἂν ἀδιάφθαρτος ᾖ) sequi, h. e., quos perscrutari debet, ut, eorum sermonibus eruditior factus, domum reversus leges civitatis suae partim confirmet partim emendet. — οὐδ' ἂν κακῶς αὐτὴν (τὴν θεωρίαν) θεωρῶσι: ne tunc quidem, si male id faciant, h. e., etiamsi male id fiat (spectationem intellige aliarum legum et institutorum) Mox Τῇδε, quod in libris Cliniae interrogationi iunctum est, recte *Stephanus*, Ficino praeeunte, Atheniensi assignavit. In Cod. Voss. etiam Πῶς — ἀμφότερα Atheniensi tribuitur.

CAP. VI.

εἰς τὰς ἄλλας μεθήσειν πόλεις, apud alias civitates, h. e., aliis civitatibus specimen emittere, h. e., edere s. exhibere. Cf. de hoc praepositionis εἰς usu nostra ad Sympos. p. 216. et *Heindorf.* ad Gorg. p. 272.

τῶν ἱερέων — εἰληφότων. Referuntur hi genitivi ad νέων καὶ πρεσβυτέρων μεμιγμένος. Accusativus vero, qui sequitur, τοὺς ἀεὶ πρεσβεύοντας nihil habet, unde pendeat; ni fallor, οἱ πρεσβεύοντες scribendum est, ut hic et sequens nominativus ὁ ἐπιμελητής ita positus sit, ac si παρέστωσαν praecesserit.

P. 467. πόλεως πέρι pro simplice genitivo positum est, vid. ad III, 1. Mox αὐτοῖς post μὴ μαθοῦσι, ut solet, abundat, vid. ad I, 1.

διαφερόντως — κατορθοῦντας. Haec verba, quae ge-

nuina esse et sensus et oratio docent, e cod. Voss. interposuimus. Participia ἀποβλέποντας et τηροῦντας referuntur ad τὴν ἄλλην πόλιν (i. e., τοὺς ἄλλους πολίτας), quod subiectum est verbi φυλάττειν. Vid. ad I, o.

ἀνθρώποις. Sic Cod. Voss., vulgo ἀνθρωπίνοις. Etiam *Ficinus* vertit: „qui *aliorum* leges et mores inspexit." Similiter *Cornarius*.

εἴ τινα. Libri ita scribunt: εἴ τινα φήμην τινῶν — εὗρε τινὰς ἔχοντας; igitur εὗρε duplicem haberet accusativum, φήμην τινὰ τινῶν et τινὰς ἔχοντας; nam quominus ita construeres: εὗρέ τινας ἔχοντας φήμην τινὰ περὶ φύσεως νόμων cet., impediret τινῶν, quod tunc non solum abundaret, verum etiam orationem turbaret. Locum nobis videmur restituisse scribendo τίνα (int. φήμην, sententiam) ἔχοντας (i. e., αὐτοὺς ἔχειν; participium enim pro infinitivo post verbum dicendi poni amat, ut Phileb. 22. E Polit VIII. p. 558. A. al. Vid. ad I, 11. II, 12.) φράζειν. Deinde scribitur ἄττα, ἢ κοινούτω, quod sensu caret; verum haud dubie assecuti sumus reponentes ἄττα ἦν (*sivi ipse quaedam excogitavit*), κοινούτω τῷ ξυλλόγῳ. Cod. Voss. εὑρεῖν et ἄττα ἢ exhibet.

ἐάν τε — μηδέ τι, pro ἐάν τε μηδὲν χείρων ἐάν τε μηδὲν βελτίων, ut sit: *sive — sive*; sicut εἴτε (vid. ad I, 6.), etiam ἐάν τε semel ponitur. Mox ἐάν γ' pro ἐάν τ' scripsimus, quod *Stephanus* iam coniecerat; serviunt enim haec verba praegressorum ἐὰν δὲ μὴ explicationi.

P. 468. εἰς τὴν — διαδικασίαν. Praepositio εἰς tempus indicat, vid. *Viger.* de idiotism. p. 594. *Serranus* vertendo haec ita amplificavit: „opprobrio hoc tribuatur magistratibus, et quidem eo tempore, quo de assignandis recte obiti muneris praemiis civitas deliberabit."

ὁ μὲν δὴ πρῶτος cet. Oratio ita debebat procedere: ὁ μὲν δὴ πρῶτος καὶ διὰ τέλους ἀεὶ θερινός — ἐστὶν ὁ χρηματισμοῦ χάριν ἐμπορευόμενος; sed verbis interpositis καθάπερ οἱ τῶν ὀρνίθων διαπορευόμενοι orationem mutavit scriptor, imaginem illam uberius adumbrans. Ad διατελῶν int. τὸν βίον: *vitam transigens circumcursando*, ut *Aelian.* V. H. II, 41. *Herodian.* I, 4. 12. al. — ἐμπορευόμενοι est i. q. πορευόμενοι, notione adiuncta mercandi (vid. *Valcken* Opusc. crit. T. II. p. 322.). — ἔτους ὥρᾳ, *vere vel aestate*, vid. *Duker.* ad Thucyd. II. p. 131. *Piers.* ad Ael. Herodian. p. 465.

ὄν pro ὧν scripsimus et propter ὑποδέχεσθαι, quod accusativum poscit, et propter praegressa ὁ μὲν δὴ πρῶτος. Mox verba ἀναγκαῖα μὲν — ἐπιχρωμένους Cornarius bene vertit: „et in necessariis quidem, sed rarissime ipsorum consuetudine utantur."

ὁ δὲ δεύτερος, nominativus est absolutus (vid. ad III, 2.): *quod vero ad secundum attinet* ξένον. Mox oratio concisa est, ita resolvenda: θεωρῶν ὄμμασί τε καὶ ὠσὶ δεχόμενος, ὅσα Μουσῶν θεωρήματα (sensu generaliori: *quaecunque Musarum* s. *artis opera*) ὠσὶ δέχεσθαι εἰκός ἐστι. Ὁ θεωρὸς vel θεωρῶν ὄμμασι proprio sensu spectator est; idcirco ὄντως appositum. Δέχεται *Cornario* debemus; Ald. enim, Lov. Bas. 1. 2. et Cod. Voss. ἔχεται exhibent. φιλοξενίαις ἀνθρώπων, *ad homines* s. *peregrinos hospitaliter excipiendos*. Cod. Voss. παρεσκευασμέναις.

τημελεῖν. Schol. Ruhnk. ἐπιμελεῖσθαι. In seqq. Cod. Voss. δικαστοῖς pro δίκας τοῖς et δόξαι pro δεῖξαι.

ξενωθείς. Vid. ad I, 11. Deinde μόνῳ est *eximie, prae reliquis omnibus*, vid. ad IV, 2.

καλὸν — διαφέρον ἐν καλλοναῖς. Usitata haec est orationis redundantia, de qua vid. ad II. 3.; ἐν quoque ante καλλοναῖς abundat, vid. ad I, 14. Pro διαφέρον autem videndum annon aptius sit διαφερόντων, quod cum τῶν cohaereat.

ἴτω — ἐπὶ τὰς — θύρας. Vid. ad Polit. VI, 4. — ἕτερος, *itidem* σοφός, vid. ad VI, 21.

πιστεύων cet. Verba πιστεύων — ξενῶνι *Stephanus* arbitrabatur parenthesis signo includenda esse, ut τήν referretur ad οἴκησιν; equidem vero τήν expungi vel τῷ scribi malim. Ἱκανῶς ξένος εἶναι τῷ τοιούτῳ ξενῶνι est: se satis dignum esse, qui tali hospitio excipiatur s. ad talem hospitem devertat; ξενών est enim i. q. καταγώγιον, hospitium, v. *Pollux* III, 59. p. 296. Sic Tim. 20. C: ἐπειδὴ παρὰ Κριτίαν πρὸς τὸν ξενῶνα, οὗ καταλύομεν, ἀφικόμεθα. Iam τήν expuncto, omnia optime cohaerent, si ad τῶν νικηφόρων τινὸς ἐπ' ἀρετῇ e praegressis repetas ξενῶνι: qui tali hospitio excipiatur, scilicet hospitio apud unum aliquem de illis, qui virtutis praemio affecti sunt. Mox ante vel post ξυνών merito *Stephanus* desideravit particulam, velut καί vel δέ.

βρώμασι — τὰς ξενηλασίας ποιουμένους: coenis et sacrificiis peregrinos pellere est eorum usu ipsis interdicere.

CAP. VII.

ὑπὲρ χιλίας, int. δραχμάς. Mox ὁ προπωλῶν (i. q. προπώλης, προπράτωρ s. προπράτης, v. *Pollux* VII, 2.) est, qui emtorem alicui conciliat, institor vel proxeneta, Quicunque igitur pro alio quid vendit vel emtorem comparat, is eius, qui vel spondere nequit, rem esse suam seque potestatem habere eam vendendi, vel evictionem praestare non potest, fideiussor esto, h. e., is spondeto pro venditore; ὁ μὴ ἐνδίκως πωλῶν est, qui spondere nequit, rem esse suam, igitur qui eam vendendi potestatem non habet, et ὁ μηδαμῶς ἀξιόχρεως est, qui evictionem praestare, h. e., spondere nequit, rem venditam possessori manere, isque est *auctor malus*, ap. Cicer. in Verr. V, 22. Ὁ πωλῶν est enim Latinorum auctor primus (i. e., venditor); et is, qui pro venditore spondet (ἐγγυητής), rem esse eius vendendique potestatem eum habere, est auctor secundus, vid. *Salmas*, de mod. usur. p. 728. 733. et 694. et *Ernesti* Clav. Cicer. v. auctor p. 344. sq. Non recte ceperat *Budaeus* in Comment. Ling. Gr. hunc locum; bene autem in Lexico Bas. v. προπράτωρ expositus est, et recte interpretatus est *Casaubonus* ad Theophrast. XII. p. 149., si ab eo discesseris, quod vocem ὑπόδικος vir ille summus ita expressit: „tenetor ergo evictionem praestare;" nimirum qui evictionem praestat, est ipse ἐγγυητής, ὁ προπωλῶν, ὑπόδικον vero (poenae obnoxium) esse vult noster et institorem et venditorem, h. e., auctorem et primum et secundum.

Φωρᾶν. Schol. Ruhnk. ἐρευνᾶν, ζητεῖν, ut in marg. Cod. Voss. — χιτωνίσκον ἔχων, si interula indutus est, discinctus s. soluto cinctu, ut expeditior sit. Χιτωνίσκος est interula s. subucula, vid. *Wetsten.* ad Matth. V, 40. *Pierson.* ad Moer. Attic. p. 416. Ante γυμνός, quod ad οὕτω φωρᾶν refertur, comma posuimus.

P. 470. ἐλπίζειν. Vulgo ἐλπίζων, quod et sensui et orationis structurae repugnat. *Ficinus*: „is primo iureiurando affirmet, *sperare*, quod quaerit, ibi se inventurum." τὰ σεσημασμένα sunt obsignata. In seqq. τὸ ἐρευνώμενον pro τὸν ἐρευνώμενον scripsimus, re ipsa iubente. *Ficinus* quoque vertit: „pretio amissae rei statuto." Mox παρασημαίνεσθαι est iuxta obsignare, vid. *Iungermann.* ad Polluc. VIII, 27. et *Piers.* ad Moer. p. 313.

χρόνου ὅρος. Recte *Stephanus* desiderabat ἔστω; ut sensus esset: „spatium temporis sit praescriptum, per quod si quis ali-

quid possederit, non amplius de eo actionem intendere adversus illum liceat." Fortasse genuina scriptura erat χρόνος ὁριζέσθω vel ὡρίσθω, in cuius locum χρόνον ὅρος e margine illatum est. Mox in φῇ δὲ ζητεῖν subiectum est τίς, e praegresso μηδεὶς repetendum: *et si quis eam rem non vindicat, dicit vero, se per hoc tempus eam quaerere;* ἐπιλαμβάνεσθαι est enim h. l., ubi de usucapione agitur, vindicare. Mox pro μηδέν scripsimus μηδενί. *Ficinus:* „*nemini* liceat deinde rem illam quasi suam reposcere." — τὴν προθεσμίαν, int. ἡμέραν, tempus definitum s. praescriptum, h. e., terminus, a lege statutus, ultra quem vindicatio non conceditur. Sic ap. *Demosth.* p. 269. 4. 993. 3. 1055. 4. al.

P. 471. εἴτε αὑτοῦ. Vulgo αὐτοῦ. *Ficinus:* „si servus ille sit, sive *suus* sive alterius." — πρὸς τῷ ἀτελῆ, int. τὴν δίκην γίγνεσθαι.

γυμνικῆς. Bas. 2. et Cod. Voss. γυμναστικῆς. *Ficinus* vero: „gymnica vel alia quavis facultate." Vid. ad VI, 11. In seqq. pro soloeco ἥττηται scripsimus ἡττᾶται, de quo *Böckhius* quoque in Min. p. 168. monuerat. Etiam lenius est corrigere ἡττῆται, ut coniunctivus perfecti sit, saepius ille oblitteratus.

Ἐάν τις. Vulgo Ἐάν τε τις (sic), in quo particulam τέ e praegressis male inculcatam esse, bene *Stephanus* observavit.

τὸ γὰρ γνῶναι cet. *Ficinus* haec amplificavit vertendo: *nam nec noscere* (i. e., ἀγαθὰ et φλαῦρα distinguere) *facile est, neque cum cognoveris, continere* (abstinere donis, etiam re male gesta).

P. 472. βουλευόμενον, quod refertur ad τὸ δημόσιον, pro βουλευομένων scripsimus; nihil enim hoc habet, unde pendeat. Mox πρόσοδος est i. q. ἐπικαρπία ἐπέτειος, proventus s. reditus annuus.

Θεοῖσι δὲ ἀναθήματα cet. Celebratissimus hic locus est, quem certatim veteres et respexerunt et imitati sunt. Vertit eum *Cicero* de legib. II, 18. §. 45. usque ad verba ἀναθήματα μεμιμημένα, et transscripserunt *Clemens Alexandr.* Strom. V, 11. p. 584. D. T. II. p. 692. Potter. *Euseb.* Praep. Ev. III, 8. p. 99. D. *Theodoret.* Therapeut. Serm. III. p. 519. B. et *Apulei.* Apolog. p. 316. ed. Elmenh. Cf. Zenonis dictum ap. *Origen.* adv. Cels. I, 5. T. I. p. 324. ed. Paris., ubi v. Spencer. et ap. *Clem. Alexandr.* Strom. V. l. l.

γῆ μὲν οὖν cet. *Cicero* l. l.: „Terra igitur, ut focus domiciliorum, sacra Deorum omnium est." Igitur pro τέ videtur γέ legisse, omisso πᾶσι, ut bene iam *Casaubonus* ad Apulei. p. 30: (ed. Lugd. 1614. T. II.) observavit; cl. *Görenzius*, recentissimus idemque eruditissimus legum Ciceronianarum editor, pro *domiciliorum* suspicatur scribendum esse: *domicilii, omnis*; sed Ciceronem novimus graeca non ad verbum reddere solitum fuisse; cuius quidem rei exempla in Phaedro v. c. plurima extant. *Ficinus* vertit: „Terra quidem et vesta sacra deorum omnium habitatio est," ac si οἴκησις pro οἰκήσεως legerit, quod sensui repugnat. Bene *Apuleius* l. l.: „hoc eo prohibet, ut delubra nemo audeat privatim constituere; censet etenim satis esse civibus ad immolandas victimas templa publica." Pro πᾶσι (omnibus, h. e., apud omnes: omnes terram et domicilii focum pro sacro habento omnibus diis) *Wagnerus* ad Cicer. de legib. l. l. πᾶσα scriptum malebat, sine causa. Cod. Voss. mendose exhibet τῇ μὲν οὖν ἑστίᾳ τε, οἰκήσεως ἱερά.

μηδεὶς οὖν δευτέρως — θεοῖς. *Cicero:* „quocirca ne quis iterum idem consecrato." Sensus est: ne quis iterum eas consecrato diis, quae iam consecratae sunt omnibus diis; in quo hic sensus latet: ne quis terram s. solium et focum domicilii, ut qui per se iam sacri sint omnibus diis, singularibus simul diis (θεοῖς enim oppositum est quodammodo antecedentibus πάντων θεῶν) consecrato, privata sacra instituens. *Ficinus:* „nemo igitur ex hac materia iterum simulacra diis constituat," in quo Theodoreti scripturam videtur secutus esse ἱερὰν εἰκόνα. Pro ἱερά fortasse malit quispiam ἱεράς; sed neutrum ita poni constat, ut ad nomina alius generis referatur, vid. ad I, 14. Pro δευτέρως Clem. et Theodor. ἕτερος. Ceterum perperam haec vertit *Cornarius:* „nemo igitur altero modo templa diis consecret;" nam δευτέρως est *secunda vice*, h. e., *iterum et specialiter;* et ἱερὰ καθιερούτω est: *nemo eas* (terram et ἑστίαν) *diis iterum consecrato, ut iis sacrae sint.* Cod. Voss. ἱερὰ πᾶσι πάντων θεῶν καθιερούτω.

χρυσὸς δὲ καὶ ἄργυρος cet. *Cicero* sensum tantummodo expressit vertendo: „aurum autem et argentum in urbibus et privatim et in fanis invidiosa res" (quasi χρῆμα legerit). Similiter *Ficinus* vertit, magis vero ad verbum exhibuit *in aliis civitatibus.* Ἐν ἄλλαις πόλεσιν est: ut in aliis civitatibus invenimus, h. e., ut aliarum civitatum exemplum docet. Ceterum Clemens scribit χρυσὸς μὲν γάρ, et Theodoret. τε καί; deinde uterque ἐν ἄλλαις τε

πόλεσιν ἰδίᾳ καὶ ἐν ἱεροῖς. Mox ἐστὶν a Clemente abest, Eusebius vero habet ἐπίφθονόν ἐστι κτῆμα. Nihil diversitatis reperitur ap. Apulei. l. l.

ἐλέφας δὲ —. Cicero: „tum ebur ex inani (h. e., emortuo) corpore extractum haud satis castum donum deo." Ficinus: „ebur vero cum olim ab anima destitutum fuerit, ad deorum simulacra ineptum est." Ad sensum explendum desidero ἅτε; fortasse pristina scriptura erat: ἐλέφας δέ, ἅτε λελοιπότος ψυχὴν σώματος (ebur, utpote de corpore mortuo, int. sumtum), quod in ἀπολελοιπότος facile transire potuit. Ψυχὴν λείπειν est i. q. βίον (Eurip. Suppl. 693.) vel θυμὸν (Hymn. Homer. in Apoll. 183. ubi v. Matthiae) λείπειν. Deinde in libris omnibus εὐχερὲς scribitur, Clemens vero, Euseb et Theodor. praebent εὐαγές, quod et Cicero l. l. confirmat vertens: „haud satis castum," et Lactantius Instit. div. VI, 25: „ebur — non castum donum Dei." Hinc Theodoretus l. l. τὸν ἐλέφαντα δὲ δυσαγῆ προσηγόρευσε. Cf. Clemens Alex. Paedag. II, 9. T. I. p. 217. Pott. Εὐαγὲς reponendum esse, iam T. Faber ad Cicer. Academ. II, 25. Davisius ad Cicer. de legib. l. l. et Iungermannus ad Polluc. X, 176. p. 1367. monuerant.

ξύλον δὲ cet. Cicero: „Ligneum autem, quodque voluerit uno e ligno, dedicato itemque lapideum in delubris communibus." Ficinus: „ex ligno igitur uno vel uno quovis lapide integrae deorum imagines in templis communibus statuantur." Clemens exhibet ξύλον, Apul. ξυλά (sic); deinde Clem. ὅτι — θέλῃ, Theodor. ξύλινα δὲ ὅτι; Clem. ὡς αὕτως καὶ λίθου, Theod. ἐκ λίθου. Genitivos ξύλου et λίθου explico: quod attinet ad lignum — lapidem, vid. II, 1. Deinde ὅ τι μονόξυλον coniungo: quicquid e ligno solo (non: e ligno uno, ut Cicero vertit, nisi vocem uno illa significatione adhibuit) factum. Cod. Voss. ξύλον δὲ καὶ μονόξυλον. Ceterum cf. Pollux X, 176. p. 1367. ubi v. Iungermann.

ὑφὴν δὲ cet. Cicero: „Textile ne operosius quam mulieris opus menstruum." Ficinus: „texturae quoque opus offeratur non maius, quam quod ab una muliere mense uno fieri potuit." Verba ita coniunge: ὑφὴν (int. ἀνατιθέτω τις), ἔργον ἔμμηνον μὴ πλέον μιᾶς γυναικός. Ceterum cf. Clemens Alex. Paedag. III. p. 244. C. T. I. p. 286. Pott. — Quae sequuntur, ita vertit Cicero: „color autem albus praecipue decorus deo est cum in ceteris, tum maxime in textili; tincta vero absint nisi a bellicis in-

signibus. Divinissima autem dona aves et formae ab uno pictore uno absolutae die; itemque cetera huius exempli dona sunto."

CAP. VIII.

τῶν μεγίστων πέρι πάντων. Ni fallor, scribendum est περὶ πάντων, ut τῶν μεγίστων cum περὶ τῶν ξυμβολαίων coniungatur. Sic XI, 6. init. Τὰ μὲν δὴ μέγιστα τῶν ξυμβολαίων. Mox Cod. Voss. εἴρηται.

δικαστηρίων — τὸ μὲν πρῶτον, pro δικαστῶν οἱ μὲν πρῶτοι. Vid. ad III, 5. *διαιτηταί*, arbitri, qui Athenis vel sorte (κληρωτοί) vel libero partium dissidentium arbitrio eligebantur (αἱρετοὶ δικασταὶ vel κριταί), vid. *Vales.* ad Harpocrat. p. 19. *Petit.* Legg. Attic. p. 43. sq. *Hemsterhus.* ad Polluc. VIII, 126. n. 80. et *Valckenar.* ad Ammon. Animadv. I, 15. p. 63. sq. Ceterum nominativus διαιτηταὶ voci ὄνομα legitime iunctus est, vid. *Marcland.* ad Maxim. Tyr. Diss. XXXI, 1. et *Heindorf.* ad Gorg. p. 307.

P. 473. *ἐν οἷς*, *coram quibus*, ut iudicibus, vid. VI, 3. Mox δέ in ὁ δὲ φεύγων est *scilicet* (vid. ad II, 1.); praegressa enim περὶ ζημίας μείζονος his explicantur.

ἐν τοῖς πρώτοις. Articulum τοῖς, qui in libris editis deest, e cod. Voss. interposuimus. Deinde ante vel post v. ὥσπερ εἴρηται excidit quidquam, quod ex ipso sensu liquet; nam qui fieri potest, ut reus, si vincatur, idem solvat, quod accusator? Accedit *Ficini* translatio: „debitor quidem victus tantundem et dimidiam insuper debiti partem, ut diximus, victori deponat." Spectant vero haec ad praegressum: νικηθεὶς δὲ ἀποτινέτω ταυτὸν μέρος (int. τὸ πέμπτον) τῆς δίκης. Desideratur igitur: *τὸ πέμπτον μέρος* vel *τὸ πεμπτημόριον*, ὥσπερ εἴρηται, καὶ τὴν ἡμιολίαν.

κληρώσεις — δικαστηρίων, sortitio iudicum, quod est κληροῦν τοὺς δικαστάς; ex iudicum enim numero sorte ducta eligebantur, qui, si causa aliqua in iudicio peragenda incidisset, iudices sederent; vid. *Matthiae* Misc. Philolog. V. I. P. III. p. 253. sq. Πληρώσεις vero haud dubie eo refertur, quod saepenumero fiebat, ut aliquot supra numerum legitimum in iudicium assumerentur, vid. *Matthiae* l. l. p. 253. — *ὑπηρεσιῶν*, i. e., ὑπηρετῶν; ministrorum constitutiones; dativus ἑκάσταις, e quo pendet τῶν ἀρχῶν, nomini ὑπηρεσιῶν iunctus est, quia verbum ὑπη-

ρετεῖν, unde ὑπηρεσία formatur, dativum habet comitem, vid. ad I, 6. — Pro χρόνοι e cod. Voss. recepimus χρόνους; cohaerent enim haec verba cum εἴπομεν μὲν καὶ πρόσθεν. — De διαψηφίσει vid. ad IX, 2. — ἀναβολῶν „dilationum, propter sonticum morbum aut aliam legitimam causam impetratarum.“ *Budaeus.* — προτέρων τε καὶ ὑστέρων, int. δικῶν. „Praetor enim dicas sortitur ἐν τῷ κληροῦσθαι, h. e., sortibus missis et eductis controversiarum agendarum ordinem constituit vel quaestionum exercendarum.“ *Budaeus* p. 22. sq. — Pro παρακαταβάσεων *Grouius* legi iubebat παρακαταβολῶν (παρακαταβολή dicebatur certa pecuniae summa, quae in litibus pecuniariis deponebatur, vid. *Ruhnken.* ad Tim. p. 205. et *Matthiae* l. l. p. 260. sq.). Sed defendi, ni fallor, potest παρακαταβάσεων, praegresso ἀποκρίσεων (i. e., ἀπολογιῶν, v. Harpocrat. et Phavorin. h. v. et *Petit.* Legg. Attic. p. 418.); παρακαταβαίνειν enim potest esse: iuxta vel contra adversarium in certamen (ad iudicium) descendere, h. e., se defendere, adversario quasi se opponere; sic enim καταβαίνειν VIII, 4. p. 833. D. et 834. C. *Ficinus* a verbis graecis prorsus deflexit vertens: „termino, citatione, repulsa.“ *Cornarius*: „et priorum ac posteriorum actiones causarum, et responsionum et condescensuum necessitates.“

καλὸν δὲ τό γε ὀρθόν cet. *Stephanus* desiderabat ῥηθὲν vel λεχθέν. *Ficinus* enim vertit: „tamen quae pulchra sunt, ut habet proverbium, et bis et ter recte dici possunt.“ *Cornarius*: „sed pulchrum est, quod rectum est, etiam bis ac ter.“ Recte; haud dubie enim proverbium illud τὸ καλὸν δὶς καὶ τρίς (vid. ad VI, 3.) immutavit scriptor et concise posuit καλόν pro καλόν ἐστι λέγειν.

τὰ δὲ δημόσια, quod vero ad publica et communia iudicia attinet.

P. 474. ὅσα παραλλάττει cet.: et quaecunque differunt, h. e., quae superant s. praestantiora sunt de multis illis, quae in aliis civitatibus iusta, bona et pulcra habentur. *Ficinus* τῶν πολλῶν non reddidit, *Cornarius* autem vertit: „quae a multis, in aliis civitatibus, iustis et bonis et honestis evariant.“

πρὸς ἃ πάντα χρή cet. Laudat haec *Stobaeus* Serm. XLIV. p. 319. v. 54. Pro αὐτῶν πέρι scripsimus αὐτῶν πάρα, sensu hoc poscente. Iam *Stephanus* πάρα coniecerat. Mox τά ante περὶ νόμους a Stobaeo abest.

γίγνοιτ' ἄν, int. τοῦτο, τὸ τὸν μανθάνοντα βελτίω γίγνεσθαι.

κέκτητ' ἄν. Corrigendum est κεκτῇτ' ἄν, vid. ad V, 12. Ceterum observa vocis νόμος comparationem cum voce νόος (νοῦς), quales et Platoni et veteribus in universum admodum familiares sunt, vid. ad Phaedr. p. 276. — *ἐν ταῖς ἄλλαις πάσαις*. *ἄλλαις* est *praeterea, etiàm* (*sonst*), vid. ad II, 9. Ad διὰ ξυγχωρήσεων — ματαίων int. λέγονται. In seqq. Stobaeus scribit κεκτημένων — μόνοις — μεταβολή. *μονὰς τῶν δικαίων* est ἐν τοῖς δικαίοις, ut I, 12.

ἐπικεκλωσμέναι, fato quasi ita destinatae, ut immutari s. sanari non possint, obstinatae. Locutio petita est a Parcis, quas nendo fatum hominum constituere et certo definire fabula tradit. Hinc infra p. 960. C: τῶν κλωσθέντων — τὴν *ἀμετάστροφον* ἀπεργαζομένων δύναμιν.

Ἐπειδὰν δέ cet. *Ficinus* breviter haec ita reddidit: „Sed postquam annua iudicia exacta sunt, legibus his utantur.“ Sensus est: iudiciis peractis s. a legislatore absolutis, quomodo iudicium vel sententiam exequi oporteat, definiendnm est. Τέλος σχῶσι idem fere est ac ἐκδικασθεῖσαι (peracta). Offendit vero ταῖς πράξεσι, si cum praegressis id connectas; quodsi cum sequentibus coniungas, ita verba cohaerebunt: νόμους χρεὼν τούσδε γίγνεσθαι ταῖς πράξεσιν αὐτῶν (τῶν δικῶν), ut αἱ πράξεις sint i. q. εἰσπράξεις, exactiones (πράττειν est enim exigere, vid. VI, 9.) debitarum poenarum, igitur executiones iudiciorum. Sic etiam *Budaeus* Comment. L. Gr. hunc locum cepit.

P. 475. *χωρὶς τῶν ἀναγκαίων κεκτῆσθαι*, intell. τὸν κλῆρον. Verba *μετὰ δὲ τὴν διαψήφισιν* cet. *Cornarius* ita reddidit: „idque statim post suffragiorum lationem per praeconem audientibus iudicibus.“ *Serranus*: „idque statim postquam dictae fuerint sententiae, a praecone, praesentibus iudicibus, pronuntietur.“

ἀπαλλάττῃ, absolvat creditorem, h. e., ei satisfaciat debito solvendo. Sic *Demosthen.* adv. Phorm. p. 914. 4: καὶ τοὺς τὰ ἑτερόπλοα δανείσαντας μόλις ἀπήλλαξε. Adv. Timoth. p. 1189. 13: ἐδεήθη ἀπαλλάξαι τὸν Φίλιππον. Adv. Nicostrat. p. 1249. 28: ἐπειδὰν τοὺς ξένους ἀπαλλάξω. Similiter in Pandect. XXXI. leg. 73. *dimittere creditorem* usurpatur.

ἀφῃρῆται, detrimento affecerit. Sed inusitatum est hoc

verbum, sine obiecto, quod dicitur, positum; nam ubi absolute positum videtur esse, ibi ex orationis contextu obiectum supplendum est, ut in Gorg. 521. B: μηδ' ὅτι ἀφαιρήσεται, ἐάν τι ἔχω. Quocirca post τίς excidisse suspicor τί.

CAP. IX.

τὸ μετὰ τοῦτο. Vulgo τῷ μετὰ τοῦτο, quod esset: qui posthac natus est, sensu adversante, qui is est: *vir, postquam genitus est et ipse genuit et vitam in civitate transegit, diem supremum obeat necesse est.*

θῆλυς ἦν. Vulgo ἤ, vitiose. Quae sequuntur, *Cicero* respexit de legib. II, 27. §. 76: „Sed videamus Platonem, qui iusta funerum reiicit ad interpretes religionum; quem nos morem tenemus. De sepulcris autem dicit haec: vetat ex agro culto eove qui coli possit, ullam partem sumi sepulcro, sed quae natura agri tantummodo efficere possit, ut mortuorum corpora sine detrimento vivorum recipiat, ea potissimum ut compleatur; quae autem terra fruges ferre et ut mater cibos suppeditare possit, eam ne quis nobis minuat, neve vivus neve mortuus. Exstrui autem vetat sepulcrum altius, quam quod quini quinque diebus absolverint, nec e lapide excitari amplius (ut *Davisius* coniecit pro *plus*) nec imponi, quam quod capiat laudem mortui, incisam ne plus quatuor herois versibus."

φράζειν· τὰς θήκας δ' εἶναι. Sic *Valckenarius* ad Herodot. VII. p. 553. optime correxit vulgatum φράζοντας· θήκας δ' εἶναι; namque κυρίους infinitivum requirit, et θήκας articulo carere nequit; malim tamen τὰς δὲ θήκας εἶναι scribi. Genitivus τῶν χωρίων pendet ex adverbio μηδαμοῦ, ut ap. *Herodot.* l. l. μηδαμόθι πάσης τῆς Εὐρώπης legimus. Mox μηδέ τι pro μητέ τι (sic) scripsimus, sensu postulante; esse enim debet *nec*. Pro μνῆμα *Görenzius* ad Cicer. de legg. l. l. p. 207. coniiciebat τμῆμα, citans lib. V, 14. p. 745. E: τέμνειν δὲ αὖ καὶ τὰ τῆς πόλεως δώδεκα τμήματα. Male; μνῆμα enim recte habet. Tumulus, χῶμα, cum cippo, στήλη, ad memoriam defuncti imposito, Atticis erat σῆμα, στήλη vero tumulo imposita proprie μνῆμα vel μνημεῖον dicebatur, quod ad memoriam defuncti poneretur, v. *Salmas.* l. l. p. 859. C. Loco autem a viro doctissimo excitato v. τμήματα longe alium sensum habet. Ceterum verba μηδέ τι — μνῆμα *Ficinus* omisit.

ἡ δὲ δὴ χώρα. Sic correximus vulgarem scripturam ἃ δὲ ἡ χώρα, quae et sensui et orationis cohaerentiae adversatur. *Stephanus* coniiciebat φύσει, i. e., ἐκ φύσεως: „quae loca regio a natura habet ad hoc tantum accommodata;" praeterea proponebat ἃ δὲ τῆς χώρας vel ἃ δὲ ἐν τῇ χώρᾳ; quibus repugnat sequens δεχομένη. De *αὐτὸ μόνον* vid. ad I, 5. Mox ταῦτα pro ταύτην positum est, ac si χωρία, non χώρα, praecesserit. Praeterea *Stephanus* bene observat, *Ciceronem* ita vertisse, ac si ταῦτα μάλιστα ἐκπληροῦν legerit: „ut mortuorum corpora sine detrimento vivorum recipiat, ea *potissimum* ut compleatur." Et sane aptius vox μάλιστα coniungeretur cum ἐκπληροῦν.

P. 476. *τοῖς δὲ ἀνθρώποις ὅσα* cet. Verba aliquanto obscuriora ita, ni fallor, capienda sunt: ὅσα δὲ (quantum, h. e., quatenus vero) ἡ γῆ, μήτηρ οὖσα, πρὸς ταῦτα πέφυκε, (πρὸς τὸ) βούλεσθαι τοῖς ἀνθρώποις τροφὴν φέρειν, μήτε ζῶν μήτε τις ἀποθανὼν στερείτω τὸν ζῶνθ' ἡμῶν (αὐτῆς): *quatenus vero terra mater ita naturâ comparata est, ut hominibus alimentum ferat,* h. e., *quaecunque vero terra frugifera est, ea ne quis homines privato.* Ὅσα, attice pro ὅσον (v. Phavorin. v. ὅσα) est *quatenus*, ut Polit. V, 5. fin. Τροφήν, quod subiiciendum erat illis πρὸς ταῦτα πέφυκε, praepositum est propter dativum τοῖς ἀνθρώποις, quocum proxime cohaeret. De verbi βούλεσθαι potestate (βούλεσθαι est prae se ferre, declarare; igitur cum alio verbo coniunctum est: manifesto aliquid facere) vid. ad Phaedr. p. 234. sq. Ceterum *Arnobius* adv. gent. II. p. 47. similiter: „Tellurem esse hominum matrem," ubi v. *Elmenhorst.* p. 58. Cf. Tim. 40. B. Polit. III, 20. p. 414. E. *Plutarch.* de fac. in orbe lun. p. 937. E. T. II.

ἢ πέντε — ἔργον. Particula ἤ, quae a libris editis abest, in Lexic. Bas., ubi hic locus citatur, iam extat; eamque *Stephanus* quoque interponendam esse monuit. Cf. *Ciceronis* locus supra prolatus. — *λίθινα ἐπιστήματα*, i. e., μνήματα s. μνημεῖα, vid. supra adnotata. — De *ὅσα*, cum infinitivo δέχεσθαι, vid. *L. Bos.* Ellips. graec. ling. p. 607. 614. Schäf. et *Matthiae* Gramm. graec. p. 663. Verba ita cohaerent: τὰ ἐγκώμια βίου τοῦ τετελευτηκότος. Verbis τεττάρων ἡρωϊκῶν στίχων significatur τὸ ἐλεγεῖον s. ἐπιτάφιον ποίημα (v. Hesych.), etiam elogium dictum, ut in Culic. 411. In praegressis Schol. Ruhnk. χοῖν pro χωννύναι exhibet, idque verbo χωννύναι explicat. Haud dubie χωννύναι interpretatio est verbi χοῦν.

τόν τε ἐκτεθνεῶτα, eum, qui mortui speciem habet, intermortuum, cui opponitur ὁ ὄντως τεθνηκώς; ἐκθνήσκειν est enim, quod recentiores medici dicunt, in animi deliquium incidere; vid. *Wyttenbach.* ad Plutarch. de ser. num. vind. p. 94. Sine causa *Casaubonus* ad Persium p. 307. ed. Paris. οὐ τεθνεῶτα scribi iubebat; ceterum bene hunc locum ita reddidit: „quod ad mortuorum collocationes, primum illud statuendum est, ne longiore temporis spatio intus fiat, quam quo declaretur, verène sit aliquis mortuus annon. Legitimum igitur spatium, ut fere sunt res humanae, fuerit, si tertio die ad monumentum mortuus efferatur." Post πρότερον exspectabas δεύτερον vel ἔπειτα; sed simplex δέ sequitur, ut post πρῶτον libr. III, 11. p. 692. D. XI, 12. p. 933. C. al. Mox Cod. Voss. δὲ χρή pro δ' ἐστί.

ἐν αὐτῷ τε τῷ βίῳ. Particula τέ, absolute posita, soli orationis cohaerentiae servit, ut X, 15. p. 909. E: ἔθος τε γυναιξί τε δὴ διαφερόντως πάσαις καὶ τοῖς ἀσθενοῦσι cet. XII, 2. p. 943. D: ὄφλουσί τε τιμωρίαι ἐπίστωσαν. c. 14. p. 969. B. Verba, quae sequuntur, *Ficinus* perspicue ita reddidit: „nec aliud praeter ipsam esse, quod in hac vita facit, ut quilibet nostrum hoc ipsum sit, quod sumus." Deinde post ἀθάνατον interpunximus, ut εἶναι cum ἐπονομαζόμενον cohaereat, sicuti verbis appellandi apponi solet, vid. ad IV, 12. Verba ita cohaerent: τὸν δὲ ἕκαστον ἡμῶν ὄντως ὄντα (quatenus vere is est, qui est) ἀθάνατον ἀπιέναι παρὰ θεοὺς ἄλλους. Quodsi εἶναι cum ἀθάνατον coniunxeris, ante παρὰ θεοὺς interponas καί necesse erit. *Stephanus* praeterea observat, etiam ὄν post νομιζόμενον excidere potuisse. Illud καί *Ficinus* in libris suis videtur invenisse; vertit enim: „ac revera unumquemque nostrum animam ipsam immortalem esse, *eamque* ad Deos alios proficisci." *παρὰ θεοὺς ἄλλους*, sc. apud inferos. Sic Phaedon. c. 8: εἰ μὲν μὴ ᾤμην ἥξειν πρῶτον μὲν παρὰ θεοὺς ἄλλους σοφούς τε καὶ ἀγαθούς, ἔπειτα καὶ παρ' ἀνθρώπους τετελευτηκότας ἀμείνους τῶν ἐνθάδε, ἠδίκουν ἂν οὐκ ἀγανακτῶν τῷ θανάτῳ. Ceterum ipse homo, qui animus dicitur esse, et corpus, animi simulacrum, inter se opponuntur, in quo Homero poetae philosophus contradicit; Homero enim ψυχή est εἴδωλον, corpus vero ipse homo, ut Iliad. I, 4. Cf. Odyss. XI. passim. Similiter in Phaedon. c. 64. Socrates Critonem monet, ne dicat, se Σωκράτη, sed σῶμα θάπτειν. Et in Alcibiad. I. p. 178. ed. nostr. Socrates demonstrat, hominem esse solum animum. Hinc *Cicero* in Somn. Scipionis: „nec enim tu is es, quem forma ista decla-

rat, mens cuiusque is est quisque, non ea figura, quae digito demonstrari potest." Ad quem locum vid. *Macrob.* in Somn. Scip. II, 12. p. 165 sq. Bip. Cf. *Gatacker.* ad M. Antonin. VII, 14. X, 38. et *Wyttenbach.* ad Select. Hist. graec. p. 455.

ἀτιμώρητος. Vulgo huic voci ἂν subiectum legitur, quod locum habere nequit. ἀτιμώρητος κακῶν ἁμαρτημάτων est ἄνευ τιμωρίας κακῶν ἁμαρτημάτων. Mox τὸν — βίον pro τῶν — βίον scripsimus, *Stephano* iam sic emendante; est: ἐν τῷ μετὰ τὸν ἐνθάδε βίῳ, quod opponitur praegresso ἔζη ζῶν. Mirari debemus, *Ruhnkenium*, qui hunc locum excitavit ad Tim. p. 54., nihil vitii suspicatum esse, quum et sensus et ratio grammatica vitiosum eum esse clament.

διαφερόντως — τῶν αὐτοῦ. Διαφερόντως pro διαφέροντα (Ald. Bas. 1. et 2. διαφερόντα) Cod. Voss. suppeditavit, idemque *Stephanus* legendum esse coniecerat; τῶν vero pro τόν *Stephanus* correxit; utrumque probavit *Wyttenbachius* ad Phaedon. p. 325., ita hunc locum vertens: „Quae quum ita se habeant, neminem oportet sepultura sumtuosa rem suam familiarem affligere, putantem *magnopere* unum *suorum* esse hoc sepeliendum carnium pondus." De sententia, vid. Phaedon. c. 64. et supra notata. — *ἐμπιπλάντα τὴν αὑτοῦ μοῖραν.* Simile est *fata implere* ap. *Liv.* I, 7. Epinom. 13. p. 992. D: ὅτε θανάτῳ τις τῶν τοιούτων τὴν αὑτοῦ μοῖραν ἀναπλήσει.

P. 477. *τὸ δὲ παρὸν εὖ ποιεῖν* s. *τιθέναι*, rem praesentem s. id quod oblatum est, bene ponere (quod proprie est calculum bene ponere; nos: *wohl berechnen*), proverbialiter dicitur, qui eo, quod ipsi offertur, bene utitur et in rem suam convertit, et omnino qui in eo, in quo versatur, rerum statu prudenter agit, igitur qui sapit. Gorg. 499. C: ἀνάγκη μοι κατὰ τὸν παλαιὸν λόγον τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν (quod nostrae locutioni respondet: *gescheut seyn*). Vid. *Hesych.* v. τὸ παρόν. *Suidas* T. III. p. 487. *Gatacker.* ad M. Antonin. VI. p. 171. B. *Hemsterhus.* ad Lucian. Necyom. §. 21. T. III. p. 365. Bip. *Valcken.* ad Eurip. Hippolyt. p. 241. *Wesseling.* ad Diodor. Sic. XX, 24. T. II. p. 432.

μέτρον ἂν ἔχοι. Sic Cod. Voss. pro ἔχῃ vitioso. De locutione μέτρον ἔχειν vid. ad III, 14. — *εἷς γέ τις*, Latinorum *unus aliquis*, vid. ad I, 8. In seqq. *Ficinus* ita vertit, ac si legerit τῷ δὲ πολιτικὸν νόμον νομοθετοῦντι pro τ. δ. πολιτικῷ νόμῳ νομ.:

„*rerum autem civilium legislatori* concedantur ista.“ Quod quidem vulgatae scripturae praestare, quilibet intelliget.

Δακρύειν cet. Laudat *Stobaeus* Serm. CXXI. p. 613, 20., ubi *προάγειν* scriptum extat, ut in Cod. Voss., pro eo, quod libri editi habent, *προσάγειν*. Etiam *Stephanus* *προάγειν* coniecit. *Ficinus*: „cadaver — manifeste per vias urbis frequentiores efferre.“ Ceterum ad *ἀπαγορεύειν* e praegresso *ἄμορφον* petendum est *πρέπον ἐστί* vel tale quid. *φθέγγεσθαι*, vociferari, trahi quoque oportet ad *ἔξω τῆς πόλεως εἶναι*: ante diem extra urbem versari vociferandi et eiulandi causa. *Ficinus* brevius vertit: „aut ante diem extra urbem se afflictare.“

ἄταφοι πράξεις cohaeret cum verbis *περὶ πατροφόνων* cet. In praegressis *Ficinus* videtur legisse *ὅσα δὲ ἄλλα γίγνεται περὶ τελευτησάντων ταφάς*, certe ita vertit, ac si hoc in libris suis invenerit: „Cetera, quae vel ad mortuorum monumenta vel ad eos, qui propter parricidium sacrilegiumque sepultura indigni sunt, pertinent.“

κατοικίσαι τ' ἐστίν. Vulgo *κατοικῆσαί τ' ἐστιν*; *κατοικίσαι* iam *Stephanus* monuerat reponendum esse.

P. 478. *τῷ γενηθέντι*. Sic iterum *Stephanus* pro *τῷ γεννηθέντι* scribendum esse observavit. Utrumque *Cornarius* exhibuit, quem *Stephanus* videtur ante oculos habuisse; vertit enim: „omnium vero finis fere non est facere aliquid neque acquirere neque *constituere*, sed ubi ubi quis ei, *quod factum est*, conservationem semper perfecte excogitavit.“

CAP. X.

ὕμνηται. Sic Cod. Voss. pro eo, quod libri habent reliqui, *εἴρηται*, quod vel interpretatio est vel e praegressis irrepsit. Etiam *Ficinus* vertit: „Multa, o Clinia, priscorum praeclare dicta laudantur.“ Sic enim illa quoque VI, 20. p. 778. D: *καλῶς μὲν καὶ ὁ ποιητικὸς ὑπὲρ αὐτῶν λόγος ὑμνεῖται* vertit: „probe enim poeticum illud laudatur.“ Similiter II, 1. p. 653. D: *πότερον ἀληθὴς ἡμῖν κατὰ φύσιν ὁ λόγος ὑμνεῖται τανῦν*. Ubi v. not.

Λάχεσιν cet. *Stob.* Eclog. Phys. T. I. p. 180. ed. Heer. *Μοίρας δὲ καλεῖσθαι ἀπὸ τοῦ κατ' αὐτὰς διαμερισμοῦ, Κλωθὼ καὶ Λάχεσιν καὶ Ἄτροπον· Λάχεσιν μέν, ὅτι, οἷα κλήρῳ λελόγχασιν ἕκαστοι, κατὰ τὸ δίκαιον ἀπονέμεται· Ἄτροπον δέ, ὅτι ἀμετά-*

ἄτρεπτος καὶ ἀμετάβλητός ἐστιν ὁ καθ' ἕκαστα διορισμὸς ἐξ ἀϊδίων χρόνων· Κλωθὼ δέ, ὅτι ἡ κατὰ τὴν εἱμαρμένην διανέμησις καὶ τὰ γεννώμενα τοῖς κλωθομένοις ὁμοίως διεξάγεται, κατὰ τὴν ἐτυμολογικὴν ἐξήγησιν, τῶν ὀνομάτων ἅμα καὶ τῶν πραγμάτων συμπαριστταμένων (οὐκ?) ἀχρήστως. Cf. *Aristot.* de mund. c. 7. V. I. p. 475. G. (ap. *Stob.* Eclog. Phys. T. I. p. 190.) et *Diogenian.* ap. Euseb. Praep. Ev. VI, 8. p. 263. C. D. — τρίτην, int. Μοῖραν εἶναι, scilicet σώτειραν τῶν λεχθέντων; vox σώτειραν vero refertur ad τρίτην (τὸ τρίτον enim τῷ σωτῆρι, vid. ad Polit. IX, 9. p. 583. B.) et simul ad nomen Ἄτροπος (i. e., ἀμετάθετος et ἀμετάβλητος, ut in Stob. l. l. explicatur); λεχθέντων autem appositum est propter frequens illud ὁ μῦθος s. ὁ λόγος ἐσώθη (obtinuit: *hat sich erhalten, bekräftigt*), de quo vid. ad Sympos. p. 255. Quanquam malim τῶν λαχόντων (quae sorte obtigerunt), quod ad nomen Λάχεσις spectaret. Sequentia vitii manifesta sunt. *Cornarius* legi iubebat φύσει pro τῷ πυρί, quod et a vulgatae scripturae vestigiis longius recedit et per se haud satis aptum est. Sensus mihi videtur πιλώσει s. πιλήσει vel simile quid poscere; tunc ἀπεργαζομένη legerem. Mox ad ἃ. δή int. ὀνόματα s. προσρήματα, nisi malis ἥν legere, ut referatur ad Ἄτροπον, ad quam praecipue spectant verba σωτηρίαν τοῖς σώμασι et σωτηρίαν τῶν νόμων (cf. Epinom. c. 6. p. 982. C: καὶ οὐδὲ ἀδάμας ἄν αὐτοῦ κρεῖττον οὐδὲ ἀμεταστροφώτερον ἄν ποτε γένοιτο, ἀλλ' ὄντως τρεῖς Μοῖραι κατέχουσαι φυλάττουσι τέλεον εἶναι τὸ βελτίστῃ βουλῇ βεβουλευμένον ἑκάστοις θεῶν). Medicinam igitur exspectat hic locus a libris MSS.; nam maior eius depravatio est, quam ut sola coniectura tuto sanari possit. Nec *Ficinus* praesidii quidquam praebet vertens: „Atropos tertia, quae salutem *praedictis* affert. Haec *ad ignem* contortis, quia vim inconvertibilem continent, comparata sunt. *Quae* quidem in civitate — oportet — salutem afferre.“ Mox Ald. et Bas. 1. πᾶν χρή.

Οὐ σμικρόν, int. τί, ut II, 1: Μέγα λέγεις, ubi v. adnotata. Mox Cod. Voss. μὴ δυνατόν. — καταβαλεῖν, i. e., καταβαλέσθαι, fundamentum iacere s. condere, vid. *Wyttenbach.* in Iulian. Oratt. Bibl. Crit. V. III. P. II. p. 46.

P. 479. ἔτι δέ. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. εἴτι δέ, vitiose. *Ficinus:* „*praeterea* et illi.“ Mox pro ἕν, quod sensum non habet, scripsimus ἄν. Deinde pro δόξαι exspectabas εἰ δόξειεν (σωθέντες, int. οἱ ἐκδημήσαντες ἐπὶ ζήτησιν); praegressae enim orationi obliquae ἔτι δὲ τοὺς ἐκδημήσαντας (δεῖν ξυλλέγεσθαι εἰς ταυτό),

haec subiungi existimanda essent. Sed, ni fallor, in particula *καὶ* mendum latet; sensus enim postulat *ὥςτε*, quo praegressa *εἴ τι — καίριον γένοιτο ἂν ἀκοῦσαι* (int. *αὐτῶν*) explicentur. *Καὶ* cum *ὡς* et *ὥςτε* sexcenties permutari constat. — In seqq. malim *τριακοντούτην* pro *τριακονταετῆ*; vid. ad XI, 1.

αὐτὸν κρίναντα, int. *ἕνα ἕκαστον δεῖν προςλαμβάνειν*, si ipse iudicaverit s. cognoverit, iuvenem dignum esse, qui — recipiatur. Verba autem, quae sequuntur, *καὶ ἐὰν μὲν δόξῃ καὶ τοῖς ἄλλοις, προςλαμβάνειν*, ita posita sunt, ac si praecesserit: *πρῶτον δὲ αὐτὸν κρίνειν δεῖν*. — *ἀπόῤῥητον*, celandam. Mox *καὶ μάλιστα* refertur ad *κοινῶν*: *earumque inprimis*.

οἷον ἄγκυραν. Tropice *ἄγκυρα*, ut Latinorum *ancora*, dicitur id, cui innitimur vel quo fulcimus aliquid. Vid. *Wyttenbach.* ad Plutarch. de ser. num. vind. p. 104.

ἡμέτερος καιρός, h. e., *ἡμῖν ξυμφέρει*, nobis convenit s. competit. Et ad *ἡμῖν* illud, in *ἡμέτερος* latens, spectat participium *φράζοντας*, sicuti accusativus participii dativum solet excipere, vid. ad III, 5. E *καιρός* pendet *μηδὲν ἀπολείπειν προθυμίας*.

P. 480. *τό γε μέγιστον*, *maxime*, in primis, ut *Theogn.* 111. al.

καὶ ἰατρικῆς. Haec verba, quae in libris vett. desunt, interponenda esse *Cornarius* monuit, *Ficinum* haud dubie secutus, qui vertit: „Sed in exercitu et medicina consideremus.“ Mox *Stephanus* vel *θεμένη στρατηγικὴ* vel *στοχάζοιντ'* scribi iubebat, sine causa; *στοχάζοιτ'* enim propter nomen proxime praegressum *ἰατρικὴ ὑπηρεσία* positum est, quasi itidem *στρατηγική*, non *στρατηγοί*, praecesserit. In seqq. vero haud dubie pro *ἡ δὲ ἰατρῶν τε καὶ ὑπηρετῶν* corrigendum est *ἡ δὲ ἰατρῶν ὑπηρεσία ὑγιείας — παρασκευὴν* (int. *σκοπὸν θεμένη*). Deinde pro *σώμασι* e cod. Voss. recepimus *σώματι*. *Ficinus* simpliciter vertit: „Nonne illi ad hostium fugam et victoriam suam, isti ad corporis sanitatem“ (int. respicientes).

P. 481. *μηδ' εἰδείη*. Cod. Voss. in marg. *μὴ οἶδεν*.

CAP. XI.

ἱκανῶς κατεσκευασμένον. Vulgo *ἱκανόν*, quod *Stephanus* recte in *ἱκανῶς* mutandum esse monuit. *Ficinus* praeivit vertens: „sufficienter constitutum.“

τοπάζειν. Schol. Ruhnk. et schol. in marg. Cod. Voss. στοχάζεσθαι, ἐνθυμεῖσθαι, ὑπονοεῖν καὶ ὑποτοπεῖν δέ.

P. 482. τῷ τοῖς μέν cet. Vulgo τό; τῷ iam *Stephanus* coniecerat. Sensus est: *et quidem maximam eorum* (τῶν νομίμων) *partem errare mirum esse non debet, propterea quod* (τῷ) cet.

οἳ δὲ καὶ ξύνδυο νομοθετοῦνται: alii quasi bini (int. πολῖται, h. e., πόλεις, quasi duae civitates in unam copulatae) leges habent scriptas. De ξύνδυο, Atticis frequentato, vid. *Eustath.* ad Iliad. κ'. p. 717. 49. *Valcken.* ad Herodot. IV, 66. et *Boissonad.* ad Philostrat. Heroic. p. 419. — *ἐλεύθεροί τε ὅπως* cet. Bene comparat *Stephanus* III, 11. p. 694. A. ubi de Persis: πρῶτον μὲν αὐτοὶ ἐλεύθεροι ἐγένοντο, ἔπειτα δὲ ἄλλων πολλῶν δεσπόται. Idem subiicit „fortasse etiam aliquis utrobique πολλῶν vel πόλεων legendum esse putaverit.“ Eodem sensus redit, sive πολλῶν sive πόλεων scribis. — *πρός ταῦτά τε.* Hoc e cod. Voss. recepimus pro πρὸς ταῦτά γε. — Mox vulgo εἰς ἕν legitur. *Stephanus* vel εἰς ἓν δὲ οὔ· οὐδὲν διαφερόντως cet. scribendum vel εἰς delendum esse arbitrabatur. Posterius praeferendum esse putavimus, quia εἰς facile e sequentibus inculcari potuit et *Ficinus* id confirmat vertens: „unum vero praecipuum, ad quod cetera dirigantur, non habent.“ Similiter *Cornarius* vertit. Ceterum Ald. Lov. Bas. 1. et 2. vitiose exhibent διαφερόντες (sic).

τὸ ἓν ἐκεῖνο, οἷ δεῖ βλέπειν. Legebatur εἰς τὸ ἓν ἐκεῖνο, οἷ δὴ βλέπειν. *Stephanus* scribi iubebat pro οἷ δή: ἀεὶ δή. Id, quod reposuimus, sensus unice nobis videtur poscere: *quo gubernatoris, medici et ducis mens respicere debeat, diximus; iam quorsum politicum spectare oporteat, explorandum est.* Verba νοῦν κυβερνητικόν cet. praeposita sunt, quia orationis pondus habent: *gubernator quidem, medicus et imperator quorsum spectare debeant, diximus; tu vero, o politice, quorsum spectabis?*

P. 483. *ἢ σύ γε, Μέγιλλε καὶ Κλεινία.* Singularis pronominis de duabus personis, vid. ad VI, 2. Pro ὢν δὴ διαφέρων *Stephanus* οὖν scribi iubebat, sine causa; ὢν διαφέρων est: ὢς εἶ (es) διαφέρων (vid. ad IV, 6.), ita ut participium διαφέρων, ut Latinorum praestans, adiectivi fere partes agat. Mox pro φράζειν libri vett. φοράζειν, mendose. Deinde pro ὑπ' ἄλλων e cod. Voss. ὑπὲρ ἄλλων, quod *Stephanus* quoque coniecerat, recepimus.

Τί δ' ὅτι δεῖ cet. Referuntur haec ad ἔχετον φράζειν, ita ve-

to, ac si praecesserit φράζετε; igitur est: τί φράζετε περὶ τούτου, ὅτι δεῖ cet.

Οἷον ὅτι τέτταρα cet. Laudat haec *Stobaeus* Serm. III. p. 42., ubi ὅτε et ἐφήσαμεν (ut cod. Voss.) legitur, γέ vero omissum est.

ἕν γε αὖ πάντα. Sic Stob. pro ἅπαντα. *Ficinus:* „unam etiam cuncta haec nominamus." Mox τὰ δύο δ' ἄλλα scripsimus pro καὶ τὰ δύο τἄλλα; de καὶ — δέ vid. ad I, 9. *Böckhius* in Min. p. 147. καὶ τὰ δύο γ' ἄλλα scribi iubebat. In seqq. Stobaeus vitiose legit εἶπεν et ἐν ἀμφοῖν. Ceterum ad ἕν int. ὄνομα (ut in seqq. ἓν προςαγορεύοντες), e verbo ἐπωνομάσαμεν petendum, et ἀρετὴν ἐπωνομάσαμεν ἀμφοῖν est: *unum virtutis nomen utrique imposuimus;* vox enim ἀρετήν per epexegesin addita est pronomini ἕν. *Ἐπονομάζειν τινί* vero est *alicui nomen imponere*, vid. ad Phaedr. p. 257. et ad Polit. IX. p. 580. E.

ὅ γε λέγω. Cod. Paris. γρ. ἐρῶ. *Ficinus:* „quod dico." Illud ἐρῶ e sequentibus profectum esse patet.

P. 484. *ἀμφότερα.* Comma, quod vulgo post h. v. extat, ante ipsam posuimus. Deinde pro λέγω e Stob. et marg. Cod. Voss. scripsimus ἐρῶ, *exponam*, ut quod convenientius sit.

τῆς ἀνδρίας epexegesis est, vid. ad I, 6. Sensus: *alterum, sc. ἡ ἀνδρία, spectat ad metum, eiusque etiam belluae sunt participes et infantium animi; nam fortitudo sine ratione nascitur; alterum vero, sapientia, sine ratione esse nequit. Stephanus* opinabatur, Ficinum ὅθεν legisse; vertit enim hic: „unde belluae quoque fortitudinis participes sunt." — *ὡς ὄντος ἑτέρου*, i. e., ὡς τούτου (τῆς φρονήσεως) ὄντος ἑτέρου, quippe quod (sapientia) diversum est, sc. a fortitudine, quae ratione haud indiget.

διανοοῦ δὲ ὡς ἐρῶντι existima vero, te dicturum esse, h. e., *tibi esse dicendum;* participium, ut assolet, post verbum putandi infinitivi partes agit, vid. ad I, 12. Mox ad ἐμὲ ἄξιον — πάλιν int. λέγειν s. ἐρεῖν. In seqq. pro ἰδόντα e cod. Voss. reposuimus εἰδότα. *Ficinus:* „qui res aliquas sufficienter intellecturus est." Deinde τὸν γνόντα pro τόν γε ὄντα *Cornario* debetur. *Ficinus* videtur τόν γε ὄντα τι legisse, quum verterit: „an potius, si *pretii alicuius* est, turpe sibi est ignorare." De praepositione περί, cum verbo intelligendi coniuncta, vid. ad Phaedr. p. 375. et Polit. VI.

p. 488. D. — *πάντα τὰ τοιαῦτα* (*περὶ τῶν διαφερόντων*, h. e., *τῶν διαφερόντων*, vid. ad III, 1.) refertur ad *ὄνομα* et *λόγον*.

Τούτων δὴ πέρι cet. Oratio admodum contorta, neutiquam tamen de mendo suspecta est. Verba ita cohaerent: *πότερον οὐ δεῖ τοὺς ἐξηγητὰς — διδάσκοντα* (i. e., *τῷ διδάσκειν — καὶ δηλοῦν*), *ἣν δύναμιν ἔχει κακία τε καὶ ἀρετή, καὶ πάντως δηλοῦντα τῷ δεομένῳ τούτων πέρι γνῶναί τε καὶ εἰδέναι —, διαφέρειν τῶν ἄλλων;* Igitur *τούτων δὴ πέρι* ad *γνῶναί τε καὶ εἰδέναι* refertur, et dativi *τῷ δεομένῳ — ἁμαρτάνοντι* ad *δηλοῦντα*, ita ut *διδάσκοντα* cum verbis *ἣν δύναμιν ἔχει κακία τε καὶ ἀρετή* per epexegesin quasi interpositum sit. Pro *διδάσκοντα* et *δηλοῦντα* *Stephanus* reponi malebat *διδάσκοντας* et *δηλοῦντας*, quod facilius quidem intellectu, sed non necessarium est; latet enim in *διδάσκοντα* et *δηλοῦντα* pronomen indefinitum, idque collectivo sensu positum.

P. 485. *πάσῃ ἀρετῇ*. Cod. Voss. *πᾶσαν ἀρετήν*, quod non spernendum est, quum *νικᾶν* cum accusativo (ut *Ὀλύμπια*, *μάχην*, *ναυμαχίαν*, al.), coniungi constet.

CAP. XII.

ὃ λέγομεν νῦν. Post *νῦν* comma posuimus, ut sensus sit: iam, quid nobis faciendum sit, explorare debemus, quo quidem oratio praesens spectat. Mox *ἦ πῶς* pro *ἢ πῶς* scripsimus, sensu poscente, qui hic est: *profecto s. haud dubie custodes et re et verbo virtutis intelligentiores aliqua ratione* (*πῶς*) *statuere oportet, quam in aliis civitatibus esse solent; alioqui civitas nostra eo carebit, quod caput est rei, ratione videlicet.* Posterius orationis membrum interrogatione *ἢ τίνα* cet. continetur. *Πῶς* per se circumflexum, circumflexa particula *ἦ* praecedente, accentum inclinare nequit; quocirca *ἦ πῶς*, non *ἦ πως*, scripsimus; quanquam plura in hoc genere insunt nondum satis accurate definita et constanter observata.

τοῦ κύτους. *Κύτος*, receptaculum (quicquid aliquid in se recipit et continet), h. l. est corpus, quo ratio et sensus continentur. Similiter corpus *ἀγγεῖον* et vasculum (*Lactant.* div. instit. II, 12. §. 11. de opific. dei c. 1. §. 11.) dicitur, vid. ad Phaedr. p. 317. *Ὡς* cum genitivo participii est i. q. simplex accusativus cum infinitivo, qui sequitur (vid. ad I, 1.); quocirca vana est *Stephani* suspicio, *τῶν δὴ φυλάκων* legendum esse vel *δεῖ* desiderari. — *ἀπειλημμένους*, seorsum collocatos et interclusos

quasi a commercio cum reliquis. Mox τοὺς εὐφυεστάτους epexegesi servit: οἵ, utpote εὐφυέστατοι, ὀξύτητας ἐν πάσῃ τῇ ψυχῇ ἔχοντες; et ἐν πάσῃ τῇ ψυχῇ est in omnibus animi facultatibus, igitur: *quibus omnes animi facultates quam acerrimae sunt.* Similiter in seqq. τοὺς γέροντας praegressorum τοὺς δὲ νῷ ἀπεικασμένους epexegesis est. Particula δέ post τοῖς πρεσβυτέροις explicat; est igitur *scilicet*, vid. ad II, 1.

ἤ πως. Vulgo ἢ πῶς; illud etiam *Stephanus* coniecerat, praeeunte *Ficino*, qui vertit: „sicne an aliter ipsos praeparandos putamus?" Mox κεκτημένους est i. q. κεκτῆσθαι (vid. ad I, 11.); int. λέγωμεν τοὺς πολίτας (quod petendum e praegresso τὴν πόλιν). Deinde pro διηκριβωμένους scripsimus διηκριβωμένως, *Stephano* suasore, cui *Ficinus* viam monstraverat vertens: „exquisitiori ratione educari erudirique nonnullos volumus." *Cornarius* similiter haec reddidit ita: „num similes omnes habendos et non aliquos *exacte* et educatione et eruditione absolutos."

P. 486. πρὸς δὲ τὸ ἕν, i. e., ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ ἕν, vid. ad II, 10.

θετέον. Cod. Voss. θεατέον. Mox optativus γίγνοιτο pro infinitivo positus est, vid. ad IV, 9. Scilicet duae constructiones conflatae sunt: ἀκριβεστέραν σκέψιν θετέον περὶ ὁτουοῦν γίγνεσθαι, et: θετέον, περὶ ὅτου ἂν γίγνηται. De sententia ipsa, vid. Phaedr. c. 50., ubi cf. not. p. 363.

ἓν ὄν. Cod. Paris. ἓν ὅ. γρ. ἓν ὄν. — πιέσαντες, *manu veluti stricta* s. *firmiter tenentes.* Mox Cod. Voss. οὓς βλεπτέον — οὕτως ἕν (pro οὐθ' ὡς ἕν); posterius etiam Cod. Paris. habet.

P. 487. οὐκοῦν, ἐάν γε — πειθώμεθα. *Ficinus* ita vertit, ac si legerit πείθησθε: „si nostro consilio creditis." Sed bene monet *Stephanus*, hunc talis verbi in prima persona usum cum pronomine, quod primae itidem personae sit, non exemplo carere apud nostrum. Mox Cod, Voss. ἄλλως δέ, πῶς pro ἀμωσγέπως; deinde ad μηχανῷτο in marg. μηχανῇς τό.

CAP. XIII.

Τί δὲ δή. Cod. Voss. Τί δαὶ δὴ — τοῦτο διανοούμεθα. *Ficinus* a verbis graecis deflexit vertens: „Quid porro de honesto ac bono? utrum quod solummodo multa sint, custodes nobis cognoscent, an etiam quomodo unum, cognoscent?" *Cornarius:*

„Quid vero de pulchro et bono idem hoc censebimus.“ Verba ὡς — γνωστέον explicationis gratia praegressis subiecta sunt. τοὺς φύλακας ἡμῖν (i. e., ἡμετέρους, vid. ad I, 1.) pendet e γνωστέον, sicuti verbalia accusativo solent iungi (vid. ad I, 11.), et μόνον refertur ad γνωστέον (τοῦτο), ὡς ἕκαστον τούτων πόλλ' ἐστί.

Τί δ', ἐννοεῖν. Vulgo Τί δ' ἐννοεῖν; *Stephanus* vero legi iubebat Τί δέ; ἐννοεῖν, ut in seqq. Τί δέ; περὶ πάντων cet. Equidem in his interrogationem Τί δέ vel Τί δὲ δή ita cum sequentibus esse connectendam censeo, ut per se simul posita esse videatur; quod quidem efficitur commate posito. Scilicet quando substantivum vel adiectivum sequitur, Τί δέ cum hoc arte connecti oportet (ut Τί δὲ τὸ καλόν; Τί δὲ περὶ τοῦ καλοῦ; al.); sin enuntiatio plena sequitur, Τί δέ a sequentibus solo commate rectius distingui existimo. Cod. Voss. Τί δαί.

P. 488. τὴν δὲ μὴν ἐπιτροπήν cet. Falso haec *Cornarius* cepit vertens: „compromissum autem fiat, ut nunquam in legum custodem eligant neque inter virtute praestantes admittant aliquem, qui non divinus sit et in divinis rebus elaboravit.“ ἐπιτρέπειν cum particula negativa est recusare, propulsare, prohibere, vid. ad VII, 10. Igitur ad μηδὲ ἐπιτρέπειν intell. φυλακήν, ut *Ficinus* cepit vertens: „custodiam vero nulli committamus“ cet. Ad hoc vero, τὸ μηδὲ ἐπιτρέπειν, quum referatur τὴν δὲ μὴν ἐπιτροπήν, sine ulla controversia corrigendum est τὴν δὲ μὴ ἐπιτροπήν, i. e., τὸ δὲ μὴ ἐπιτρέπειν (*rationem eos a custodia prohibendi esse hanc, ut* cet.). Solet enim nonnunquam particula μή etiam nominibus substantivis iungi. Mox αὐτά refertur ad τὸν μὴ θεῖον (ὄντα), et ita positum est, ac si θεῖα praecesserit.

ἀέναον, semper fluentem, h. e., perpetuam; nisi id malis ad decreta Heracliti referre, qui πάντα ποταμοῦ δίκην ῥεῖν (fluminis ritu ferri, *Horat.* III, 29. 32.) statuit, vid. Cratyl. p. 402. A. *Aristotel.* Metaphys. IV, 5. *Sext. Empir.* Pyrrh. hypotyp. III, 15. p. 156. *Barth.* ad Claudian. p. 111. *Gatacker.* ad M. Antonin. IV. §. 43. VI. §. 15. et *Menag.* ad Diogen. Laert. IX, 8. 80. — διακεκοσμηκώς. Sic cod. Voss. pro eo, quod libri editi habent, διακεκοσμημένος; illud iam *Stephanus* reponendum esse viderat. Etiam sequentia ὡς νοῦς εἴη ὁ διακεκοσμηκώς hoc flagitant. Κοσμεῖν vero et διακοσμεῖν propria hac in re verba sunt, quibus Anaxagoras, qui hic et in seqq. respicitur, primus videtur usus esse; haec enim ipsius verba perhibentur: ὁμοῦ πάντα χρήματα

ἔην· νόος δὲ αὐτὰ διῇρει καὶ διεκόσμεε. Vid. *Valcken.* diatrib. in Eurip. fragm. p. 40. et cf. quae *Fischerus* ad Phaedon. p. 409 collegit.

ἀθέους γίγνεσθαι. Cf. *Carus* in Fülleborn. Collectan. ad hist. philosoph. P. X. p. 246. — διανοίαις βουλήσεως ἀγαθῶν πέρι τελουμένων, consilio ac voluntate ad bona efficienda, h. e., ea voluntate, ut bona perficiantur s ut bonum eveniat. διάνοια est idem fere quod βούλησις (consilium, sententia, h. e., voluntas), vid. de hac orationis redundantia ad I, 14. Et significatur consilium, quod in omnibus rebus boni ac honesti (τοῦ ἀγαθοῦ s. τοῦ βελτίστου) rationem habet; causam enim et finem omnium rerum Plato sumit bonum esse, vid. Phaedon. c. 46. Tim. p. 533. C. al.

ὑπεδύετο — ὅσοι: *invasit omnes, qui,* s. *mirum accidit omnibus, qui* cet. Mox ὅπως est i. q. ὅτι, ut Euthydem. p. 296. E: ὅπως οὐ πάντα ἐγὼ ἐπίσταμαι. Ubi vid. *Heindorf.* p. 383.

P. 489. παρακινδυνεύειν ἐτόλμων: temere et audacter dicebant, dicere sustinebant. Ceterum his verbis Anaxagoram notari, e Phaedone in primis patet c. 46. — ἀνέτρεψαν, imagine a navigatione petita, vid. ad X, 14: ἀνατρέπουσι δὲ ναῦς τε καὶ ναύτας.

μεστὰ — λίθων καὶ γῆς. Vid. ad X, 2.

διανεμόντων τὰς αἰτίας. Haec a praegressis separavimus, quibuscum vulgo male connexa leguntur; est enim: causas universi mundi ipsis (rebus inanimatis) tribuentes, h. e., eas pro causis habentes rerum omnium. διανεμόντων genitivus absolutus est, referendus ille ad αὐτοῖς, quemadmodum genitivus participii poni solet, licet alius casus praecesserit, vid. ad VI, 4. His quoque Anaxagoras notatur, qui, quum rationem sumsisset omnia descripsisse atque ordinasse, tamen in rebus naturalibus explicandis alias causas ea que a ratione alienas statuerit. Phaedon. p. 98. B: ὁρῶ ἄνδρα τῷ μὲν νῷ οὐδὲν χρώμενον οὐδέ τινας αἰτίας ἐπαιτιώμενον εἰς τὸ διακοσμεῖν τὰ πράγματα, ἀέρας δὲ καὶ αἰθέρας καὶ ὕδατα αἰτιώμενον καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ ἄτοπα. Cf. *Aristot.* Metaphys. I, 4. — Cod. Voss. et Paris. in marg. ἐξειργασάμενα; sed recte habet perfectum passivi, significatione activa usurpatum, vid. ad IX, 8.

ἀπεικάζοντας. Sic Cod. Voss. pro ἀπεικάζοντες; accusativus participii dativum, ut solet, excipit, vid. ad III, 5. De re ipsa, Polit. X, 8: ὅτι παλαιὰ μέν τις διαφορὰ φιλοσοφίᾳ τε καὶ ποιητικῇ· καὶ γὰρ ἡ λακέρυζα πρὸς δεσπότην κύων ἐκείνη κραυγάζουσα. Ubi vid. not. In Lexico Bas., ubi hic locus citatur, ποιητάς scriptum extat; sed frequenter ἐπέρχεσθαι (mentem subire, in mentem venire) dativo iungitur, vid. ad VII, 23. Sic Gorg. 485. E: καὶ γάρ ἐμοὶ τοιαῦτ' ἄττα ἐπέρχεται πρὸς σὲ λέγειν, οἷάπερ ἐκεῖνος πρὸς τὸν ἀδελφόν. Cratyl. 428. C: ὅτι μοί πως ἐπέρχεται πρὸς σὲ λέγειν τὸ τοῦ Ἀχιλλέως. Lys. 210. E: ἐπῆλθε γάρ μοι εἰπεῖν ὅτι cet. Demodoc. init. p. 380. A: ἐμοὶ δὲ σκοπεῖσθαι ἐπέρχεται, τί ποτε δύναται ἡ ξύνοδος ὑμῶν. *Xenoph.* Memor. IV, 3. 3. al. — *ἄλλα τε τοιαῦτ'.* Sic pro ἄλλα ταῦτ' scripsimus, sensu poscente; *Ficinus* quoque vertit: „aliaque in eos stultitiae plena dicerentur." Verba ita cohaerent: ἐπῆλθον ποιηταῖς λοιδορήσεις (i. e., ἐπῆλθε λοιδορεῖν), ἀπεικάζοντας (comparando philosophos canibus frustra latrantibus), ἄλλα τε τοιαῦτα ἀνόητα εἰπεῖν, h. e., λοιδορεῖν καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἀνόητα εἰπεῖν. In Codd. Voss. et Paris. marg. adscriptum est ἄλλα τε ἀνόητα; idemque *Stephanus* coniecerat. Neglexit vero vir doctissimus pronomen ταῦτα, in quo τοιαῦτα latere liquet. Praeterea *Stephanus*, qui offenderat in nominativo ἀπεικάζοντες, scribi iubebat ἀπεικάζειν, ut intelligeretur ὥστε (ἀπεικάζειν) et ὥστε εἰπεῖν, male.

CAP. XIV.

τὰ δὲ πρὸ τούτων cet. Haec cum praegressis cohaerent; duo enim, quae hic memorantur ad pietatem necessaria, sunt doctrina de anima, reliquis omnibus superiore, immortali omniaque regente, et de ratione, rerum naturae gubernatrice; cum qua quidem doctrina coniuncta est musica, ex Pythagoreorum decretis, quippe quae mundi harmoniam a ratione suprema profectam sonorum varietate in tibiarum nervorumque cantibus exprimit et in animum nostrum infundit. Idcirco verbis τὸν εἰρημένον ἐν τοῖς ἄστροις νοῦν τῶν ὄντων (int. λάβῃ: deinde vero perspexerit rationem rerum omnium, quam diximus, in astris, sc. habitantem ibique maxime perspicuam. Sic c. 13: τὸ περὶ τὴν φορὰν — ἄστρων τε καὶ ὅσων ἄλλων ἐγκρατὴς νοῦς ἐστὶ τὸ πᾶν διακεκοσμηκώς.) adiecta est earum disciplinarum et artium significatio, quae ad rerum coelestium cognitionem ducunt, id est, mathematicae et musicae. — *τά τε κατὰ τὴν μοῦσαν* cet. Verba ita capienda

sunt: *τά τε τῆς κοινωνίας τούτοις κατὰ τὴν μοῦσαν*, i. e., communitatem s. convenientiam cum his in musica, h. e., musicam his respondentem s. aequalem. *τὰ τῆς κοινωνίας* est i. q. *τὴν κοινωνίαν*, vid. ad I, 8.

P. 490. *προσοίσομεν.* Cod. Voss. *προσοίσωμεν.*

λέγωμεν. Sic Cod. Voss. pro *λέγομεν.* *Ficinus:* „sed modum nunc, quo recte hoc fiat, excogitemus."

Οὐκέτι νόμους. Sic Cod. Voss. pro *νόμοις;* illud etiam *Stephanus* coniecerat. Sensus est: de his s. de custodum collegio fieri non potest, ut leges sanciantur, priusquam constitutum et adornatum fuerit; tunc demum, quae custodum auctoritas atque potestas futura sit, lege constitui potest. *Οὐκέτι*, sequente *ἀλλὰ* vel *δέ*, est *nequaquam*; vid. Ephemerid. doctrin. et art. (Zeitschrift für Wissensch. u. Kunst) V. I. P. III. p. 74. — Mox *ὀρθός* pro *ὀρθῶς* Bas.

Πῶς; τί τοῦτο cet. Ni fallor, legendum est: *ὀρθῶς πως.* ΚΛΕΙ. *Τί τοῦτο* cet.

ἂν εἴη. Sic Cod. Voss. Vulgo *ᾖ*, vitiose. Mox Ald. *ἤθεσι καὶ ἤθεσι.* Bas. 1. et 2. *ἔθεσι καὶ ἤθεσι.* Recte *Stephanus* scripsit *τρόπων ἤθεσι καὶ ἔθεσι*, *Ficinum* secutus, qui vertit: „moribus et consuetudine." Lib. VI, 16. p. 773. B.: *χρήμασί τε καὶ τρόπων ἤθεσι.* — Cod. Voss. *δύναμιν.* — Ad *εὑρεῖν* int. *αὐτόν*, quia sequitur *ἄλλον εὑρηκότες.* Subiectum est pronomen indefinitum (*man*).

οὕς τε καὶ ἐν οἷς. Verba *οὕς τε καὶ Ficinus* non expressit, et *Stephanus* abesse malebat, sine causa; est enim *οὕς* (*χρόνους*) *quamdiu* (accusativus, ut constat, temporis continuationem indicat), et *ἐν οἷς*, *quando* (incipiens). Deinde *ταῦτ'* post *μάταιον* itidem expunctum malebat *Stephanus*, temere; *λέγειν* enim non ad *χρόνους* refertur, sed ad *οὓς χρόνους καὶ ἐν οἷς δεῖ παραλαμβάνειν ἕκαστα.*

ὅ τι. Vulgo *ὅτι.* *Ficinus:* „quando quid opportune discatur," et *Cornarius:* „*quid* opportune discatur."

P. 491. *ἀπόῤῥητα μὲν λεχθέντα.* Cod. Paris. *γρ. ἐλεγχθέντα.* *Faehsius* adnotat: „an *ἐλεγχθέντα? δειχθέντα?*" Sed *λεχθέντα* genuinum est. In verbis autem quae sequuntur, sicuti vulgo exhibentur, vitium insidebat, quod certa nobis videmur

emendatione sustulisse. Legebatur enim ἀπόῤῥητα, quod e praegresso huc irrepsisse patet. Bene *Stephanus* suspicabatur, aliam olim vocem hic lectam fuisse; et mirari debemus, ἀπρόῤῥητα, quod sequentia: διὰ τὸ μηδὲν προῤῥηθέντα δηλοῦν et flagitant et indicant, ipsum fugisse. ἀπόῤῥητα sunt quae *dici* s. uadi non possunt, ἀπρόῤῥητα vero, quae *praedici* non possunt, quia, etiamsi praedicerentur (προῤῥηθέντα), nihil tamen eorum, de quibus sermo est (τῶν λεγομένων), ostenderent ac definirent; etenim neque, quae futuris civitatis custodibus discenda sint, neque quando et quamdiu disci illa oporteat, praescribi posse, in praegressis significavit. Ad ἀπρόῤῥητα δὲ int. ὀρθῶς ἂν λέγοιτο.

Τὸ λεγόμενον, ut in proverbio est. Vid. ad III, 9. Mox ἐν κοινῷ καὶ μέσῳ κεῖσθαι dicitur, quod omnibus expositum est (vid. *Bergler*. ad Alciphr. II, 3. p. 235.) vel communi periculo ac labore suscipere oportet, ut h. l. Sensus est: omnia nobis facienda sunt, ut vel vincamus et, quod appetimus, assequamur, vel spe excidamus. Imago petita est a lusu tesserarum, in quo, si ternis tesseris ludas, felicissimus est iactus trium senionum (τρὶς ἓξ κύβους βάλλειν), qui quidem νικητήριος dicebatur βόλος (v. Suid. Hesych. al.), infaustus vero trium unionum (τρεῖς κύβους βάλλειν; κύβος enim, tessera, etiam de unione vel puncto et vacuo, quod veteres dicebant, ponitur, vid. *H. Iunius* Advers. II, 4. *Wolf.* ad Origen. Philosophum. c. 2. T. I. p. 880. Paris.). *Aeschyl.* Agamemn. 33:

Τρὶς ἓξ βαλούσης τῆσδέ μοι φρυκτωρίας.

Ubi v. *Stanlei.* Cf. Schol. Ruhnk. p. 245. *Zenob.* Cent. IV. Adag. 23. *Erasm.* Adag. II, 3. 66. p. 371 sq. *I. C. Bulengerus* de ludis vett. c. 58. Gronov. Thesaur. gr. ant. T. VII. p. 947 sq. et *Dan. Souterius* de aleator. Gron. l. l. p. 1057 sq.

κεκινημένης, excitatae, in quaestionem vocatae; proprie λόγος dicitur κινεῖσθαι, i. e., ἐγείρεσθαι (vid. *Wyttenbach.* ad Plutarch. de S. N. V. p. 83. *Heusde* Specim. crit. in Plat. p. 110 seq. et *Heindorf.* ad Theaet. p. 353.); tunc res quoque, cuius memoria commovetur, quae in quaestionem vocatur.

ἢ ᾧ ἂν — ἐπώνυμον — ποιήσῃ. *Ficinus* vertit: „vel ille, (Grynaeus: vel *illa*) cui Deus ipsam cognominem faciet," unde patet, ipsum haec verba ad vocem σύ retulisse; sed sensus ea ad τὴν Μαγνητῶν πόλιν referri iubet. Tunc vero offendit ᾧ, quum genitivus esse deberet; dicitur enim ἐπώνυμόν τινά τινος

ποιεῖν, nomen alicui ponere ex aliqua re s. aliquem denominare ab aliqua re s. ab aliquo homine. Ni fallor, pro ᾧ legendum est ὅθεν: *undecunque deus nomen ipsi* (urbi) *imponet*. Mox αὐτήν, in quo *Stephanus* offenderat, nomini τὴν Μαγνητῶν πόλιν, ut solet, subiectum est ita, ut fere abundet, vid. ad I, 1.

ἢ τό γε ἀνδρειότατος cet. Vulgo ἢ, quod locum hic habere nequit. Mox οὐκ ἐκφεύξει ποτέ, *nunquam effugies*, est: *nunquam tibi elabetur, nunquam eo excides*, h. e., *certo hoc consequeris, ut* cet. Vulgo ἀρῇ et ἐκφεύξῃ scribitur.

ἀμφισβήτησις cet. Verba ita intellige: καὶ οὐκ ἔστι οὐδενὶ τῶν νῦν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, νομοθετῶν οὐδεμία ἀμφισβήτησις παρὰ ταῦτα: *et de hac nullus omnino legis lator dubitabit* (sc. hoc ita esse faciendum). De particula τέ vid. ad c. 9.

ὕπαρ et ὀνείρατος inter se opposita sunt, vid. ad VII, 8. Mox Cod. Voss. κεφαλῆς νῦν οὔτε κοινωνίας. Deinde pro οὔτε scripsimus οὐδε, sensu id poscente; idque confirmatur a *Ficino* vertente: „si nobis *hi* viri — convenerint."

πρὸς ἀρετὴν σωτηρίας. Inversa est oratio pro πρὸς ἀρετῆς σωτηρίαν. Vid. ad V, 8. Male *Serranus* vertit: „ad publicae salutis custodiam procurandam."

P. 492. τὴν πόλιν ἐατέον, *urbs est missa facienda quod ad constitutionem attinet*, h. e., *urbs non condenda et constituenda est*. ἐᾶν est missum facere, intactum relinquere, vid. *Perizon.* ad Aelian. V. H. II, 38. De genitivo absolute posito, τῆς κατοικίσεως, vid. ad I, 12. Ceterum κατοικήσεως, ut in seqq. κατοίκισιν, legebatur, de qua ubivis fere obvia permutatione vid. ad III, 5.

καὶ σὺ ξυλλάμβανε. Pronomen σύ de coniectura interposuimus, quia et sensus et orationis structura (καὶ ἐγώ τε — καὶ σύ) id poscere nobis visi sunt. σύ a prima vocis ξυλλάμβανε syllaba elisum esse patet.

ANIMADVERSIONES

IN

EPINOMIDA.

CAP. I.

P. 495. *νῦν δὲ πειρώμεθα.* Sic Cod. Voss. Vulgo *νῦν τε πειρώμεθα.*

ἀκούσεσθαι. Cod. Voss. *ἀκούσασθαι.*

οὔ φημι cet. Laudat haec *Theodoret.* Therapeut. Serm. VIII. p. 602. B. et XII. p. 668. C.

ὡς ἐξ ἀρχῆς cet. Transscripsit haec *Clemens Alexandr.* Strom. III, 3. p. 434. C. T. I. p. 419. Pott. Idem veterum loca de vitae humanae miseriis collegit Strom. III, 3. p. 432. Sylb. (417. T. I. Pott.). Et nota est fabula, quae Silenum a Mida captum tradit regem docuisse, non nasci homini longe optimum esse, proximum autem, quam primum mori (*Cicero* Tusc. Disput. I, 48.). Vid. *Herodot.* I, 32. *Sophocl.* Oedip. Colon. 1225 sq. *Theogn.* 425. *Bacchylid.* in Antholog. graec. T. I. p. 83. (*Iacobs* Animadv. T. I. p. 281.) et *Posidippi* Epigramm. XVI, 9. T. II. p. 51. (*Iac.* Animadv. T. II. P. I. p. 150 sq.). Axioch. p. 368. A. *Sext. Empir.* Pyrrh. hypotyp. III, 24. p. 186. ubi v. Fabric. et *Gatacker.* Opp. crit. p. 530. F. — A Clem. abest *τό* ante *τρέφεσθαι,* *καί* ante *διά* et *ταῦτα* ante *γίγνεσθαι.*

πρὸς λογισμὸν μήτι τῶν μοχθηρῶν: tempus breve, non ratione s. ad miserias, sed per se cuilibet mediocre esse videbitur. Pro *μήτοι* e cod. Voss. *μήτι* (quo id negatur, quod cogitare s. suspicari quis possit; est nostrum: *nicht etwa*) recepimus. Post *χρόνος βραχὺς ἄν τις εἴη* sequi debebat: *ὃς σχεδὸν ἀναπνοήν τινα*

ποιεῖ; tempus enim illud breve in seqq. describitur ac definitur.

τούτων δή τί ποτε cet. Verba ita cohaerent: τί ποτέ μοι τεκμήριον, ὅτι ταῦτα πέφυκε ταύτῃ, (ἐστὶ) τὸ νῦν ζητούμενον τῷ λόγῳ; Τούτων enim τεκμήριον positum est pro τεκμήριον, ὅτι ταῦτα cet. Vulgo post ταύτῃ non interpungitur. De interrogationis usu vid. ad I, 5.

ὡς οὔσης τινός cet.: *quasi hanc nancisci possimus, quae tamen nos fugit.* — φυγῇ φεύγει. Sympos. c. 21: φεύγων φυγῇ τὸ γῆρας. Epist. VIII. p. 354. C: ἀποτρέπεσθαι καὶ φεύγειν φυγῇ. Similiter *Eurip.* Phoeniss. 1231: ἢν μή με φεύγων ἐκφύγῃς πρὸς αἰθέρα. Alia collegit *Heindorf.* ad Sophist. p. 324.

ὡς ἀξίας — οὔσης. Haec praegressa explicant: τοιούτων, ὡς οἰόμεθα, ἐπιστημῶν: *eiusmodi scientiarum, quas falso ita vocamus; scilicet s. quippe nulla earum digna est, quae sapientia nominetur, et ipse animus, qui natura quasi eam sibi inesse auguratur ac confidit, quaenam illa sit, quando et quomodo eam adipisci possit, reperire nequit.* ἐπίκλησιν est i. q. ἐπίκλην. — τῆς περὶ ταῦτα τἀνθρώπινα σοφίας, quae rerum humanarum sapientia nuncupetur; περὶ ταῦτα τἀνθρώπινα simul spectat ad praegressa, οὐδεμίας τούτων, int. τῶν ἐπιστημῶν.

ἆρ' οὐ τούτῳ cet. Nonne huic plane convenit s. respondet, h. e., nonne hoc praeterea confirmatur dubitatione nostra et quaestione de sapientia, quae quidem maior est spe illa, quae nos tenet, fore, ut eam adipiscamur? Cod. Voss. προσέχοι — συμφρόνως.

ἐπ' ἐλπίδ' — τῇ μετὰ σοῦ — γενομένῃ. Γίγνεσθαι, fieri, est evenire, ad effectum adduci, ut *Thucyd.* VI, 74: ἃ μὲν ἐπράσσετο, οὐκ ἐγένετο. Vid. *Hoogev.* ad Viger. p. 229. et Lexic. Xenophont. V. I. p. 587. Igitur sensus est: *Concedemus tibi haec sperantes, fore, ut aliquando tecum nobis eveniat s. ut aliquando hoc consequamur, ut de hac re verum sentiamus.* In his, ut in toto hoc dialogo, quem Platonis esse opus nemo sibi persuadebit, qui Platonem vel primoribus labris gustaverit, obscuritas inest orationis magis artificiosa et quaesita, quam naturalis.

CAP. II.

P. 497. *ἀναγκαιόταται*. Sic Cod. Voss. et Bas. 2. pro *ἀναγκαιότατα*, quod libri editi exhibent. *Ficinus:* „Vere enim hae primae sunt et maxime omnium necessariae."

ξυμβῆναι γενόμενον ἄν, i. e., *γενέσθαι ἄν*. Sic Legg. XII, 3. p. 946. C: *μέχριπερ ἂν ἑκάστῳ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη ξυμβῇ γενόμενα*. Vid. ad II, 2.

τῆς ἀλληλοφαγίας cet. Verba obscura sunt, quorum sensus interpretes fugit, quia *τῶν μέν — τῶν δέ* neglexerant. Scilicet *ζῶα* sunt animalia in universum, igitur tam homines quam bruta; quocirca *ἡ ἀλληλοφαγία* duplex est: *ἀνθρωποφαγία*, quae antiquissimis temporibus, ut fabula tradit, obtinuit (*τῶν μὲν — ἀποστήσασα*), et legitimus animalium ad homines alendos natorum esus (*τῶν δὲ — ἐδωδὴν καταστήσασα*).

ἵλεω cet. Verba haec corrupta et manca esse liquet. Equidem suspicor, hoc vel simile quid scriptorem dicere voluisse: *ἵλεω δ' ἡμῖν — εἰσίν· οἵτινες μὲν γάρ, ὧν ἐλέγομεν, αἴτιοι πρῶτοι* (vel simpliciter *αἴτιοι*), *χαιρέτωσαν*: propitii nobis sint maiores et sunt (beneficia enim, quae in humanum genus contulerunt, ad nos adhuc pertinent), sed pro sapientibus eos habere non possumus; itaque, qui primi eorum, quae diximus (legitimi esus) auctores fuerunt, eos haud curamus, h. e., in sapientum numero reponere non possumus. Ante *γάρ*, ut assolet, enuntiatio omissa est, vid. *Zeun.* ad Viger. p. 496. *Χαιρέτωσαν* est i. q. *χαίρειν αὐτοὺς* vel *αὐτοῖς λέγομεν*. Hesych. *Χαίρειν φράσαντες· ἀποταξάμενοι*. Cf. *Raphel.* ad Corinth. II, 13. 11.

οὐκ ἐθελήσει — ἀπεργάσασθαι. Vid. ad Phaedr. p. 235.

P. 498. *γενομένη*. Sic *Cornarius* pro vulgato *λεγομένη* legendum esse vidit, vertens: „populo enim commodant, sed non ob virtutem fiunt."

τούτων δέ. Cod. Voss. hanc lectionem suppeditavit pro *τοῦτον δέ*; *τούτων* refertur ad praegressum *τέχνης*, collective positum (sine causa *Stephanus* scribi volebat *διὰ τεχνῶν*), et significantur *ἐπιστῆμαι* illae, quae supra dicebantur, *ἀναγκαιόταται σχεδὸν ἀληθῶς τε πρῶται*, h. e., quae ad vitae necessitates spectant.

παιδιά τις. Libri editi *παιδεία*, Cod. Voss. *παιδία*, quocirca *παιδιά* reposuimus, quod sensus unice flagitat. Nam postquam artes, soli vitae et conservandae et tutandae servientes, ostenderat nihil commune habere cum sapientia, in iis quoque, quae ad oblectationem spectant, nihil serii et sapientis reperiri probaturus est. Igitur de artibus nunc exponit, quae ludicrae (*παιδιά*) vocantur. *Seneca* Epist. LXXXVIII. §. 18: „Quatuor ait esse Posidonius artium genera: sunt vulgares et sordidae, sunt *ludicrae*, sunt pueriles, sunt liberales. *Vulgares* opificum, quae manu constant et ad instruendam vitam occupatae sunt, in quibus nulla decoris, nulla honesti simulatio est. *Ludicrae* sunt, quae ad voluptatem oculorum atque aurium tendunt (ut, quae a nostro memorantur, musica, saltatio, pictura, poesis, cet.). — *Pueriles* sunt et aliquid habentes liberalibus simile hae artes, quas *ἐγκυκλίους* Graeci, nostri liberales dicunt. Solae autem *liberales* sunt, imo, ut dicam verius, liberae, quibus curae virtus est.“ Cf. Epist. XC. — Mox pro *αὐτῶν τῶν* iam *Stephanus* viderat legendum esse *αὖ τῶν*.

τά τε κατὰ λόγον cet. Referenda haec sunt ad praegressum *λείποιτο ἄν*. *Κατὰ λόγον* est prosa oratione et verba *κατὰ μοῦσαν πᾶσαν* omnia poesis et musicae genera complectuntur. Sic Legg. VIII, 5. p. 835. A: *οἷα δὲ ἕκαστα αὐτῶν εἶναι δεῖ κατὰ λόγον καὶ κατ᾽ ᾠδὰς καὶ καθ᾽ ἁρμονίας ῥυθμοῖς κραθείσας καὶ ὀρχήσεσι.* — Cod. Voss. *λόγους*. Mox *ὧν* coniungendum est cum *ἡ μιμητική*, i. e., *ἡ μίμησις*.

Πάντων δ᾽ ἐξειργασμένων cet. *Ficinus* vertit: „imitatione vero sublata,“ quod quomodo e verbis graecis erui possit, non intelligo. *Cornarius*: „omnibus autem excultis, reliquum est auxilium innumerabilibus infinitum.“ *Grouius* coniiciebat *ἐξειργμένων* vel *ἐξειργομένων*. Sensus, si quid video, hic est: omnibus vero (artibus) perfectis, h. e., oratione explicatis, i. e., postquam de his omnibus exposuimus, restant eae artes, quae infinitas praebent utilitates.

ἀνδρίᾳ — σοφίᾳ δεδομένη. Legebatur *ἀνδρεία* et *σοφία*, quod e cod Voss. correximus; idem habet *δεδεμένη*. Sensus est: quae vero per se magis fortitudine, quam sapientia comparatur. Sed offendit *δεδομένη*, perfectum idque hoc sensu usurpatum. Ni fallor, *δεδομένη* e praegresso *δεομένη* natum est, id-

que si exterminaveris, verba optime se habebunt: *μᾶλλον δὲ ἀνδρία κατὰ φύσιν ἢ σοφία*, int. *οὖσα*.

ἣν δὲ καλοῦμεν cet. Sic *Stephanus* pro *ἣν δὲ καλοῦσι μὲν* scribendum esse vidit. Mox pro *δὲ που* malim *δήπου*. Deinde pro *ὅσων* vulgo *ὅσον*; illud Cod. Voss. exhibet et *Stephanus* coniecit, qui propter *σχεδὸν* praeterea suspicabatur *πάντων ὅσα* scribendum esse, haud male, etsi illius vocis notio in *ὅσων* iam inest, quocum *σχεδὸν* arte cohaeret. Verba ipsa ita capienda sunt: *ὅσων φύσιν ὧραι ληΐζονται;* oratione vero mutata propter *πᾶσι τοῖς τοιούτοις*, infertur *τὴν τῶν ζώων φύσιν*. Mox *οὐδὲν τούτων*, neutrum, positum est, etsi *στρατηγικὴ* et *ἰατρικὴ τέχνη* praecedunt. Vid. ad Legg. I, 14. — Quae sequuntur, *ἄμετρα — τοπαζόμενα*, *Ficinus* ita vertit: „incertis enim coniecturis opinionibusque procedunt."

οὐδὲ γὰρ ἂν εἰδείη τις: ventorum enim naturam (cur modo secundi modo infausti; hinc *πνεύματος ὀργὴν οὐδὲ φιλίαν*), quibus utuntur, nemo illorum perspectam habebit, h. e., nemo invenietur, qui perspectam habeat. *Ficinus:* „nullus enim eorum iram ventorum amicitiamve cognoscit; quod et optimum est et maxime in gubernandi arte requiritur."

P. 499. *μνήμῃ καὶ τριβῇ*. Haec verba cum antecedentibus coniungenda esse putavimus. Mox voce *ἤθεσι*, quum de arte oratoria disseratur, nihil aliud videtur significari nisi affectus, *δόξης* vero, voci *ἀληθείας* oppositum, est speciei (ut *τὸ δοκεῖν* opponitur *τῷ εἶναι*, h. e., vero). Speciei vero affectus erunt ii, quibus excitatis res ab oratore probabilis redditur, igitur affectus, qui probabilitatis causa (ut auditores capiantur magis quam doceantur) ab oratore concitantur.

ὅ τί περ ἂν μανθάνῃ. Cod. Voss. *ὅτι πᾶσαν λανθάνει;* deinde *ὅταν δέ* et *θήσουσι* pro *φήσουσι*.

CAP. III.

ἣν ἔχων cet.: quam possidens sapiens erit is, qui revera sapiens est et non solum videtur, h. e., cuius possessione vera sapientia comparabitur. — *ὁ δὲ λαβών*, i. e., *ἣν δὲ ὁ λαβὼν* s. *δι' ἣν δὲ ὁ λαβὼν* (*αὐτήν*). Pronomen relativum, ut solet, suppressum est, (vid. ad I, 10.); quocirca sequitur *δι' αὐτήν*.

ἔνδικος. Vulgo ἐνδίκως; praeterea comma ante πολίτης delevimus; verba enim ita cohaerent: σοφὸς δὲ καὶ ἀγαθὸς (δι' αὐτήν) πολίτης ἔσται, καὶ ἔνδικος ἅμα καὶ ἐμμελής, ἄρχων πόλεως (sive imperium tenet urbis) καὶ ἀρχόμενος (sive sub alius imperio est).

τίς ποτ' ἐκ τῆς ἀνθρ. cet. διεξελθοῦσα, i. e., ἐξελθοῦσα, egressa, h. e. profecta; et τίς μία cohaeret cum τῶν νῦν παρουσῶν: quaenam sit illa una ex hominis natura profecta s. prodiens disciplina, quae si abesset, insipientissimum esset humanum genus. Pro ἤ scripsimus ἥ; nunc tamen hac correctione locum non indigere arbitror, si διεξελθοῦσα pro ἐξελθοῦσα accipias, ut sit *exiens* e natura humana, h. e., naturam humanam relinquens, igitur exemta vel sublata: quaenam sit illa una de disciplinis, quas nunc habemus, (τῶν νῦν παρουσῶν), qua exemta (sublata) vel absente (ἡ μὴ παραγενομένη), insipientissimum foret genus humanum. Sic infra: εἴπερ ἀριθμὸν ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐξέλοιμεν.

μία γὰρ ὡς εἰπεῖν πρὸς μίαν. *Ficinus:* „nam si uni unam conferas." Vid. ad I, 14. Proprie verba sonant: una enim, ut ita dicamus, ad unam, h. e., alia cum alia comparata, i. e., si omnes inter se comparamus. Mox post ἄτοπον αὖ interrogationis signum, quod libri impressi habent, in colon mutavimus; pro καὶ πῶς vero scribendum est καί πως.

τίνα δή cet. Laudat *Eusebius* Praep. Ev. XIII, 18. p. 702. B. Ad δαίμονες et θεοί int. αὐτὸν τιμῶσι.

ἐὰν γάρ ἴῃ τις cet. Oratio propter interposita εἴτε κόσμον — λέγειν mutata est ita, ut apodosis non sequatur, quae haec esse debebat: videbit, s. cognoscet, ὅπῃ ποικίλλων αὐτὸν — ὥρας τε καὶ τροφὴν πᾶσι παρέχεται. *διεξόδους,* quasi exercitus expeditiones; coelum enim exercitui in acie constituto et disposito comparatur. Vid. ad Legg. VII, 17. et ad Phaedr. p. 299.

μάλ' ὀρθῶς ἐνοήσαμεν. Respicitur, quod supra p. 976. posuit: τίς ποτ' ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐπιστήμη μία διεξελθοῦσα — τῶν νῦν παρουσῶν ἀνοητότατον ἂν — παράσχοι τὸ ζῶον τὸ τῶν ἀνθρώπων. Et hoc loco, ut supra iam indicavimus, confirmatur explicatio illorum verborum, quam ibi protulimus. In seqq. Cod. Voss. τυχή (sic) pro ψυχή, et μνήμας ἔχοι μόνον.

τὴν δὲ ἄλλην ἀρετήν, int. λαμβάνειν vel ἔχειν. *Ficinus:* „reliquam vero virtutem, fortitudinem dico et temperantiam, habere nihil prohibet."

τὰ τῶν ἄλλων τεχνῶν λεγόμενα, i. e., αἱ ἄλλαι τέχναι λεγόμεναι, quae artes dicuntur et habentur, etsi nulla earum, arithmetica sublata, vere ars dici potest. Mox pro πάσας τὰς τέχνας vide ne πάσας αὐτὰς τέχνας scribi oporteat, ut sit: omnes esse artes sinentes, h. e., artis nomen ipsis omnibus concedentes, quamvis ars vera, arithmetica sublata, esse nequeat. Mox μενεῖ pro μένει scripsimus de Stephani coniectura. — Cod. Voss. ἀπολείπεται pro ἀπολεῖται.

ἴσως. Sic *Ficinus* vertens: „forte vero, qui de artibus cogitabit, pauca esse arbitrabitur." Idem *Cornarius*, vel coniecturam vel libros MSS. secutus, reponendum esse monuerat. Vulgo ἱκανῶς. Cod. Voss. τίς.

πᾶς μάντις. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. ἄν τις. *Ficinus:* „nullum vatem, quantae virtutis nobis causa numerus sit, si modo universus affuerit, comprehendere posse." In seqq. διαριθμουμένων est i. q. διαριθμήσεως. Verba ita capienda: δῆλον ὅτι δεῖ (i. e., δεῖται) διαριθμεῖσθαι κίνησίν τε καὶ φθόγγους; pro infinitivo autem participium positum, et voces κίνησιν et φθόγγους in genitivos mutatae sunt, ut e verbo δεῖ pendeant. Mox γνωστόν et ὅ τι (Cod. Voss. ὅ) scripsimus; pro ἀλλ' ἤ vero coniicere possis ἀλλ' ἤ, ut sensus sit: id facile est cognitu, quod statim quoque fiet (sc. ut id cognoscamus); etenim motus temerarius cet. omni caret numero. Ἀλλ' ἤ est *num, an vero;* vid. *Valcken.* ad Eurip. Hippol. 932. Sic Gorg. p. 447. A: ἀλλ' ἤ, τὸ λεγόμενον, κατόπιν ἑορτῆς ἥκομεν; *Xenoph.* Cyropaed. II, 2. 28: ἀλλ' ἤ καὶ σὺ — παριάγει τοῦτο τὸ μειράκιον; *Dio Chrysostom.* Orat. XII. p. 193. C: ἀλλ' ἤ, τὸ λεγόμενον, — ἐγὼ καὶ παρ' ὑμῖν καὶ παρ' ἑτέροις πλείοσι πέπονθα τὸ τῆς γλαυκὸς ἄτοπον καὶ παράδοξον πάθος; Etiam *Stephanus* in ἀλλ ἤ offendit, adnotans: „Haec quoque mendosa esse, fatendum est: ac Ficinum ea vel aliter legisse vel legenda certe putasse, est manifestum, qui etiam ea, quae sunt post γένοιτ' ἄν, cum praeced. iungit, ut ad unam eandemque sententiam pertinentia. Vertit enim, perinde ac si legeretur: καὶ (τὸ μέγιστον) ἀγαθῶν ὡς πάντων αἴτιόν ἐστι, κακοῦ δὲ οὐδενὸς (nisi et κακῶν οὐδενὸς ferri possit pro οὐδενὸς τῶν κακῶν) ἐκ τούτου γνωστὸν καὶ τάχα γένοιτ' ἄν, ὅτι ἡ σχεδὸν cet. Videri possent alioqui hae voces ἀλλ'

ῇ factae esse ex ἄλλῃ, ita scribendo: εἰ τοῦτο γνωστόν ἐστι. καὶ τάχα γένοιτ' ἂν ἄλλῃ· ὅτι ἡ σχεδὸν cet. Sed altera lectio facilius apud me fidem impetraverit, si nullam harum vocularum ἀλλ' ἢ rationem habere liceat." Sed ἀλλ' per se iam esse potest *enimvero*, ut VI, 21; quocirca nihil mutare satius duximus.

οὐδεὶς μὴ γιγνώσκων ἀληθοῦς δόξης cet. Verba obscuri sunt sensus. *Ficinus* ita vertit, ac si ante ἀληθοῦς legerit καί: „et qui iustum — ignoraverit, nec veram opinionem de his acceperit, ad se ipsum et alios persuadendos numeri rationisque vi uti non potuerit." Διαριθμεῖσθαι, dinumerare (Phaedr. 273. E: ἐὰν μή τις τῶν ἀκουσομένων τὰς φύσεις διαριθμήσηται.), est quoque discernere, diiudicare, iudicio et consilio aliquid tractare (Gorg. p. 501. A: οὐδὲν διαριθμησαμένη τριβὴ καὶ ἐμπειρία). Schol. Ruhnk. p. 125. et 245. explicat verbo διαλογίζεσθαι, ut Hesych. Verba autem ita cohaerent: οὐδείς, τὸ δίκαιον — καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα μὴ γιγνώσκων, διαριθμήσεται ἀληθοῦς δόξης ἐπιλαβόμενος, πρὸς τὸ ἑαυτόν τε καὶ ἕτερον πεῖσαι τὸ παράπαν: *bonum, iustum et quae alia sunt id genus, numero sublato esse non possunt; iustum vero, bonum et pulcrum qui non cognoverit, nunquam ita res diiudicare et sani quid de iis statuere poterit, ut veram sententiam nanciscatur sibique et aliis quidquam persuadeat.* Hic mihi sensus videtur esse verborum satis contortorum.

CAP. IV.

Ἴωμεν — σκεψόμενοι. Vid. ad IX, 11.

γέγονε πόθεν — ὥστ' ἐννοῆσαι; πόθεν γέγονε ὥστ' ἐννοῆσαι est i. q. πόθεν ἐνενοήσαμεν. *Ficinus* vertit: „Age, unde unum et duo percepimus? ut illud animadverteremus, ad quod cognoscendum ab universo naturam vimque accepimus." Et sic vulgo legitur γέγονε πόθεν ἡμῖν; ὥστ' ἐννοῆσαι; sed γέγονε est id fere quod ἐξῆν (ut ap. *Xenoph.* Cyrop. VIII, 2. 2: ἐπειδὴ δὲ ἐγένετο αὐτῷ ὥστε χρήμασιν εὐεργετεῖν.) et ὥστε abundat. vid. ad IV, 4. — Pro παντός *Cornarius* legi iubebat πατρός (vulgo enim in seqq. exhibetur παρὰ τοῦ πατρὸς ἀριθμεῖν); sed utroque loco legendum esse παντός (τὸ πᾶν est enim ὁ οὐρανός, in quo quum ad numeros omnia disposita sint, ipsi numeros cognovimus, vid. Tim. p. 39. B.), sensus docet, et in altero loco *Ficinus* πατρός vertendo expressit. Ipse *Cornarius* subiicit: „nisi utroque loco παντός vox legenda est." Mox frequens illa orationis redun-

dantia conspicitur in verbis *φύσιν ταύτην ἴσχουσι — πρὸς τὸ δυνατοὺς ἐννοεῖν εἶναι:* hanc naturam habentibus, ut ex universo ea cognoscere possimus, pro: ex universo ea (unum et duo) cognoscendi vim et facultatem habentibus. *πρὸς τό* est i. q. *τοῦ* vel *ὥστε*. Sic infra p. 978. E. Post *εἶναι* interrogationis signum posuimus. Deinde *παντός* pro *πατρός* scripsimus.

P. 502. *μῶν τι κάλλιον* cet. Sic de coniectura scripsimus pro *ὧν τι*, quod et sensui et orationis structurae repugnat; deinde *ἓν ἀνθ' ἑνός* pro simplice *ἓν ἑνός* reposuimus (vid. ad I, 14.). *Ficinus* quoque: „si unum uni conferatur." Deinde ante *εἰς* interposuimus *εἰ*, quod a voce *εἰς* elisum esse patet; post *εἰ — ἔλθοι μέρος, ἕτερον (τι) πᾶν* (a die prorsus diversum quid) *φαίνοιτ' ἄν*, intellige *μῶν τι κάλλιον ἄν τις θεάσαιτο;*

καὶ ἐλίττων δή cet. Vulgo hic locus ita legitur: *τὰ ὄντα μὴ παύηται — ἡμέρας, ἃς οὐρανός* cet., in quo verba *μὴ παύηται* e seqq. *οὐδέποτε παύεται* nata et *ἅς* e postrema vocis *ἡμέρας* syllaba profectum esse liquet; ipse enim *οὐρανὸς* est is, qui *ἐλίττων* (dum volvit s. versat) *οὐδέποτε παύεται διδάσκων* cet. Pro *ταῦτα αὐτὰ ὄντα* suspicor scribendum esse *ταῦτα ἐναντία ὄντα* (diem et noctem int., sibi contrarias). Verba deinde *πολλὰς — ἡμέρας* epexegesis sunt praegressi *ταῦτα ἐναντία ὄντα*. *Ficinus* vulgarem secutus scripturam vertit: „nam si revolvere haec non desinas, multas noctes et multos dies videbis, quibus coelum nunquam cesset docere homines unum atque duo, ut etiam qui tardissimus est, hinc uti numero discat."

ὡς γάρ. *Ficinus* videri possit legisse *οὕτως*, quum verterit: „sic enim et tria et quatuor et multa quilibet cernendo haec intelliget." Malim *καὶ γάρ*, quum *ὡς* et *καί* saepissime inter se permutata reperiantur, vid. *Schäfer*. Melet. crit. p. 73.

διεξῆλθε, coelum percurrit, h. e., volvitur. Sic c. 9: *διεξέρχεται τὸν αὑτοῦ πόλον. — τὸν κύκλον ἕνα ὅλον* cet., si quis orbem (lunae), qui unus est, universum (h. e., per totum eius ambitum) uno complecti numero velit.

τὸ καθ' ἓν — σκοποῦν: singulatim quidque per se considerans s. *considerando*. Articulum *τό* si retineas, *τὸ — σκοποῦν* epexegesis erit praegressi *ξύμπαν τὸ δυνατὸν τῶν ζώων*. — Quae sequuntur, vulgo ita se habent: *δοκῶ μὲν μείζονος. ἕνεκα καὶ τούτου* cet. *Stephanus* post *μείζονος* quidquam deesse censebat; sed

μείζονος apparet cum seqq. *ἕνεκα τούτου* coniungendum esse, ut in Cod. Voss. scriptum extat, ubi exhibetur *μείζονος ἕνεκα, καὶ τούτου δέ*. Verba ita cohaerent: *τὸ δὲ — λογίζεσθαι* (*quod vero attinet ad — s. de*), *δοκῶ μέν, ἕνεκα καὶ τούτου μείζονος* (etiam *huius* causa, *quod* maius ac difficilius est, int. quam singula per se numerare atque considerare) *μῆνας ξυνεστήσατο, σελήνην ἐμποιήσας αὐξανομένην καὶ φθίνουσαν*. Post *δοκῶ* pro infinitivo modus finitus, *ξυνεστήσατο*, sequitur, quod quidem haud infrequens est. Sic c. 5: *ᾗ δοκεῖ — τιμῶμεν*. Men. 94. B: *δοκῶ μέν, ἐβούλετο*. Protagor. 314. C: *δοκεῖ οὖν μοι, ὁ θυρωρός εὐνοῦχός τις κατήκουεν ἡμῶν*. Vid. ad Phaedr. p. 394. In seqq. verba *ἤρξατο ξυνορᾶν* mihi suspecta sunt; exspectabas tale quid, quod *Ficinus* exhibuit vertens: „numerumque omnem felici quadam fortuna conferri ad numerum *docuit*." Nimirum deus, qui in coelo dicitur omnia ad numerum descripsisse, ut hominibus numerorum imaginem et specimen quasi exhiberet, unde numerare discerent, non ipse dici potest *ἄρξασθαι ξυνορᾶν πάντα ἀριθμὸν πρὸς ἀριθμόν*; in hominem vero hoc quadrat, eoque magis, quum appositum sit *εὐδαίμονι τύχῃ*. Quocirca aliquid excidisse puto, nisi *πάντα* in *πᾶς* mutandum esse dixeris. De verbo *ξυνορᾶν* (varia et diversa comparando in unum comprehendere, deinde perspicere) vid. ad Phaedr. p. 361., ibique citatis addatur Legg. XII, 12. p. 965. B. *Metrodor.* ap. Sext. Empir. adv. Grammat. I, 3. p. 229. et *Sext. Empir.* adv. Logic. VII. §. 328. p. 435. — In praegressis Cod. Voss. *φέρουσαν* pro *φθίνουσαν*.

τὸν αὐτῶν βίον. *Ficinus:* „quae iniuste vitam suam distribuit." *αὐτῶν* positum est, ac si *ἄνθρωποι* praecesserit. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *αὐτόν* exhibent.

P. 503. *τὰ μὲν ἄλλα* cum *τὰ βέλτιστα* cohaeret. *Ficinus:* „nobis autem de legibus modo investigantibus cetera, quae hominibus optima sunt, facilia cognitu esse videntur." — *ξυνεῖναι*, i. e., *ξυνιέναι*, intelligere, perspicere, vid. ad Legg. III, 5. — Mox post *τὸ λεγόμενον, ut in proverbio est*, vulgo legitur *τέ*, quod, quum locum hic habere non possit, expunximus. Deinde ad *ὅπῃ — δεῖ* int. *εἶναι, οὐ χαλεπὸν γνῶναι*.

τὸ δ' ὅντινα τρόπον ἀγαθήν, εἶναι δεῖ: quod vero ad illud attinet, quanam ratione bonus esse debeat animus, h. e., *de ratione vero, qua bonum esse oporteat*. — *καὶ ταῦτα*, int. *πᾶς παντὶ ξυγχωρεῖ*.

ἀνευρίσκομεν. Malim *ἀνηυρίσκομεν.*

ὡς εἰκότως, *perquam recte;* vid. de *ὡς* ad Legg. VII, 18. Mox *παντάπασι* et *πάντως* posita sunt *ἐκ παραλλήλου*, quod dicitur, vid. ad I, 5.

CAP. V.

P. 504. *Λέγοις ἄν.* Vid. ad Legg. I, 11. fin.

τὸ κάλλιον — λέγειν. Verba ita cohaerent: *τὸ λέγειν περὶ θεῶν, κάλλιον καὶ ἄμεινον τῶν πρότερον εἰρημένων ἀπεικάζοντι* (pulcrius quid et rectius de iis cogitatione fingenti). Pro *εἰρημένων* legi quoque *εἰρηκότων* *Stephanus* refert, *Ficinum* haud dubie significans, ut qui verterit: „si melius de diis, quam prisci, sentiat.“ Mox pro *παιδιᾷ* e Cod. Voss. recepimus *παιδείᾳ*, quod *Ficinus* quoque expressit: „optima usus *disciplina.*“ Deinde *ὕμνοις — γεραίροντι* epexegesis est praegressi *τιμῶντι θεούς*. *Εὐδαιμονία*, ut *ὄλβος*, de opibus, honoribus, al. ponitur, ut ap. *Xenoph.* de Laced. republ. IX, 3: *ἐκεῖνος τοίνυν σαφῶς παρεσκεύασε τοῖς μὲν ἀγαθοῖς εὐδαιμονίαν, τοῖς δὲ κακοῖς κακοδαιμονίαν.* H. l. significat honores, munera, alia id genus.

εἰ γάρ, utinam, ut *Xenoph.* Cyropaed. VI, 1. 21: *εἰ γὰρ γένοιτο — ὅ τι ἐγώ σοι ἐν καιρῷ ἂν γενοίμην αὖ χρήσιμος.* Vid. *Abresch.* Animadv. Aeschyl. I, 15. p. 96. et *Brunck.* ad Sophocl. Electr. 1412. Ad *προσπαίσαντι* Schol. Ruhnk. *προσπαίξαντι· ἀντὶ τοῦ ξ τὸ σ οἱ Ἀττικοί.* Sic et Timaeus Lexic. p. 222: *προσέπαισε· προσέπαιξε· τῷ σ ἀντὶ τοῦ ξ κέχρηται.* Ubi v. Ruhnken. De verbo *προσπαίζειν* vid. ad VI, 19.

ἢ δοκεῖ. Vulgo *ἤ*, quae solemnis in hac locutione confusio est, vid. ad Phaedr. p. 219. Mox post *δοκεῖ* (int. *σοί*: an tibi videtur s. placet) pro infinitivo modus finitus, *τιμῶμεν* (*sollen wir ehren*), sequitur, de quo vid. supra adnotata. Mox ad *τῶν καλῶν* int. *λόγων*: *de pulcris, quae de diis haberi possunt, orationibus proferas eam, quae tibi in mentem venit.*

Θεογονίαν τοίνυν cet. Laudant haec *Eusebius* Praepar. Evang. XIII, 2. p. 640. D. et *Theodoret.* Therapeut. Serm. III. p. 515. D. Theodoretus exhibet *θεολογίαν — ἐμοὶ — καὶ πρὸς εὐσεβεῖς ἐληλυθότα λόγους.* Eusebius *ὡς ἔοικε, ἀναγκαῖον — κατὰ τὸν ὕστερον λόγον* (ut Theodor.).

ἀπαραμύθητοι cet.: *et paene inexorabiles in iis, quae ad iustum spectant. Ficinus* ita vertit, ac si παρὰ τὰ δίκαια legerit: „nec precibus ullis muneribusque praeter iustum placari." Pro δίκαια vero haud dubie legendum est ἄδικα, ut sit: exorari s. placari non possunt ab iis, qui iniusta facinora commiserunt s. qui in rebus iniustis versantur (τῶν περὶ τὰ ἄδικα πράγματα, int. ὄντων); adiectivo autem ἀπαραμύθητοι exquisite genitivus pro dativo iunctus esset, vid. *Schäfer*. Melet. crit. p. 137. sq.

εἰ δὴ μέμνησθέ γε. Singularis excipit verbum plurale, in quo ne quis vitium subesse opinetur, monendum est, verbum modo singulare poni, pluribus nominibus sequentibus (vid. ad Phaedr. p. 371.), modo plurale, uno tantum sequente vel praegresso; illic enim plures invocantur tanquam una persona, hic vero unus instar reliquorum, ut h. l. Clinias simul Megilli partes agit. Quod quidem etiam apud Latinos frequens est, vid. *Ruperti* ad Sil. Italic. III, 222. Var. Lectt. Cf. ad Legg. VI, 2.

P. 505. *ὑπομνήματα;* dialogi de legibus significantur litteris mandati, utpote memoriae causa conscripti (vid. ad Phaedr. p. 390. ibique excitatis adde *Phot*. Cod. 242. p. 1055. 45. et *Toup*. Emendatt. in Suid. II. p. 130.). Ceterum Epinomidis auctor se ipse prodit, dum fingit, Cliniam et Megillum legum libros habere scriptos.

ὃ γὰρ ἄμεινον cet. Structura verborum paulo impeditior est. Ita cohaerent verba, nisi manca oratio est: ὃ γὰρ ἄμεινον — ἐστί, τοῦτο πιθανόν, ὅτι τοῦ χείρονος — πρεσβύτερόν ἐστι (int. ἄμεινον), πανταχῇ τε ἄρχον ἀρχομένου καὶ ἄγον πάντῃ ἀγομένου πρεσβύτερον: *id quod melius, deteriore melius sit necesse est* (πιθανόν), *sicuti regens eo, quod regitur, et ducens eo, quod ducitur, prorsus et omni ratione antiquius est atque potius.*

τό γε πρῶτον, principium ipsius animae, tanquam τοῦ πρώτου τῆς γενέσεως, h. e., divinum. Comparativus πιθανώτερον vim positivi auget, vid. ad Polit. V. p. 463. D. *Ficinus* vertit: „quod si ita se habet, quod in generatione primi primum est, verisimile profecto est praeivisse." Deinde verba περὶ θεῶν γενέσεως epexegesis sunt illorum τῆς σοφίας τῶν μεγίστων (sapientiae maximarum rerum).

τοῦτό γε, ὅταν. Pro τοῦτο etiam τότε legi *Stephanus* memorat, quod sane sequenti ὅταν melius respondet. Accedit, quod

Ficinus vertit: „*tunc* affirmamus, cum.“ Quanquam etiam τοῦτο defendi potest; est enim ὅταν i. q. ἐν ᾧ.

οὐ γάρ ἐστιν. Verba ita capienda sunt: *οὐ γὰρ ἄλλο (τι), ὅ τί ποτε γίγνοιτ' ἄν* (quodcunque erit), *ἐστὶν ἀσώματον καὶ οὐδὲν οὐδαμῶς οὐδέποτε χρῶμα ἔχον* (i. e., *ἀχρώματον*) *ἔστιν ἄλλο, πλὴν τὸ ὄντως θειότατον ψυχῆς γένος.*

ὃ λέγομεν. Comma post *λέγομεν* posuimus; ad *σώματι* int. *προσήκει*: *corpori vero, quod dicimus* (quod ita vocamus), *convenit fingi et oriri et conspici.* Cod. Voss. *ὃ λέγωμεν.* Mox e cod. Voss. *τῷ δέ* pro *τὸ δέ* reposuimus, ut *Stephanus* iam scribendum esse monuerat. Ad *τῷ δέ* (*τῇ ψυχῇ*) int. *προσήκει.* Cod. Voss. *νοητῷ δέ.*

πῦρ χρὴ φάναι cet. Haec explicationis causa interposita sunt; quocirca *δέ* post *τούτων* orationem parenthesi interruptam redintegrat. Pro *ἑκάστων* vero e cod. Voss. recepimus *ἕκαστον*; *ἕκαστον ζῶον*, singula animalia, collective positum est. *Ficinus*: „horum principatibus multa variaque singula animalia producuntur.“

πάντα τὰ κατ' οὐρανόν. Cod. Voss. *πάλιν* pro *πάντα* habet, et mox *δυοῖν δὲ αὐτοῖν.* — δόξῃ, opinione. *Ficinus*: „his utique animalibus e duabus sortibus alteram tribuendam *putamus*.“ In seqq. pro *ζωῆς*, *ῆς* forsitan scribendum est: *ἑκάστῳ*, *ζωῆς ὥστε οὐδέν τι πλείονος* cet. Similiter *Ficinus* vertit: „aut vitam longaevam agunt singulis adeo sufficientem, ut longiore non egeant.“ Quanquam pariter ap. *Plutarch.* in Lexic. Basil. legitur: *ὡς ἂν ἐκπλήσωσι τὸν ἐπικλωσθέντα τῆς ζωῆς βίον.*

CAP. VI.

πάλιν γάρ λέγωμεν. Sic Cod. Voss. et *Ficinus*: „rursusque dicamus.“ Vulgo *λέγομεν.*

P. 507. τὸ δὲ — ἔχον. Oratio coarctata est et e duabus conflata; ita enim exponi haec debebant: *τὸ δὲ ἐν τάξει — πόρον ἔχον* (quod vero ad illud attinet, quod ordine et in coelo progreditur), *αὐτὸ τοῦτο* (*τὸ ἐν τάξει τε καὶ οὐρανῷ πόρον ἔχειν*) *μέγα τεκμήριον χρὴ ποιεῖσθαι τοῦ φρόνιμον αὐτὸ εἶναι.*

τὸ τέλεον ἐκβαίνει. Cod. Voss. *ἐσβαίνει*; *ἐκβαίνειν*, ut Latinorum *evadere*, est *fieri*, ut ap. Eurip. Med. 228: *κάκιστος*

ἀνδρῶν ἐκβέβηκ' οὐμὸς πόσις. *Dionys. Halicarn.* VII, 51: ὅσα δὲ μετὰ τοῦ γενναίου στάντες — ἐναντιώθητε, ταῦτ' ἡμῖν εἰς δέον ἐκβέβηκε. *Longin.* c. 44. p. 158: διόπερ οὐδὲν ὅτι μὴ κόλακες ἐκβαίνομεν μεγαλοφυεῖς. Τὸ τέλεον ἐκβαίνει vero est i. q. τέλεον ἐκβαίνει, h. e., τελειοῦται, perficitur; de hac articuli redundantia vid. ad I, 6. Mox Ald. Lov. Bas. 1. et 2. τοῖς ἀνθρώποις.

πράττει. Vulgo πράττειν, in quo *Stephanus* quoque offenderat. *Ficinus:* „multis autem nostrûm contra visum est, haec, quia eadem et similiter semper *agunt*, animam non habere."

ἐπὶ τὰ καλλίω — τιθεμένῳ λαμβάνειν: pulcriorem — de his sententiam ferenti statuere; τίθεσθαι est proprie calculum (ψῆφον) ponere, h. e., sententiam ferre, iudicare, v. *Hemsterhus.* in Misc. Observatt. T. V. P. III. p. 66. et ad Thom. Mag. p. 443. sq. *L. Bos.* ellips. graec. p. 568. ed. Schäf. Sic de legib. X, 3. p. 888. B: ἐπὶ τἀναντία τίθεσθαι (contrarium sentire s. iudicare). Epinom. 8. p. 984. D: ταύτῃ τιθέσθω. Theaet. p. 202. E: τίθεσαι ταύτῃ. Similiter τίθεσθαί τι εἰς τι, aliquid numerare in — (ut in bonis, in malis, al.) pro *habere aliquid pro* —. Sic Politic. 281. C: ἐὰν ἄρ' αὐτὴν — εἰς τὴν καλλίστην καὶ μεγίστην παρῶν τιθῶμεν. Sophist. 235. A: εἰς γόητα μὲν δὴ καὶ μιμητὴν ἀρα θετέον αὐτόν τινα (forte s. fere); quod *Heindorfius* p. 359. sine causa sollicitabat. — Ceterum bene *Cornarius* haec ita vertit: „poterat autem homo haec ita accipere, ut pulcrius et melius et ea, quae grata essent, de ipsis sentiret, quod videlicet hoc ipsum sapiens putare oporteat, quod secundum eadem et eodem modo et eadem semper facit." καὶ τὰ αὐτά *Stephanus* de Cornarii coniectura pro καὶ διὰ ταῦτα recepit, sensu id poscente; deinde pro πράττον recte legi iussit πράττειν; τὸ πράττειν enim refertur ad διὰ τοῦτο αὐτό, ut *Ficinus* vertit: „quod propterea mentem habeant, quia per eadem similiter profecta eadem semper agunt."

πάντων χορῶν, pro πασῶν χορειῶν. Mox χορεύοντα positum est, ac si τὰ ἄστρα, non τὴν τῶν ἄστρων φύσιν antecesserit. Ceterum de stellarum choro, *Lucianus* de saltat. c. 7. T. I. p. 549. Schmied.: ἡ γοῦν χορεία τῶν ἀστέρων καὶ ἡ πρὸς τοὺς ἀπλανεῖς τῶν πλανήτων συμπλοκὴ καὶ εὔρυθμος αὐτῶν κοινωνία καὶ εὔτακτος ἁρμονία τῆς πρωτογόνου ὀρχήσεως δείγματά ἐστι. Cf. *Iulian.* Orat. IV. p. 135. A.

P. 508. Τὸν γὰρ ἥλιον cet. Cf. *Cicero* de nat. deor. II, 19. et *Arnob.* adv. gent. II. p. 51. ubi v. Elmenhorst. p. 59.

οὕπο θ' ἑτέρως. Cod. Voss. ἑτέρα. Mox ad ἔμψυχον — γένοιτ' ἂν int. τί. — φέρειν. *Ficinus:* „deinde, qua ratione optime fieri cogitarit, hac ducere." Φέρειν autem ad astrorum φοράν (supra τὰ φερόμενα ἄστρα) spectat; igitur est: hunc iis motum ac cursum tribuere, qui optimus ipsi visus esset. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. vitiose habent εἴπερ.

λέγομεν. Vulgo λέγοιμεν, sed optativo hic nullus locus est. λέγομεν vim fere habet futuri, vid. ad I, 3. Mox ante εἰς ἀκρίβειαν Cod. Voss. εἶτα interponit.

ῥύμας. Schol. Ruhnk. ὁρμὰς βιαίας. Sic infra c. 8. p. 985. B: ἐλαφρᾷ φερόμενα ῥύμῃ. Sophist. p. 236. D: ἥ σε οἷον ῥύμη τις ὑπὸ τοῦ λόγου ξυνειθισμένον ξυνεπεσπάσατο πρὸς τὸ ταχὺ ξυμφῆσαι; A Bas. 2. τίς post εἰ abest.

CAP. VII.

ἔχει λόγον ὁ λόγος, utrum consentanea sit et quasi obtineat oratio an succumbat (reprobanda sit). Paronomasia inest in λόγον ἔχει (de quo vid. ad Legg. X, 12.) et ὁ λόγος, vid. ad II, 4.

πολλὰ ἑκατέρου cet. *Ficinus* perspicuitatis causa, ut videtur, plura adiecit vertens: „et quae ad utriusque genus pertinent, esse multa; eaque ab aliis in genere suo differre et utraque genera a se invicem esse diversa, adeo ut tertium nihil sit utrisque commune."

P. 509. τὸ μέν που. Vulgo ἔμφρον μέν που. Mox vulgo ἄρχον δέ, τὸ δὲ ἀρχόμενον; e cod. Voss. pro δὲ recepimus μέν, addito τό, quod sensus poscit. Mox καὶ σώματος οὕτως *Ficinus* ita vertit: „nec ex anima et corpore, ut diximus, constare contendat." *Cornarius* ita vertit, ac si ὄντως legerit: „et non animae ac corporis *revera* sobolem esse."

θεῶν αὐτῶν ἐργασαμένων. Sic Lov. Bas. 1. et 2. In Ald. et Steph. αὐτῶν repetitum est, quod *Stephanus* ita explicat: θεῶν αὐτῶν ἀγάλματα et quidem αὐτῶν ἐργασαμένων; sed si θεῶν αὐτῶν ad ἀγάλματα traxeris, repetitio paene intolerabilis erit, quum praecedat θεῶν εἰκόνας, et ἀγάλματα nihil nisi expositio sit vocis εἰκόνας. Mox ad οὐ γὰρ ἀνοήτων γε cet. e praegresso ἐργασαμένων intell. ἔργα ἐστί, ut *Cornarius* cepit vertens: „non enim dementium neque vilium sunt opificum." *Ficinus* haec cum praegres-

sis coniunxit reddens: „ab ipsis diis, prudentibus dignissimisque artificibus fabricatas.“

τὰ δὲ τεθέντα. Ni fallor, scribendum est *ταῦτα δὲ τεθέντα;* hoc vero posito, sc. coelestia corpora deorum esse imagines, eas prae aliis omnibus colere decet. *Ficinus* vertit: „et quod decreverimus, firmiter teneamus; multoque magis haec, quam alia quaelibet simulacra, veneremur.“ Quod nexu caret; etenim priusquam dici possit, divina simulacra prae omnibus aliis colenda esse, significetur necesse est, hanc esse sententiam amplexandam, quae corpora coelestia pro deorum imaginibus ab ipsis diis effictis habeat. De sententia, quae astra esse divina vel deos sumit, vid. *Chalcid.* VII. §. 129. sq. p. 327. sq. — Mox Cod. Voss. *ἢ ταύτῃ.* Quod sequitur, *ὡς* est *nempe*, *etenim*, vid. ad III, 15.

τὰ δύο κατιδόντες cet. Libri editi sic interpungunt: *τοσοῦτον· τὰ δύο — ἅ φαμεν, τὸ μὲν — γεγονέναι· τὰ τρία τούτων, σαφέστατα* cet. Verba autem ita cohaerent: *κατιδόντες τὰ δύο ζῶα ὁρατὰ ἡμῖν* (postquam — perspeximus), *ἅ φαμεν τὸ μὲν ἀθάνατον, τὸ δὲ θνητὸν γεγονέναι* (quae quidem dicimus alterum immortale, alterum mortale esse, pro: *ὧν τὸ μέν — τὸ δέ*), *πειραθῆναι* (int. *ἐγχειρῶμεν*) *λέγειν τὰ τρία τὰ μέσα τῶν πέντε, τὰ κατὰ δόξαν τὴν ἐπιεικῆ σαφέστατα γεγονότα μεταξὺ τούτων. Πειραθῆναι,* quod proprie ad *ἐγχειρῶμεν* refertur, pro *πειραθῶμεν* positum est. Cod. Voss. pro *ἅ φαμεν* exhibet *ἃ φαίνομεν.*

δύναμιν ἔχοντα cet. Verba paulo obscuriora sunt; sicuti nunc leguntur, hunc habere sensum possunt: *δύναμιν ἔχοντα τὸ πολὺ μὲν* (maximam partem) *τῆς αὐτοῦ* (*τοῦ αἰθέρος*) *φύσεως, ὥσπερ* (*ζῶα*) *τῶν ἄλλων γενῶν, τὰ δὲ σμικρότερα* (int. *κατά*) *ἐκ τῶν ἄλλων γενῶν.* Verba *ὥσπερ τῶν ἄλλων γενῶν* ita capienda sunt: ut in animalibus aliorum generum fieri solet, sc. ut maximam partem ex eo constent, unde orta sunt (v. c. animalia terrena e terra, al.), pauca vero de aliis generibus simul contineant. Vid. c. 5. p. 981. D

πάντων μετόχων cet. Vulgo post *πάντων* legitur *μέν,* quod, quum sententiarum cohaerentiam turbet, exterminavimus. *Ficinus:* „omnibus generibus usa, quae omnia vitae participia sunt. Secunda vero — a manifestorum generatione deorum incipientia ad nos tandem homines deducuntur.“ Unde suspicetur fortasse quispiam, *Ficinum ἀποτελευτᾷ* legisse, quo tamen non opus est; *ἀποτελευτᾶν* enim refertur ad *εἰκός.* De locutione *ἀρξά-*

μενα — ἀποτελευτᾶν (ab astris ad homines progredi), vid. ad Alcibiad. I. p. 209. Ceterum quinque ponit noster animantium genera secundum elementa quinque, ignem, aethera, aërem, aquam et terram (v. p. 981. C.). Prima sunt ex igni orta (corpora coelestia s. astra, v. p. 981. D. et Tim. p. 40. A.), et postrema ex terra nata (homo et reliqua animalia terrena, vid. p. 981. C.); media inter haec sunt tria illa ex aethere, aëre et aqua profecta (h. e., daemones, vid. p. 984. E. sq.) Itaque animantium genera a coelestibus initium ducunt et in terrena exeunt. Quod quidem discrepat a Platonis decretis in Timaeo expositis, ubi quatuor elementa (ignis, aër, aqua et terra) ponuntur et quatuor ex iis ortorum animantium genera, vid. p. 40. A. (cf. *Plutarch.* Plac. philos. V, 20. *Apulei.* p. 7. sq. et 17. ed. Elmenh. Vid. *Casaubon.* ad Athen. VIII. p. 623. sq. T. IV. ed. Schweigh.) et p. 81. E. (cf. *Galen.* de Hippocr. et Platon. plac. VIII. p. 321. 16. et adv. Iulian. p. 339. 21. T. V. ed. Bas.). Aethera interponit Epinomidis auctor ut medium inter ignem et aërem; est enim aether ἀέρος τὸ εὐαγέστατον, Tim. 58. D. Sic etiam Cratyl. 410. B: τὸν δὲ αἰθέρα τῇδέ πῃ ὑπολαμβάνω, ὅτι ἀεὶ θεῖ περὶ τὸν ἀέρα ῥέων, ἀειθεὴρ δικαίως ἂν καλοῖτο. Ceterum aethera, quem alii quintum idque supremum elementum sumserunt, noster igni subiungit, et astra plurimum ex igne constare ponit p. 981. D.; reliqui vero philosophi aethera esse ἀκήρατον, θεῖον et οὐσίαν οὐρανοῦ atque ἄστρων sumserunt, vid. Script. de mundo c. 2. p. 1203. E. *Aristot.* de coel. I, 2. 3. Cf. *Rudolphi* ad Ocell. Lucan. p. 176. sq.

CAP. VIII.

P. 510. κατὰ τὸν αὐτὸν — νόμον. *Ficinus* aliter videtur legisse vertens: „Deos igitur — quomodocunque aliquis velit, locato: modo legem eandem servet atque hanc rationem stabilem teneat.“ *Cornarius*: „Circa Deos equidem et Iovem et Iunonem et reliquos omnes quomodocunque quis vult, secundum eandem legem ponat, et firmam hanc rationem teneat.“ Ni fallor, post ὅπῃ τις ἐθέλει excidit ὀνομάζειν, ut Iupiter, Iuno reliquaque Deorum nomina de astris intelligantur; quocirca θεοὺς τοὺς ὁρατοὺς sequitur. Stella vero Iunonia etiam Venus dicebatur, vid. *Tim. Locr.* p. 96. E. et *Apulei.* de mund. p. 58.

θεοὺς γὰρ δή cet. Laudat haec *Eusebius* Praep. Evang. XIII, 18. p. 702. C., ubi θεοὺς δὲ δή exhibetur. Θεοὺς τοὺς ὁρατοὺς — τοὺς πρώτους positum est pro θεῶν τῶν ὁρατῶν — τοὺς πρώτους

τὴν τῶν ἄστρων φύσιν (h. e., astra) λεκτέον. In seqq. haud dubie scribendum est ἀέριόν τι γένος pro ἀέριον δὲ γένος, nisi malis ἀέριόν τε καὶ αἰθέριον γένος, ut infra daemones ex aethere et aëre constare dicuntur. *Posidonius* ap. Macrob. Saturn. I, 23. p. 320. Bip.: „quia ex aetherea substantia parta atque divisa qualitas illis est." Cf. *Posidonii Rhod.* reliq. ed. Bake p. 45. De daemonibus vid. Sympos. c. 28. ubi v. not. p. 261. ibique excitatis addatur *Plutarch.* de Isid. et Osir. p. 361. B. C. *Phot.* Bibl. cod. 214. p. 550. *Cudworth.* System. intellect. p. 806. *Elmenhorst.* ad Octav. Felic. p. 246. et ad Apulei. de Gen. Socrat. p. 48. *Wolf.* ad Origen. Philosoph. c. 3. T. I. p. 883. Paris. *H. Grot.* ad Ephes. II, 2. Luc. VIII, 31. *Fabric.* ad Sext. Empir. p. 571. *Varro* ap. Augustin. de civit. dei VII, 6: „inter lunae vero gyrum et nimborum ac ventorum cacumina *aërias* esse *animas*, sed eas animo, non oculis videri, et vocari heroas et lares et genios." Cf. *Creuzer.* Symb. et Mythol. T. III. p. 4. sq. 79. sq. — Ceterum ἕδραν τρίτην eo refertur, quod daemones tertium sunt animantium genus post deos; deos enim excipiunt astra (dii visibiles) et haec sequuntur daemones. διαπορείας *Ficinus* ita reddidit: „gratia laudabilis *intercessionis* interpretationisque." Commentarii instar locus est in Symposio iam laudatus, ubi inter alia p. 62. (ed. nostr.): Ἑρμηνεῦον καὶ διαπορθμεῦον θεοῖς τὰ παρ' ἀνθρώπων καὶ ἀνθρώποις τὰ παρὰ θεῶν, τῶν μὲν τὰς δεήσεις καὶ θυσίας, τῶν δὲ τὰς ἐπιτάξεις τε καὶ ἀμοιβὰς τῶν θυσιῶν. ἐν μέσῳ δὲ ὂν ἀμφοτέρων ξυμπληροῖ, ὥστε τὸ πᾶν αὐτὸ αὑτῷ ξυνδεδέσθαι. Cf. *Hierocl.* de provid. ap. Phot. Biblioth. l. l. *Porphyr.* de abstinent. animal. II. p. 31. *Theodoret.* orat. IV. de mater. et mundo p. 61. al. — In seqq. pronomen αὐτῶν, ut paulo post αὐτά, abundat; pro παρὸν δή vero scripsimus παρὸν δέ, ut *Ficinus* vertit: „*sed* quamvis hi daemones prope nos sint, nunquam tamen manifeste nobis apparent."

ξυμπλήρους. Cod. Voss. ξυμπλήρους δή. Mox verbi ἑρμηνεύεσθαι subiectum est τοὺς δαίμονας.

P. 511. πέμπτον ὄν. Vulgo πέμπτον, ὃν ἡμίθεον cet., quod et orationis structurae et sensui repugnat; nam non solum ex aqua orta ἡμίθεοι sunt, verum etiam universum daemonum genus, ut quod medium sit inter coelestia et terrena, ad ἡμιθέους pertinet. Quocirca ὄν e cod. Voss. recepimus. Sensus est: quintum numinum genus idque aquatile (Nympharum genus) recte quis posuerit ex aqua originem ducere. Prima enim numina sunt summi

dii, *οἱ θεοὶ ἀκρότατοι*, secunda sunt astra (coelestia animantia), tertia daemones aetherei et quarta aërei (distinguit enim noster, ut supra exposuimus, ignem, aetherá et aërem). — Mox pro *ἄδηλον* scripsimus *καὶ δῆλον*, quod sensus flagitat et *Ficinus* confirmat vertens: „et cum videtur, tenui visu perceptum admirationem affert."

λεχθεῖσιν ἐν ἀκοαῖς. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. *λεχθὲν, τίσιν — δόξας*, quod *Cornarius* ita, ut Stephanus scripsit, correxerat. Cod. Voss. *λεχθέντισιν* (sic) — *δόξας παραγενομένας*. Ad *λεχθεῖσιν* int. *αὐτοῖς*, et *ἐν ἀκοαῖς* oppositum est visis in somno, *κατ' ὀνειροπολίαν*. Dativi *ὑγιαίνουσι* cet. pendent e *λεχθεῖσιν*: *vel in sermones de daemonibus incidentes, qui ipsis vel sanis vel aegrotantibus habiti sunt*, h. e., *quos vel sani vel aegrotantes audiverunt*. Deinde exspectabas *προστυχεῖς γενόμενοι*, quia praecedit *ὅπῃ τινὲς ἐνέτυχον ἡμῶν — προστυχόντες*; propter dativos vero praegressos *προστυχέσι γενομένοις* positum est, e quibus pendet *δόξαις ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ παραγενομέναις*. Oratio ipsa apodosi caret. Genitivi *τούτων πάντων* vel per se explicandi sunt (de his omnibus s quod haec attinet), vel *τὶ* intelligi oportet, ut *καινοτομῶν*, quod sequitur, eo referatur. De sententia ipsa, vid. *Diogen. Laert.* VIII, 32., ubi cf. interpp. et *Hierocl.* ad carm. aur. p. 226. — Mox verba *ἥτις μὴ σαφὲς ἔχει τι* ita intelligo: *ἐπὶ θεοσέβειάν τινα, εἰ μή τι σαφὲς ἔχει*. Cod. Voss. *ἔχει, τὶ τρέψεται*. Deinde vulgo scribitur: *περὶ θυσιῶν ἀποκωλύσει, μηδὲν τοπαράπαν εἰδώς· ὥςπερ οὐδ' ἂν δυνατὸν* cet. Quae reposuimus, ea Cornario debemus, qui utrum ita coniecerit an e libris MSS. scripturam illam depromserit, non constat. *Ficinus*: „scire namque debet, mortali naturae non esse possibile, certi quidquam de his cognoscere." De *οὐδ' ἕν* vid. *Coray* ad Isocrat. Demonic. p. 10. sq. Pro *ὥςπερ* corrig. *ὡς*.

ἀνοργιάστους — ὄντας. *Ficinus* ita vertit, ac si *ἐῶντας* legerit: „et sine sacrificiis debitisque honoribus relinqui eos ab hominibus patiuntur." Sed *ὄντας* est i. q. *εἶναι*, pendens e praegresso *λέγειν ἡμῖν καὶ φανεροὺς ποιεῖν*, *scilicet eos, ut qui itidem (ἑτέρους) dii sint, non ita coli, ut oporteat.*

ἐφορῶντάς τε cum *τιμῆς τε ἀμοίρους ὄντας ἅμα* cohaeret. Participium vero *γιγνομένους*, quum *ὄντας* sequatur, abundat; nisi vitium subest (et *γιγνομένους* valde mihi suspectum est), scriptor, participii *γιγνομένοις* oblitus, *ὄντας* intulit: *eos esse, etsi*

omnia perlustrent, omnis honoris expertes. Mox pro ἀδύνατος, quod vulgo legitur, scripsimus δυνατός, quod sensus poscit. Etiam *Gronius* hoc reponi iusserat. *Ficinus* verba καὶ μὴ ἔφραζε — φράζειν omisit, quae mihi quoque suspecta sunt; sensus enim eorum ineptus quodammodo est, et participia ἐφορῶντας — ἀμοίρους ὄντας, arte cohaerentia, iis divelluntur. Mox pro ἀπολαμβανόμενον, ni fallor, scribendum est ἀπολαμβάνοντά τε τὸν χρόνον, ut sit: *tempus computantem s. distribuentem.* ἑκάστοις ad astra refertur, τοὺς θεοὺς φανερούς, quorum circuitus (hinc annus) vel maior vel minor (longior vel brevior) est.

CAP. IX.

P. 512. ἀπλανῶν ἄστρων. Vulgo πάντων, Cod. Voss. vero ἀπλανητῶν, in quo genuina scriptura latet ἀπλανῶν, quam recepimus. Verbis ἀπλανῶν ἄστρων significantur illa, quae c. 6. p. 982. B. exposuit, ubi τὸ ἀμετάστροφον explicatur. Mox ταύτας — πάσας et τούτους refertur ad μηδεὶς — νομίσῃ, quod infinitivus τοὺς μὲν θεοὺς εἶναι excipere debebat, structura vero mutata ὡς οἱ μὲν (αὐτῶν) θεοί εἰσι positum est. Ceterum verba ἐν σχήμασι πορεύεσθαι (vulgo male post πορεύεσθαι colon extat) epexegesis sunt praegressi φερομένους, et intell. ὥστε, vid. ad II, 8. — ταύτῃ μηδεὶς — νομίσῃ: de his nemo ita sentiat, ut aliquos esse deos censeat cet. Cod. Voss. μηδεὶς ἂν ἄλλος.

καὶ τιμὰς ἀποδιδῶμεν cet. Citarunt haec verba *Eusebius* Praep. Ev. XI, 16. p. 534. C. *Theodoret.* Therapeut. Serm. II. p. 499. A. B. et *Cyrillus Alexandr.* adv. Iulian. VIII. p. 271. B. Post τοῖς δέ *Vigerus* ad Euseb. p. 51. addendum ducebat ἡμέρας, sine causa. Theodor. exhibet τῷ δὲ μηνός τινος. Cyrill. μή pro μήτε habet et deinde μήτε (ut Theodor.) pro μηδέ. Pro αὑτοῦ Euseb. Theod. Cyrill. αὐτοῦ. — πόλος, axis, est h. l. circuitus s. orbis, ut recte *Cornarius* cepit. *Ficinus* vertit: „in quo circulum suum percurrit." — Mox ὁρατόν ab Euseb. Theodor. et Cyrillo abest. Cyrill. ἔπειτα ἔρωτα ἔσχε (ut Euseb. Vulgo ἔσχεν). Theodor. ἐνῇ τῇ pro θνητῇ. Denique pro διατελεῖ videri possit legendum esse διατελεῖν, quod verbo διάξειν respondeat; nisi orationem, ut assolet, ab obliqua in rectam transire dixeris, vid. ad III, 6.

P. 513. ὀκτὼ μὲν εἶναι. Nisi δυνάμεις excidit, intelligendum est; eo enim spectat λοιπάς. Ceterum tres illae δυνάμεις coelestes sunt Sol, Luna et orbis stellarum inerrantium; et quinque

reliquae sunt Ἑωσφόρος (Venus vel Lucifer), *Στίλβων* (Mercurius), *Πυρόεις* (Mars), *Φαέθων* (Iupiter) et *Φαίνων* (Saturnus). Vid. Tim. p. 38. C. D. *Cicero* de nat. Deor. II, 22. et Somn. Scip. c. 3. sq. *Macrob.* in Somn. Scip. I, 17. *Apulei.* de mundo p. 58. *Achill. Tat.* p. 98. *Isidor.* de nat. deor. c. 3. al. De septem planetis (Sole, Luna reliquisque quinque supra dictis) diversisque doctorum hac de re sententiis vid. *Rittershus.* ad Isidor. Pelus. Epist. 58. lib. IV. p. 27. et *Lindenbrog.* ad Censorin. de die nat. c. 13. p. 61. Ceterum similiter in Timaeo p. 39. B. ὀκτὼ φοραὶ memorantur, septem videlicet planetarum (cum Sole et Luna) et orbis stellarum inerrantium.

τετάρτη δὲ φορά cet. Quartus motus et circuitus (διέξοδος) est Veneris et quintus Mercurii, qui tanquam comites Solis cursum sequuntur; vid. *Cicero* Somn. Scip. l. l. et Tim. p. 38. D: Ἑωσφόρον δὲ καὶ τὸν ἱερὸν Ἑρμοῦ λεγόμενον εἰς τοὺς τάχει μὲν ἰσόδρομον Ἡλίῳ κύκλον ἰόντας (sic Epinom. p. 987. B: ὁ δ' ὁμόδρομος Ἡλίῳ τε ἅμα καὶ τούτῳ. Cf. Tim. Locr. p. 96. E.), τὴν δ' ἐναντίαν εἰληχότας αὐτῷ δύναμιν. ὅθεν καταλαμβάνουσί τε καὶ καταλαμβάνονται καὶ κατὰ ταυτὰ ὑπ' ἀλλήλων Ἥλιός τε καὶ ὁ τοῦ Ἑρμοῦ καὶ ὁ Ἑωσφόρος. *Macrob.* in Somn. Scip. I, 19. p. 92. Bip.: „Iam vero ita Veneri proxima est stella Mercurii et Mercurio Sol propinquus, ut hi tres coelum suum pari temporis spatio, id est, anno plus minusve circumeant. Igitur et Cicero hos duos cursus comites Solis vocavit, quia in spatio pari longe a se nunquam recedunt."

τὸ δ' ἐπίπαν. Sic de Stephani coniectura scripsimus pro τό γ' ἐπίπαν. Verba ita cohaerent: τὸ δ' ἐπίπαν τὸν ἔχοντα νοῦν ἱκανὸν (eum, qui magna sit ratione praeditus, h. e., rationem sapientem ac perfectam) ἡγεῖσθαι (ducere s. regere) ἀεὶ τούτων τριῶν ὄντων.

ὡς μὲν ὀνόματι φράζειν cet. Verba obscura sunt. Stella illa quinta (Solis et Veneris ratione habita, quibuscum coniungitur, tertia est) nulla alia esse potest nisi Mercurius, ὁμόδρομος ille Ἡλίῳ et Ἑωσφόρῳ. Igitur nihil aliud haec verba significare possunt quam, nomen huius stellae, quam Graeci Στίλβωνα vocaverint, haud satis certum esse. Alii enim Apollinis nomen ipsi dederunt, v. Script. de mund. T. II. p. 1204. ed. Aristot. *Apulei.* de mund. p. 58. ed. Elmenhorst. Cf. *Chalcid.* in Tim. p. 176. Igitur τρίτον positum est pro καὶ τρίτον, ὃν μὲν ὀνόματι φράζειν

οὐκ ἔστι διὰ τὸ μὴ γιγνώσκεσθαι (cuius quidem nomen, sc. verum ac proprium, dici nequit, quia ignotum est).

παλαιὸς — τόπος. Cod. Voss. τρόπος. Ut reliqua fere omnia, sic etiam haec confuse exposita sunt. Dicere voluit scriptor: antiquissimis enim iam temporibus sidera observata sunt in illis regionibus, ubi coelum ex omni parte patens et serenum erat; certa vero nomina stellis non imponebantur. Similiter *Cicero* de divinat. I, 1: „Principio *Assyrii*, ut ab ultimis auctoritatem repetam, propter planitiem magnitudinemque regionum, quas incolebant, quum coelum ex omni parte patens atque apertum intuerentur, traiectiones motusque stellarum observitaverunt; quibus notatis quid cuique significaretur, memoriae prodiderunt. — Eandem artem etiam *Aegyptii* longinquitate temporum innumerabilibus paene seculis consecuti putantur." In verbis ἀεὶ τοῦ κόσμου nisi vitium latet, ut ἐκεῖ τοῦ κόσμου (in illis mundi regionibus) scribi oporteat, τοῦ κόσμου de coelo capiendum erit (vid. *Fabric.* ad Sext. Empir. p. 663. *Wesseling.* ad Diodor. Sic. T. I. p. 225. et *Naekius* Sched. critic. in Beck. Act. Semin. Reg. V. II. P. II. p. 395. Similiter Latinorum *mundus* usurpatur, vid. interpp. ad Valer. Flacc. I, 563. *Drakenborch.* ad Sil. Italic. XII, 336. al.); ut coniungatur ὑδάτων τοῦ κόσμου, i. q. ἐκ Διός, pluviarum, vid. ad Legg. VI, 8. Cod. Voss. κεκτημένους.

βεβασανισμένα χρόνῳ μυριετεῖ cet. Vid. Legg. II, 3. p. 656. E. et cf. *Diodor. Sic.* I, 81. p. 92. ubi v. Wesseling. Mox Cod. Voss. θαῤῥοῦντα, τίμια pro μὴ θεῖα et εὐφρόνων.

ἀλλὰ γὰρ καὶ cet. Vulgo ὀνόματα εἰλήφασι πρὸς ἐνίων. Scripturam, quam *Ficinus* exhibuit vertens: „agnomina tamen Deorum tenent," Cod. Voss. servavit, quam quidem recipere non dubitavimus, ἐπωνυμίαν in ἐπωνυμίας mutantes; optime enim Deorum nomina stellis conveniunt, quas ipsas Deos esse supra exposuit scriptor. Etiam in seqq. Cod. Voss. secuti sumus, cui *Ficinus* assentitur reddens: „Lucifer enim, qui et Vesper est, stella Aphrodites, Veneris esse dicitur." Vulgo legitur: Ἕσπερός τε ὁ αὐτὸς εἶναι ἔχει δὴ λόγον. *Cicero* de nat. Deor. II, 20: „Infima est quinque errantium terraeque proxima stella Veneris, Φωσφόρος graece, Lucifer latine dicitur, quum antegreditur Solem, quum subsequitur autem, Hesperus." Mox verba καὶ μάλα — πρέπον, quae a libris editis absunt, e cod. Voss. accesse-

re, *Ficino* ea confirmante, qui vertit: „quod dictum Syrio nominum auctori valde congruum est." Pro νομοθέτῃ vero, quod Cod. Voss. habet, scripsimus ὀνοματοθέτῃ, quarum quidem vocum permutatio fere perpetua est, vid. *Heusd.* Specim. crit. in Plat. p. 79 sq. Venerem vero constat ab antiquissimis inde temporibus a populis orientalibus (Babyloniis, Syriis, al.) cultam fuisse variaque invenisse nomina, v. c. Astartes, Mylittae, Alittae, Dercetus, Atergatis, al. Vid. *Herodot.* I, 105. *Lucian.* de dea Syria c. 22. 32. al. *Casaubon.* ad Athen. T. IV. p. 581. *Selden.* de diis Syr. II, 4. *Salmas.* Plin. Exercit. p. 574. *Eckhel.* Doctrin. num. vet. III. p. 445. et *Creuzer.* Symb. et Mythol. T. II. p. 18 sq. 55 sq. Ceterum ἔχει λόγον esse non potest *consentaneum est*, qua significatione plerumque usurpatur, sed *famam habet*, h. e., *dicitur*, ut *Ficinus* vertit. Igitur proprie dici debebat: τὸν Ἑωσφόρον — Ἀφροδίτης εἶναι (int. ἄστρον), λόγος ἔχει. Nota sunt λόγος ἔχει, κατέχει, al. Vid. ad VIII, 7. Καὶ μάλα — πρέπον est: ὃ καὶ μάλα — πρέπει s. πρέπον ἐστί.

σχεδὸν Ἑρμοῦ, int. εἶναι. Vulgo τούτῳ Στίλβων legitur, *Ficinus* vero libri Voss. scripturam, quam recepimus, confirmat vertens; „stella vero, quae aequaliter ferme cum sole et hoc currit, Mercurii."

τρεῖς δ' ἔτι φορὰς cet. Tres illae stellae, quae cum Sole, Luna, Venere et Mercurio in errantibus, ut vulgo dicuntur, numerantur, sunt Mars, Iupiter et Saturnus, quibus orbis opponitur stellarum inerrantium, ὁ ὄγδοος, int. θεός, ὁ ἄνω κόσμος: „coelestis extimus orbis, qui reliquos complectitur, summus ipse Deus, arcens et continens ceteros, in quo sunt infixi illi, qui volvuntur stellarum cursus sempiterni." *Cicero* in Somn. Scipionis. Septem illae stellae ab occasu ad ortum (ἐπὶ δεξιά) feruntur, quae quidem est φορὰ τῆς θατέρου φύσεως (vid. Tim. p. 36. C. Tim. Locr. p. 96. D.), contraria vero est stellarum inerrantium conversio; „spatiis enim immutabilibus ab ortu ad occasum commeant, nullum cursus sui vestigium inflectentes" (*Cicero* de nat. Deor. II, 19.), earumque φορὰ est τῆς ταυτοῦ φύσεως, v. Tim. l. l. *Cicero* in Somn. Scipionis: „Huic (extimo orbi) subiecti sunt septem, qui versantur retro contrario motu atque coelum." Cf. *Macrob.* in Somn. Scip. I, 18. Quae quidem veteres posuisse oculorum sensum secutos per se patet.

ὃς ἐναντίως — τοὺς ἄλλους. Haec verba, quae a libris

impressis absunt, e cod. Voss. revocavimus, *Ficino* addicente, qui vertit: „qui contra quam ceteri movetur ceterosque secum trahit." Pro ἐκεῖνος vero, quod in Cod. Voss. extat, scripsimus ἐκείνοις et ἐναντίως pro ἐναντίοις. Sic etiam *Stephanus* e libro vet. hanc scripturam memorat. Verba ὥς γε ἀνθρώποις φαίνοιτ' ἂν referuntur ad praegressa ἄγων τοὺς ἄλλους. In antecedentt. Cod. Voss. λέγωμεν, quod, ni fallor, in seqq. ἀνάγκη λέγειν καὶ λέγομεν reponendum est. Praeterea ante ἄνω κόσμον, *Stephano* suadente, articulum τόν interposuimus.

P. 514. Κρόνον cet. Etiam hic vulgatam scripturam esse depravatam *Ficinus* et Cod. Voss. ostendunt. Ille enim vertit: „quarum una ceteris tardior est, quae Saturni nomine a quibusdam cognominatur; quae post hanc situ et tarditate ponitur, Iovis esse dicitur; deinde Martis, qui ceterorum maxime rubens est." Hinc pro Φαίνωνα scripsimus Κρόνον; nam ut in praegressis nomen Στίλβων haud dubie e margine in orationis contextum migravit, sic hoc etiam loco Φαίνωνα, Φαέθοντα et Πυρόεις ex interpretatione fluxerunt. Pro ὄνομα Cod. Voss. habet ἐπωνυμίαν, quod *Stephanus* quoque memoravit, idque rectius esse iudico; φθέγγεσθαι est enim i. q. ὀνομάζειν (ut Theaet. p. 157. B: κατὰ φύσιν φθέγγεσθαι γιγνόμενα καὶ ποιούμενα. Phileb. 25. C: θερμότερον ἐφθεγγόμεθα νῦν δήπου τε καὶ ψυχρότερον. 34. A: ταύτην δ' αὖ τὴν κίνησιν ὀνομάζων αἴσθησιν, οὐκ ἄπο τρόπου φθέγγοιτ' ἄν); deinde dicitur ὄνομα ὀνομάζειν ἐπί τινι, non τινά; v. *Heindorf.* ad Cratyl. p. 3. Etiam in praegressis legimus ἐπωνυμίας εἰλήφασι θεῶν. Mox post βραδυτῆτι e cod. Voss. interposuimus λέγειν χρὴ Διός, expuncto Φαέθοντα; *Ficinus* enim: „Iovis esse dicatur." Ad Διός int. εἶναι ἀστέρα, ut in praegressis Ἀφροδίτης et Ἑρμοῦ εἶναι. Deinde Ἄρεος δὲ τὸν μ. τ. posuimus pro Πυρόεις δὲ ὁ μ. τ.; Cod. Voss. Ἄρεος δὲ ὁ μ. τ. Ceterum etiam in Timaeo Locr. p. 97. Mars, Iupiter et Saturnus componuntur: τοὶ δ' ἄλλοι τρεῖς Ἄρεός τε καὶ Διὸς καὶ Κρόνου ἔχοντι ἴδια τάχεα καὶ ἐνιαυτὼς ἀνίσως. Verba ἐρυθρότατον ἔχει χρῶμα illustrantur *Ciceronis* loco in Somn. Scipionis: „tum rutilus horribilisque terris, quem Martium dicitis." Vid. *Macrob.* in Somn. Scip. I. 19. p. 95. Bip.

CAP. X.

ἐν τοῖς σχεδὸν ἄριστον: in iis, qui boni sunt, fere optimum, h. e., omnibus fere aliis praeferendum. Vid. de hac lo-

quendi forma *Hermann.* ad Viger. p. 765. *Matthiae* Gramm. graec. p. 403 sq. et *Schäfer.* ad Lamb. Bos. Ellips. gr. p. 380 sq.

ὕστερον αὖ. Vulgo ὕστερον αὐτοῖς, quod locum habere nequit, quum ἡμῖν praecedat, quo παραδέδωκε refertur. *Ficinus* liberius haec ita reddidit: „quoniam vero magis, quam barbari (τοῦ περὶ τὸν ἐκεῖ τόπον, quo Syria et Aegyptus significantur, vid. c. 9. p. 987. A.), ut diximus, ab aestiva serenitate distamus, horum Deorum ordinem tardius intelleximus."

παραλάβωσι. Vulgo παραλάβωμεν. Etiam *Stephanus* aut παραλάβωμεν in παραλάβωσι aut ἀπεργάζονται in ἀπεργαζόμεθα mutandum esse monuit. Haud dubie παραλάβωμεν e praegresso λάβωμεν natum est. *Ficinus* quoque: „verum quidquid Graeci a barbaris accepere, melius reddiderunt." De sententia ipsa, vid. Anonym. vit. Pythagor. p. 218. ed. Porphyr. Cantabr. p. 65.

παιδείαις. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. παιδείας, quod, ut *Stephanus* bene observat, fortasse in παιδείᾳ mutari debet.

περὶ τὰ θεῖα — πραγματεύεσθαι. Cf. Legg. VII, 22. p. 821. A. Mox Cod. Voss. τούτῳ.

P. 515. *ὥς τ' ἐγένοντο.* Vulgo ὥστ' ἐγένοντο. Fortasse ante ἐγένοντο excidit ὅπως; retineri tunc deberet ὥστε, referendum illud ad λέγεσθαι, et τότε μέν cum praegressis arte cohaereret; ad τότε μέν vero intelligi oporteret τοῦτο γεγονέναι. *Λόγον ἔχει πολὺν καὶ καλόν* est: *egregie convenit s. consentaneum est, primos eosque rudes adhuc homines insipientia* (μὴ κατὰ νοῦν τοῖς σώφροσι) *et diis ipsis haud accepta* (μηδὲ φίλως) *de diis statuisse, ut qui eos ne pro secundis quidem numinibus habuerint* (μηδ' ὡς οἱ δεύτεροι). Prima enim numina, e sapientum sententia, sunt dii summi, ἀόρατοι et ἀκρότατοι; secunda sunt astra; illi vero pristinae aetatis homines naturae elementa pro divinis rerum principiis habuerunt. *Ficinus* et *Cornarius* verba μηδ' ὡς οἱ δεύτεροι ad ipsos retulerunt homines; et ille quidem vertit: „nec ut secundi iudicavisse;" hic vero: „neque velut secundi censuerunt." Mox *ἐν οἷς* est *apud quos, e quorum sententia,* ut praepositio ἐν frequentatur.

φορὰ — τιμιωτέρα. Separavimus haec a reliqua oratione, quia appositioni serviunt: quae quidem melior est et praestantior motio (int. motionem se ipsam moventem). Verbum εἴληχε ad

hominum illorum opinionem refertur. Post αὐτό τε ἑαυτό, ni fallor, excidit καὶ τὴν ψυχήν, ut e particula τέ iam patet.

νῦν δ', ὅτε eet. Oppositum est hoc νῦν δ' praegresso τότε μέν. Verba deinde ψυχὴν μέν manca esse puto; excidit tale quid: ψυχὴν μὲν πάσης κινήσεως εἶναι αἰτίαν. Deinde pro ἀπιστεῖ, quod sensui repugnat, scripsimus ἀπιστεῖται, quod *Stephanus* quoque scriptum maluit. *Ficinus:* „dubium nobis nullum est, quin pondus ab ea circumferri possit." De negationibus οὐδένα — οὐδέν post verbum negans vid. interpp. ad Gregor. Corinth. p. 103 sq.

ψυχῆς οὔσης αἰτίας. Genitivi absoluti pro accusativo cum infinitivo positi sunt, vid. *Hoogev.* ad Viger. p. 346. Sequentia ita capio: καὶ πάντων μὲν τῶν ἀγαθῶν αἰτίαν εἶναι (τὴν ψυχὴν τοῦ) τοιαῦτα εἶναι (i. e., ὅτι τοιαῦτά ἐστι), τῶν δὲ αὖ φλαύρων ὄντων τοιούτων ἄλλων (i. e., τοῦ τοιαῦτα εἶναι ἄλλα, h. e., itidem prava). Mox pro τοῖς μέν e cod. Voss. τῆς μέν recepimus. Ad τῆς ἀρίστης ψυχῆς int. φορὰν καὶ κίνησιν. Quod sequitur ἐναντίαν, etsi facile ἐναντίας (ψυχῆς) corrigi possit, tamen recte habet; φορὰ enim ἐναντία (int. τῇ τῆς ἀρίστης ψυχῆς φορᾷ) nulla alia esse potest nisi φορὰ τῆς φλαύρας ψυχῆς. Denique ante δεῖ interseruimus δέ, quod abesse nequit, ut bene *Stephanus* vidit. Etiam *Ficinus* vertit: „mala *autem* a bonis victa esse vincique oportet." τὰ μὴ τοιαῦτα, h. e., τὰ μὴ ἀγαθὰ ὄντα.

CAP. XI.

κατὰ τὴν τῶν ἀνοσίων — δίκην. Cod. Voss. κατὰ τῶν ἀνοσίων, τιμωρὸν δὲ δίκην.

P. 516. ἥντινα τοῦ γιγνώσκειν ἐνδεεῖς ὄντες, simpliciter est: *quam ignorantes* s. *si ignoraverimus.* Mox ὄντως τοιοῦτον scripsimus pro ὄντες τοιοῦτοι, quod praegressis annexum legitur. *Ficinus:* „Ita profecto mihi videtur, quare dicendum est." Cod. Voss. δοκοῦμεν, et paulo post ὡς ἄν τις. — σημαίνειν, ut δηλοῦν (velut αὐτὸ δηλοῖ: *es zeigt sich von selbst; Aristot.* Polit. IV, 11: δηλοῖ δ' ἐκ τῆς ποιήσεως. *Isocrat.* de perm. p. 311. Coray: ἐδήλωσαν δ' οὕτω διακείμενοι. Cf. *Xenoph.* Cyropaed. VII, 1. §. 30. Memor. I, 2. 32.), δεικνύναι (v. c. αὐτὸ δείξει; exempla vide ab *Heindorfio* ad Hipp. mai. p. 141. collecta; sed non recte explicat vir doctissimus hanc locutionem verbis: *res ipsa ostendet*), al., reciprocum est *se ostendere,* h. e., *patere.*

Cf. *Gatacker.* ad M. Antonin. XI. §. 15. *Marcland.* ad Maxim. Tyr. dissert. XXIV, 9. et *Valcken.* ad Eurip. Phoeniss. p. 237.

μεῖζον μὲν γὰρ ἀρετῆς, nisi excidit *τί*, ut sit *μεῖζόν τι μέρος ἀρετῆς*, intelligi oportet. Etiam *μέρος* excidisse, e verbis infra positis *τοῦτο δὴ οὖν τὸ μέρος* coniicere possis.

δύναιτ' ἂν φιλομαθὴς ὥςτ' εἶναι. His verbis quid faciendum sit, nescimus, turbant enim orationis nexum, quum *χαίρειν* e praegresso participio *δυναμένη* pendere debeat. Haud dubie verba *δύναιτ' ἂν* e sequentibus huc irrepserunt, ut *φιλομαθὴς ὥςτ' εἶναι* sit: *propterea quod discendi cupida sit.* Sic *ὥςτε* adhibetur *Xenophonti* Cyropaed. IV, 3. 7: *ὃ δὲ δὴ μάλιστα δοκῶ — ζώων ἐζηλωκέναι ἱπποκενταύρους, εἰ ἐγένοντο, ὥςτε προβουλεύεσθαι μὲν ἀνθρώπου φρονήσει, ταῖς δὲ χερσὶ τὸ δέον παλαμᾶσθαι* cet. Similiter *Ficinus* vertit: „et quod maximum est in his naturis, ad discendum promtus est ac memor, et huiusmodi rebus maxime delectatur, discendi studio deditus." Ceterum comma, quod in libris impressis post *μέγιστον* comparet, voci *φύσει* subiecimus. In seqq. *αὐτῶν* ad *χείρους* referri sensus iubet; igitur per hyperbaton particulam *καί* antecedit. Deinde participia *τεχνάζοντας* et *τιμῶντας* sensu, non grammatice ad *ταῦτα* praegressum referuntur, et ipsa haec verba *περὶ θυσίας* cet. explicationis causa antecedentibus subiecta sunt: *ita ut in sacrificiis et expiationibus scelerum vel in deos vel in homines commissorum non specie utantur dolosa* (in verbo enim *τεχνάζειν* fraudis latet notio, vid. ad Legg. XI, 5.), *sed verum virtutis studium prae se ferant.*

τοῦτο δὴ οὖν cet. Cod. Voss. *τοῦτο δὴ οὐ τὸ μέρος εἶναι φαμεν* (sic) *φύσει κάλλιστα.* *Ficinus:* „posseque quam maxime atque optime, si quis doceat, discere." Mox cod. Voss. *εἴτ' οὖν διδάσκοι.*

P. 517. *μαθεῖν ταῦτα, καὶ ἐμὲ λέγειν.* Fortasse rectius comma post *ταῦτα* tollitur, ut *τὴν τοιαύτην τε καὶ ἀρίστην φύσιν* cum *μαθεῖν* cohaereat. Tunc *ἐμὲ λέγειν* referenda essent ad ea, quae naturam illam optimam, quam in praegressis iam descripsit, addiscere oporteret. In seqq. *τῷ τε λόγῳ* pro vitioso habeo, quum nihil sequatur, quod particulae *τέ* respondeat. Ni fallor, in sequentibus plura exciderunt; offendimus enim in voce *θεοσεβείας*, quae huc non pertinet, et in *τίς τινα μαθήσεται* (*Ficinus:* „quo pacto cultus divini nonnulla discantur." Quod satisfacere nemini poterit). Igitur hic quoque librorum bonorum auxilium exspe-

ctari debet. Ceterum κατὰ δύναμιν τὴν ἐμὴν τοῦ λέγοντος Graecis fere propria est loquendi ratio, quam Latini quoque imitati sunt, ut *Horat.* Satyr. I, 4. 22:

cum *mea* nemo
Scripta legat vulgo recitare *timentis*.

De orationis redundantia in (κατὰ) τὴν (δύναμιν) τῶν δυναμένων εἰσακοῦσαι (i. q. simplex ἀκοῦσαι) vid. ad Legg. I, 14.

λέγωμεν. Vulgo λέγομεν, *Ficinus* vero: „nomen tamen rei *dicamus*, quod nullus propter huius rei imperitiam arbitraretur." Cod. Voss. δόξει ἐν διαπειρίαν τοῦ πράγματος ἀστρονομίαν ἀγνοεῖ τε ὅτι σοφώτατον; ἀνάγκη. Vulgo ita verba distincta leguntur: πράγματος. ἀστρονομίαν ἀγνοεῖτε; ὅτι cet. Bene vidit *Grouius*, ἀστρονομίαν praegressis esse iungendum.

τῶν ὀκτὼ περιόδων τὰς ἑπτὰ περιόδους. *Ficinus* videtur aliter legisse, quum verterit: „sed eum potius, qui circuitus octo et quomodo septem sub primo versentur, quove ordine circulos suos singuli peragant (consideret)." Vocem περίοδος scriptorem nostrum duplici posuisse significatione patet, altera *orbis* (octo enim, ut vidimus, orbes s. globos statuit, quorum supremus est coelestis, ὁ ἄνω κόσμος, quo stellae continentur inerrantes), altera *circuitus* s. *ambitus* (ratione habita se. tem stellarum, quae errantes dicuntur). Post φύσεως interrogationis signum posuimus; ut ἀγνοεῖτε, ὅτι (*Ficinus*: „Nolite ignorare") interrogans sit oratio. Mox ὥς φαμεν obscure dictum est. Nisi vitium subest, ita capienda sunt verba: *iam, id quod diximus et dicturi sumus, exponendum nobis est, ut dicimus, quomodo haec discenda sint*; ut λεκτέον vel simile quid ante ὅπῃ — μανθάνειν intelligas et ὥς φαμεν ad praegressa πειρώμεθα — διεξελθεῖν, ὡς δεῖ μανθάνειν, referas, quo illa repetantur.

CAP. XII.

ἀγαγόντα. Sic Cod. Voss. pro ἄγοντα, quod tamen nunc retentum mallem. Mox Cod. Voss. τούτων, male; vid. supr. c. 9.

δι' ἃς cet. Verba admodum corrupta sunt. Pro δι' ἃς scribi quoque οἵας *Stephanus* refert, quod nihil auxilii praebet. Ni fallor, hoc vel simili modo verba scribere oportet: ἐπὶ δὲ ταῦτα παρασκευάζοντα φύσεις, δι' ἃ δυνατὸν ξυνεῖναι (*intelligere, percipe-*

re, vid. ad Legg. III, 5.), χρεὼν πολλὰ προδιδάσκοντα καὶ ἐθίζοντα ἤδη διαπονεῖσθαι παῖδα ὄντα καὶ νεανίσκον. Quae ita cohaererent: χρεὼν διαπονεῖσθαι ἤδη παῖδα ὄντα καὶ νεανίσκον προδιδάσκοντα καὶ ἐθίζοντα πολλά, δι' ἃ δυνατὸν (ταῦτα) ξυνεῖναι, παρασκευάζοντα φύσεις ἐπὶ ταῦτα (i. e., ἃ φύσεις παρασκευάζει): *iam puerum et iuvenem oportet multa docere et assuefacere, quae ipsius animum ad haec* (discenda) *praeparent et quorum ope illa percipiat.* Subiectum est pronomen indefinitum (*man*).

ἀριθμῶν. Sic Cod. Voss., vulgo ἀριθμόν. Ad ἀριθμῶν αὐτῶν int. μάθημα. Deinde pro σώματος scripsimus σῶμά τι. *Ficinus*: „non iis, dico, numeris, qui corpus habent." *Stephanus* σώματα scribi memorat. μάθημα ἀριθμῶν αὐτῶν est pura, quae dicitur, mathesis, contra μάθημα τῶν σῶμά τι ἐχόντων (ἀριθμῶν) est mathesis, quae in numeris, qui dicuntur, concretis et corporeis versatur. Veteres enim inde a Pythagoreis distinguebant numerum purum s. abstractum a concreto, quasi unitatem (τὴν μονάδα) ab uno (τῷ ἑνί), illumque ἀριθμὸν eximie vocabant (hic est, quod *Aristoteles* dicit, ᾧ ἀριθμοῦμεν, h. e., ipsa numerandi forma s. ἀριθμὸς μαθηματικός, vid. Physic. IV, 11. Metaphys. XIII. pluribus locis), hunc vero ἀριθμητὸν s. ἀριθμούμενον (ἀριθμὸν αἰσθητικόν, vid. *Aristotel.* Metaphys. l. l.). Incertus scriptor in Stob. Eclog. Physic. T. I. p. 20. ed. Heer. Τινὲς τῶν ἀριθμῶν ἀρχὴν ἀπεφήναντο τὴν μονάδα, τῶν δὲ ἀριθμητῶν τὸ ἕν· τοῦτο δὲ σῶμα τεμνόμενον εἰς ἄπειρον, ὥστε τὰ ἀριθμητὰ τῶν ἀριθμῶν ταύτῃ διαλλάττειν, ᾗ διαφέρει τὰ σώματα τῶν ἀσωμάτων.

P. 518. πρὸς τὴν τῶν ἐπιπέδων μοῖραν. Radices intelliguntur numerorum imperfecte quadratorum s. irrationalium, qui dicuntur, qui per spatium, quod efficiunt (τῷ ἐπιπέδῳ, ὃ δύνανται, vid. Theaet. p. 148. B.) mensurari possunt. Vid. *Heindorf.* ad Theaet. l. l. Hinc γεωμετρία dicitur ὁμοίωσις ἀριθμῶν φύσει οὐκ ὄντων ἀλλήλοις ὁμοίων. *Ficinus*: „Numerorum vero, inter se naturâ dissimilium, similitudo ad planorum partem relata clarescit."

ἑτέρᾳ τέχνῃ ὁμοία. Cod. Voss. ἑτέρα τέχνη ὁμοιοῖ ταύτῃ. *Ficinus* plura, quam libri editi exhibent, videtur legisse vertens: „ac rursus dissimiles alia quadam arte, stereometria videlicet, huic simili considerandi sunt; sed hanc quoque, qui in ea versati sunt, geometriam nominaverunt." Haud dubie illa: *stereometria videlicet*, perspicuitatis causa interposuit. Verba τοὺς τρεῖς

ηὐξημένους cet. illustrantur sequentibus, ubi numeri 2, 4 et 8 ponuntur, et δύναμις εἰς τὸ στερεόν τε καὶ ἁπτὸν numerum octonarium dicitur producere. Mox *Ficinus* pro ὅ δέ videtur τόδε legisse; vertit enim: „Illud autem mirum" cet. Paulo post Cod. Voss. ὥςπερεί.

ὡς, περὶ τὸ διπλάσιον cet. *Ficinus* videtur τὸ ἐναντίον legisse, quum verterit: „quod cum rerum virtus in duplo semper et in suo opposito revolvatur, in singulis proportionibus per genera speciesque universa natura formatur. Prima igitur dupli virtus secundum numerum per unum ad duo proportione procedit, duplum potentia possidens." Sensum puto hunc esse: quemadmodum numeri duplicantur, ex simplice in compositum transeuntes, sic etiam natura, ratione quadam in omnibus observata, genus et species (simplicem formam variasque s. duplicatas eius imagines) efformat: ut eadem ratione, qua numerus in duplicationem procedit, natura universa species fingat. δύναμις, potentia, numerus dicitur respectu ad id, quod efficit (ὅ δύναται), h. e., numerus quadratus, qui vocatur. Ante ἐξ delevimus τῆς; ἐξ ἐναντίας (δυνάμεως) στρεφομένης est: e contrario (h. e., e simplice) progredientis, sicut ex uno progreditur dyas.

κατ' ἀριθμὸν ἕν. Pro ἕν exspectabas ἀφ' ἑνός, ut in seqq., et sic *Ficinus* vertit; sed ἕν est subiectum verborum ἡ μὲν πρώτη τοῦ διπλασίου (δύναμις): primus numerus ad binarium progreditur eiusque duplum est quaternio, binarii duplicatio s. productum (δύναμις), ut nos dicimus.

ἡ δὲ διπλασίου cet.: quod vero ad dupli potentiam attinet circa numerum medium, hic (medius s. quaternio) minorem numerum tanto superat, quanto ipse a maiore (8) superatur. Verba τὸ δ' ἕτερον — ὑπερεχόμενον, quae nihil aliud significant quam quod praegressis iam continetur, (sc. medium numerum ab extremo altero superari, alterum vero extremum ipsum superare) de glossa mihi suspecta sunt.

ἐν μέσῳ δὲ τοῦ ἕξ cet. Τὸ ἡμιόλιον (ratio sesquialtera, 3: 2, h. e., 1 1/2) est 9 (ut qui numerus totum, 6, et dimidiam eius partem, 3, contineat), τὸ ἐπίτριτον vero (ratio sesquitertia, 4: 3 s. 1 1/3) est 8 (totum 6, et tertiam eius partem, 2, complectens). Numerus novem in seqq. Musarum nomine significatur. Ad στρεφομένη e praegressis repet. δύναμις, et refe-

runtur haec ad numerum nonarium, qui medius est inter 6 et 12. Pro ῥυθμοῦ Cod. Voss. ἀριθμοῦ.

CAP. XIII.

P. 519. *ἰτέον, ὅσην.* Cod. Voss. εἴτε ὅσην. Mox ad *μὴ κατιδὼν* e praegressis *τῶν νῦν διειρημένων* repet. *αὐτά.* Deinde ῥαστώνῃ scripsimus pro ῥαστώνη. *ἐπεύξεται* est *confidet*, s. *sperare debet.* Sic Legg. X, 13. p. 905. A. Sophist. 235. C. Mox *τὸ καθ' ἕν* est *singula quaeque.* In seqq. *Stephanus* legi quoque memorat ἂν — γίγνηται; sed magis mihi arrideret οὕτως γίγνεται: *ita scilicet, ut singula quaeque ad species suas referas*, h. e., *methodo dialectica.* Mox Cod. Voss. πάντως. In seqq. *ἵνα* esse debet: *in quo* (arbitrabitur) s. *quod si perceperit;* nam si esset *ut*, coniunctivus sequi deberet.

πᾶν διάγραμμα. Memoriter, ut videtur, *Nicomachus* Arithmet. I. p. 6. haec excitavit, ubi ἅπαν — ἀναλογίαν μίαν ἀναφανῆναι — φανήσεται — εὖ τις — πάντα μανθάνει legitur. Mox verba δεσμός cet. respexit *Proclus* in Euclid. I. p. 12., loco vitioso et a Böckhio (in Min. p. 76.) emendato. Deinde Nicomach. εἰ δέ τις ἄλλως μεταχ. φιλοσοφίαν — καλεῖν, ὡς συνεργόν. Ante τροφή articulum ἡ interposuimus, ut ante μαθήματα art. τά, quem Nicom. habet. Mox Nicom. ἰτέον· ἀμελεῖν δὲ οὐ δεῖ.

P. 520. *ξύμπαντα ταῦτα.* Nicom. ταῦτα πάντα οὕτω λαβόντα, ὡς ἐγὼ λέγω — παίζων τε καὶ σπ. Mox Cod. Voss. ἐάνπερ ἔαται ἀποθανών.

διαβιῷ. Sic Stephanus. Ald. Lov. Bas. 1. et 2. διαβιῶ. Sed scribendum est διαβιοῖ. Deinde Cod. Voss. τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως. Mox τῆς ἄλλης τε.

τὰ τοῦ δαιμονίου, i. e., τὸ δαιμόνιον s. ὁ δαίμων, genius vel fortuna (vid. ad V, 4.). Articulus τά cum genitivo nominis pro simplice nomine ponitur (vid. ad I, 8.), et dativus τούτοισι μόνοις genitivi partes agit, vid. ad I, 1. Adverbium ἱκανῶς et ad εἴληχε et ad ἔχει trahi oportet.

ἰδίᾳ — δημοσίᾳ. Haec verba *Ficinus* male ad διαπονήσασιν traxit, de quo etiam *Stephanus* monuit. Bene *Cornarius:* „et privatim dicimus et publice per leges sancimus."

πάντας cet. Cod. Voss. *πάντων μάλιστα πάσας· καὶ.*

ἱκανῶς γνόντας cet. Offendimus in pronomine *ἡμᾶς*, quod adversatur fere sequenti *πάντας*; neque *Ficinus* illud expressit vertens: „ceteros vero sequi, et deos simul deasque laudare, at coetum nocturnum ad hanc sapientiam omnes, diligenti examinatione peracta, quam rectissime adhortari." Ceterum pluralia *γνόντας* et *δοκιμάσαντας* ad singulare nomen *ξύλλογον*, collective positum, referuntur.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

T. II. p. 19. l. 7. a fin. leg. 435. pro 438.

— 25. l. 15. Correctio, quam *Böckhius* proposuit, usu illo, quo imperativo ἴϑι particula δὴ subiicitur, valde commendatur. Sic Protag. 332. D: ἴϑι δὴ — ἀναλογισώμεϑα. 333. B: ἴϑι δὴ — μὴ ἀποκάμωμεν. D: ἴϑι δὴ — ἐξ ἀρχῆς μοι ἀπόκριναι. Cf. Phileb. 27. D. 29. A. 66. D. Politic. 305. B. Politia IX. 580. B. Simile est illud Sophist. 239. B: εἶα δὴ νῦν ἐν σοὶ σκεψώμεϑα, ubi δὴ νυν scribendum esse censeo, ut in Apolog. 24. C. (cap. 12.), ubi vulgo legitur ἴϑι δὴ νῦν εἰπὲ τούτοις.

P. 45. l. 14. a f. *alia* scr. pro *alio*.

51. l. 16. Sensum, quem orationis cohaerentia poscit, etiam vulgata scriptura praebet, si verba ita explicas: καὶ δὴ καὶ δοκεῖ τοῦτο τὸ ἐπιτήδευμα παλαιὸν (h. e., ἐκ παλαιοῦ) νόμιμον cet., ut παλαιὸν νόμιμον, *a pristinis inde temporibus consuetum*, sit i. q. *antiquum*. Loco Xenophontis de vectig. IV. §. 2., quem citavimus, adde illum Histor. graec. V, 2. §. 32: εἰ δ' ἀγαϑὰ (πεπραγὼς εἴη), ἀρχαῖον εἶναι νόμιμον (int. ἔλεγεν), ἐξεῖναι τὰ τοιαῦτα αὐτοσχεδιάζειν.

P. 53. l. 8. Adde Politic. 295. A. 298. D. 299. C. 301. A.

56. l. 2. scr. *se liberare*.

67. l. 11. a f. scrib. τὸ δὲ ἡ κατὰ φύσιν.

101. l. 8. a f. leg. *ipsi* pro *ipse*.

120. l. 10. scr. καϑ' ἡδονήν.

127. l. 11. corr. *sciret* — *haberet* — *posset*.

155. l. 11. „Ad haec, praeeunte Heusdio p. 149. b., notasti: „Cod. Voss. τὰς τότε φυγάς.“ Haec libri Vossiani scriptura vide ne genuina sit. *Xenophon* Hist. Gr. V, 2. 9: κατάγειν ἐβούλοντο τὴν φυγήν. *Morus:* „τὴν φυγήν, i. e., τοὺς φυγάδας. Monuit Brodaeus.“ *Aeschines* π. τ. παραπρ. p. 310. Reisk. κάλει μοι — τοὺς ἀπὸ (recte editor p. 1209. correxit ὑπὸ) τῆς τῶν Βοιωτῶν φυγῆς ᾑρημένους. Paulo ante: οἱ φεύγοντες Βοιωτῶν ἥρηνταί μοι συνηγόρους. Reiskius in Ind. Graecit. Aeschin.: „φυγή, tota multitudo exsulum, velut corpus aliquid aut collegium exsulum.“ *Isocrates* p. 183. Cor. τὰς φυγὰς — οὐ διὰ τοὺς συκοφάντας κατελϑούσας. Praestantissimus editor: „τὰς φυγάς.

Τοὺς φυγάδας· ἀφῃρημένον ἀντὶ συγκεκριμένου." *Plutarchus* Parall. T. II. p. 345. Cor. *κατάγων δὲ τὰς φυγάς.* Idem vir eximius: „*Τὰς φυγάς. Τουτέστι τοὺς φυγάδας· ὃ καὶ ἀλλαχοῦ ἡμῖν, καὶ Πόρτῳ ὧδε, σεσημείωται.*" Itaque etiam p. 325. vellem dedisset, quod nonnulli libri habent, *τὰς μὲν φυγὰς κατήγαγεν εἰς τὴν πόλιν.* Vulg. *τοὺς μὲν φυγάδας κ. ε. τ. π.*, plane ut in nostro Platonis loco variatur. *Thomas Mag.* p. 902. *Φυγὴ καὶ οἱ φυγάδες. Θουκυδίδης ἐν τῇ ὀγδόῃ· καὶ γὰρ καὶ φυγὴ αὐτῶν ἔξω ἦν κ. τ. λ.*, quem Thucydidis usum tetigit *Valckenarius* ad Herodot. p. 273. 66."

G. H. Schaefer.

P. 230. l. 4. scr. *μὲν* pro *δέ.*

243. l. 7. *neminem* leg. pro *nominem.*

257. l. 11. a f. *verterunt* pro *veterunt.*

288. l. 15. a f. *πρὸς τὸ ἰδεῖν.*

315. l. 20. post XXIV, 22. adde: *observavit.*

— 5. a f. post *θυγατέρα* adde: *Ceterum conferendus est cum hoc loco Politic.* 310. *C.*

343. l. 18. scr. *annexuimus* pro *anneximus.*

366. l. 10. leg. *Atheniensis* pro *Athenienses.*

376. l. 6. a f. *tenent* corr. pro *tenet.*

382. l. 14. a f. scr. *ἐμμέλεια.*

397. l. 16. a f. leg. *usurpantur* pro *usurpatur.*

400. l. 2. a f. „Animadv. p. 400. extr. scripsisti: „*ἰσχύος* et *ῥώμης* coniuncta offendunt." Sed v. *Schneider.* praefat. ad Xenoph. Anab. p. XXXIII. sq. *Pausanias* II, 19. 4: *ὁ Βίτων ὑπὸ ῥώμης τε καὶ ἰσχύος ταῦρον ἀράμενος ἤνεγκεν.* Monui in Epimetro I. ad Aristoph. Plut. Hemsterhus. p. XXIX."

G. H. Schaefer.

408. l. 19. Verba *τὸν δὲ νόμον ἡμῶν* (sic) — *δεῖ* citat Schol. ad Aristoph. Plut. 55. p. 9. ed. Küster. Ceterum adverte paronomasiam in verbis *νοεῖ* et *νόμος.* Sic enim XII, 8. p. 474: *ἢ μάτην τοὔνομα νῷ προσῆκον κεκτῇτ' ἂν ὁ θεῖος ἡμῖν καὶ θαυμαστὸς νόμος.* Similiter VIII, 5. p. 308: *σχεδὸν οὐδείς, ἔχων γε ἐν τῷ νῷ νόμον ἀληθῆ.* Lib. IV, 6. p. 142: *τὴν τοῦ νοῦ διανομὴν ἐπονομάζοντας νόμον.*

473. l. 2. scr. *ἦν* pro *εἴη.*

483. l. 8. scr. *se ipsam* pro *se ipsa.*

506. l. 9. a f. *ita ut* pro *ut ita.*

554. l. 1. *ἀγωνίζεσθαι* pro *ἀγωννίζεσθαι.*

— 11. expung. *equidem* ante *non video.*

568. l. 3. a f. leg. *Salmas.* Exercit. Plin.


572. l. 24. delend. *ubi.*

INDEX GRAECUS.

A.

Υ.

INDEX LATINUS.



Corrigenda

ad Tomum primum.

In Argumento libr. I. fol. tertio l. 4. a f. ante *universae vitae* inser. *et*.

P. 8 l. 17 scrib. ξυσσίτιά τε.
— 9 — 5 σιτεῖν τοῦτον.
— 19 — 4 a f. delendum ἄν post v. ἄττ'.
— 23 — 2 a f. scr. ἀνδρίαν.
— 26 — 17 scr. ὅπερ pro ὅ.
— 27 — 9 a f. ἐπαινέταις.
— 32 — 1 a f. δευτέρᾳ οὔσῃ πατρίδι.
— 33 — 2 παίδων εὐθύς, 'εἴ τι κ. τ. λ.
— 40 — 11 οὔ;
— 41 — 11 Post v. ἀρετήν punctum est ponendum.
— 43 — 16 ὡσαύτως.
— — — 7 a f. Rectius, ni fallor, scribitur εἰ τὸ ἐναντίον.
— 53 — 12 λέγομεν.
— 69 — 13 inser. ἐπὶ πῦρ post v. πῦρ.
— 73 — 18 κακῶς pro καλῶς.
— 80 — 3 a f. κατὰ φύσιν.
— 94 — 8 a f. γάρ πού φησιν.
— 131 — 12 ναυτικὴν παρασχ.
— 165 — 9 a f. post δεύτερον commate distinguendum est.
— 166 — 14 scr. κεκτῆτο.
— 167 — 6 post αὐτῷ comma delendum.
— 174 — 6 ὡς ἡμῖν νῦν, θεός cet.
— 181 — 3 κεκτῆτ'.
— 186 — 8 τινὰ τρόπον.
— 198 — 3 post ταξίαρχον commate distingue.
— 203 — 7 περὶ τὰ θεῖα.
— 206 — 9 κἂν ἦντ.
— 208 — 2 Distingue ἐπά—ναγκες.
— 220 — 6 a f. παῖ τοίνυν, φῶμεν.
— 225 — 7 post τοῦτο comma delendum.
— — — 10 post αἴτιον comma ponendum.
— 226 — 3 ὃ δὴ σοφ.
— — — 10 ante γένει interpon. οὐδέν.
— — — 10 a f. Μεσηνίων.
— 228 — 6 ὅσον.
— 235 — 8 a f. comma post τε delendum.
— 245 — 11 ἔστι που.
— 248 — 15 αὐτός σοι.
— 253 — not. πασίν pro πᾶσιν.
— 255 — 3 post ὥστε comma ponendum.
— 259 — 11 post μισθούμενοι comma delendum.
— — — 12 a f. οὖν, τίθει.
— 265 — 8 a f. δεῖν.
— 269 — 16 ἐστὶ χρεών.
— 273 — 6 λέγεις· κελεύεις.
— 285 — 13 κακόν, ἀλλ' cet.
— 291 — 10 ἧττον.
— 297 — 15 τοῦτό ἐστιν.
— 298 — 8 a f. τίνας.

P. 316 l. 15 a f. comma post μεταλλειῶν del.
— 319 — 1 comma post τάξει delendum.
— 322 — 5 μήτε τις.
— 337 — 2 comma post βουλόμεθα et l. 3 post ἀναγκαιότατον expungendum.
— 341 — 9 Τὸ ποῖον;
— 348 — 16 comma post δειμαίνει delend.
— — — 2 a f. περιεληλυθός.
— 349 — 14 a f. post ἀποκτεῖναι comma del. Deinde scrib. διαφθείρωσί τινα et paulo post γίγνηται pro γίνηται, ut p. 350 l. 2 a f. et p. 351. l. 5.
— 359 — 7 ὁ νόμος.
— 364 — 6 νίκης.
— — — 19 ἐνοικοῦντός ἐστιν. Deinde l. 22 post δύναμιν plene interpungendum.
— 365 — 13 ὅρῳ.
— 368 — 13 a f. comma post νόμοις delendum.
— 377 — 11 a f. comma post ἀσεβεῖν del.
— 379 — 17 ταύτην τὴν δόξαν.
— 380 — 16 καλῶς;
— 382 — 4 θεῶν, οἵους.
— 400 — 16 δύναμίς ἐστι.
— 403 — 6 γιγνόμενον.
— 403 — 19 ἐστὶ τοῖς προσφερέσι.
— 409 — 1 a f. post σωμάτων comma ponendum.
— 413 — 2 κεκτῆται.
— 416 — 13 μοι ξυμβ.
— — — 2 a f. post γένηται dele comma.
— 418 — 3 a f. post δεσπότῃ comma ponendum.
— 425 — 7 a f. post πόλει commate distinguendum.
— 426 — 9 a f. post θεῶν plene interpunge.
— 432 — 5 a f. τὸν κλῆρον.
— 441 — 2 a f. κεκτῆτο.
— 446 — 7 a f. post τανῦν comma ponend.
— 447 — 8 κεκτῆται.
— 454 — 8 a f. χωρίς τι.
— 456 — 1 a f. post Μενοιτίου interrogationis signum poni debet.
— 459 — 11 αὐτῶν.
— 474 — 14 κεκτῆτ'.
— 477 — 1 a f. κατοικίσαι τ' ἐστίν.
— 478 — 14 πυρί et l. 20 ἐγγίγνεσθαι, ut p. 480 l. 11 ἐγγιγνόμενος.
— 484 — 2 ἀνδρίαν, τὸ δὲ φρόνησιν.
— 487 — 1 ante ἐάν comma ponendum.
— 497 — 12 σοφός, οὔκουν.
— 501 — 10 a f. comma post γιγνώσκων del.
— 511 — 16 ὡς.
— 512 — 9 post ἄστρων comma ponend.

